BEATI VINCENTII NATIONE HISPANI, PROFESSIONE SACRI PRÆDICATORUM ordinis, Theologiæque Doctoris, & Euangelicæ doctrinæ Prædicatoris celeberrimi.

SERMONES HYEMALES.

Auctoris vitam, Indicemque locupletissimum in fronte libri præfiximus.

Eisdem denuò summa cura per D. DAMIANVM DIAZ Lusitanum, Theologiæ professorem, recognitis, luculentæ Adnotationes in margine accesserunt.



ANTVERPIAE,
In ædibus Viduæ, & Hæredum Ioan. Stelsij.
M. D. LXXII.
Cum Gratia & Priuilegio.

Auctoris vita.

DIVVS Vincentius cognomēto Ferrarius, natione Hiſpanus, patria Valentinus, patre notario publico natus eſt. Is nimirum ex vxore tres ſuſtulit filios. Petrum primo loco natum, qui cum ea quā duxerat vxore vitā exegit laudatiſsimam. Alteri nomen fuit Bonifacio. Is iuris vtriuſq; doctor, demortua tandē vxore Carthuſienſium religioni ſeſe addixit, tāta vir prudentia, vitæq; ſanctimonia, vt eum inierit magiſtratum, geſſeritq; fœliciſsimè, quem Prioratum generalem Carthuſienſes vocitant. Tertius fuit hic de quo verba ſumus facturi Vincētius, qui poſt bonam adoleſcentiæ partē literis humanioribus non ſegniter impenſam, ætatis annū agens octauū ſupra decimum, quidquid vitæ ſuperabat, cœlo deuouens, fratrum diui Dominici, quos prædicatores appellant, ordini voluit adſcribi. Theologię tandem laureā adeptus, à confeſsione fuit (vulgus confeſſorem dicit) Petri Lunæ, qui Clemēti ſuccedens in ſchiſmate, Benedicti decimitertij nomen ſortitus eſt. Auinioneq; ſedit cum curia, Vrbano Romæ Pontificē maximū agente. Quum autem Vincētius nulla ratione poſſet Benedicto perſuadere vt eccleſiæ quieti conſulturus pontificatu ſe abdicaret, ſuumq; cum Vrbano diſsidium ad concilium Conſtantienſe referret, eius neceſsitudine exoſus, ſe totum Apoſtolico mancipauit officio. Aragoniam ſiquidē, Cataloniam, Valentiam, Caſtellam, Appuliam, Britanniā, ſed eam minorem, Allobrogas, Borbonium, Franciam, aliaſque regiones non valdè paucas ita ſuis concionibus annorum triginta ſpacio illuſtrauit, vt ſuæ ſanctitatis opinionem perquam facilè mortalibus iniecerit. Tanta

quippe (vt illibatam eius virginitatem, cæteraque virtutum specimina nostro sæculo inuentu non perinde facilia subticescam) fuit abstinentia, vt semel omnino in die vesceretur, ea vitę sanctitate, vt & spiritu prophetico & miraculis non infrequentibus vel viuus claruerit, eruditione tam rara, vt solos Bibliorum libros secũ vehere, ex eisq; luculẽtissimas illas declamationes concinnare diceretur. Septuagenarius demùm apud Venetos, quæ ciuitas est minoris Britanniæ, fœlicem animam omnifariam virtutibus insignem cœlo reddidit, anno post Christum natum. M.ccccxxxiij. mense Aprilis, die Mercurij ante ramos Palmarum, sepultus in æde maiori, & id honorificentissimè. Pontificante Martino quinto: imperante autem Sigismũdo. In sanctificio præerat opera, quem Vincentius ipse Pontificem fore, seque ab eo magnis honoribus affectum iri prædixerat. Hæc de beato Vincentio studiosissimè lector vtcunque protraxi, quatenus mihi per chartæ modum licuit, plura quidem eò spectantia dicturus, si modo liberior mihi patuisset campus.

Vale.

INDEX AMPLISSIMVS IN SERMONES HYEMALES SANCTI VINCENTII ad literarum alphabeti seriem digestus.

B.

post

Exultat

ipso

L.

N.

O.

Opera

P

Petitio

Q

Quæstio

S.

Tri-

FINIS.

DIVINI verbi præconis & prædicatoris ac sacrarum literarum interpretis & professoris subtilissimi sancti Vincentij confessoris de valentia Ordinis diui Prædicatorum Sermones fructuosissimi hyemales de tempore incipiuntur feliciter.

Dominica I. aduentus Domini. Sermo I.

BEnedictus qui venit in nomine Domini. Habetur verbum istud Mat.21.c. & officiatur in euangelio hodierno. Ista dominica est de maioribus dñicis totius anni, quia est prima dominica aduentus Domini in qua sancta mater ecclesia dimittit officium quod antè faciebat, & incipit officium aduẽtus Domini. Ideo volens me conformare cũ sancta matre ecclesia, cogitaui nunc prędicare de aduentu Domini nostri Iesu Christi. s. quomodo veniet in fine mundi iudicare bonos & malos, retribuendo cuilibet secundũ opera eius. Si placet Deo habebimus multas bonas instructiones. Sed primò salutetur virgo Maria, &c. Benedictus q venit, &c. Verbũ propositũ est vna breuis cãtilena quæ fuit à pueris & turbis cantata in aduentũ Christi in ciuitatẽ Hierusalem dicentibus, Benedictus qui venit, &c. Pro huius verbi maiori declaratione & materiæ prædicandæ introductione, sciendum quòd in sacra scriptura clarè & manifestè inueniuntur tres aduentus Domini in hunc mundum & solennes & notabiles, generales & principales. *Tres Domini aduẽtus.*

Primus fuit de humilitate virtuosa.

Secundus de charitate gratiosa.

Tertius de maiestate rigorosa.

Primus aduentus iã est præteritus, secundus præsens, tertius est vẽturus. Ex his tribus aduentibus correspõdent tres hebdomadæ aduẽtus, & de tertio aduẽtu vltimo & maiori intelligitur thema principaliter, quia tũc dicẽt boni, Benedictus qui venit, &c. Primus aduentus Domini fuit de humilitate virtuosa, & iste iam est præteritus, quãdo scilicet voluit descẽdere per incarnationem, cõuersationem, captiuationem, flagellationem, & passionem, vt sibi credẽtes ac obedientes ascenderent in cęlũ. ratio quare venit in tanta humilitate, fuit superbia Adæ & Euæ: quia noluerunt obedire Deo: sed potius proprię voluntati. Peccatum enim Adæ fuit superbia, vt dicit beatus Tho.2.senten.dist.22.q.1.ar.1.&.2.2.q.143.art.1. Et vt dicit sanctus Tho. Inobedientia in eo causata fuit ex superbia: & ideo Aug. dicit ad Orosium, quod homo elatus superbia suasioni serpẽtis obediẽs præcepta Dei contempsit. Verum etiam in peccato primorum parentũ, vt dicit sanctus Tho.2.2.vbi suprà in solu.ad 2.argumen. gula locũ habuit. Dicitur enim Gene.3. Vidit mulier quod lignum esset bonum ad vescẽdum, & pulchrum oculis, aspectu delectabile, & tulit de fructu eius & comedit, non tamen ipsa bonitas *Adamus superbiens peccauit.*

& pulchritudo ibi fuit primum motiuum ad peccatum, sed potius suasio serpentis, qui dixit, Aperientur oculi vestri, & eritis sicut dij. q̃ appetendo superbiã mulier incurrit, & ideo peccatum gulę deriuatum est ex peccato superbiæ, quoniam ideo prius fuit peccatum superbiæ q̃ gulæ Et superbia est fundamentum omnium peccatorũ. Verbi gra. Quare aliquis est auarus? ex superbia est, q̃a nõ vult obedire præcepto Dei dicentis: Non cõcupisces, vel non furtum facies, &c. Quare aliquis est luxuriosus, nũquid nõ ex superbia, quia nõ vult obedire præcepto, nõ fornicaberis? Idẽ de gula & alijs peccatis. Aucto. Initium omnis peccati est superbia. Eccl. 10. Ideo Christus ad reformãdum venit in magna humilitate, quasi famulus ad ministrandum nobis opera redẽptionis per humanã incarnationẽ. Sed vis intelligere bene hãc maximã Christi humilitatem? cogitate quod si essent multi magni domini & parui cõgregari in cõuiuio, & non haberent seruitorẽ aliquem, quod sciẽs filius regis deposita veste regali simpliciter indutus veniret ad seruiẽdum omnibus. Primò dãdo aquã manibus. Secũdò ministrãdo escas. nũquid ista esset magna humilitas filij regis? maior fuit incõparabiliter humilitas filij Dei. Omne genus humanũ erat cõgregatum in sala huius mundi, spectãs bonum prãdium cęlestium epularum, sed nõ habebamus seruitorẽ qui illas nobis ministraret, propter quod filius Dei motata, immo magis occultata veste deitatis, & assumpta veste humanitatis venit ad ministrãdum nobis, licèt per incarnationẽ nullo modo mutatus fuerit. De hoc vide in 3. par. S. Tho. q. 1. ar. 1. ad 1. & q. 2. ar. 6. ad. 1. & 3. scrip. dist. 1. q. 1. ar. 1. ad 1. Aucto. Qui cùm in forma Dei esset indutus. s. veste deitatis, semetipsum exinauit. i. humiliauit, formã serui accipiẽs, in specie despecta in similitudinem hominum factus & habitu inuentus vt homo. ad Phil. 2. scilicet vt nobis seruiret & ministraret. Et primò dedit aquã manibus nostris immundis, quia oẽs eramus cõcepti, nati, & nutriti in peccatis. Dicit enim Apost. ad Ro. 5. Per vnũ hominẽ in hunc mundũ peccatũ intrauit, & p peccatum mors, & ita in oẽs hoĩes mors pertrãsijt, in quo omnes peccauerunt. Et habetur de cõse. dist. 4. c. firmissimè tene. propter hoc primò ordinauit sanctũ sacramẽtum baptismi. Baptismus enim est ordinatus in remedium cõtra peccatũ originale, est enim quædã spiritualis regeneratio & ianua sacramẽtorum. Vnde & pueri carentes omni actuali peccato propter peccati originalis infectionẽ in quo cõcepti sunt baptizãtur. Eramus, inquit Apostolus, natura filij iræ, ad Ephe. 2. Hoc enim peccatum per actum naturæ siue per vitiatã originem à parẽte in prolem reducitur. de quo S. Tho. luculenter & subtiliter tractat. 2. scrip. dist. 31. q. 1. ar. 1. & 2. & etiã 1. 2. in q. 81. Deinde dedit escas di. Ecce iã triduo sustinent me, nec habent quod manducent. Mar. 8. & dedit escas spirituales. s. doctrinas

Superbia radix est peccatorum omnium.

Venit Christus vt famulus.

ctrinas euangelicas & cęlestes. Secundò dedit escas miraculorum, infirmos curãdo, mortuos suscitãdo. Tertiò dedit escas virtutum. Nota quomodo erãt sapidæ & cõfirmabiles. deinde post prãdium iterum dedit aquã calidã manibus & pedibus: etiã in cęna aquã calidã, q̃a de latere suo exiuit sanguis & aqua. Prima aqua fuit baptismi, secũda verò pœnitẽtiæ quæ à Christi passione habet virtutem & efficaciam lauãdi animas à sordibus peccatorum. De isto seruitio humilitatis ipsemet Christus dicit, filius hominis non venit ministrari, sed ministrare, & dare animã suã in redemptionẽ pro multis. Mat. 20. & loquitur de primo aduentu iã præterito, de quo oportet ipsum cõmendare & laudare, vnã dictionẽ thematis mutando & dicendo, Benedictus q̃ venit in noĩe famuli. In primo aduẽtu Christus venit vt famulus, sed in isto secundo aduẽtu venit vt socius. Ratio, quia cõsuetudo & modus sociorũ est simul stare, simul ire, simul cõuersari, simul comedere & bibere. ita Dominus Iesus Christus venit de cęlo ad domũ nostrã ad simul prãdendum nobiscũ in cõmunione. O qualis refectio est aĩæ deuotę quãdo homo paratus cõmunicatur, reficitur intellectus fidei claris illuminationibus, memoria optimis recordatiõibus, volũtas sanctis & bonis desideriis. Os deuotis orationibus & finaliter totum corpus fortificatur ad pęnitẽtiã & bonã vitã cõtinuandã, nec recedit à nobis post cõmunionẽ, nisi demus sibi cõgerium p̱ peccatũ mortale, q̃a aliàs nõ recederet, tãtum placet sibi nostra societas. Ideo dicit ipsemet. Delitię meæ esse cũ filiis hominum. Prou. 8. No. cum filiis hominum. s. Patriarcharum, Prophetarum, Apostolorum, & Doctorum, qui nos genuerũt de fide catholica. Ecce quomodo est socius noster. Auctori. Fidelis Dñs in omnibus verbis suis. s. cõplendo promissum, quia dictis verbis siue à bono siue à malo presbytero statim venit in hostiam. Secundus aduentus est de charitate gratiosa. & iste est præsens, quia quolibet die in sacramẽto altaris in hostia cõsecrata est ita realiter sicut venit in primo aduentu in vterũ virginis dictis verbis à virgine Maria, Ecce ancilla Domini, &c. Ita in qualibet missa dictis verbis cõsecrationis à sacerdote venit Christus in hostiã. Ideo nos ipsum in sacramẽto altaris adoramus. De isto aduẽtu debem⁹ ipsum cõmendare & laudare di. Benedictus q̃ venit in nomine socij, quia ibi nõ ostẽdit suũ dominiũ. Tertius aduẽtus erit de maiestate rigorosa. quãdo. s. veniet ad iudiciũ ad retribuendum iudicialiter. Licèt quãdo homo moritur, aĩa statim vadat ad iudiciũ. & dñs sibi retribuit secundum opera eius quę fecit hîc: q̃a si hîc fecit de peccatis cõdignã pęnitẽtiã, statim dat sibi gloriã ęternã. si aũt sit mala & impęnitens, dat sibi pœnam infernalem, si aũt fuit mediocris, q̃a nec ex toto bona nec mala, sed mediocris. s. quia fuit confessa, satisfecit & remisit iniurias, &c. sed nõ fecit cõdignã pœnitẽtiã, dat sibi retribu-

Venit vt socius.

2. Aduẽtus.

Veniet tertiò.

 tionem

tionē pœnę purgatorij, sed istæ retributiones solùm sunt animarū: qa corpora tā bonorū q̄ malorū quæ iuuarunt animas adhuc nō habēt retributionē, sed sunt incinerata. Ideo veniet Dominus ad iudiciū generale & retribuet nō solū animabus, sed etiā corporibus secundū opera eorū. Iudiciū enim generale futurū est in fine mundi, vt ex tribus B. Tho. probat in 4. di. 47. art. 1. Primò vt sicut Deus in principio omnia creauit simul, ita simul iudicet omnia, & sic vniuersale iudiciū correspōdet ex aduerso primę rerū productioni in esse. Secundò quia vt dicit B. Tho. vbi suprà in solutione ad 2. ar. homo dupliciter cōsiderari potest. s. vt homo singularis, & vt pars multitudinis, vnde & duplex ei iudiciū debetur. Vnum singulare quod de eo fiet post mortē, quando recipiet iuxta ea quæ in corpore gessit, quāuis nō totaliter, quia nō quo ad corpus, sed quo ad animam tantum. Aliud iudiciū debet esse de eo secundū q̄ est pars totius humani generis, & sic de eo fiet iudiciū in vniuersali & generali iudicio, nec tamē Deus bis iudicat in idipsum, quia nō infert duas pœnas ꝓ vno peccato, sed pœna quæ ante iudiciū cōpletè inflicta non fuerat, in vltimo iudicio cōplebit, cū mali & impij punientur simul in corpore & anima. Tertiò patet, quia licet quilibet dānatus sit certus de sua dānatione, & beat⁹ de sua gloria, nō tamē omnib⁹ omniū dānatio vel præmiū innotescit, q̄ tamē expedit vt ab omnibus sciatur, vt ab omnib⁹ appareat Dei iustitia, & hoc cōmuniter fiet in generali iudicio, vbi omnes simul cōgregabūtur. De hoc aduētu dicit ipsemet, Fili⁹ hominis vētur⁹ est in gloria patris sui cū angelis suis, & tūc reddet vnicuiq; secundū opera eius. Mat. 16. tūc nō veniet in humilitate, pauptate, & simplicitate, vt in primo, nec soci⁹, vt in secūdo, sed veniet vt domin⁹ cū tāta maiestate, & potestate q̄ tot⁹ mūdus timebit & tremet. Veniet enim ad instar potētissimi regis, q veniet ad villā vel ciuitatē sibi rebellē vel inobediētē cū gētib⁹ armorum cū bōbardis & balistis, &c. ita veniet dn̄s ad villā seu ciuitatē huius mūdi in q̄ sunt multi rebelles & inobediētes regi Christo, q vult & pręcipit humilitatē, & ipsi sunt superbi, vani, &c. pręcipit misericordiā & liberalitatē, & ipsi sunt auari, vsurarij, latrones, raptores pessimi. pręcipit castitatē, ipsi sunt luxuriosi. Idē de aliis. Credētia autē sine obediētia nō saluat hominē, nullus rex vel dn̄s esset cōtētus de credētia subditorū sine obediētia, ꝓpter hoc veniet Christus ad ciuitatē huius mūdi nō vt famulus, nec vt socius, sed vt dn̄s cū multis gētibus, qa in illa die cęlū euacuabitur, qa nulla creatura humana nec angelica ibi remanebit, quia oēs veniēt cū rege ad iudiciū. tubæ siue trōpetę erūt tonitrua, fulgura, &c. intantū q̄ cęlū & terra cōtremiscēt. No. si cęlū & terra & creaturæ quæ nūquā peccauerūt cōtra deū, nō poterūt ipsum aduētum sustinere, qd faciēt tūc peccatores q tot peccata fecerūt cōtra Deū? tūc magis vellēt esse in-

Obuiat tacitæ obiectioni.

In die vl timi iudicii nulla creatura in cælo manebit.

inferno, q̃ videre deũ. De hoc dicit Iob in persona peccatoris, Quis mihi hoc tribuat, vt in inferno protegas me, & abscõdas me donec pertrãseat furor tuus. Iob 14. Sed in illa die boni stabũt securi nec tã mebũt. Ideo sancta mater ecclesia orãs, p quolibet fideli dicit, Libera me domine de morte æterna in die illa tremẽda quãdo cœli mouẽdi sunt & terra, dũ veneris iudicare sæculũ per ignẽ. Tunc Christus ostẽdet se vt dñs, & oẽs gẽtes cognoscent eius dominium. Dauid, Cognoscetur dñs iustitia faciens in operibus manuũ suarum cõprehensus est peccator. Psal. 9. Tunc beati & boni de eius aduẽtu læti dicẽt thema in propria forma, Benedictus qui venit in nomine domini, patet thema. In isto aduẽtu ad iudicium Christus Iesus vt Dominus faciet quatuor secundum sanctã scripturam, quæ debent fieri in omni bono iudicio maximè in criminali, quę quatuor sunt.

Conuocatio vniuersalis.	*Ordinatio diuinalis.*
Diffusio sententialis.	*Executio perpetualis.*

Et, p quolibet istorũ debemus Deũ laudare & dicere, Benedictus q venit in nomine domini. Primũ ergo q faciet Christus in isto iudicio, erit cõuocatio vniuersalis, quia oẽs partes ibi cõuocabũtur, vt audiãt ibi sentẽtiã diffinitiuã, & iudex manifestabit se omnibus & videbit ab omnibus, quia aliàs sentẽtia posset dici, pphana. No. practicè quomodo illo die Christus cũ matre sua, angelis, archãgelis, principatib9, &c. patriarchis, pphetis, apostolis, & cęteris beatis cũ gloria descẽdet ad iudicandũ. Quęritur à quibusdã ad qd erit necessariũ istud iudiciũ, cũ iã animę tã bonorũ q̃ malorũ sunt iudicatę & sentẽtiatæ. Respõsio, q illud iudiciũ est necessariũ, quoniã Christus vt iustus iudex retribuit vnicuiq; secundũ opera eius bona & mala quæ facit, & quia dicta opera p priùs fiunt ab aĩa cogitãdo, tractãdo, deliberãdo, & delectãdo. Deinde exequũtur à corpore: ver. gra. primò de bonis operibus, deinde de malis. No. practicè. Ratio: quia anima priùs demeretur vel meretur q̃ corpus, ideo iustum est vt aĩa p priùs habeat gloriã vel pœnã q̃ corpus. vt de animabus sanctorũ Petri & Pauli, &c. & malorũ, vt Iudæ & Machometi, &c. Et quia in executione dictorũ operũ corpora sociabãtur aĩabus, ideo in generali iudicio resurgẽt corpora & associabũtur animabus, vt habeãt simul gloriã quantũ ad bonos, vel pœnã & dãnationem quantũ ad malos. Ecce hic ratio iudicij generalis & resurrectionis vniuersalis corporũ quę tãgitur ab Apost. dicẽte: Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi, vt referat. i. reportet vnusquisq; ppria corporis, put gessit siue bonũ siue malũ. 2. Cor. 5. No. q in resurr. nouissima anima idẽ corpus numero resumet. secundũ illud Iob, In carne mea videbo Deũ saluatorẽ meũ. 19. Loqtur autẽ Iob de visione post resurrectionẽ, q patet ex hoc q præcedit, In nouissimo inquit die de terra resurrecturus, ergo idem corpus numero resurget. Itẽ sicut

Quæstio de generali iudicio.

Damasce.di.4.lib.de resurrectione, q cecidit secunda surrectio, sed hoc corpus qd nunc gerimus p mortẽ cadit, ergo idẽ numero resurget. Dicit enim B. Tho. in 4.di.44.art.1. quod ad hoc qd sit vera resurrectio, oportet quod idẽ corpus q cecidit resurgat, & anima resumatur, qa resurrectio est iterata surrectio. eiusdẽ autẽ est surgere & cadere: vnde resurrectio magis respicit corpus q̃ animã, quia corpus post mortem cadit, sed aĩa post mortem viuit: & ita si non esset idem corpus q aĩa resumit, non diceretur resurrectio, sed magis noui corporis assumptio. Et oppositũ dicere, sicuti quidã hæretici dixerũt, est veritati resurrectionis ꝓiudicare quã sacra scriptura affirmat. No. practicè hãc cõuocationẽ seu citationẽ faciendã secundum aliquos docto. per S. Michaëlem in voce tubę.i.terribili, quoniã nõ erit ibi tuba materialis, sed vox Christi imperãtis resurrectionẽ q̃ clamabit fortiter ad quatuor partes mũdi dicẽs, surgite mortui, venite ad iudiciũ. Tũc virtute diuina subitò tã boni q̃ etiã mali resurgẽt: & quilibet inueniet suũ corpus. Quærit S. Tho. in 4.di.44. vtrũ resurrectio futura corporũ erit naturalis. Resp. S. Tho. vbi su.ar.1. q.3. q resurrectio erit miraculosa simpliciter. s. ex parte principij supernaturalis.i.dei. Sed naturalis, secundũ q ratione termini. Idẽ dicit cõtra gentiles.4.li.c.81.fina. Itẽ à priuatione in habitũ nõ fit regressus secundũ naturã. Sed mors est priuatio vitæ, ergo resurrectio p quã est reditus de morte ad vitam, nõ est naturalis. Sic ergo resurrectio erit & fiet diuina virtute. Et erit in instanti, ergo ad illud qd fiet virtute Dei, nõ autẽ quo ad illud quod fiet per ministeriũ angelorum, vt di. S. Tho. in 4.di.43.arg.3.q.3. si instans dicat indiuisibile tẽporis, qa angeli nõ sunt potẽtiæ infinitæ. Sed si instãs accipiatur p tẽpore imperceptibili, tũc etiã ex parte angelorũ erit in instãti.i. tẽpore imperceptibili. Dicit enim apost.1.Cor.15. Omnes quidẽ resurgemus in momẽto in ictu oculi, ergo resurrectio erit subitò quo ad id qd fiet in ea immediatè virtute Dei. Item virtus infinita subitò operat. Sed sicut Damasc. dicit, Crede resurrectionem futurã diuina virtute de qua cõstat q infinita est, ergo resurrectio fiet subitò, & in instãti quo ad id qđ fiet in virtute Dei immediate. Quærit idẽ S. Tho. vbi su. & alij doct. Vtrũ angeli aliquo modo ad resurrectionẽ cooperentur. Respõdet S. Tho. vbi su.ar.2.q.3. q in resurrectione est aliquid ad trãsmutationẽ corporũ pertinẽs. s. collectio cinerũ & eorũ ꝑparatio ad reparationẽ humani corporis. vnde quãtum ad hoc in resurrectiõe vtetur Deus ministerio angelorũ. Quia sicut dicit Aug.3.de tri. sicut corpora crassiora & inferiora p subtiliora & potẽtiora quodã ordine reguntur, ita oĩum corpora reguntur p spiritum vitæ rationalẽ. Et hoc etiã Greg. in 4.dialo.tãgit. Vnde in omnibus quæ corporaliter à Deo fiũt, vtitur Deus ministerio angelorũ. Sed aĩa sicut immediatè à Deo creata est, ita immediatè à

Resurrectio quid.

Resurrectio partim erit naturalis, partim supernaturalis.

Quid diuus Paulus per momentũ intelligat.

Deo

Deo corpori reunietur. Similiter etiã gloriam corporis ipse faciet absq; ministerio angelorũ, sicut & aĩam immediatè glorificat. Hæc S. Tho. vbi sup. De ista resurrectione dicit Christus. Nolite mirari hoc quia veniet hora in qua oẽs qui in monumẽtis sunt audiẽt vocẽ filij Dei Ioan. 5. No. Nolite mirari, quoniã ille qui de nihilo omnia creauit potest de puluere reformare corpora nostra vt argẽtari9 phialã de argẽto puluerisato. Nõ mirabatur de hoc Iob qui dicebat, Scio qđ redẽptor meus viuit, & in nouissimo die dẽ terra surrecturus sum, & in carne mea videbo Deũ saluatorẽ meũ &c. Iob 19. No. scio. nõ dicit opinor, ꝙ redẽptor meus viuit. Argu. est insolubile cõtra Iudeos ad ꝓbandũ diuinitatẽ Christi secundũ quã viuebat ante incarnationẽ suã. No. audiẽt vocẽ filij Dei. cũ tamẽ dicatur vox archãgeli Michaëlis. Respõsio ꝙ ista vox citatoria erit Christi imperatiuè, & erit vox Michaëlis in executione siue executiuè. Aucto. Hoc enim vobis dicimus, in verbo Domini, Quoniã ipse dominus in iussu & in voce archãgeli & tuba dei descẽdet de cęlo, & mortui qui in Christo sunt resurgẽt primi, &c. 1. Tess. 4. Et ꝓcedent qui bona fecerũt, in resurrectionẽ vitæ. s. gloriosę, & in ętate 30. annorum. Qui verò mala, in resurrectionẽ iudicij. Ioã. 5. Quærit S. Tho. in 4. scri. dis. 44. arg. 3. q. 1. Vtrũ oẽs resurgẽt in eadẽ ætate. s. iuuenili. Respõdet vbi su. ꝙ oẽs resurgent in ętate iuuenili: nõ quo ad numerũ annorũ, sed quantũ ad statũ qui ex annis in corpore humano relinquitur. Vnde Adã dicitur in ætate iuuenili formatus ꝓpter talẽ corporis cõditionẽ quã primò die formationis suę habuit. Primũ ꝓbat S. Tho. 2. argu. s. qđ nõ oẽs resurgẽt in eadẽ ætate. s. iuuenili quo ad numerũ annorũ. Quia ętas cõputatur secundũ mẽsurã tẽporis prę- teriti. sed impossibile est tẽpus quod fuit pręteritũ nõ prętериisse, ergo impossibile est eos q maioris ætatis fuerũt ad ętatẽ iuuenilẽ reduci, sup. quo ad numerũ annorũ. Secũdũ ꝓbat S. Tho. in corpore articuli. s. ꝙ oẽs resurgẽt in ętate iuuenili quo ad statũ, &c. Quia homo resurget absq; omni defectu humanę naturę qa sicut De9 humanã naturã absq; defectu instituit, ita sine defectu reparabit. Deficit autẽ humana natura dupliciter. Vno modo, quia nõdũ ꝑfectionẽ vltimã est cõsecuta. Alio modo, quia ab vltima ꝑfectione iã recessit. Et primo modo deficit in pueris. Secũdo deficit in senib9. Et ideo in vtrisque reducetur humana natura ꝑ resurrectionẽ ad statũ vltimæ ꝑfectionis q̃ est in iuuenili ętate, ad quã terminatur mot9 augmẽti, & a quo incipit motus decremẽti. hoc S. Tho. cõfirmat ꝑ id qđ dicitur Ephe. 4. Donec occurramus oẽs in virũ ꝑfectũ in mẽsurã plenitudinis Christi. Sed Christ9 resurrexit in ætate iuuenili, quę circa 30. annos incipit, vt Aug. dicit, ergo & alij in illa ætate resurgent oẽs. Pręterea homo in maxima perfectione resurget. Sed natura humana perfectissimũ statũ habet in ætate iuuenili, ergo in illa ætate re-

Argumentum contra Iudeos.

Quomodo omnes in eadem ætate resurgent.

Resurgent omnes in ea quantitate ad quã peruenissẽt natura nõ errãte, nihil existẽte superfluo seu diminuto.

Post resurrectionem nec gygantes, nec pusilliores erunt.

Manebit sexuum diuersitas post resurrectionẽ.

surgẽt omnes. Hęc S. Tho. vbi suprà, & bene. Quęrit idẽ S. Tho. in scrip. vbi suprà quęst. 2. Vtrũ omnes resurgẽt eiusdẽ staturę. Ad hoc respõdet S. Tho. ꝙ omnes resurgẽt in eadẽ quãtitate. Sed quilibet resurget in illa quãtitate in qua fuisset in termino augmẽti, si natura nõ errasset vel defecisset: quã autẽ super est vt in gygantibus, vel ꝙ deficit in homine vt nanis, resecabit vel supplebit diuina potentia. Huius rationẽ dat S. Tho. vbi sup. quia in resurrectiõe reparabitur natura humana nõ solũ quãtũ ad idẽ in specie, sed etiã quãtũ ad idẽ in numero. Et ideo in resurrectione nõ solũ attẽdendũ est quid cõpetat naturę speciei, sed quid cõpetat naturę indiuidui. Natura autẽ speciei habet aliquã quantitatẽ quę nec excedit nec ab ea deficit absq; errore, quę tamẽ quãtitas habet aliquos gradus latitudinis. & nõ est accipiẽda secundũ vnã mẽsurã determinatã. Vnũquodq; autẽ indiuiduũ ex specie humana assequitur infra terminos illius latitudinis aliquẽ gradũ quãtitatis quę cõpetit naturæ indiuidui, & ad hãc pducitur in termino augmẽti, & hoc si nõ fuit aliquis error in opere naturę per quẽ sit aliquid additũ vel subtractũ prędictæ quãtitati. cuius quidẽ mensura accipitur secundum proportionẽ caloris extendentis & humidi extẽsibilis, quod nõ est eiusdẽ virtutis in omnibus & ideo nõ omnes resurgẽt in eadẽ quãtitate, sed in quãta peruenissent natura nõ errãte, remoto superfluo vt in gygãtibus, & suppleto defectu vt in nanis. Ex quo patet ꝙ in nouissima resurrectione nulli erũt gygãtes vel nani: quanquam nõ omnes resurgẽtes erũt ęquè magni. ita ponit S. Tho. 4. cõtra gẽtiles. c. 81. q. 98. Sed quia in præfata apost. auctoritate dicitur, donec oẽs occurramus in virum perfectũ. Ideo alia quæstio occurrit. Vtrũ omnes resurgẽt in sexu virili. Ad hãc S. Tho. in 4. & suprà quęst. 3. respõdet ꝙ nõ omnes resurgẽt in sexu virili, sed omnes viri in suo sexu. s. virili, & fœminæ in suo sexu. s. fœmineo: ꝙ sic pbat, quia sicut cõsiderata natura indiuidui debetur quãtitas diuersa diuersis. i. omnibus: ita cõsiderata natura indiuidui debetur diuersis diuersus sexus. Et ideo sicut in diuersa quãtitate, ita in diuerso sexu resurgent. Hæc etiã diuersitas sexus cõpetit perfectioni speciei, cuius diuersi gradus implẽtur per dictã diuersitatẽ sexus vel quãtitatis. Et ideo sicut resurgẽt homines in diuersis staturis, ita in diuersis sexibus. Nec cõfundẽtur ratione mutuæ visionis, sicut nunc fieret si mutuo se viderẽt, quia in patria aberit & cessabit siue nõ erit libido incitãs ad turpes actus, ex quibus cõfusio & verecũdia hic causatur. Nec obstat verbum Apost. preallegatũ. Quia vt dicit S. Tho. vbi suprà ad 1. arg. dicuntur omnes Christo occurrere in virum perfectũ, nõ propter sexum virilẽ, sed propter virtutẽ animi quæ erit in omnibus & viris & mulieribus, hoc idẽ patet per B. Aug. qui dicit 21. lib. de ciui. dei. Melius sapere videtur qui vtrumq; sexum resurrecturũ esse nõ dubitant.

bitãt. Cõfirmatur hoc idẽ. Deus reparabit in resurrectione quod in homine fecit in prima cõditione. sed ipse fecit mulierẽ de costa viri, vt patet Gen. 2. ergo ipse sexum fœmineũ in resurrectione reparabit. hęc S. Tho. vbi sup. No. hîc de pulchritudine, impaßibilitate, agilitate, subtilitate, claritate, & odore corporis gloriosi. Quærit S. Tho. 4. scrip. dist. 44. q. 2. de cõditionibus beatorum, & circa hoc quatuor mouet quæstiones secundũ quatuor dotes corporum gloriosorũ: quę sunt vt dicũt impaßibilitas, subtilitas, agilitas & claritas. Primò igitur quærit vtrum corpora sanctorum post resurrectionẽ erũt impaßibilia, ad quã respõdet vbi su. ar. 1. q. 1. ꝙ corpora sanctorũ erunt impaßibilia, paßione ꝓpriè dicta quę abiicit à substãtia patientis, secundũ ꝙ dicimus illud pati qđ virtute agẽtis trahitur extra naturã suã ad naturã agentis, sicut ligna patiuntur ab igne. Et ratio huius est victoria animę supra corpus. Quia enim ꝑfectè anima subiicietur Deo, & corpus perfectè subiicietur animæ, ita vt in corpore glorioso non poterit esse aliqua mutatio cõtra dispositionẽ illã qua perficitur ab anima, & ita corpora illa erunt impaßibilia paßione propriè dicta vt dictũ est. Erunt tamẽ paßibilia paßione quæ est salus & perfectio, quæ paßio nihil abiicit à substãtia, sed in sola receptione cõsistit & paßim perficitur, sicut aër à lumine solis patitur quãdo illuminatur paßione nõ abiiciẽte sed perficiente. Ratio dicti est, quia nihil quod est perfectionis corporibꝰ gloriosis auferendũ est. Ad idẽ. s. ꝙ corpora sanctorũ erũt impaßibilia paßione ꝓpriè dicta, quia omne paßibile hoc modo est corruptibile, quia paßio magis facta abiicit à substantia, sed corpora sanctorũ post resurrectionẽ erũt incorruptibilia, vt dicitur. 1. Cor. 15. Seminatur in corruptione, resurget in incorruptione, ergo erũt illo modo impaßibilia. Itẽ fortius non patitur à debiliori, sed nullũ corpꝰ erit fortius corporibꝰ sanctorũ, de quibꝰ dicitur. 1. Cor. 15. Seminatur in infirmitate, surget in virtute. ergo erunt impaßibilia. s. paßione propriè dicta. S. Tho. vbi sup. in corpore ar. duplicẽ distinguit paßionẽ. s. cõmuniter dictã, & propriè dictã. Vide eũ ibidem. Primo modo paßio perfectiua dicitur paßio inquãtum omnis receptio dicitur paßio, sed nõ secundo modo, quã Damasce. sic diffinit in. 2. libro, paßio est motus præter naturã. Vnde immoderatus motus cordis paßio eius dicitur, sed moderatus dicitur eius operatio &c. Hęc autẽ impaßibilitas in corporibus beatis existẽs erit inæqualis in beatis, si secundum suam causam consideretur, & erit maior hoc modo in vno beato q̃ in alio. Quia causa eius est dominium animæ super corpus, quod quidem dominium causatur ex hoc ꝙ fruitur Deo immobiliter. Vnde in illo qui perfectius fruitur est maior impaßibilitatis causa, & maior impaßibilitas secũdum suã consideratã. Addo si secundum suã causam cõsideretur, quia si

Quatuor corporis dotes gloriosi corporis.

Duplex paßio.

secūdum se consideretur impaßibilitas, quia solā priuationē vel negationem importat, nō suscipit magis & minùs, sed erit æqualis in omnibus beatis. Hæc S. Tho. 4. vbi su. quæst. 2. Nec hæc impaßibilitas tollet sentire à beatis, quia per paßionem hanc quæ est in actu sentiendi, quæ nō est aliud q̄ receptio secundū immutationem spiritualē sensus à sensibili: nō trahitur corpus extra naturalem suam qualitatem, sed spiritualiter perficitur. Hæc S. Tho. vbi suprà qu. 3. Addit idē doctor, vbi suprà quæstiuncula sequēti, quod omnes sensus beatorū post resurrectionem erunt in suis operationibus secundum quod spiritualiter immutantur. Quia sensus est perfectior cō iunctus actui, quàm sine actu. Quærit secundò S. Tho. circa cōditiones corporum beatorum. Vtrum corpora beatorum erunt subtilia. Ad hoc respondet S. Tho. in. 5. dist. 44. q. 2. ar. 2. q. 1. quod corpora gloriosa erūt subtilia, nō subtilitate quæ est per rarefactionē, quēadmodum aër dicitur subtilis, sed erunt subtilia propter perfectionē spiritus supra corpus. Vnde per hunc modum corpora in quibus forma multū dominatur supra materiam solemus vocare subtilia, sicut aurum dicitur subtile, quādo perfectißimè cōpletur in esse & virtute speciei suæ. Quia ergo corpus glorificatū perfectißimè cōpletur in esse per spiritū, ideo subtile & spirituale est. dicitur enim corpus gloriosum spirituale, quasi omni spiritui subiectum. Quæritur tertiò, vtrum corpora gloriosa erunt agilia. Ad hoc respōdet S. Tho. vbi suprà art. 3. q. 1. quod sic. Ratio quia corpus gloriosum erit omnino subiectum animæ glorificatæ, non solùm vt nihil in eo sit quod resistat voluntati spiritus, quia hoc etiā fuit in corpore Adæ, sed etiam vt sit in eo aliqua perfectio effluens ab anima glorificata in corpus, per quam habile reddatur ad subiectionē prædictā, quæ quidē perfectio dos glorificati corporis dicitur, anima autē dupliciter cōparatur ad corpus & eidē dupliciter vnitur. s. vt forma, & vt motor, & vtroq; modo oportet q corpus gloriosum animæ glorificatæ sit summæ subiectum. Vnde sicut per dotē subtilitatis subiicitur ei totaliter inquantum est forma corporis dās esse specificum, ita per dotem agilitatis subiicitur ei inquantum est motor, vt scilicet sit expeditum & habile ad obediendū spiritui in omnibus motibus & actionibus animę. Sic ergo causa agilitatis attribuitur animę, à qua gloria in corpus emanat. Verum vt dicit S. Tho. vbi sup. in solu. ad tertium. Per dotem agilitatis corpus gloriosum redditur habile, non solùm ad motum localem, sed ad sensum & ad alias omnes operationes animæ exequendas. Vtentur etiam beati aliquando sua agilitate, ita quòd aliquando mouebuntur vt dicit sanctus Thom. vbi suprà. I. quæst. 2. artic. 3. q. 2. sicut & corpus Christi motum est in sua ascensione, & corpora sanctorum quæ de terra resurgent, ad cœlum empyreum ascendent. Etiam postquàm ad cœlum empy-

Sentient beati. *Erunt corpora gloriosa subtilia ratione perfectionis spiritus supra corpus.* *Agilitas glorificati corporis.*

empyreum ascendent, verisimile est quòd aliquando moueantur pro libito suę voluntatis, vt illud quod habent in virtute actu exercentes diuinam sapientiam commendabilē ostēdant. Et etiam vt visus eorum reficiatur pulchritudine creaturarum diuersarū, in quibus Dei sapientia eminenter relucebit. Sensus enim nō potest esse nisi præsentium, quamuis magis à longinquo possint sentire corpora gloriosa quàm non gloriosa. Nec tamen per motum perit aliquid de eorū beatitudine quę consistit in visione Dei quem vbique pręsentem habent, sicut & de angelis dicit Greg. quod intra Deū currunt quocunq; mittantur. Et hoc est quod dicitur Esa. 40. Current & nō laborabunt, volabunt & non deficient. Et similiter Sap. 4. dicitur. Fulgebunt iusti: & tanquā scintillæ discurrent in arundineto. ergo erit aliquis motus corporum gloriosorum. Quæritur quartò vtrum corpora gloriosa erunt clara, vel vtrū claritas cōueniet corporibus gloriosis? Ad hanc quęstionem respondet S. Tho. in 4. dist. 44. q. 2. ar. 4. q. 1. quòd sic. & hoc oportet ponere propter auctoritatem sacræ scripturæ quæ hoc promittit. Et claritas illa causabitur ex redundantia gloriæ animæ in corpus. Quomodo enim recipitur in aliquo? non recipitur per modum influentis, sed per modum recipientis, & ita claritas quæ est in anima spiritualis recipitur in corpore vt corporalis, & ideo secundū quòd anima erit maioris claritatis secundum maius meritum, ita etiam erit differētia claritatis in corporibus, vt patet per Aposto. 1. Cor. 15. vbi dicit, Stella à stella differt in claritate, sic & in resurrectione mortuorum, quia erit & manifestabitur vnus splendidior altero, & ita in corpore glorioso cognoscitur gloria animæ, sicut in viro cognoscitur color corporis quod cōtinetur in vase vitreo, vt Greg. dicit super illud Iob. 28. Non adæquabitur aurū ei vel vitrū. Item Mat. 13. dicitur, Fulgebunt iusti sicut sol in regno patris eorum. in ista resurrectione gloriosa dicit Dauid de malis. Nō resurgent impij in iudicio, neq; peccatores in cōsilio iustorū. Vnde sequitur intantum quòd si à nobis possent videri, &c. De supradicta auctoritate. Ioan. 5. Qui verò mala egerūt in resurrectionem iudicij. s. damnationis. No. de turpitudine & fœtore corporis dānati. Quærit S. Tho. in 4. dist. 44. q. 3. ar. 1. q. 1. vtrū corpora dānatorum cum suis deformitatib⁹ resurgent. Ad hoc doctor vbi supra in sententia respōdet, quod deformitas corporis est duplex. Quædā est accidētalis & propter naturæ defectū adueniēs, sicut febris & mutilatio mēbrorum. Quædam verò deformitas est naturalis quę omne corpus naturale consequitur, sicut pōderositas & passibilitas. Et cū prima quidē deformitate nulla resurgent corpora damnatorum, sed cum secunda. Cuius ratio est, quia vt dictū est prius, auctor qui naturam condidit, in resurrectione eam integrè reparabit. Et ideo tolletur omnis defectus accidentalis, vel ex

Claritas glorificati corporis erit ex habitudine animæ meritis claræ.

Resurgent mali cum deformitate naturali.

naturæ corruptione procedēs vel ex ipsius debilitate, sed gloria resurrectionis excludent etiā defect⁹ naturaliter cōsequētes à corporibus glorificatis beatorū. Sic igitur boni resurgēt sine omni deformitate, nō autē mali, qui vt patuit resurgēt sine defectib⁹ accidētalibus. Dicitur enim 1. Cor. 15. Mortui resurgēt incorrupti. S. Tho. in 4. vbi supra exponit. i. sine aliqua diminutione mēbrorū: ergo mali resurgēt saltē sine aliquibus deformitatibus. Præterea in dānatis nō erit aliquid ꝙ sensum doloris in eis impediat. Sed ęgritudo impedit sensum doloris inquātū p eā debilitātur organa sentiēdi. Similiter etiā defect⁹ mēbri impediret nec esset vniuersalis dolor in corpore, ergo sine istis defectib⁹ dānati resurgēt. Et si dicatur, sicut resurrectio sanctorū erit ad vltimā pfectionē, sic & resurrectio impiorū ad vltimā miseriā. Sed sanctis resurgētibus nō auferetur qđ aliquid ad eorū pfectionē pertinere posset, ergo nec impiis resurgētibus aliquid auferetur ꝙ ad eorū defectū vel miseriā pertineat. Huiusmodi aūt sunt deformitates, ergo videtur ꝙ dānati cū omnibus deformitatibus resurgēt. Respōdet S. Tho. vbi supra ad 2. arg. ꝙ nō est similis ratio de bonis, & de malis, eò ꝙ potest aliquid esse purū bonū, nō autē purè malū. Vnde vltima sanctorū felicitas hoc requirit, vt ab omni malo pœnitus sint immunes, sed vltima malorū miseria nō excludit omne bonū, quia malū si integrū sit, non corrūpit semetipsum, vt Philoso. dicit in 4. Ethi. Vnde oportet ꝙ miserię dānatorū substernatur naturę bonū in ipsis, ꝙ est opus cōditoris pfecti q ipsam naturā in perfectione suæ speciei reparat. Erūt autē corpora dānatorū turpia & deformia, sed incorruptibilia. Quod erūt incorruptibilia patet, quia dicitur Apo. 9. In diebus illis quærūt homines mortē, & nō inuenient eā, & desiderabūt oēs mori, & fugiet mors ab illis. Itē dānati puniētur in aīa & corpore pęna perpetua. Mat. 25. Ibūt hi in suppliciū æternū. Sed hoc esse nō posset, si eorum corpora corruptibilia essent, ergo eorū corpora erūt incorruptibilia. Nō tamē eadē ratione, vt dicit S. Tho. in summa in 4. q. corpora beatorū. Nihilominus erūt corpora dānatorū passibilia, qa corpus cooperatur animæ ad peccatū. Ergo post resurrectionē corpora cū animabus puniētur, qđ nō esset si impassibilia forēt dānatorū corpora. Quęritur, quid erit de pueris qui sic moriūtur q nunquā fecerūt aliquod bonū, vel malū. Respōdeo ꝙ oēs resurgēt etiā in ætate 30. annorū vel circiter, quo ad statū. Etiā qui mortui fuerūt in vtero matris, & cognoscētur à matre. Et illi qui decesserūt cū baptismali innocētia, tūc resurgēt, & veniēt ad iudiciū, ad ostēdendum ꝙ non ꝑpriis meritis, sed merito passionis Christi sunt saluati. Illi verò q absq; baptismo decesserūt, resurgēt, & veniēt ad iudiciū ad accusandū vel excusandū parētes, vel alios, quorū culpa mortui sunt absq; baptismo, secūdū aliquos. Dicatur quomodo mulier grauida se debet

Abortiui etiam in ætate perfecta resurgent, à matribúsque agnoscētur.

bet custodire, cauere, & abstinere à multis. Et est bene tractãda à viro, vel accusabuntur in illo iudicio. Dicatur cõtra mulieres quæ ad cooperiẽdũ peccatũ, pcurãt sibi aborsum. Cõtra medicos & apothecarios ipsas adiuuãtes, quomodo accusabuntur in illo iudicio? De ista vniuersali, puocatione di. Athanasi9, Ad cui9 aduẽtũ oẽs hoies resurgere habẽt cũ corporib9 suis, & reddituri sunt de factis, ppriis rationẽ. secundũ quod erit in isto iudicio erit ordinatio iudicialis, qa quę sunt à Deo ordinata sunt, vt di. Apost. Rom.13. De ista ordinatione dicit ipsemet iudex, Cũ venerit filius hominis in maiestate sua, & oẽs angeli eius cũ eo, tũc sedebit sup sedẽ maiestatis suæ: & cõgregabuntur ante eũ omnes gentes, & separabit eos abinuicẽ, sicut pastor segregat oues ab hœdis, & statuet oues quidẽ à dextris, hœdos aũt à sinistris. Mat.25. Vbi erũt ordinati in tres partes. Quoniã apostoli & viri apostolici erũt tũc Christo in aëre cõiudices cũ Christo, boni verò erũt in terra à dextris Christi, mali autẽ à sinistris. Modò est hîc quęstio, qualiter apostoli & viri apostolici stabũt cũ Christo, vtrũ stãdo, an sedẽdo. Itẽ qualiter stabit tũc sancta Maria. qa depingitur ꝙ tunc virgo Maria orabit, &c. quod est falsum & erroneũ, qa tũc virgo Maria sedebit. Aucto. iuxta intellectũ allegoricũ. Sedit rex Salomõ sup thronũ suũ, positusq; est thronus matris regis qui sedit ad dexterã eius. 3. Reg.2. Et erit iudex cum filio. Apostoli etiã & viri apostolici oẽs sedebũt. Aucto. Dixit Petrus ad Iesum, Ecce nos reliquimus oĩa & secuti sumus te. quid ergo erit nobis. Mat.19. Respondit Christus, Amen dico vobis ꝙ vos qui secuti estis me, in regeneratione cũ sederit filius hoĩs in sede maiestatis suę, sedebitis & vos super sedes duodecim iudicãtes 12. tribus Israël. Nota iudicãtes, non dicit iudicãdi 12. tribus Israël. i. vniuersitatem gentiũ. Dic vbi erunt beati in die iudicij. s. B. Dominicus, B. Frãciscus, & boni religiosi de vita apostolica, quia cũ Christo iudicãtes, vbi Aug. & glose, de quolibet viro apostolico dicũt idẽ esse intelligendum. Nota quantũ laboraret quilibet si sciret, ꝙ suis laboribus posset acquirere honorẽ vel coronã papalẽ vel regnum, ꝙ nihil est respectu illi9 honoris vel coronæ. Dic practicè quomodo si aliquis religiosus de vita apostolica casu remaneret in terra ad dexteram, quomodo Christus ipsum vocaret, & ipsum faceret ascẽdere, & in cathedra collocaret. Aucto. Quis sicut Dominus Deus noster qui in altis habitat, & humilia respicit in cęlo & in terra? Psal.112. A dextris autẽ statuet oues. i. obedientes qui habent cõditiones ouium, s. obedientiam, patientiã, & erubescentiã. Sunt autẽ obedientes illi pastori qui dicit, Ego sum pastor bonus. Ioã.10. qui in suis actibus nolũt se regere iuxta suã inclinationẽ, sed iuxta pastoris ordinationẽ, nec secundũ eorum sensualitatẽ, sed secundum pastoris voluntatem. Itẽm ouis est patiẽs & videtur habere verecundiam, quia cauda

Maria virgo no erit aduocata in vltimo iudicio. No derit in vltimo iudicio ordo.

cauda cooperit verēda sua. Secùs de hœdis siue de capris,&c. Si pœnitētes cauda finalis pœnitētiæ cooperunt verenda suorū peccatorū, ita in die iudicij nō apparebūt peccata in cōfusionem ipsorum. Auct. Dauid. Beati quorum remissę sunt iniquitates,& quorum tecta sunt peccata. Psal.31. A sinistris verò statuet hœdos.i.inobediētes & impœnitētes qui nolunt se regere in suis operibus iuxta pastoris ordinationē, sed secundum malā inclinationē. Pastor autem præcepit humilitatē, & ipsi nolunt esse superbi, vani,&c. Præcepit vt vadāt per viā misericordiæ & liberalitatis, & ipsi ad instar hœdorum deueniāt per viā auaritiæ, cupiditatis,& sic de aliis, qbus dicit Christus, Vos non estis ex ouibus meis, oues meæ vocē meā audiunt. Ioā.10. Itē hœdi vidētur inuerecundi verenda ostēdendo, sic impœnitentes & notorij peccatores inuerecūdi sunt, quia notoriè peccāt & nō cooperiunt eorum peccata cauda pœnitentiæ. Si hœdi erunt à sinistris, vbi tunc erūt capræ.i.mulieres cornutæ? Respōdeo ꝙ ibidē cum hœdis. patet ergo ordinatio iudicialis. Tertium est, vel erit diffinitio sententialis. De practicè quomodo Christus fortè secundum aliquos interrogare poterit matrē suam, & alios, qd fiendū primò de his qui sunt à dextris,&c. Licèt nō indigeat cōsilio alicuius, nihilominus tamē volens honorare matrē suā & apostolos,& apostolicos viros interrogabit eos,&c. Quemadmodū Salomō sapiētissimus honorādo suos cōsiliarios ipsos interrogabat, licèt ipse melius sciret quid facturus esset. Et licèt secundū aliquos illud iudicium fiat mentaliter, vel secundum aliquos vocaliter, siue vocaliter & mētaliter secundum aliquos. Ego dicā vobis vt me intelligatis. Tunc Christus poterit interrogare matrem suā dicēdo: Mater mea quid vobis videtur faciendum. Respōdebit virgo Maria. Ex quo multa fecerunt vobis, & mihi, videtur mihi ꝙ isti qui sunt à dextris, ex quo vixerēt in mūdo iuxta vestrā ordinationem, &c. ꝙ sint hic nobiscum in gloria. Idē de interrogatione,& responsione apostolorū. Tunc dicit Christus. Et ego vt iudex & dominus vniuersalis dico, vt fiat prout dicitis. Tunc vertens se ad bonos facie læta dicet ad eos, Venite benedicti patris mei,&c. Tunc boni sibi regratiando fortè dicēt, Gloria tibi Domine qui natus es de virgine,&c. & statim virtute gloriæ ascēdent cum angelis in aëra. Aucto. Hoc enim vobis dicimus in verbo Domini, quia nos qui viuimus qui residui sumus in aduētu Domini, simul rapiemur cū illis in nubibus obuiā Christo in aëra,& sic semper cum Domino erimus. 1. Thess.4. Dic etiam practicè de malis qui erunt à sinistris, quomodo Christus interrogare poterit matrē & apostolos,& data sententia irreuocabiliter cōtra illos vertens se ad malos terribiliter di. Discedite à me maledicti in ignē æternū,&c. Tunc isti flentes facient plāctum. Hier.20. Maledicta dies in qua natus sum, dies in qua peperit

Iudiciū vltimū mentaliter fiet.

perit

Reprobationes malorum

perit me mater mea nō sit benedicta, meledictus vir qui annunciauit patri meo, di. natus est tibi puer masculus. & quātò in hoc mundo amores fuerunt maiores, tātò tunc erit vnus cōtra alium peior, s. vir contra vxorem & ecōuerso, pater contra filium & econuerso. Quartū erit executio perpetualis, nō vt faciunt aliqui Domini quī datam sententiam nunquam exequuntur. Dum autem mali sic flebunt, Christus clamare poterit voce magna di. Inferne aperi os tuū & degluti omnes impios istos. Dicit Christus de Iuda damnando, bonum erat ei si natus non fuisset homo ille. Mat. 26. Dicit hîc glo. ordinaria, Meliùs fuisset Iudæ nunquā fuisse quàm damnatum esse. Deinde Christus cum matre ascendet in cœlum præcedentibus Angelis & cantantibus & sequentibus sanctis sicut venerunt, qui quādo oculis corporalibus videbunt Solem, Lunā, cœlum, &c. dicere possunt Christo, cui poterunt loqui vt patri. O Domine ista est Luna, vel Sol qui illuminat nos. Idē quādo videbunt pulchritudinem cęli empyrei, in quo quilibet inueniet suā cathedrā paratā inter angelos cū nomine suo scripto. Ideo Christus dicit, Gaudete & exultate, quia nomina vestra scripta sunt in cœlis. Luc. 10. tunc quilibet eorum accipiet coronā gloriæ de manu Dei. O qualis honor. Collocabuntur in sua cathedra, & sic æternaliter stabunt in illa gloria. Et de cætero nullus habitabit in isto mundo. ꝙ naturaliter potest ostendi, quia habito fine cessant ea quæ sunt ad finem secundum Philosophum. Et habito termino cessat motus 5. physicorum.

Nullus post iudiciū in hoc mūdo habitabit.

Dominica I. aduentus Domini. Sermo II.

Ecce rex tuus venit tibi mansuetus. Mat. 21. Aduentus filij Dei in hunc mundum est triplex principaliter, scilicet,

Per incarnationem in ventre virginali.
Per iustificationem in mente humanali.
Per retributionem in iudicio generali.

Triplex aduētus Christi insignis vtilitas.

Isti tres aduentus Domini mysticè notātur in euā. ꝙ hodie legitur de hac causa quāuis eius historia pertineat ad diē Ramorū. Primus in principio vsq; Soluite & adducite mihi. vbi nota quatuor. s. finē ꝓpter quē venit qui est pacificatio hominis cum deo & cū angelis, & cum seipso & cū proximis. ibi, Cū appropinquasset Iesus Hierosolymis. Nā Hierosolyma pacificatio vel visio pacis interpretatur. Ephe. 2. Ipse enim est pax nostra qui fecit vtraq; vnū, & veniēs euāgelizauit nobis pacē. Via per quā venit est virgo Maria. Ber. Virgo egregia ipsa est via regia, per quā saluator venit ad nos ibi. Et cùm venisset Bethphage ꝙ interpretatur domus oris, quia in apertione oris ꝑ cōsensum dicēdo, Ecce ancilla Dñi, &c. facta est domus Dei. Ideo cātatur. Domus pudici pectoris tēplum repēte fit Dei, &c. Causa quare venit est eminentissima misericordia diuina ibi, Ad montē oliueti. Ephe. 2. Deus qui diues est in misericordia propter nimiā chari-

charitatē suā qua dilexit nos, cū essemus mortui peccatis cōuiuificauit nos. Actus ad quā venit qui est illuminatio mūdi nō tantū per se, sed etiā per discipulos, & quantū ad gentē Iudaicā, & quantū ad populū gentilē ibi. Tunc misit duos discipulos, &c. Ioā. 12. Ego lux in mundū veni, vt omnis q credit in me, in tenebris nō remaneat. Secūdus in medio. Dicite filiæ Siō, id est animæ humanæ. Ecce rex tuus venit tibi mansuetus. Nota quatuor circa aduentū istū, ꝓpinquitatē aduenictis: quia ecce scilicet præsens est ad ostiū, ideo citò recipiēdus. Apoc. 3. Ego sto ad ostiū & pulso, si quis audierit vocem meā & apparuerit ianuā, introibo ad illū, & cœnabo cū illo, & ille mecū. Eius dignitatē, quia rex tuus: ideo hospitium præparandum est ei diligēter. Greg. in home. pētecostes. Tergat sordes praui operis qui Deo præparat hospitiū cordis. Aduētus vtilitatē: quia venit tibi. i. ad vtilitatē tuam. Ideo vehemētiùs desiderandus. Mat. 8. Ego veniā & curabo eum. Aduenientis humilitatē: quia māsuetus. Ideo imitādus. Mat. 11. Discite à me quia mitis sum, & humilis corde, &c. Tertius in fine, ibi, Turbę autē quæ pręcedebant, & qui sequebantur, &c. Cōmune canticum omnium bonorū erit in die iudicij, Benedictus qui venit in nomine Domini. Mat. 23. Non me videbitis donec dicatis, Benedictus q venit in nomine Domini. Quibus respōdebit Christus, Venite benedicti patris mei, possidete paratum vobis regnū à cōstitutione mūdi: Esuriui enim & dedistis mihi, &c. Mat. 25. Diuersum erit canticū malorū. Hiere. 20. Maledicta dies in qua natus sum: dies in qua peperit me mater mea nō sit benedicta, &c. Quibus respōdebit Christus, Discedite à me maledicti in ignē æternum: qui paratus est diabolo, & angelis eius. Mat. 25.

Dominica I. aduentus. De animabus. Ser. III.

D*Icite filiæ Sion, Ecce rex tuus.* Mat. 21. Secundū materiam quam volo prædicare hoc sermone, verbum propositum est verbū Dei ad sanctos Angelos, vt loquantur amicabiliter animæ sanctæ, bonæ & iustæ, ab hac vita recedenti, tanquam conciui eorum, & cohęredi dicentis, Dicite filiæ Sion, id est animę sanctæ, quando repræsentatur regi Christo per angelos, dicentes animæ, Ecce rex tuus quem tam ardenter desiderasti, amasti, & cui tam fideliter seruiuisti. Iuxta prosecutionē huius intellectus inuenio in sacra scriptura quòd anima nominatur quadrupliciter, siue sit bona, siue sit mala: iuxta quatuor operationes ipsius animæ nominiter ab hoc mundo recedentis, ex quolibet opere anima nominatur proprio nomine.

Primum opus animæ est exitus corporalis.
Secundum ambulatio spiritualis.
Tertium introitus patriæ cœlestis.
Quartum præmiatio meritalis.

Ex

Ex primo opere si anima sit sancta & bona, nominatur filia principis. Si autem mala, dicitur filia latronis.
Ex secundo opere, si est bona, dicitur filia Sion. Si est mala, dicitur filia Edom.
Ex tertio si est bona, dicitur filia Iuda. Si sit mala, dicitur filia Babylonis.
Ex quarto, si sit bona, dicitur filia Hierusalem. Si sit mala, dicitur filia Belial.

Ecce hic tota materia de secundo opere. Christus sanctis angelis loquitur in themate, Dicite filiæ Siō. Primū opus animæ nouiter recedētis de hoc mundo est exitus corporalis. Oportet enim dimittere corpus, & si anima sit bona, sancta, & pœnitens, & cōtrita, & confessa, remisit, satisfecit, non exit sola de hoc mūdo, quia si est in puncto exeūdi de corpore, subitò angelus bonus custos ipsius qui præuidit horā mortis suæ, ascēdit ad Christū, qui licèt sciat omnia, tamē potest sibi dicere quę facimus. Cui dicere potest angelus, Domine, talis quē commendastis mihi, vixit in bonis operibus, seruauit præcepta vestra, noluit viuere secūdū sensualitatē, sed iuxta vestrā voluntatē, nec secundū suas inclinationes, sed secundū vestras ordinationes, modò est in articulo mortis. statim tunc Christus mittit filios, & filias, si quas habet in paradiso, ad sociandū animam illam quandoq; vt piè creditur. Et hoc patet ex multis miraculis: & quando aīa exit de corpore, statim videt angel⁹ filios & filias, quos optimè cognoscit, & nominat ipse angelus filios, & filias, quæ honorificè associatur ab eis. Ex isto opere aīa dicitur filia principis. Ratio illius est, qa sicut filia principis in die nuptiarū nō vadit sola corā sposo, sed notabiliter associata baronibus, militibus & scutiferis: sic aīa bona & sancta angelis. Auct. **Quid videbis in sunamite, nisi choros** castrorū, quā pulchri sunt gressus tui in calceamētis filia principis. Can. 7. No. sunamitis interpretatur mortificata. qa psona sancta & bona in hoc mūdo mortificat corpus suū p pœnitētiā ipsum castigando, eò q; inclinat ad vitia & peccata. Ideo dicit Apostolus, **Mortificate mēbra vestra, quę sunt super terrā.** ad Col. 3. Quid ergo **videbis in sunamite.** i. persona per pœnitentiā mortificata, nisi choros castrorum. i. angelorū qui dicuntur castra Dei? ita vocauit eos Iacob cū sibi in itinere obuiarēt dicēs, Castra Dei sunt hæc. Gen. 32. **Quā pulchri sunt gressus tui. i. passus** virtutum, quia sicut pedibus ambulamus in hoc mūdo, sic virtutibus & operibus meritoriis ambulamus ad Deū. Dauid, Ibūt de virtute in virtutē, videbitur Deus deorū. i. angelorū in Syon. Psal. 83. ita vitiis, peccatis & malis operibus ambulamus ad infernū, quia sicut optima calciamēta ornant & decorant pedes, ita intentiones rectæ ornāt & decorāt bona opera nostra. Quàm pulchri sunt gressus tui. s. virtutū & bonorū operum in calceamētis. i. intentionibus rectis versus Deum filia prin-

cipis. Per oppositum autem si anima sit mala impœnitēs, dicitur filia latronis. Ratio, quia sicut quando latro data sententia cōtra eum debet duci ad furcam & ad portam carceris, sunt sagiones expectātes eius exitum. Ita de anima impœnitēte filia latronis Adę, qui cōtra voluntatem & præceptū Dei de horto paradisi furatus fuit fructum vetitum, propter quod ibant omnes ad furcam inferni. Nota contra furantes fructus. ita peccator contra preceptum Dei furatur fructus de arbore superbiæ, de quo præcepit Deus ne homo comedat. Cuius fruct⁹ sunt, vanitas, pōpositas, vana gloria, pręsumptio, de quibus latro, id est peccator, recipit. Idem de arbore auaritię, cuius fruct⁹ sunt vsura, rapina, retentio, calumnia, fraus &c. Idē de arbore luxuriæ, cuius fructus sunt fornicatio, adulterium, incœstus, raptus, &c. Idē de arbore inuidię, cuius fructus sunt odium, rācor, mala volūtas, diffamatio, &c. Idē de arbore gulę, cuius fructus sunt comessationes, ebrietates, ieiuniorum fractiones &c. Idem de arbore iræ, cuius fructus sunt vindictæ, vulnera, damna, propter hęc in exitu animæ de carcere corporis expectant sagiones inferni filiam latronis. Audio. Nunc vastaberis filia latronis. Micheæ. 5. Dicit anima mala pro se & aliis, Obsidionem posuerunt super nos. ibidē. Ita est tunc de ista misera anima, sicut de ista perdice in mata, intra quā est à venatoribus obsessa, ita de anima. Caro est mata intra quā est anima abscondita, & in morte compellitur exire baculis dolorū, & infirmitatū. Dauid. Psal. 17. Circumdederūt me dolores mortis, Canes autem inferni stant in circuitu, & potest dicere misera anima, Circumdederunt me carnes multi. Psal. 21. Falcones in aëre, sunt dæmones in media regione commorantes. ideo potest dicere anima, Obsidionem posuerunt super nos. Ad quā demones, Nunc vastaberis. nunc. s. in exitu de corpore. vastaberis, id est, destructa eris, filia latronis. i. peccatoris impœnitentis. Secundum opus ipsius animæ. Post exitum à corpore est ambulatio spiritualis. Corpus remanet ibi, anima autem vadit sursum versus cœlū, si est bona: vel deorsum versus infernum, si est mala: & hæc dicitur ambulatio spiritualis, quia spiritus vadit sine corpore. Nota quomodo ab hinc vsq; ad cœlum empyreum est via longissima, & in media regione est maxima multitudo dæmonum, qui ibi remanserunt quādo de cœlo ceciderunt. Modò videamus quomodo anima poterit trāsire. Dico q; si anima est bona & sancta & sanctis angelis sociata, dæmones fugiunt & dimittunt eam in pace, & anima videt eos & cognoscit ipsos à quibus in hoc mundo fuit tentata, & cuilibet dicere poterit, O proditor nūquid tu es leuiathan qui tētasti me de superbia, &c. Sed Deus sua misericordia me iuuit. Idem de mammona, asmodeo & cęteris. & sic anima sancta transit liberè sine timore. Ex isto aspectu anima bona dicitur filia Syō. i. speculationis. Auct. Non trāsibit su-

Spiritale latrocinium.

Cognoscet anima diabolos à quibus hic tentata est.

pra

per eos vltra exactor, quia nunc vidi oculis meis, exulta satis filia Syon. Zach. 9. No. exactor significat diabolum qui exactè prouocat hominem ad peccandum. Non transibit super eos vl. Ecce quare di. the. animæ sanctæ. Dicite filiæ Syon. Si verò anima sit mala, vadit ad infernum, & non dicitur filia Syõ, sed filia Edon, quę interpretatur sanguinea, quia peccata mortalia in sancta script. dicũtur Sanguis. Ideo Dauid post peccata sua orando dicebat ad Dominum, Libera me de sanguinibus. i. peccatis, Deus Deus salutis meæ. Psal. 50. propter hoc anima impœnitẽs & peccatis plena dicitur filia Edon. Au. Filia Edon quæ habitas in terra Hus, ad te quoque perueniet calix, & inebriaberis atque nudaberis. Tren. 4. No. Hus. i. cõsiliatoris seu festinantis, quia diabolus dicitur festinãs, quia festinanter peccauit, quia statim quãdo fuit creatus, voluit parificari Deo, & multi angeli sibi consenserunt, ideo facti sunt dæmones, & multi sibi contradixerunt. Pro dictorum intelligentia nota ꝙ dæmones non sunt natura mali, vel naturaliter, sed propria volũtate, vt dicit Dion. 4. c. de diuinis nominibus. cuius rationem ponit B. Tho. 1. par. q. 63. art. 4. quia quælibet natura intellectualis habet ordinẽ ad bonum velle, quòd potest apprehendere & quòd est obiectum voluntatis, modò si sit aliquid cuius natura ordinetur in aliquod bonum secũdum cõmunem boni rationem. hoc secundum suam naturã non potest tendere in aliquod malum: sed dæmones sunt substãtiæ intellectuales, igitur nullo modo possunt habere inclinationem naturalem in aliquod quodcunq; malum, & ideo non possunt naturaliter esse mali. vnde Aug. 10. de ciui. Dei reprehẽdit Porphyrium de hoc ꝙ Por. dixit ꝙ dęmones erãt naturaliter fallaces, dicens eos non naturaliter esse fallaces, sed propria voluntate. vt dicit S. Tho. in. so. ad primum. Oẽs enim angeli boni, & mali fuerunt in gratia à Deo creati, vt dicit B. Tho. in 1. par. q. 62. ar. 3. dicit enim B. Aug. 12. de ci. Dei, ꝙ Deus similiter erat in eis condens naturam & largiẽs gratiam, angeli tamen in gratia creati peccare potuerunt, quia non fuerunt in gratia confirmati, vt di. B. Tho. q. 63. ar. 1. imò de facto aliqui peccauerunt qui & dæmones effecti sunt secundum illud Iob. 4. In angelis suis reperit prauitatem, & à creatione sua vsque ad peccatũ, & à paradisi expulsione vix transiuit spatium vnius momẽti. ecce quomodo fuit festinãs qui habitas in terra Hus. i. festinãtis ad te quoque perueniet calix. de quo Io. Bibent de vino irę Dei quod mixtũ est mero in calice iræ ipsius. Apoc. 14. & inebriaris: quia sicut ebrius nescit quid facit, sic nec anima quando sentit pœnas intolerabiles inferni & nudaberis, scilicet, meritis gaudiis & omnibus bonis. Caucte ergo ne anima vestra sit filia Edon. Tertiũ opus est introitus patrię cęlestis, quia si aĩa sit bona, intrat patriã paradisi: si mala patriã inferni. Ex ingressu paradisi dicitur filia Iudæ ex ingressu inferni,

Dæmones propria voluntate, nõ autẽ naturaliter mali sunt.

Omnes angeli & mali & boni in gratia fuere conditi.

Ecce quãdiu angeli mali in gratia perstiterunt.

filia Babylonis. Postq̃ anima est à corpore egressa cũ illa honorabilis comitatus intrat cœlum empyreũ, & vidẽs illam inæstimabilem pulchritudinẽ cęli admiratur valdè, & animæ beatorũ & sancti angeli vidẽt animã nouiter intrantẽ & regratiãtur Deo, & salutare eã possunt di. O benedicta creatura benedicta dies & hora in q̃ dimisisti põpam, vanitatẽ, &c. & fecisti penitentiã. Quæ stupefacta respõdere poterit, Nõ nobis dñe nõ nobis, sed nomini tuo da gloriam. Ex isto introitu aĩa dicitur filia Iudæ. Aucto. Audiuit & læta tata est Syõ. & exultauerũt filiæ Iudæ propter iudicia tua Domine. Psa. 96. No. læta est Syõ. i. aĩa sancta quæ dicitur filia Siõ, ꝓpter egressum spiritualẽ: & exultauerũt filię Iudę. i. cõfitentes ex ingressu paradisi ꝓpter iudicia tua Dñe. Quæ quidẽ iudicia sunt sex: tria in hoc mũdo: & tria in alio quę attribuũtur Deo. Primũ iudiciũ in hoc mũdo est cõtritio cordis, quãdo hõ dolet de peccatis & recipit bonũ ꝓpositũ cõfitendi di. O miser qd erit de me, ego sum religiosus, &c. Dic de quolibet statu. Ecce primũ iudiciũ in quo peccator iudicat ꝗ corrigat se. Secundũ est oris cõfessio, quãdo hõ dicit cõfessori oĩa sua mala & peccata tanq̃ iudici, & hoc iudiciũ est necessariũ, qa de glãdula curãda necessariũ est, vt inde exeat corruptio. Idẽ de peccatore. Et posteaq̃ cõfessor qui est iudex dicit secundũ ꝗ video ex dictis vestris, vos estis superbꝰ, &c. ideo decętero humilietis vos. Idẽ de aliis. tũc cõfessor vt iudex absoluit eũ. Tertiũ iudiciũ est corporis afflictio. optimũ iudiciũ est castigare carnẽ ne castigetur in alio mundo à fagionibus inferni. In alio mũdo sunt alia tria iudicia. Primũ est associatio sanctorũ angelorũ in exitu aĩæ à corpore, ex quo aĩa fuit in hoc mũdo associata virtutibus & operibus bonis, iudicat dominus vt tũc associetur aĩa sanctis angelis, vt piè credendũ est. Secundũ est dæmonũ fugatio in media regione aëris, iudiciũ est rectũ ex quo anima in hoc mũdo fugit & vitauit tẽtationes dæmonũ, ꝗ tunc ipsi fugiant & permittãt eã liberè trãsire. Tertiũ est ipsius aĩæ cõmendatio & laudatio in introitu paradisi, ex quo aĩa in hoc mũdo benedixit & laudauit Deum, iudicat Deus vt in introitu parasi laudetur & cõmẽdetur à sanctis angelis & animabus. Ecce quare dicit, Exultauerũt filiæ Iudæ propter iudicia tua Domine. Modò gira chartã per oppositũ, si aĩa sit mala & impęnitẽs intrat patriã inferni. Dic quãdo est in ianua inferni, qũo statim aperitur, & exit inde fœtidus fumꝰ de sulphure & horribilis. Et anima misera flẽs & clamãs dicere potest, O misera & huc intrabo & quid forte erit de me vltra: vltra dicũt dæmones, traditor quia hic oportet vos stare in ęternũ. Et ex isto introitu aĩa dicitur filia Babylonis. i. confusionis quia sicut in paradiso est optima ordinatio angelorũ & sanctorũ, per oppositum in inferno est inordinatio & confusio. Vbi nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat. Iob. 14. ideo anima dicitur filia

Sex animæ iudicia.

filia Babylonis. Auct. Filia Babylonis misera. Beatus qui retribuet tibi retributionẽ tuã quã retribuisti nobis. Psal. 136. verba sunt sanctarũ personarũ. Beatus. i. est ille qui retribuet tibi retri. &c. Quia in hoc mũdo peccatores & mali persequũtur bonos. ipsis multipliciter iniuriando dicendo hypocrita beghart, &c. & in hoc mũdo à nullo reprehẽdũtur, sed in alio mũdo grauiter punientur à Deo. Ideo beatus qui retri. ti. &c. Quartũ opus est recipere præmiũ meritale, vel in cœlo si est bona, vel in inferno si est mala. Dic quõ ex quo anima sancta e : in paradisum introducta venit ad cathedrã Christi, cui deuotè osculatur manus & pedes etiã virgini Mariæ quibus regratiatur, vt, pbabile est, &c. & ibidem à Christo coronatur corona gloriç. Auct. Accipiẽt regnũ decoris & diadema speciei de manu domini. Sap. 5. Demũ collocatur in cathedra gloriæ in aliquo ordine angelorũ vbi erit æternaliter in pace cõtinua. ex quo aĩa dicitur filia Ierusalẽ, quæ interpretatur pacifica. Aut. Lętare & exulta in omni corde filia Ierusalẽ, abstulit Dñs iudiciũ tuum, auertit inimicos tuos. Rex Israel Dñs in medio tui, nõ timebis malã vltra. Soph. 3. No. differentiã inter lętitiã & exultationẽ. quia lætitia consistit intus in corde, exultatio autem cõsistit in corpore & ostẽditur extra. vnde exultatio quasi extra saltatio p̃ gaudio. Sic verbi gratia quando dicitur vobis, filius vester est sanus, vos de hoc habetis lętitiam, licèt si dicatur vobis q̃ filius vester factus est episcop9, vel cardinalis, tũc habetis etiã exultationẽ, sic aĩa sancta quãdo intrat paradisum habet lętitiã, sed in die iudicij maximã habebit exultationẽ: qa tũc gloria & lætitia aĩæ saltabit extra p redundãtiã, qa sicut mõ esse aiæ cõmunicatur corpori, ita etiã esse gloriæ ipsius animæ cõmunicabitur corpori. Ecce qualiter dicit auct. Lętare & exulta. &c. Per oppositũ si anima est mala, recipit in inferno prę̃miũ suũ iuxta peccata & mala opera quæ fecit ver. gra. Si in hoc mũdo p sona fuit superba, vana, põposa, se super alios eleuãdo, talis anima in inferno recipit salariũ, qa ibi humiliatur in maximis pœnis, & calcatur pedibus dæmonũ. Si verò fuit persona auara, vsuraria, crudelis & sine misericordia, in morte mittitur aĩa in plumbũ liquefactũ, & ibi coquitur, &c. si luxuriosa, ponit in veru cũ meretrice sua ad in ar. cirogillorũ, & ibi se calefaciũt. Si iracũda aĩa est, in cõtinua guerra & diuisionibus, & sic de aliis peccatis. Et ex hoc aĩa dãnata dicitur filia Belial. Auct. Quasi vna de filiabus Belial. 1. Reg. 1. Belial, dupliciter interpretatur. primò Belial. i. sine iugo. secundò Belial. i. absq; dño. Prima interpretatio ostẽdit quare aĩa dãnatur, quia fuit absq; iugo, secundò q̃ Deus imposuit nobis iugũ præceptorũ di. Tollite iugũ meũ super vos, & discite à me quia mitis sum & humilis corde, & inuenietis requiẽ animabus vestris. Iugũ enim meũ suaue est & onus meũ leue. Mat. 11. Leue est parui põderis, quia solùm 10. li-

brarũ. Prima est. Non habebis deos alienos, &c. Multi nolunt iugũ istud portare. ecce absq; iugo quilibet vult viuere ad libitum iuxta suas inclinationes malas, & nõ curat quod præcepit Dominus. ecce hic culpa, ꝓpter hoc sequitur pœna quã habet aĩa in inferno, ꝙ ostenditur in secũda interpretatione absq; Dño, quẽ nũquã videbit, quia ibi in hoc mũdo nõ obediuit. Quæstio est hic ad clarificãdũ intellectus nostros, quare Deꝰ dãnat æternaliter animã, nũquid sufficeret ꝙ tãtũ duraret pœna quãtũ culpa seu peccatũ. s. tãtã ꝓ peccato, vt si peccatũ durauit per horã siue per diẽ vel ꝑ mẽsem vel per annũ &c. ꝙ tãtũ duraret pœna, & hoc esset iustũ & rationabile. Sed ꝓ peccato vniꝰ horę vel diei &c. ꝙ anima dãnetur æternaliter, hoc nõ videtur iustũ & rationabile. Pro responsione sciẽdũ, ꝙ quãdiu anima est vnita & cõiũcta corpori essentialiter, anima recipit aliquas cõditiones à corpore vt socius à socio. Cõditio corporis est ꝙ est mutabile & variabile, quia modò est sanũ, mõ infirmũ, mõ lętũ, mõ triste, mõ calidũ, mõ frigidũ &c. hãc cõditionẽ recipit aĩa à corpore quandiu est sibi cõiũcta, licèt de se sit immutabilis & inuariabilis. Sed vnita corpori est mutabilis & variabilis, quia licèt mõ sit bona, potest esse mala, & econuersò, mõ est in gratia Dei, mõ in ira & in peccato, mõ deuota, mõ indeuota. Auct. Corpus ꝙ corrũpitur aggrauat animã. Sap. 9. s. trahẽdo ipsam ad cõditiones corporis. Sed à corpore anima separata efficitur immutabilis & inuariabilis, quia si in gratia recedit à corpore, ita cõfirmatur in eo, ꝙ nõ potest ipsam perdere nec amittere aliquo modo, ideo habebit æternaliter gloriã. Si aũt recedit à corpore in culpa & peccato, ita cõfirmatur & obstinatur in ipso ꝙ nõ potest pœnitere nec ab eo exire, ideo æternaliter habebit pœnã. ver. gra. si anima in morte recedit à corpore in culpa seu peccato supbiæ &c. sic obstinatur & cõfirmatur in illa, ꝙ nõ potest pęnitere. Itẽ de aliis peccatis. Au. Si ceciderit lignũ ad austrũ aut ad aquilonẽ, in quocũq; loco ceciderit, ibi erit. Eccl. 11. Loquitur de homine q est vt arbor plãtata in viridario ecclesiæ. Mar. 4. Video homines velut arbores scindi per mortẽ corporalẽ. Iã enim securis ad radicẽ arboris posita est. Mat. 3. Auster q est pars calida & humida, significat personã q̃ est in statu gratię quę est calida per deuotionẽ, & humida ex peccatorũ cõtritione lacrymãdo. Aquilo qui est pars frigida & sicca significat personã quę non est in gratia Dei, quæ est frigida ex indeuotione, & sicca & sterilis ex operibꝰ misericordię & pœnitẽtiæ Di. ergo. Si ceciderit &c. Ex quo ergo peccatũ seu culpa durat æternaliter in aĩa, imò pęna erit etiã ęterna, patet ratio. Tu fortè credebas ꝙ aĩa recedẽs ꝑ mortẽ corporalẽ dilueret peccatũ & culpã ꝙ nõ facit nisi in gratia recedat. ideo mõ est hora pœnitẽdi. Ecce qualiter aĩa dãnata dicitur filia Belial sine iugo vel absque domino. Pro dictorũ pleniori intelligẽtia, nota ꝙ B. Tho. 4. sen. di. 46. q. 1. ar. 3. hanc

Animus à anima à Deo æternaliter dãnetur.

Quoniã animæ separata est immutabilis, fit vt nec mereri nec demereri possit.

3. hãc mouet questionẽ, Vtrũ ex diuina iustitia inferatur peccatoribꝰ æterna pœna. Ad quã vt supra respõdet, ꝙ sic, loquẽdo de culpæ mortali, quia duratio pœnę nõ respõdet duratiõi culpę. Dicit Aug. 21. de ci. Dei, Nõ enim adulteriũ quod in momẽto tẽporis perpetratur, momẽtanea pœna punitur, etiã secũdũ leges humanas. Sed duratio pœnæ respicit dispositionẽ peccãtis. Quãdoque enim ille qui peccat in aliqua ciuitate, ex ipso peccato efficitur dignꝰ vt totaliter expellatur à societate ciuitatis, vel per exiliũ perpetuũ, vel etiã per mortẽ. Quãdoq; verò nõ redditur dignus vt totaliter à societate ciuiũ excludatur, & ideo vt possit esse cõueniẽs mẽbrũ ciuitatis, pœna ei ꝓlõgatur vel breuiatur secũdũ ꝙ eiꝰ expedit correctioni, vt in ciuitate cõuenientet & pacificè viuere possit. Ita secũdũ diuinã iustitiã aliquis ex peccato dignꝰ redditur penitùs à ciuitatis Dei cõsortio separari, ꝙ fit per omne peccatũ quo quis cõtra charitatẽ peccat, qui est vinculũ vniẽs ciuitatẽ prædictã, & ideo ꝓ peccato mortali, ꝙ est cõtrariũ charitati, aliquis in æternũ à societate sanctorũ exclusus ęternę pęnę adiicitur. Quod autẽ pœna quã ciuitas mũdana infligit perpetua nõ reputatur, hoc est per accidẽs, inquãtũ homo nõ perpetuò manet, vel inquãtũ etiã ciuitas ipsa deficit. Vnde si hõ in perpetuũ viueret pœna exilij & seruitutis quę per legẽ humanã infertur, in eo perpetuò permaneret. Qui verò hoc mõ peccãt, vt tamẽ nõ reddãtur digni totaliter separi à sanctę trinitatis cõsortio, sicut peccãtes venialiter, tãtò eorũ pœna erit breuior vel diuturnior, quãtò magis vel minꝰ purgabiles erũt, secũdũ ꝙ peccata eis plꝰ vel minꝰ inhæserũt. ꝙ in pœnis huiꝰ mũdi & purgatorij secũdũ diuinã iustitiã seruatur. Inueniũtur & aliæ rationes à sanctis assignatę, quare iustè ꝓ peccato tẽporali, s. mortali aliqui pœna æterna puniãtur. Vna est quia peccauerũt cõtra bonũ æternũ, dũ cõtẽpserũt vitã ęternã. Et hoc est ꝙ Aug. in li. ꝑdicto dicit, factꝰ est malo dignꝰ ęterno, quia hoc in se peremit bonũ, ꝙ esse ei possit æternũ. Alia rõ, qa hõ in suo ęterno peccauit. Vnde di. Gre. in 4. dialo. ꝙ ad magnã iustitiã iudicãtis ptinet, vt nũq̃ careãt supplicio, qui nunq̃ carere voluerunt peccato. Et sic obiiciatur, ꝙ quã peccãtes mortaliter ꝓponũt vitam suã in meliꝰ quãdoq; cõmutare, & ita secũdũ hoc nõ essent digni ęterno supplicio, vt videtur dicẽdũ, ꝙ ex hoc ipso ꝙ mortaliter peccat, finẽ suũ in creatu. cõstituit. & qa ad finẽ vitę tota vita ordinatur, ideo ex hoc ipso totã vitã suã ordinat ad illud peccatũ, & vellet ppetuò in peccato pmanere, si hoc esset sibi ĩpunè. Et hoc est ꝙ Gre. di. 21. mor. sup illud Iob. Estimauit abyssũ quasi senescẽtẽ. Iniquo ideo cũ fine deliq̃rũt, qa cũ fine vixerũt, voluissent qppe sine fine viuere, vt q sine fine potuissẽt in iniqtate pmanere. Põt & alia. s. tertia rõ assignari, quare pęna peccati mortalis sit ęterna qa ꝓ eã cõtra deũ qui est infinitꝰ peccator, vnde cũ nõ possit esse infinita per intẽsionẽ, qa

Ratione obiecti est peccatũ infinitum.

creatura non est capax alicuius qualitatis infinitæ: requiritur q̄ sit saltē duratione infinita. Est & quarta ratio ad hoc idem. quia culpa manet in æternū, quę culpa cū nō posit remitti sine gratia quā hō nō potest post mortē acquirere, nec debet pœna cessare, quādiu culpa manet. Cōfirmatur quod dictum est per id quod dicitur Mat. 25 Ibūt hi. s. peccatores, in supplicium æternū. Itē sicut se habet præmiū ad meritū, ita pœna ad culpā. Sed secundū diuinā iustitiā merito tēporali debetur præmiū æternū. Io. 6. Omnis qui vidit filiū hominis & credit in eū, habet vitā æternā. ergo & culpæ tēporali secundum diuinā iustitiā debetur pœna æterna. Præterea secundū philoso. 5. Ethic. Pœna taxatur secundū dignitatē eius in quē peccatur. Vnde maiori pęna punit qui percutit alapa principē, quā aliū quēcunq;, sed qui peccat mortaliter, peccat cōtra Deū cuius præcepta trāsgreditur, & cui⁹ honorē aliis impartitur dū in alio finē cōstituit. Maiestas autē Dei est in infinita, ergo quicūq; mortaliter peccata dignus est infinita pœna, & ita iustè pro peccato mortali aliquis perpetuò punitur. Hęc S. Tho. vbi supra. Idē ponit 1. 2. q. 88. ar. 3. vbi cōcludit, q̄ peccatū mortale quātū est de se, inducit reatū pœnæ æternæ. Idē in secundo scripto dist. 42. ar. 5. In quo ponit differētiā inter peccatū veniale & mortale, per pœnā æternā & tēporale. De animabus autē quæ nō statim vadūt ad paradisum, quia nō sunt cōdignæ nec perfectę pænitētes, nec vadunt ad infernū, quia ante mortē habuerunt cōtritionē de peccatis & fecerūt cōfessionē & nō plenā satisfactionē. Tales vadūt post mortē corporis ad purgatoriū ad purgādū pænitētiā, qua cōpleta intro ducūtur in celū. Pro dictorū maiori intelligētia quæritur vtrū post hāc vitā sit purgatoriū. Ad hanc quęstionē resp. S. Tho. 4. scrip. 21. dist. q. 1. ar. 1. q. 1. q̄ sic, & q̄ de necessitate fidei est ponere purgatoriū. Quia iustitia hoc exigit, vt peccatū per pęnam debitā ordinetur. modò multi sunt qui absoluti sunt & quibus culpa est dimissa, sed nondū compleuerūt pænitētiā, eò quòd per contritionem deleta culpa nō tollitur ex toto reatu pœnę. nec etiam semper venialia dimissis mortalibus tolluntur, quibus restat aliqua pœna tēporalis perficiēda, & ideo oportet q̄ taliter decedētes post contritionē de peccatis & absolutionē ante satisfactionem debitā post hāc vitā puniētur. Et ita oportet locū dare in quo tales animæ puniantur. Et hic dicitur purgatoriū. Et ideo illi qui purgatoriū negāt, contra diuinā iustitiā loquuntur, & propter hoc erroneum est & à fide alienū. hoc idē tenet Grego. Nicenus, qui dicit, Si aliquis Christo amico cōsentiēs in hac vita purgare peccata minus potuerit post transitum hinc per purgatorij ignis conflationē expedire. Hoc prædicam⁹ dogma veritatis seruātes. & ita credimus. Hęc ille. Hoc etiā vniuersalis ecclesia tenet pro defunctis orans vt à peccatis soluātur, quòd non potest nisi de illis qui sunt in purgatorio intel-

Cū peccatū infinitū sit obiectiuè, meritò pœna infinita ed extēsiuè, tamen intēsa creaturæ capacitatem.

Probatur extare purgatoriū.

intelligi. Ecclesiæ autem auctoritati quicunque resistit, hæresim incurrit, quod confirmatur. Quia dicitur 2. Macha. 12. Sancta & salubris est cogitatio pro defunctis exorare, vt à peccatis soluãtur. Sed pro defunctis qui sunt in paradiso nõ est orandũ, quia illi nullo indigent. Nec iterum pro illis qui sunt in inferno, quia illi à peccatis solui nõ possunt, ergo post hanc vitam sunt aliqui à peccatis nondũ absoluti, qui solui possunt, & tales charitatẽ habent sine qua non fit peccatorũ remissio, quia vniuersa delicta operit charitas. Prou. 10. Vnde ad mortem æternam nõ deueniẽt, quia qui viuit & credit in me nõ morietur in æternum. Io. 11. nec ad gloriam inducentur nisi purgati, quia nihil immundũ ad illam perueniet, vt patet. Apoc. 21. vbi dicitur. Non introibit in ea aliquid coinquinatum. ergo aliqua purgatio restat post hanc vitam, & sic est ponendum purgatorium. Idem ponit S. Tho. 4. contra gentiles. ca. 91. Item idem est ignis inferni & purgatorij, vt dicit S. Tho. vbi supra. s. 4. scrip. dist. 2. q. 1. art. 1. q. 2. Et ignis purgatorij est æternus secundum substantiam, sed tẽporalis secũdum effectum purgationis. Dicit enim B. Greg. quod sicut sub eodem igne aurum rutilat & palea fumat. Ita sub eodem igne peccator crematur & electus purgatur. Ergo idem est ignis inferni & purgatorij. Stultum est tamen differre satisfactionem vsque post mortẽ, quãuis possit in purgatorio fieri, & sit plenè solutio. Quia vt dixit S. Tho. vbi supra. q. 3. Pęna purgatorij minima, excedit maximam pęnam huius vitę. Est enim in purgatorio duplex pœna, vna damni, inquãtum. s. retardantur à diuina visione, alia est sensus secundum quod ab igne corporali puniũtur. Et quantum ad vtrũque pęna purgatorij minima, vt dicit S. Tho. vbi supra, excedit maximam pœnam præsentis vitæ. Quantò enim aliquid magis desideratur, tantò eius absentia est molestior, & quia affectus quo desideratur summum bonum post hanc vitã est intentissimus, quia non retardatur affectus mole corporis. Et etiã quia terminus fruẽdi summo bono iam aduenisset nisi aliquid impediret, ideo de tardatione maximè dolent. Et ista pœna est maxima pœna. Similiter etiam cũ dolor non sit læsio, sed læsionis sensus, tantò aliquis magis dolet de aliquo læsiuo, quantò magis est sensitiuum. Vnde læsiones quæ fiunt in locis maximè sensibilibus, sunt maximum dolorem causantes. Et quia totus sensus corporis est ab anima, ideo si in ipsam animam aliquod læsiuũ agat de necessitate oportet quod maximè affligatur. Quod autem anima ab igne corporali patiatur ad præsens supponitur. hoc enim sanctus Thom. 4. dist. 44. in fine distinctionis pulchrè probat. Et hoc patet ex sententia Domini Mat. 25. Ite maledicti in ignem æternũ qui paratus est diabolo & angelis eius. Et ideo patet quod pœna purgatorij quantum ad pęnam damni & sensus excedit omnem pęnam istius vitæ. Quidam autem assignãt

Idẽ est ignis & inferni & purgatorii.

Duplex pœna s. dãni & sensus.

rationē ex hoc ꝙ anima tota punitur, nō autē corpus. Sed hoc nihil est, quia sic pœna dānatorū esset minor post resurrectionē quā ante, ꝙ est falsum. Hæc S. Tho. vbi supra. Stultū igitur est vsq; ad purgatoriū differre pœnitentiā & satisfactionē. Purgātur aūt in purgatorio, vt dicit S. Tho. vbi. sup. q. 1. ar. 1. q. 5. electi sola diuina iustitia, non ministerio dæmonū, quorū victores extiterūt, nec ministerio angelorū, qui ciues suos non tā vehemēter affligerent. Sed tamen possibile est, ꝙ eas ad loca pœnarū deducāt. & etiā ipsi dęmones qui de pœnis hominū lætātur, eas concomitātur & assistunt purgādis, tum vt eorum pœnis satientur, tum vt in earū exitu à corpore suo aliquid ibi reperiant. hæc S. Tho. vbi supra. De istis etiā di. Christus angelis, Dicite filiæ Syon, &c. pro earū consolatione. Deo gratias.

Non puniuntur animæ in purgatorio dæmonū ministerio.

Dominica I. aduentus Domini. Sermo IIII.

I*Te in castellum quod contra vos est* Mat. 21. Sermo noster est quomodo oportet nos parare in hac vita, vt vadamus ad gloriā æternā finaliter. Materia erit vtilis & proficuosa, sed vt sit Deo acceptabilis & gratiosa, salutetur virgo Maria gloriosa. Ite in castellum, &c. Hoc verbū ad literā dixit Christus duobus discipulis suis quos mittebat in Hierusalem di. Ite in castellū, &c. Christus ciuitatem Hierusalem vocabat castrū, quia habebat conditiones castri ad literā quantum ad sitū, & quantum ad fortitudinē magnam quam habebat in muris, turribus, fortalitiis & huiusmodi, & erat in alto posita ad instar castri fortissimi & quasi inexpugnabilis. ideo dicit, Ite in castellū quod contra. i. ante vos est. sed spiritualiter maximè anagogicè, ab ana quod est sursum, & gogæ ductio, quasi sursum ductio, cœlesti gratia dicitur castrum siue ciuitas propter tria, vel propter tres proprias conditiones castri.

Prima quia castrum est situm in loco alto & eminenti, sed nihil creatum est altius cœlo empireo.

Secunda, quia castrum est inexpugnabile.

Tertia, quia est prouisum de omnibus necessariis.

Primò est in alto positū. Dauid Psal. 90. Altissimū posuisti refugium tuum. No. altissimū. Alti sunt montes & elementa, sed altiores sunt celi lunæ, Mercurij, &c. Sed super omnes altissimū est cœlum empireum, intantum ꝙ physici nō peruenerūt ad eius cognitionē, quia non potuerunt tātum ascēdere. Dicit S. Tho. 2. scri. di. 2. q. 2. ar. 1. vbi quærit, Verū cœlū empireum sit corpus, ꝙ cœlum empireum ratione inuestigari nō potest, quia quidquid de cœlo cognoscimus, hoc est aut per visum aut per motū. Cœlū aūt empireū nec visui subiacet nec motui, vt habetur in litera 2. senten. dist. 2. sed per auctoritatē est habitum, & est corpus illud quod principaliter ordinatum est vt sit habitatio beatorū, & hoc magis propter homines quorum corpora glorificabuntur, quibus locus debetur, quā propter Ange-

los, qui loco nõ indiget. Et quia illa gloria excedit inuestigationẽ humanã, ideo etiã cœlũ empireũ. Et est cœlum empireum corpus, secundũ ꝙ dicitur 2. sen. di. 2. intellectuale & intelligibile & nõ visibile, quia nõ subiacet nostro visui, sed intellectu tantũ capitur, & est immobile. Et imò philosophi ipsũ nõ cognouerũt, vt dicit S. Tho. vbi supra in solutione ad quartũ. nec aliquam de eo mentionẽ fecerunt, quia nec motui nec visui subiacet, itẽ cœlũ empireum, vt dicit S. Tho. vbi supra ar. 2. est incorruptibile. immobile & lucidũ, qa cũ omnis res determinetur à fine, oportet cõditiones cęli empirei accipere secundũ ꝙ conuenit statui beatorũ propter quos factum est. Et quia illi sunt in plena participatiõe æternæ lucis, quietis & æternitatis: imò decet empireũ celum lucidũ, immobile, & incorruptile esse. Vnde 2. sen. dist. 2. in litera dicitur, ꝙ dicitur empireũ non ab ardore sed à splendore. Dicitur etiã ꝙ à volubilitate mundi secretũ est, vt dicitur etiã ꝙ non habet ardorem. non autẽ dicitur lucidum hoc modo, ꝙ radios suos emittat nostro sensui visibiles, sed quia in natura sua lucẽ habet, eò ꝙ est maximè formale. Hæc S. Tho. vbi supra. Itẽ 1. par. q. 66. ar. 3. Secundò est inexpugnabile. Dauid, Non accedet ad te malũ. s. culpę. & flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo, Psal. 90. Tertiò est ibi omniũ bonorũ ꝓuisio. Vnde Boët. 3. de conso. philoso. dicit, ꝙ beatitudo est status omnium bonorum aggregatione perfectus. Dicitur etiã gloriosa ciuitas signata per ciuitatem Hierusalẽ, eò ꝙ habebãt multas libertates, & caput & mater erat aliarũ ciuitatum. Ita etiã gloria cœlestis. Aucto. Illa quæ sursum est Hierusalẽ libera est, quæ est mater nostra, ad Gal. 4. Patet ergo, ratio quare gloria cęlestis dicitur ciuitas vel castellũ, de qua analogicè dicit Christus in themate omnibus nobis, Ite in castellũ q. d. in hoc mundo nõ potestis diu stare, imò oportet nos habitationem mutare, quia nõ habemus hic manentẽ ciuitatem, sed futurã inquirimus, vt dicit apostо. Heb. 13. Imò dicit, Ite. s. per bona opera, per passus virtutũ, in castellum scilicet gloriæ cœlestis, quod cõtra vos est. Sed quare dixit quod cõtra vos est, nunquid gloria cœlestis est inimica nostra? Modò iuxta hoc inuenio in sacra scriptura, q̃ gloria cœlestis est pro aliquibus, & est cõtra aliquos. Primò gloria cœlestis est pro innocẽtibus in baptismo purificatis. Secũdo gloria cœlestis est cõtra delinquentes criminaliter alienatos. Dico primò &c. quia ipsi nunquã peccauerũt, nec corde malè cogitãdo, nec ore malè loquẽdo, nec opera cõtra Deũ, nec cõtra ꝓximũ, imò cœlestis gloria est ꝓ istis. Ratio patet per regulã philoso. 4. phy. qa locus & locatũ debẽt ꝓportionari, vel quilibet locꝰ cõpetit locabili sibi nõ cõtrario sed ꝓportionato. ver. gra. Mare siue aqua maris cõpetit piscibus. qa ille locus est eis naturalis iuxta eorũ proprietates & conditiones, aër aũt est pro auibus. Terra verò ꝓ animalibus, quia habent

Cœlum empireũ minimè visibile est & motui nõ subiectũ est.

Beatitudinis definitio.

Ratio quare deus dicitur in cœlis potiusque alibi habitare.

Baptismi effectus.

bēt cōditiones & ꝓprietates similes loco. Modo videamus si pueri nouiter baptizati habēt qualitates & cōditiones & ꝓprietates similes cœlo empyreo, & apparet ꝙ sic, quia cœlū est loc⁹, habitatio seu domus Dei propriè. Licèt enim Deus sit in omni loco, tamē in cęlo maximè manifestat gloriā suā sanctis. Ideo Dauid, Ad te leuaui oculos meos. s. in oratione, qui habitas in cęlis. Psal. 122. Cū isto loco dicti pueri habēt cōueniētiā, quia per sanctū baptismū facti sunt filii Dei & sanctæ matris ecclesię. cū ante baptismū essent solū filij Adæ. Dicit enim B. Aug. in lib. de baptismo paruulorū, & habetur de cō. c. dist. 4. Ad hoc valet baptismus, vt baptizati Christo incorporentur vt mēbra capiti, De hoc di. S. Tho. 3. par. q. 79. ar. 5. ꝙ incorporatio est effect⁹ baptismi. quia per baptismū aliquis regeneratur in spiritualē vitā quæ est propriè fideliū Christi. Vita autē nō est nisi mēbrorū capiti vnitorū à quo motū & sensum suscipiūt. Idē di. S. Tho. 4. dis. 4. q. 2. ar. 2. q. 5. Et in signū ꝙ sunt filij Dei dātur eis per baptismum matrinæ & patrini, quia sicut à parētibus carnalibus recipiunt esse carnale, ita à parētibus spiritualib⁹ recipiūt esse spirituale. Hæreditas autē patris quę est cęlū, optimè cōuenit filiis, & est ꝓ filiis. Quis ergo ꝓhiberet filiis ne ingrederētur domū patris eorū? Ista ratione dictis pueris locus paradisi cōuenit, ideo apost. dicit, Ipse spirit⁹ testimoniū reddit spiritui nostro ꝙ sum⁹ filij Dei. Si autē filij, & hęredes: hæredes quidē Dei, cohæredes autē Christi. Ro. 8. Secūda cōditio cęli est, quia vbi est plena sanctitas, nō est ibi aliquod peccatū, nec actuale, mortale, seu veniale, nec originale. Oēs sunt ibi sancti. Auct. Omnis qui relictus fuerit in Syō & residuus in Hierusalē sanctus vocabitur, omnis qui script⁹ est in vita in Hierusalē. Esa. 4. No. omnis qui relictus fuerit. hoc dicitur ꝓpter dæmones qui fuerunt creati in cęlo, sed ꝓpter peccatū inde expulsi sunt, & oēs angeli qui ibi remāserūt sancti sunt. Ideo dicit, Qui relict⁹ fuerit in Syō, i. gloria in qua Deus cōtēplatur, sanctus vocabitur. Hāc cōditionē habēt pueri nouiter baptizati ꝙ oēs sancti sunt virtute baptismi, qui non solū dictos pueros sanctificat, sed etiā adultos infideles, nisi fictè accedāt ad eū. Ideo dicit apost. talibus, Templū Dei sanctū est ꝙ estis vos. 1. Cor. 6. Tertia cōditio cœli empyrei est pulchritudo corporalis, quæ tāta est ꝙ si à nobis modò posset videri, nolemus comedere nec bibere &c. Ideo Dauid, Quàm dilecta tabernacula tua Domine virtutum, concupiscit & deficit anima mea in atria Domini. Psa. 83. Ita etiā animæ dictorum puerorum tantā habent pulchritudinē, ꝙ si nos possemus eas videre, essemus extra nos ipsos præ admiratione. Et in signum huius pulchritudinis ponitur eis cappa alba in baptismo variata picturis & ornata. Itē dicit S. Tho. 3. par. q. 66. ar. 10 ad 3. ꝙ baptizatis traditur candida vestis in signum gloriosę resurrectionis, ad quam homines per baptismum regenerantur, & ad significationem

gnificādū puritatē vitę quā debēt post baptismū obseruare, secūdū illud Ro.6. In nouitate vitæ ambulem9. Quarta conditio cęli est, q̄ ibi est continua claritas & est corpus lucidū & incorruptibile, imò nō emittat radios visibiles secundū S. Tho.1.par.q.66.& 2.scri.di.2. Secùs in hoc mūdo in quo diuiditur in diē clarā & noctē obscurā, sed in cœlo semper lucet ibi sol.nō iste sol naturalis.quia ciuitas illa nō eget sole neq; luna vt luceāt in ea. Apoc.21.sed illuminatur à sole iustitiæ Christo.de quo dicitur virgini Mariæ, Ex te ortus est sol iustitiæ Christus Deus noster. Hanc cōditionē etiā habēt dicti pueri. Dicit philosophus 3. de anima. q̄ anima in sua prima creatione est tanq̄ tabula rasa in qua nihil est depictū, sed in baptismo recipit claritatē & abūdātiā omniū virtutū habitualiter. de quo S. Tho.3.par. q.79.ar.5. vbi dicit quorūdam reprobās opinionē falsam, q̄ necesse est q̄ pueri in baptismo recipiāt influxū gratiæ & virtutis. & ꝓbat dupliciter, quia pueri sicut & adulti in baptismo efficiuntur mēbra Christi, vnde necesse est q̄ à capite recipiāt influxum gratiæ & virtutis, sicut & dęmoni prohibebatur virtute diuina inuestigatio virginitatis B. Marię, nec nouerat diuinitatē Christi, sed cōfitebatur suspicādo, vt dicit S. Tho.4.scri.dist.30.q.2.ar.1.& 3.par.q.29.12.ar. 14.& 48. Secundò, quia nisi pueri in baptismo reciperēt gratiam & virtutes, pueri decedētes post baptismū nō peruenirēt ad vitā æternā. quia vt dicitur ad Ro.6. Gratia Dei est vita ęterna, & ideo nō ꝓfuisset eis ad salutē baptizatos fuisse. Idē tenet S. Tho. 4.scri.di.4.q. 2.ar.2.q.1. Sed impeditur earū virtutū visio à corpore, quia non potest puellus eas statim ostēdere, sicut nec tassea argētea multū lucida & clara sub chlamyde abscōdita nō potest ostēdere suā claritatē, sed ad solē posita fulget intātū q̄ mirū est ita q̄ obscurat visum. Idē de anima pueri sub chlamyde carnis abscōdita, sed à corpore separata, statim habet tātū lumē & claritatē scientię plusquā habuerit aliquis nunq̄ in hoc mūdo, & in signū huius claritatis quādo pueri baptizātur accēditur lumē. Si ergo quilibet loc9 naturaliter cōperit locabili &c. ideo possunt dicere. Qui nō est aduersum nos.s. loc9 cęlestis, est ꝓ nobis. Mat.9. Imò quādo tales moriūtur in statu innocentiæ baptismalis, dicitur eis, Ite in castellū quod ꝓ vobis est. Dicam vobis vnā gratā historiā quę recitatur à trib9 Euāge. Mat.19. Mar.10 & Lu.18. Semel cū Christ9 prædicasset post sermonē gētes ex deuotione portabāt filios suos ad Christū vt eis daret suā benedictionē & tot veniebant ad eū q̄ dicit texus q̄ discipuli increpabāt eos & prohibebant ne Christo appropinquarēt. hoc vidēs Christus indignè tulit & dixit discipulis. Sinite paruulos venire ad me, & nolite prohibere eos, taliū enim est regnū cœlorum. di. Mar. Et amplexās eos & imponens manus suas sup illos benedicebat eos. Nota cū di. Sinite paruulos &c. vbi ponit tres clausulas secundū q̄ sunt tria magna

Beatæ Mariæ virginitas latuit diabolum.

gna

Beatæ Mariæ priuilegium.

Paucē tas seruandorum.

gna impedimēta volentibus cęlū intrare. Primū est in morte in qua veniunt dæmones. solū virgo Maria obtinuit per gratiā ne venirēt in morte sua, vt piè creditur, & multi qui in morte credūt ascēdere in cœlum, tunc capiuntur à dæmonibus & descēdunt in infernū, ꝓpter eorum mala & peccata, sed dicti pueri nō timēt, quia tūc Christus dicere poterit dęmonibꝰ, ꝓditores sinite paruulos venire ad me. De multis aūt pauci saluātur, quia ferè oēs sunt aut superbi, aut auari, aut luxuriosi &c. No. dictū archidiaconi Lugdunēsis, ꝙ de 30. milibus solùm quinq; fuerunt saluati, imò gaudēdū esset de morte puerorum innocētiū. Secundū impedimētum est post mortē in aëre in media regione, vbi est maior multitudo dęmonū, & multi q fortè euadūt primū impedimētū, capi possent in isto secūdo, secundū ꝙ reuelatū fuit B. Antonio. De dictis pueris dicet Christus dęmonibus, no ite ꝓhibere eos. Tertiū impedimētū est in porta cęli, in qua portarij strictè examināt, qa multæ animæ nō solū bonæ sed etiā malæ permissione diuinā possunt venire vsq; ad portā. Auct. Cū intrauerit paterfamiliàs. s. Christꝰ in die ascēsionis, & clauserit ostiū, incipietis foris stare & pulsare ad ostiū dicētes, Domine domine aperi nobis. Et respondēs dicet vobis, nescio vos vnde sitis. Tunc incipietis dicere, Manducauimus corā te & bibimus, & in plateis nostris docuisti. Et dicet vobis, nescio vos, discedite à me oēs operarij iniquitatis. Lu. 13. No. cùm dicit, nescio vos. Et nūquid scit omnia, dico ꝙ Christus scit omnia scientia simplicis intelligētiæ, sed nō sciētia approbationis. Sed de dictis pueris di. Christꝰ portariis, Dimittatis ipsos intrare, quia taliū est regnum cœlorū. Ergo ite in castella quod ꝓ vobis est. Dico secūdò ꝙ gloria cęlestis est cōtra delinquētes. Ratio fundatur per regulā philosophiæ dicētis, Omnis locus est cōtrarius locabili cōtrarias qualitates habenti ad ipsum. verb. gra. Aqua est auibus locꝰ cōtrarius & animalibus, terra verò piscibus ex cōtrariis qualitatibus. Modò videamus si peccatores habēt cōtrarias qualitates & cōditiones cōtra locū cęli. Prima cōditio cœli vt dixi est, quia locus habitatio est & domus Dei & filiorū suorum. Sed peccatores non sunt filij Dei, sed inimici, licèt fiunt filij Dei. Alia ratio istius est, quia secundum S. Tho. super Ioan. 12. aliquis fit filius Dei tripliciter secūdum triplicē assimilationē hominis ad Deum. s. per gratiā, per perfectionē operum, & per gloriā. Et nihil horum habēt peccatores, ergo nō sunt filij, licèt aliquo mō possunt dici filij secūdum similitudinē naturæ vestigij & imaginis, non tamen gratiæ & glorię: quia secundū S. Tho. 3. p. q. 32. ar. 3. aliquis secundū istā quintuplicē similitudinē dicitur filius Dei, sed tamen propriè secundū illā triplicē assimilationē hominis ad Deum, inimicus Dei est, quia secundum S. Tho. super Esa. 50. Homo per peccatum vendit quatuor per quę incurritur inimicitia Dei. s. animā virtutē, cęlestē hęreditatem,

tem, animæ libertatẽ, & diuini amoris honorẽ. tamẽ ex peccatis facti ſunt ei inimici, quia quantò magis augmentantur, & creſcunt in corpore vel ſcientia vel potentia vel officiis, tantò ſunt peiores in conſcientia Superbi, præſumptuoſi nolẽtes obedire præceptis Dei, ſunt inimici Dei Aucto. Inimicos meos illos qui nolunt me regnare ſuper ſe. Luc 19. Verbum eſt Chriſti. Patet ergo quòd habent cõtrariam qualitatem. Secunda conditio cęli eſt, quia eſt locus ſanctitatis, vt dixi: ſed peccatores ſunt maculati, corrupti & abominabiles facti. Eſa. 1. Vægẽti peccatrici, populo graui iniqtate, ſemini nequam, filiis ſceleratis Dereliquerunt Dominum & blaſphemauerũt ſanctum Iſraël, alienati ſunt retrorſum. Nota, væ genti peccatrici, quantum ad peccatum ſuperbię: populo graui iniquitate, quantum ad auaritiam ſemini nequam, propter luxuriã filiis ſceleratis, quãtum ad inuidiam dereliquerunt Deum propter gulam. Blaſphemauerũt ſanctum Iſraël propter iram. Alienati ſunt retrorſum propter acidiam. Tertia cõditio cęli eſt pulchritudo, ſed peccatores ſunt immundi & turpiſsimi, intãtum quòd quado anima peccatoris venit ad portam paradiſi, poſſunt angeli & ſancti clamare ad infernũ, de qua Hier. 2. Quã vilis facta eſt nimis iterans vias tuas. ſ. peccatorũ. & ab Aegypto confunderis ſicut confuſa es ab Aſſur, dicit Dominus. Quarta conditio cęli eſt, quod cęlum eſt clarum, & peccatores ſunt tenebroſi. David. Neſcierunt neque intellexerunt, in tenebris ambulant, quia ſecũdum S. Tho. ſuper Io. 5. **Effectus peccati in mẽte eſt quadruplex.** ſ. infirmitas, cæcitas, inſtabilitas, & indeuotio. Et **quatuor vulnera** ſunt cauſata in anima ex peccato Adę primo & cõſequentur ex aliis peccatis. ſ. infirmitas in iraſcibili, concupiſcentia in concupiſcibili, ignorãtia ſiue cæcitas in ratione, & malitia in voluntate, ad quæ ſequũtur alia duo mala. ſ. dolor, & error. 1. 2. q. 85. ar. 3. Et etiã ſecundum S. Tho. Pſa. 50. Mali non cognoſcunt ſua peccata triplici ratione. ſ. cęcitatis, obliuionis, & adulationis. Itẽ in cœlo eſt maxima pax & cõcordia quidquid placet vni & alteri. Sed peccatores ſemper ſunt in guerra vel contra proximum, vel contra patrem, matrem, vxorẽ, filios & fratres &c. No. hîc ſecundum S. Tho. ſuper Eſa. 59. Peccatum cauſat quadruplicẽ diuiſionem, diſcordiæ à proximo contrarię affectionis à ſeipſo, auerſionis à Deo, & diſsimilitudinis à ſanctis. Itẽ dicit S. Tho. 2. 2. q. 29. art. 2. ad tertium ꝙ pax vera eſt tantùm in bonis, & bonorum. apparens autem in malis. Itẽ ad quartum dicit, quod perfecta pax eſt tantum in beatis, ſed imperfecta eſt in viatoribus. ideo quilibet peccator poteſt dicere, Qui nõ eſt mecum. ſ. concorditer, contra me eſt. Mat. 12. Licèt ergo locus cęli empyrei non ſit pro peccatoribus, imò ſit contra eos, vt probaui, nihilominus tamen, ne deſperent, dicit eis Chriſtus in themate. Ite in caſtellum, quod contra vos eſt, quaſi dicat, Ite quemadmodũ

Peccati effectus. Quatuor animæ vulnera ex peccato.

vaduns

vadunt peccatores & gentes armorum ad capiendũ castrũ eis contrarium vi armorum, ita etiã capi potest castrũ cœli. Hoc nõ auderẽ dicere nisi quia Christus di. A diebus Ioan. Bapt. vsq; nũc regnum cœlorũ vim patitur, & violenti rapiũt illud. Mat. 11. Hæc vio etiã fit per pęnitentiã, q; innuitur ibi, A diebus Ioã. Bapt. quia ille qui primus prædicauit q; regnum cœlorũ potest haberi per pœnitentiam, fuit ipse. Ideo cœpit prædicare & dicere, Pœnitentiam agite, appropinquabit enim regnũ cœlorum, Mat. 3. ideo tanquã boni bellatores debemus obsidere castrũ cœli & ipsum impugnare. Primò cum bombardis, q; fit per lamentabilem confessionẽ, sicut in bombarda est foramen vbi ponitur puluis, & magister mittit ferrum ignitũ, & puluis inflãmatur, & lapis sic mittitur contra castrũ, & capitur. Isto modo in confessione foramen vbi est puluis niger & fœditus peccatorum est cor vel memoria, ibi debent congregari peccata. Ferrũ ignitum est compunctio seu contritio cordis quæ à magistro seu à spiritu sancto mittitur & inflammatur cor. & tunc proiicitur lapis magn⁹ peccati mortalis, & perforatur murus paradisi. Propter hoc dicit Iob, Tædet animã meam vitæ meæ, dimittam aduersum me eloquiũ meũ, loquar. s. in confessione in amaritudine animæ meæ. Iob. 10. Secundò trabucando per secretas miserationes. Trabucus etiã lapides mittit cõtra castrũ, sed nõ cum clamore nec sonitu sicut bombarda, sed secretè. Sic etiam est de eleemosyna quæ secretè est facienda. Confessio debet fieri cũ clamore & tumultu gemituum & suspiriorum, sed eleemosyna secretè mittendo vicinæ pauperi viduę, &c. panem vel vinũ, vel vestẽ, vel pecunias captiuis vel puellis dando dotẽ 10. florenos vel 15. sic diruitur turris muri paradi. ideo Christus, Cùm facis eleemosynã, noli tuba ante te canere, sicut hypocritæ faciunt. Te autem faciente eleemosynã: nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua. Mat. 6. Tertiò balistando per efficaces orationes, vnde os nostrum ad instar balistæ est factũ duorum lignorum. Arcus balistæ est lingua. Sagittę verò oratio. Et lignũ per medium arcus est rectitudo orationis. Ideo auisa cogitãdo cũ quo loqueris in oratione, quia cum Christo dicendo Pater noster, vel cũ virgine Maria dicẽdo Aue Maria &c. Cogitando q; vides Christũ in cathedra sedentem iratũ contra te, & sic mittitur sagitta deuotę orationis, & vulneratur Christus vel virgo Maria, quod vulnus bene placet eis, & tũc licet est iratus cõtra te ex peccatis tuis, parcit & remittit tibi peccata, dicẽs, vulnerasti me, ideo parco tibi. Idem de virgine Maria. Ideo de sagitta deuotę oratiõis dicit scriptura. Oratio humiliantis se nubes penetrabit. Ecclesiast. 35. Quartò scalando castrum per scalam virtutum ascendendo ad instar hominũ armorum qui cum scala ascendunt secretè, & quando sunt superius clamant fortiter, viuat viuat. Ita bona vita & virtuosa est scala cuius

gradus,

gradus est humilitas, castitas, paupertas, temperantia, iustitia, &c. Ideo Dominus, Consurgite & ascendite ad gentem quietam & habitantem cõfidenter. Hier. 49. No. exẽplũ de Eustachio & vxore, vt habetur in Vitis patrum. Ideo regnum cœlorum vim patitur. Matt. 11. Qui potest capere capiat. Matth. 19. Ergo ite vos peccatores per pœnitentiam ad castellum quod contra vos est. Deo gratias.

Dominica prima aduentus Domini, Sermo V.

H*Ora est iam nos de somno surgere*. ad Rom. 13. & in epistola. &c. Pro huius verbi declaratione & prædicandæ materiæ introductione sciendum quod in sacra scriptura status mortalis peccati dicitur dormire, quandiu enim homo est in peccato mortali, tandiu dormit duplici ratione. Prima quia sicut ille qui dormit nihil operatur nec loquitur aliquid, sic nec persona quæ est in peccato mortali nihil operatur meritoriè, quia gratia est principium merendi remotum, charitas verò proximum 3. scrip. dist. 30. sed talis caret vtraque, quia licèt posset facere multa bona opera de genere, quia peccatum mortale non aufert homini liberum arbitrium, tamen ex illis operibus nihil lucratur pro gloria paradisi. Licèt enim ex ipsis lucretur bona temporalia, scilicet, sanitatem, filios, honores, diuitias, & ex illis meretur exire de peccato mortali aliquo modo dispositiuè. Vt dicit S. Tho. in 4. dist. 15. q. 1. art. 3. q. 4. & 3. par. q. 79. arti. 6. ideo quando homo sentit se in peccato mortali, nõ debet dimittere bona opera sed magis augmentare. sed non sunt lucratiua gloriæ, quia quando in sero mortis homo venit ad computum cũ Christo ipse dat retributionem solũ pro bonis operibus factis in statu gratiæ, quia erunt viua per charitatem secundum S. Tho. ibidem. sed de bonis operibus factis in statu culpæ nil retribuet, quia sine charitate facta sunt, ergo mortua, & per consequens nullo modo meritoria, ibidem, &c. quia iam in hoc mundo ipse dedit retributionẽ pro illis, propter hoc dicebat Christus, Manete in me & ego in vobis, quia qui manet in me & ego in eo, hic fert fructũ multum, quia sine me nihil potestis facere. s. meritoriè. Ioan. 15. Pro dictorum intelligentia nota differentiam inter opera viua, mortua & mortificata. Nam illa opera hominis propriè dicuntur viua. vt dicit S. Thom. 4. scrip. dist. 14. q. 2. argu. 3. q. 2. quæ hominem ad æternam vitam perducere possunt, quia omnia illa dicuntur viuere quæ habent debitam operationẽ vel effectum, & illa quæ priuantur hac dicuntur mortua, sicut dicimus aquam viuam quæ est in impetu fluendi: proprius autem effectus humanorum operum est quòd per ea homo ad vltimum finem humanæ vitæ perueniat, scilicet, ad beatitudinem. idem dicit sanctus Tho. 3. parte quæst. 89. artic. 4. sic igitur opera viua dicuntur, quæ fiunt & sunt cum charitate, sed illa opera hominis dicuntur mortua quæ hoc faciendi

Opus bonũ ex genere, & ex charitate.

Opera mortua, viua & mortificata.

ciendi potestatē non habēt, & quæ fiunt sine charitate, dicit enim S. Tho.4.par.q.89.ar.9.in solu ad secundum, quòd opera de genere bonorum sine charitate facta dicuntur mortua propter defectū charitatis & gratiæ sicut principij. sed opera hominis dicūtur mortificata quæ hanc potestatem perducendi ad æternam vitam amisse runt, cùm priùs eam habuerint, & sic opera mortificata dicūtur quę fiunt cum charitate, sed nō sunt cum ea propter sequens peccatum mortale. Et ideo opera bona ex charitate facta in eo qui gratiam habet, viua sunt, in eo autem qui gratia caret, nō ex charitate facta mortua sunt: opera autem priùs in charitate facta in eo qui gratiā amittit per peccatum, mortificata sunt, quia peccatum sequens impedit quòd homo per illa opera non possit ad vitam introduci. hęc S. Tho.4. scrip. dis.14. vbi suprà. Nota etiam secundum S. Tho. in 3. parte.q.89.ar.6. quòd à peccatis aliquid dicitur mortuum dupliciter. vno modo effectiuè, quia scilicet est causa mortis. & hoc modo peccatum siue opera peccati dicuntur opera mortua, secundum illud ad Heb. Sanguis Christi emundabit conscientias nostras ab operibus mortuis ad seruiendum Deo viuenti. ad Heb.9. Alio modo dicitur opus mortuū priuatiuè, quia scilicet caret vita spirituali quæ est ex charitate per quam anima Deo coniungitur ex quo viuit, sicut corpus per animam, & sic operatio sine gratia dicitur opus mortuum. Et per hunc modum etiā fides quæ est sine charitate, dicitur mortua. secundum illud Iacob.2. Fides sine operibus mortua est. Quærit S. Tho. in 4. dist.15. q.1. ar.3. q.4. vtrum opera extra charitatem facta fiunt alicuius boni meritoria saltē tēporalis. Ad quā quæstionē respondet quòd opera extra charitatem facta non sunt meritoria ex cōdigno, neq; æterni temporalis alicuius boni apud Deū, dicit enim Augu. quòd peccator non est dignus pane quo vescitur, sed quia diuinam bonitatem decet, vt vbicunque dispositionem inuenit, perfectionē adiiciat. Ideo ex merito congrui dicitur aliquis mereri aliquod bonum per opera extra charitatē facta. Et secundum hoc opera ista valent ad triplex bonum. s. ad tēporalium consecutionem, ad dispositionem, ad gratiam, & ad assuetudinem bonorum operum. concordat dominus Albertus in 4. dist.14. & 15. Concordat etiam cum dictis Raymundus. Quia tamen hoc meritum non propriè meritum dicitur, ideo magis concedendum est quòd huiusmodi opera nō fiūt alicuius meritoria quàm quod sint. Hæc S. Thom. vbi suprà. De hoc etiam S. Thom.3. par. q.89. arti.6. in solu. ad tertium. Item.2. scrip. dist.27. ar.4. in corpore dicit S. Thomas quod opera bona ante donum gratiæ facta præmio sibi proportionato non carent. Causant enim quandam habitudinem ad gratiam, & secum etiam quandam honestatem & pulchritudinem habent, in quibus præcipuè eorum præmium consistit. Et aliqua
etiam

etiam per accidens causant vt bonorum temporalium affluentiam aut aliquid huiusmodi, quia frequenter vt dicit Greg. Deus in hoc mundo remunerat quod præmium futuræ gloriæ non meretur, vt sic nullum bonum irremuneratum inueniatur. Hæc ille. Secūda ratio quia sicut persona quæ dormit, nullum habet sentimentum, nec videt, nec audit, nec odorat, nec tāgit, quia omnes potentiæ sensitiuæ & intellectiuæ sunt ligata. Ita de persona quæ est in statu peccati mortalis, totum sentimentum rerum spiritualium perdidit. licet sentiat sapores rerum temporalium, tamen non videt periculū in quo est propter peccatum, nec audit Deū per veram obedientiam ad eius mandata, nec odorat per deuotionem, nec tangit per pœnitentiam, nec gustat per communionem. De his quære 1.2.q.85. ar.3. Animalis homo non sentit ea quæ spiritus Dei sunt. 1. ad Corinth. 2. si ergo persona quæ in peccato mortali est, nihil lucratur meritoriè, nec sentit res spirituales, ergo dormit: patet ratio quòd status peccati mortalis dicitur dormire. Ideo sicut homini qui diu dormiuit, dicitur, surge, quia diu dormiuisti, ita dicit Apost. cuilibet peccatori, surge qui dormis, & illuminabit tibi Christus. ad Ephesi. 5. Nota exurge à mortuis. i. à peccatis mortalibus & illuminabit tibi Christus. Quare dicit tibi, & nō te? Respōdeo, regula generalis est sacræ scripturæ, quòd vbi videtur incongruitas, ibi est magnum secretum, vt hic: quia plus est illuminare homini quàm illuminare hominem. verbi gratia. Deus illuminat solem, sed nō illuminat soli, id est, non dat sibi lumen ad vtilitatem sui, sed ad vtilitatem nostram. ita multi sunt illuminati à Deo de magna scientia vel de magno intellectu, sed non ad vtilitatem suam, sed ad deceptionē aliorum. sed quando de scientia seu intellectu sciunt se bene regere in saluationem aliorum & ipsorum, tunc deus illuminat eis. s. ad vtilitatē propriam, sed videtur incongruitas. Ideo dicit Aug. indignum vehementer existimo vt verba sacri eloquij restringā regulis Donati, ecce quare dicit, Illuminabit tibi Christus, id est ad vtilitatem tuam. Ideo dicit thema, Hora est iam nos, quia iam claritas solis iustitiæ oritur in officio ecclesiæ. patet thema. Inuenio quòd. 10. sunt seruanda & fienda in surgendo à somno peccati mortalis quæ fiūt & seruantur in surgendo à somno corporali nocturno in quo homo facit cōmuniter decem. Primò homo aperit oculos ad videndū quæ hora est: & si est dies, dicit homo, O surgamus quia dies est clara: ita ille qui dormit in peccatis debet primò aperire oculos per peccatorum cognitionem & periculi in quo est. Cognitio in qua est primus actus in omnibus operationibus quæ fiūt electiuè: quia electio in hominibus sequitur inquisitionem, & præsupponit cognitionem, vt dicit S. Tho. 1. scrip. dist. 41. ar. 1. in sol. ad primum. Est enim electio actus voluntatis non absolutè, sed in ordine ad intel-

Nullum bonū irremuneratum.

ἐπιφαύσει σοι.

Decem quæ accidunt dū quis à somno peccati expergiscitur.

lectum ordinante. Actus autē voluntatis cognitionē præsupponit, eò ꝙ voluntas de se cæca est, & mouetur ab intellectu præsentante sibi suum obiectum specificatiuè. licèt etiā voluntas mouet intellectum quo ad exercitium actus quādo religiosus aperit oculos, recognoscendo se dicit, O miser & tot anni sunt ꝙ sum in ordine, &c. modò aperit oculos. Idē de clerico dissoluto. Idē de Christianis qui solo nomine dicuntur Christiani, sed nō regunt se iuxta diuina præcepta, sed iuxta eorum sentimentum. Ecce hic apertio oculorum spiritualium. Ideo Dauid postquā aperuit oculos & cognouit statum peccati & periculum in quo erat dicebat Deo, Amplius laua me ab iniquitate mea, & à peccato meo mūda me, &c. & allegat rationem di. Quoniā iniquitatē meā ego cognosco &c. Psal. 50. Ecce quomodo tenebat oculos apertos Ita debet facere quilibet peccator cogitādo suam malā vitam quā tenuit. Secundò homo in lecto erigit se quasi sedendo Ita qui surgit à peccato debet erigi per cōtritionem, qui sedet in lecto est erect9. s. à cingulo superiùs, sed iacet inferiùs, Ita cōtritio vera importat duo. Primò dolorem & displicētiam de peccatis, iam iacet basse. Secūdò per respectū ad Deū quē offendit, modò est erectus: quia si dolor vel displicentia peccatorū venit respectu mundi, famę vel periculi, nihil valet, totus iacet basse in terra, oportet ꝙ displicentia sit respectu Dei, tunc est cōtritio. de hoc 4. scrip. distin. 16. Ita faciebat ille rex Ezechias di. Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animę meæ. Esa. 38. No. tibi, nō dicit, mundo, famę, nec periculo, sed tibi, ideo quādo homo recordatur de peccatis debet percutere pectus eleuando oculos versus cęlū dicēdo: Tibi soli peccaui Domine miserere mei. Tertiò induitur camisia & cæteris indumentis. Ecce propositi boni assumptio. Firmū enim propositum in bonū nō est sine indumēto diuinæ gratiæ, quia hoc nō est sine perfecta præparatione ad gratiā quæ est simul cū infusione gratiæ, & meretur gloriā & nō gratiā, quæ iā habetur 1. 2. q. 112. ar. 2. ad. 1. Si enim volūtas prōpta est secundū illud ꝙ habet accepta est nō secundū id ꝙ nō habet 2. Cor. 8. Aliæ virtutes sunt, alia indumenta, dic vt videbitur expedire. ideo Apost. Induite vos electi Dei sicut sancti & dilecti viscera misericordiæ, benignitatē, humilitatē, modistiā, patientiā supportantes inuicē, ad Coll. 3. Quartò à lecto recedit, ecce recessus à mala societate & ab occasionibus. De hoc pulchrè vide S. Tho super Mat. 3. c. Aliter propositū abscedendi à peccato nō est perfectū nec firmum. ideo di. scrip. Salua animā tuam, noli respicere post tergum tuū, nec stes in omni loco circa regionē, sed in mōte saluum te fac ne & tu simul pereas. Gene. 19. ideo recedite statim, quia si modò proponitis nō peccare, quia estis modicū deuoti, tamen post prandiū vel cœnā habita occasione peccabitis. ideo etiā Poëta hoc dicit, Quæ nocitura tenes

quamuis

quanuis sint chara relinque. Quintò sputa & huiusmodi emittuntur propter ebullitionē stomachi. Ecce oris cōfessio, quæ verè non est nisi spuere flegma putridum de peccatis. sic autem purificatur stomachus nostrę cōscientiæ. Aucto. si cōfitemur peccata nostra fidelis & iustus est Deus vt remittat nobis peccata nostra & emūdet nos ab omni iniquitate nostra. 1. Ioan. 1. Sextò calciatur homo. ecce iniuriarū remissio. Qui incedit discalciatus statim sentit punctiones lapidum & spinarū, secùs quando homo incedit calciatus, qui nō sentit se de iniuriis ad vindicandū sed totum remittit, talis calciatus incedit, sed ille qui indignatur & quęrit vindictā nec vult dimittere incedit discalciatus. Ideo dicit scriptura sancta. Omnis iniuriæ proximi ne memineris, & nihil agas in operibus iniurię. Eccle. 10. ideo calcia te per bonā patiētiam iniurias remittendo. iuxta illud, State calciati pedes in præparatione euangelij pacis. Ephesi. 6. Septimò cingitur homo. ecce hic debitorū restitutio. Quidam incedūt sine cinctura, scilicet, amplos ventres portātes in magnis pōpis & vsuris de bonis alterius quæ habent per vsuras, rapinas, calūnias, &c. Ideo oportet se cingere stringēdo se cum bonis suis de bono iusto, restituendo omnia alia de malo & iniusto. Aucto. Reddite omnib⁹ debita, nemini quidquā debeatis nisi vt inuicem diligatis, &c. Ro 13. Null⁹ debet se ampliare in bonis alienis, ideo dicit Christus, sint lumbi vestri præcincti & lucernæ &c. Luc. 12. Lucernæ ardentes sunt opera meritoria, quæ nō ardent quandiu homo retinet bona alterius iniustè. Octauò manus lauantur. Ecce eleemosynarū largitio: quando facta est restitutio, de hoc quod superest de bono iusto homo facit eleemosynam quæ mundat & purificat animam à peccatis. Auctoritas. Quod superest date eleemosynam, & ecce omnia munda sunt vobis. Luc. 11. Nonò, manus applicātur ad aliquod opus. ecce spiritualis oratio quæ communi cursu debet fieri eleuatis manibus sursum. q. d. Domine pauper sum, ideo leuo manū dexteram vt detes mihi spiritualia, & sinistrā vt detis mihi bona temporalia. Volo viros orare in omni loco leuantes puras manus sine ira & disceptatione. 1. ad Ti. 2. Decimo & vltimo cibus sumitur hora prandij. ecce eucharistiæ communio in qua anima reficitur & recreatur, quia recipit Christum qui dat vitam gratię & vitam gloriæ. ideo dicit ipse, accipite & manducate, hoc est corpus meum. 1. ad Corinth. 11. Qualiter debet accipi ostenditur ibidem cùm dicitur, probet autem seipsum homo & sic de pane illo edat & de calice bibat. qui enim manducat & bibit indignè, iudicium sibi manducat & bibit. Vbi dicit glos. Ambro. ita punietur ac si Christum propriis manibus interfecisset. ecce quomodo debemus surgere à somno peccati mortalis, propter hoc dicit thema. Hora est iam nos de somno surgere. Deo gratias.

Sermo. VI. De eadem dominica.

NOx præcessit, dies autẽ appropinquauit. ad Rom. 13. Thema propositũ & etiã tota epistola declarãt nobis finẽ mundi esse de propinquo vt nullus ponat in ipso spẽ nec amorẽ suũ, quia quãdo homo scit quod domus sit antiqua & minatur ruinã, nullus nisi stultus vult in ipsa remanere ad habitandum. idem de naui antiqua ad nauigandũ: ita est de domo huius mundi antiqua & ruinosa, ideo nullus nisi sit stultus debet ipsa appetere nec diligere, nec in nauib⁹ vitæ nauigare. Sed vt materia præsentis sermonis sit Deo acceptabilis & gratiosa, & nobis vtilis & ꝓficua, salutetur virgo Maria. Nox præcessit, &c. Pro hui⁹ verbi declaratione & materiæ prædicandæ introductione sciendum est quod in diuersis locis sacræ scripturæ reperitur quod vita huius mũdi dicitur nox respectu vitę paradisi. Hoc declaratur per tres proportiones. s. solis, lunæ & Iesu Christi. Luna habet claritatẽ, sed sol habet maiorẽ septẽpliciter, vt dicũt doctores & etiam glo. ordi. super illud Esa. 30. Erit lux lunæ sicut lux solis, & lux solus erit septempliciter sicut lux septem dierum. ex peccato Adæ sol & luna perdiderunt multũ de claritate. Nota tamen secundum S. Tho. in 4. dist. 48. q. 2. ar. 3. ad 3. ꝙ probabilius dicitur ꝙ illa minoratio luminis ex lapsu primi parentis non est secundum realẽ luminis defectum, sed quo ad visum hominis qui non tantum beneficium ex lumine corporũ cęlestiũ cõsecutus est quantũ ante fuisset: nec sequitur si lux corporum cælestium minorata nõ est in homine peccante, ꝙ realiter non sit augenda in eius glorificatione, quia peccatũ hominis nõ immutauit statum vniuersi, cùm etiam homo priùs & pòst habuerit animalem vitam quæ motu & generatione creaturæ corporalis indiget: sed glorificatio hominis statũ totius creaturæ corporalis immutabit: ideo non est simile. vnde tunc facta fuit luna vt præesset nocti. Gene. 1. & in resurrectione erit lux lunæ sicut lux solis. Esa. 30. si tamen non peccasset, tantum commodum habuisset ex lumine lunæ, sicut nunc ex lumine solis, sed ipsam recuperabunt in iudicio generali, sed claritas Christi incomparabiliter excedit claritatem solis, modò in hac vita sol & luna dant nobis claritatem, sed non illuminãt cęlũ nec infernũ, sed cœlum illuminatur à Christo. Ciuitas illa non eget sole neq; luna vt luceãt in ea, nam claritas Dei illuminat eam, & lucerna eis est agnus, id est Christus. Apoc. 21. Nota, lucerna eius est agnus, id est Christus. cuius cæra est caro, quæ ad instar cæræ liquefacta fuit in passione igne amoris, bõbix albus, anima eius mũdissima, lumẽ diuinitas sanctissima. Modò fiat ratio. Si tẽpus præsens illuminatũ claritate solis dicitur dies, quãtò magis cœlũ claritate Christi illuminatũ debet dici dies, respectu cuius diei dies iste temporalis dicitur nox. Ideo quando anima de hinc trãsit & intrat

cœlum

cœlum inter cætera de quibus miratur, est de tāta claritate, di. Credebā esse in die & erā in nocte, nocte ad instar noctuæ, quæ lumen lunæ credit esse magnum lumē: sed si posset videre solis lumē, lumē lunæ quasi nihil reputaret. Ita anima nostra modò credit habere magnam claritatē, sed quādo videbit Christi claritatē, hæc claritas nihil est, & poterit dicere tūc anima nox. s. vitæ tēporalis præcessit, dies autem appropinquauit. Thema propositū innuit ꝙ finis mundi est prope, & potest hoc declarari per 10. plagas Ægypti quæ fuerunt figura christianitatis. Auct. Omnia in figura cōtingebant illis, scripta sunt autē ad correptionē nostrā, in quos fines seculorum deuenerūt. 1. Cor. 10. Prima plaga Ægypti fuit sanguis, quia volūtate Dei tota aqua Ægypti tā fontiū ꝗ fluminū fuit cōuersa in sanguinem, & omnes pisces mortui fuerant. Hæc plaga fuit magna Ægyptiis, de qua Exod. 7. dicitur, ꝙ Moyses eleuās virgā percussit aquā fluminis coram Pharaone & seruis eius, quæ versa est in sanguinē, & pisces qui erant in flumine, mortui sunt, sed fuit figura nobis Christianis de passione martyrū, in qua aqua. s. baptismi conuersa est in sanguinē martyrij in persecutione tyrānorū, in qua pater accusabat filium, & ecōuersò. s. ꝙ erat Christianus, vir vxorē, & ecōuersò, quæ quidem plaga durauit vltra. 200. annos vsqꝫ ad tempus S. Syl. Papę quādo Rom. Imperator, qui erat fons istius sanguinis, effectus fuit Christianus. De hac plaga prædixerat Christus. Venit hora vt omnis qui interficit vos, arbitretur obsequium se præstare Deo. Io. 16. Secunda plaga fuit ranarū quæ exibāt de aquis in tanta multitudine ꝙ intrabāt domos, cameras, lectos, furnos, nec cōburebantur, & etiā intrabant ollas. extendit Aarō manū super aquas Ægypti, & ascēderūt ranę super terrā Ægypti. Exo. 8. Maxima plaga fuit tūc Ægyptiis, sed fuit figura nobis Christianis de errore hæreticorū, & sicut ranæ sunt lacuales, ita hæretici qui ad instar ranarū exibant de aquis baptismi, quia Christiani non erant sed hæretici, & intrabāt domos, & ad omnē locū peruertendi articulos fidei seminādo varios errores, intantū ꝙ Christiani nesciebāt cui credere debebāt, hęc plaga maximè abundabit tēpore Eusebij Vercellensis, & Athanasij, qui contradixerūt eis. Hæc plaga fuit à B. Pet. prophetata, dic. erūt magistri mēdaces qui introducent sectas perditionis 2. Pet. 2. Tertia plaga fuit cinifum de puluere terræ exeuntium crudeliter mordentium. extendit Aaron manu virgā tenēs, percussitqꝫ puluerem terræ, & facti sunt cinifes in hominibus & iumentis. Exod. 8. plaga fuit Ægyptiis, sed fuit signum Christianis & figurabat persecutionem infidelium qui exierunt de terra, quia infideles nihil habent in cœlo. hanc plagā n permisit Deus in Christianitate, quia ex quo Christiani fuerunt liberati à sanguine martyrū & ab errore hęreticorū, dederunt se vitiis, & peccatis, viuendo quie-

te, propter hoc misit Deus illud flagellũ. s. persecutionẽ infidelium quæ fuit tempore B. Aug. ideo dicitur in eius histo. inter quæ mala fuerũt Augustino lacrymæ suæ panes die, ac nocte. ideo Apostol⁹. Omnes qui piè volunt viuere in Christo Iesu, persecutionẽ patientur. 2. ad Ti. 3. Quarta plaga fuit muscarum grauissimarũ, venit musca grauissima in domũ Pharaonis, & in domũ seruorum eius, & in omnẽ terram Ægypti. Exo. 8. significabãt quartum malũ Christianitatis. s. principum importabilem tyrannizationem volentium facere de regnis, villis & populis, ac si esset hæreditas, vel possessio eorũ, & nõ est ita, quantũ possessio est, ad hoc vt seruiat homini, sed reges sunt, ad hoc vt seruiant regno, & nõ ecõuersò, quia rex in regno debet esse sicut Deus in mundo, & anima in corpore, id est iustus, & clemens secundũ S. Tho. in de regno ad regem Cypri. c. 12. sed modò est oppositum, & iã tempore B. Greg. multi tyrãnicè cœperunt regnare, & ciuitates, vt proprias possessiones habere, & inceperunt vendere iustitiã, & deprædari populos. vnde princeps auferẽs per vim aliena, rapinã cõmittit, & tenetur restituere nisi sit secundum iustitiam pugnando, vel puniẽdo, 2. 2. q. 9. ar. 8. ecce musca asini, & fuit completa prophetia Esa. 1. Principes tui infideles, socij furum, omnes diligunt munera, sequuntur retributiones, pupillo non iudicant, & causa viduæ non ingreditur ad eos. Quinta plaga fuit mors omnium animaliũ Ægypti. s. equorum, mulorum, & omnium boum, vaccarũ, & asinorum, &c. Exo. 12. quæ fuit figura quinti status Christianitatis. s. bonorũ defunctionis. Vnde animalia ab anima dicta significant personas iustas, & deuotas quæ debẽt habere animas. i. bonas cõscientias. sed istæ iã sunt defunctæ. Vbi inuenies hodie religiosus, qui habeat conscientiã de fractione regulæ, votorũ, ceremoniarum? Vbi inuenies clericũ deuotum, castũ, & honestum, &c. vbi inuenies prælatũ, qui magis curat de animabus q̃ de reditibus? Vbi sunt domini temporales conscientiosi, & milites cõtenti de suis reditibus? planè omnes sunt defuncti. Vbi sunt aduocati iusti, mercatores plani, sine fraude, vsura, dolo, &c. Vbi sunt laboratores qui bene soluunt decimas & primitias, vbi sunt mulieres bonæ & honestæ? omnes volũt dici honestę & bonæ, sed oppositũ ostẽdunt in vanitate, &c. omnes sunt defunctæ, iã completa est ꝓphetia Miche. 7. Væ mihi, quia factus sum sicut qui colligit in autũno racemos vindemiæ. Nõ est botrus ad comedendũ. Periit sanctus de terra, & rectus in hominibus non est. Omnes in sanguine insidiantur, vir fratrẽ suũ ad mortẽ venatur. Malum manuũ suarũ dicunt bonũ. Qui optimus est in eis, quasi paliurus, & qui rectus, quasi spina de cępę. Sexta plaga fuit vlcerum turgentium. s. de apostematibus quasi glãdulis, sed dabant eis maximum dolorẽ. Exo. 9. Hæc figurabat sextum statũ Christianitatis. s. animosam diuisionẽ

quando

quando gentes nõ occidũt se, sed intus sunt tumẽtes veneno odij, rancoris, inuidiæ & malæ volũtatis. De inuidia quęre 2.2.q.36. & de odio ibidẽ q.34. & de discordia ibidẽ q.38. & de seditionibus ibidẽ. 42. Diu est quod hęc plaga incœpit, & adhuc durat in multis locis. Extra enim ostẽdunt bonã voluntatẽ, sed intus guerrã: caue quia si possunt nocẽt, &c. Cõtra tales orauit Dauid di. Qui loquũtur pacẽ cũ proximo suo, mala autẽ in cordibus eorũ, Da illis secundũ opera eorũ, & secundũ nequitiã adinuentionum ipsorũ, Psal. 27. No. quomodo est magna stulcia portari odiũ, irã, seu malã volũtatẽ in corde, iuxta responsionẽ quã fecit magister Vincẽtius cuidã mercatori di. qđ parceret sibiipsi, &c. Qui quærit se vindicare de inimico, primò occidit animã suã gladio quo vult occidere inimicũ, & sic intelligitur verbũ Christi di. Omnis qui accipit gladiũ. s. contra inimicum, gladio peribit. s. eodẽ Mat. 26. Itẽ Dauid. Gladius eorũ. s. vindicatorum, intret in corda ipsorum. nõ dicit in corpora, sed in corda. Psal. 36. Septima plaga Ægypti fuit grandinum cũ tonitruis, & fulguribus destruentibus domos, arbores, vineas & plantas. Exo. 9. Hæc plaga incœpit iã in Christianitate, modo sunt 80. vel 90. anni, quoniã ante nõ erant tẽpestates istæ, & modò nõ est annus in mundo q̃ nõ sunt tẽpestates in aliqua parte, vel mortalitates, quæ antiquitùs erant inauditæ, & modò non recedunt de mũdo. Ratio est quantum ego possum cognoscere ex magnis blasphemiis quę dicũtur quotidie cõtra Deum, quoniã vt dicit S. Tho. 2.2.q.13. art. 3. & 3. par. q. 81. ar. 3. Post idolatriam blasphemia est de maioribus peccatis quæ possunt fieri contra Deum. Et modò pro nihilo statim blasphemant, ideo Deus mittit istas tempestates & mortalitates quæ destruunt totum mundum. Vnde sicut contra illos qui balistis & sagittis oppugnant turrim, mittũt de sursum lapides, siue lateres defendendo se: sic contra Christianos, qui blasphemando impugnãt Deum, mittuntur de sursum lapides, &c. Quæ quidẽ cõsuetudo seu abusio iurãdi, & blasphemandi incœpit ab octuaginta, vel nonaginta annis aut circiter, ideo ab illo tempore veniunt nobis prædicta mala, secundum quod de hoc prophetauit Moyses di. Generatio peruersa est, & infideles filij, ipsi me prouocauerunt in eo qui non erat Deus, & irritauerunt me in vanitatibus suis. ignis succensus est in furore meo, & ardebit vsque ad inferni nouissima. Deuorabitq́ terram cum germine suo, & montium fundamenta comburet. Congregabo super eos mala, & sagittas meas complebo in eis. Deutero. 32. Nota generatio peruersa, quia Dominus dedit nobis linguam ad ipsum laudandũ, & nos peruertimus eam ad ipsum blasphemandum. Octaua plaga fuit locustarum deuorantium omnia viridia, & de hoc est tex. Dixit Dominus ad Moysen. Extende manum tuam super terram Ægypti ad locustam, vt descẽdat super ter

rain, & deuoret omnem herbam quæ residua fuit grandini. Exo. 10. & ista plaga significauit hypocritarum multiplicationem. Nam hypocritæ dicuntur locustæ. Ratio, quia locustæ videntur quòd sint aues volãtes, & non sunt, immo statim cadunt in terram. Talis est conditio hypocritarum qui videntur volare per bona opera, & verba deuota, sed statim descendunt ad terram ad habendum terrena, scilicet: pecunias, familias, &c. Quot religiosi & clerici, quot falsę sunt beguinæ qui volunt viuere otiosi, qui comedunt domos viduarum. Matt. 23. De quibus dicit Christus. Attendite à falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ouium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces à fructibus eorum cognoscetis eos. Matt. 7. de hyprocrisi vide 2. 2. q. 155. Nona plaga fuit tenebrarum terribiliũ per tres dies, intantum quòd nullus de loco in quo stabat poterat se mouere. Istud signum, vel plagam videtur tangere tex. Exo. 10. Extendit Moyses manum in cœlum, & factæ sunt tenebræ horribiles in vniuersa terra Ægypti tribus diebus, & nemo vidit fratrem suum, nec mouit se de loco in quo erat. Hoc signum currit modò propter scisma præsens ex ignorantia veri Papæ, & durat per tres dies, quia tres dicunt se esse Papas, & hoc est ita obscurum, & tenebrosum, quia ab vtraque parte sunt magni Doctores, & magistri principes, & prælati, & sancti quæ fecerunt miracula. De his tenebris dicit quòd nescierunt neque intellexerunt, in tenebris ambulant, immo nec mouentur de loco in quo conclusi sunt ab his tenebris, dicendo, ex quo habeo hic dignitatem, beneficium & reditus meo teneo cum isto. idem illi de Francia etiam dicunt, Si fuissem in Francia tenuissem cum illo, &c. De scismate. 2. 2. q. 39. Decima & vltima plaga fuit angeli percutientis omnia primogenita Ægypti, & statim fuit finalis egressus de Ægypto, vt habetur Exo. 11. vbi dicit tex. media nocte ingrediar Ægyptum, & morietur omne primogenitum in terra Ægyptiorum à primogenito Pharaonis, qui sedet in solio eius vsque ad primogenitum ancillæ qui est ad molã, & omnia primogenita iumentorum &c. Ecce hìc subuersio Christianorum per antichristum. Angelus enim percutiens figurabat Christum, qui percutiet omnia primogenita, id est principes Christianorum ex parte quorum fient præconizationes contra Christũ & virginem Mariam, &c. Et post statim sequitur finalis destructio mundi. De hoc dicit Apostolus. Mittet illis Deus operationem erroris, vt credant mendacio, vt iudicentur omnes qui non crediderunt veritati, sed consenserunt iniquitati. 2. ad Thessaloni. 2. Nota cùm dicit, Mittet, non solùm permittet, sed mittet etiam. Et nota quod in persecutione antichristi erunt duo. Primò culpa & malitia ipsius antichristi, & hanc permittet Christus. Secundò ibi erit pœna, & punitio malorum, quantum ad hoc Deus mittet antichristũ.

Cùm ergo iam diu sit quod sumus in nona plaga, patet quod dicit thema. Nox præcessit, dies autem, &c. Et statim veniet angelus percupiens. remedium ergo quod habemus, ostenditur in epistola huius Dominicæ, cùm dicitur. Abiiciamus ergo opera tenebrarum, &c. Deo gratias.

De eadem dominica, Sermo VII.

Induimini Dominum Iesum Christum. ad Ro.13. Hoc verbum propositum habet magnam difficultatem in theologia quomodo Christus potest indui cùm non sit vestis, quia dicit thema. Induimini Dominum Iesum Christum. pro cuius declaratione sciendũ est quod vita Domini nostri Iesu Christi sancta, & virtuosa quam tenuit in hoc mundo, dicitur vestis in sacra scriptura. Ratio, quia vestes propter duo inuentæ fuerũt, scilicet, propter honestatem ad cooperiendum carnes, Secundò propter frigiditatem. Adam & Eua ante peccatum in statu innocentiæ non indigebant vestibus, quia nihil erat eis inhonestum, nec verecundum, nec immundũ, nec in paradiso terrestri vigebat frigus, de hoc pri. per c.q. 2.artic.2. Sed statim post peccatum ex quo anima fuit inobediens Deo, etiam caro fuit inobediens animæ, & habuit frigus. Ideo tunc Deus fecit eis tunicas pelliceas. Et quemadmodum vestis cooperit corpus seu carnem, sic virtus cooperit animam. Quia secundum S. Tho. in Esa.52. vestes sanctorum sunt ad protegendum, calefaciendum, & ornandum, & sunt alba, munda, & odorifera. Et secundum eundem *Psal*.44. vestis ecclesiæ est duplex, scilicet, doctrina vtriusq; testamẽti, & opera virtuosa, ideo dicit Phil.2.Ethi. quòd virtus est habitus electiuus. Ideo de virtutibus dicit Apostolus. In hoc ingemiscimus habitationem nostram quæ de cœlo est, superindui cupientes, si tamen vestiti & non nudi inueniamur. Nam & qui sumus in hoc tabernaculo, ingemiscimus grauati eò quod nolumus spoliari, sed superuestiri. 2.ad Corin.5. Ecce ergo hîc quomodo oportet nos indutos esse vestibus virtutum. Et patet responsio ad vnam quæstionem quam facitis vos, vtrum in alio mundo erimus nudi, vel induti maxime post diem iudicij. Dico quod boni & saluati erunt induti, mali autem & damnati erũt nudi. Beati enim erunt induti virtutibus, vt sol est indutus claritate. Ideo dicit beatus Ioannes Apocalyp.16. Beatus qui vigilat, & custodit vestimenta sua ne nudus ambulet, & videant turpitudines eius. Cùm ergo vita Domini nostri Iesu Christi, quam tenuit in hoc mundo, fuerit sancta & virtuosa, intantum quod Christus dicitur non solùm virtuosus, sed etiam virtus primę ad Corinth. primo. nos prędicamus Christum Dei virtutem. Persona ergo quę viuit virtuose, induit Christum, ipsum imitando in vita virtuosa: & secundũ hūc modum dicit Apostolus in themate. Induimini Dominum Iesum

Post iudicium vltimũ beati induti erũt, mali verò nudi.

Chri-

Christũ. i. Christũ imitamini, in sancta & virtuosa vita, & cõuersatione, patet the. Modò vt meli⁹ possim vobis declarare, qualiter poterimus induere Christũ, ipsum imitãdo, reperio modũ à quadã auctoritate sacræ Scripturæ quę vocat Christũ ignẽ, dicẽs: Deus noster ignis cõsumẽs est. Heb. 12. Notat s. Tho. Eta. 10. quod Deus dicitur ignis, quia subtilis est tripliciter. s. secundũ substantiã, scientiã & apparentiã: & lucidus, quia manifestat, delectat & dirigit: & calidus, quia viuificat purgat & deuastat: & leuis propter motũ, situ & impermixtionẽ. & ibid. 31. Dominus dicitur ignis, quia purgat, inflãmat & condẽnat: & idẽ Heb. 12. Dñs dicitur ignis quia ignis inter sensibilia est nobilior, clarior, actiuior, actualior, altior, magis purgãs & cõsumẽs sicut Deus. sicut enim ferrũ in fornace induitur igne, sic nos possumus induere Christũ, quod potest fieri quadrupliciter secũdum quatuor cõditiones quas ferrum recipit ab igne.

Prima, quod sit clarum & lucens.

Secunda, calidum & ardens.

Tertia, molle se extendens.

Quarta, pulchrum & nitens & patens.

Sic ad instar ferri igniti nos debemus induere quatuor virtutes, & sic iuxta consiliũ thematis. Induimini Dominũ Iesum Christũ. Prima cõditio ferri quã recipit in fornace, quãdo induitur igne, est claritas lucens, quia totũ induitur claritate cõtra suã conditionẽ, quia de se ferrũ non lucet. Sic nos induendo Christum, recipimus in nobis claritatẽ fidei Christianæ, amouẽdo à nobis tenebras & obscuritates errorũ, & dubitationũ, & induimur claritate fidei in fornace sanctæ matris ecclesiæ, tenẽdo eius determinatonẽ & veritatẽ. Et si fortè aliquis nostrũ aliquãdo dubitauit in aliquo articulo, ponat se in fornace ecclesiæ, eius sententiæ & determinatione firmiter stãdo, & nõ intellectu suo diffiniat & determinet aliter q̃ ecclesia determinauit. Si enim darẽtur tibi 12. floreni de florentia, & tu velles ipsos probare ad lumẽ paruũ cãdelę, faceres magnã stultitiã, quia iã ꝓbati sunt per tot fornellos quos trãsierũt. Idẽ de. 12. veritatibus & articulis fidei quę ꝑ tot fornellos trãsierunt. De hoc habetur 2. 2. q. 1. ar. 10. & de. po. q. 10. ar. 4. Prima per illã fornellũ ardẽtissimũ prædicationis Christi qui mẽtiri nõ potest, & tot miraculis probauit:

Absque miraculis tenebantur Iudæi credere in Christum.

imo si Christus nõ fecisset miracula, adhuc omnes tenerentur sibi credere. vt dicit Tho. quodlibeto 2. q. 4. & supra. Ioan. ca. 15. Secundò per fornellũ publicationis apostolorũ, & passionis martyrũ qui pro ista veritate probanda mortui sunt plurima miracula faciẽdo. Tertiò per fornellũ disputationis doctorum cũ philosophis, imperatoribus & regibus intãtum quod nullũ potest esse dubium in fide quod nõ sit examinatũ & probatũ. Patet ergo stultitia illorum qui lumine paruo sui intellectus volunt probarę articulos dicẽtes:

Videa-

Videamus quomodo tres pſonæ diuinæ ſunt vnus Deus, &c. qa totũ hoc eſt iã examinatũ & diſputatũ & determinatũ. Ideo ad inſtar optimi floreni mittatur in burſa cõſciẽtię per purã credẽtiã, di. Credo dñe. Circa prædicta & prædictorũ intelligentiã quærit S. Tho. 1. par. q. 32. ar. 1. vtrũ Trinitas diuinarũ perſonarũ poſſit per naturalẽ rationẽ cognoſci. Ad quã quæſtionẽ idẽ S. Tho. reſpõdet di. ꝙ impoſſibile eſt per naturalẽ rationẽ ad cognitionẽ Trinitatis diuinarũ perſonarũ peruenire, quia homo per rationẽ naturalẽ in cognitionẽ Dei peruenire nõ poteſt niſi ex creaturis ſecundũ illud Ro. 1. Inuiſibilia Dei per ea quæ facta ſunt, intellecta cõcipiuntur. Creaturæ autẽ dicunt in Dei cognitionẽ ſicut & effectus in cauſam. Hoc igitur ſolã ratione naturali de Deo cognoſci poteſt, quod cõpetere ei neceſſe eſt ſecundũ quod eſt omnium entiũ principium. Virtus autẽ creatiua Dei eſt cõmunis toti trinitati. vnde pertinẽt ad eſſentię vnitatẽ nõ ad diſtinctionẽ perſonarũ. per rationẽ igitur naturalẽ cognoſci poſſunt de Deo ea quæ pertinẽt ad eſſentiæ vnitatem, nõ autẽ ea quæ pertinẽt ad diſtinctionẽ perſonarũ. Qui autẽ nititur probare Trinitatẽ perſonarũ naturali ratione, fidei dupliciter derogat. Primò quidẽ quantũ ad dignitatẽ ipſius fidei, quæ eſt vt ſit de rebus inuiſibilibus quę rationẽ humanã excedunt. Vnde Apoſt. dicit Heb. 11. quod fides eſt de nõ apparẽtibus: & dicit 1. Cor. 2. c. Sapientiã loquimur inter perfectos, ſapientiam verò nõ huius ſæculi neq; principium huius ſæculi qui deſtruuntur, ſed loquimur Dei ſapientiã in myſterio quæ eſt abſcondita. Secundò talis derogat fidei quantũ ad vtilitatẽ trahẽdi alios ad fidẽ. Cùm enim aliquis ad probandũ fidẽ inducit rationes quæ nõ ſunt cogẽtes, cadit in deriſionẽ fidelium. credunt enim ꝙ huiuſmodi rationibus innitamur, & propter eas credamus. Quę igitur fidei ſunt, nõ ſunt tentanda probare niſi per auctoritates iis qui auctoritates ſuſcipiũt. Apud alios verò ſufficit defendere non eſſe impoſſibile quod prædicat fides, dicit enim Hila. in li. de trini. Non putet homo ſua intelligentia generationis ſecretum poſſe cõſequi. Ambr. etiã dicit. Impoſſibile eſt generationis ſcire ſecretum, mens deficit, vox ſilet. hæc S. Tho. vbi ſuprà. Sic igitur articulis fidei firmiter adhærendũ non eſt propter rationem naturalẽ, ſed propter Diuinã reuelationẽ & per fidẽ. Sic enim induimur Chriſtum recipiendo in nobis claritatem fidei. talibus ſic indutis dicit Apoſt. Eratis aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino vt filij lucis ambulate. Ephe. 5. ſuper hoc dicã vobis vnam figuram quã legimus Ezech. 1. vbi dicit Ezech. ꝙ Deus oſtendit ſibi inter cætera animalia vnum animal quadrifaciatum, dicẽs quod emittebat ſcintillas claras quaſi aſpectus æris candẽtis. Allegoricè hoc animal figurabat quẽlibet Chriſtianum, quoniã omnis bonus Chriſtianus habet vnũ caput quadrifaciatum. Caput eſt fi-

Ecce quid poteſt de Deo cognoſci ductu rationis naturaliter.

Non eſt impoſſibile quod fides prædicat.

des

des catholica, quatuor facies sunt quatuor euãgelistę. Prima facies à parte ante est facies hominis. ecce euangeliũ B. Matt. qui per hominẽ figuratur. Secunda facies à dextris est facies leonis, ecce euãgelium B. Marci. Tertia facies à sinistris est bouis. ecce euãgelium B. Lucę. qui per bouẽ figuratur. eò quod tractat de sacrificio. Quarta facies retro altior est aquilę. Ecce euangeliũ B. Ioannis. qui altius aliis tractat de Christi diuinitate. Si bonus Christianus quilibet debet habere vnum corpus & vnum caput quadrifaciatum, & debet emittere scintillas claras. s. confitendo articulos fidei: quia non sufficit habere claritatem fidei in corde, sed oportet emittere scintillas, aliàs extinguitur fides in corde sicut lucerna ardens in laterna quæ non potest spirare. Ideo emittere debet scintillas dicens. Credo quolibet die mane & sero cũ protestatione, & hoc consiliũ est. B. Hier. Et ita faciebat Dauid qui dicit de se, Credidi. s. in corde. propter quod locutus sum. s. in ore emittendo scintillas. & quomodo? Ego autem humiliatus sum nimis. Pro pręmissorum intelligẽtia secundum S. Tho. nota. 2. 2. q. in prin. siue in cõtinuatione quod duplex est actus fidei. s. interior & exterior. interior actus fidei est credere, sed cõfessio oris eorum quæ sunt fidei est actus fidei exterior. de actu primo siue interiori qui est credere, agit S. Thom. 2. 2. q. 2. per totum. Et de actu fidei exteriori qui est cõfessio, agitur q. 3. Credere aliqua quæ sunt supra rationẽ naturalẽ, est de necessitate salutis, similiter fides dicit S. Tho. vbi suprà. q. 2. 2. scrip. & 3. di. 24. ar. 3. q. 1. immo credere aliqua quę ratione naturali demonstrantur, est necessarium. 2. 2. vbi suprà. ar. 4. Sine fide inquit Apost. ad Heb. 11. impossibile est placere Deo. Credere autẽ ea quæ sunt supra rationẽ, non est leuitatis, vt dicit S. Tho. 3. di. 24. ar. 3. q. 2. Idẽ cõtra gẽtiles li. 1. c. 5. Itẽ quærit S. Tho. de actu fidei exteriori. s. cõfessione. vtrum cõfessio fidei sit de necessitate? Ad quã rationẽ respondet. 2. 2. q. 3. ar. 2. quod cõfessio fidei est de necessitate salutis, tunc solũ quando ex eius omissione periclitatur honor Dei vel vtilitas proximi: puta si aliquis interrogatus de fide taceret, & ex hoc crederetur vel quod nõ haberet fidem, vel quod fides nõ esset vera, vel alij per eius taciturnitatem auerterentur à fide. in huiusmodi enim casibus cõfessio fidei est de necessitate salutis. Auctoritas ad hoc, ad Rom. 10. Corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem. Dico secundò quod ferrum in fornace non solùm recipit claritatem, sed etiam calorem ardentem contra suam naturam, sic nos induendo Christum, nõ solùm recipimus claritatem fidei, sed etiam calorem ardentis charitatis contra frigiditatem indeuotionis & negligentiæ faciendo opera Dei cum ardore & feruore spiritus diligenter. De isto ergo ardore dicit Christus, Ignem veni mittere in terram, & quid volo nisi vt ardeat. Luc. 12. Ardet autem ignis charitatis quando religiosus non est negligens

Duplex fidei actus.

Quando fidei confessio est de necessitate salutis.

sed

sed diligens. Itē dicatur de clericis & laicis secundum ꝙ expediens erit. De isto igne charitatis dicā vobis vnā figuram, de qua Leui.6. præcepit Deus di . Ignis in altari semper ardebit quē nutriet sacerdos subiiciens ligna mane per singulos dies imposito holocausto de super. Allegoricè altare est cor deuoti Christiani in quo offertur Deo illud sacrificium de quo dicit Dauid, sacrificium Deo spiritus contribulatus, quod fit quando homo recedit de peccatis in mala vita quam tenuit. & cōmuniter offertur Deo isto modo sacrificium in altari cordis. De quo dicit. Ignis in altari semper ardebit. s. ignis ardētis charitatis, sed statim extinguitur. Sic religiosi in nouitiatu incipiūt bene & deuotè seruire Deo, sed extinguitur postquā sunt professi, & habent partem in cauda asini, quia, &c. Idem de clericis quando dicunt missam nouā, sed post extinguitur, &c. Idem de laicis in quibus accēditur ignis charitatis & deuotionis in aliquo sermone, sed pòst statim extinguitur. O benedictus esset si moreretur dum ignis ardet. ideo dicit, Ignis in altari semper ardebit. Sed quomodo fiet? dicit. Quē nutriet sacerdos, &c. Ille ignis accenditur in missa cum lignis, quod fit quando dicitur, Cōfiteor Deo omnipotēti. Introitus, &c. Deinde ponuntur magna ligna in canone, & sic tādem venit Christus in hostiā consecratā. ideo dicit. Quē nutriet in missa sacerdos sufflādo in prædicatione. ita faciebat Christus & Apostoli, & ignis accēdebatur in corpore populi. ideo dicit, ignis ille erit perpetuus qui nunquam deficiet in altari. Leui.6. Dico tertiò ꝙ quando ferrum induitur igne, recipit mollitiē cōtra cōditionem suæ duritiei, sic & nos induendo Christum debemus recipere mollitiem remissionis iniuriarum contra implacabilitatē impatiētiæ: ideo ad instar ferri igniti quod per multos ictus mallei extēditur, sic & nos per multas malleationes tribulationum debemus extendi ad omnes diligendo & iniurias remittendo. iuxta illud quod dicit Apost. Estote benigni inuicem, misericordes, donantes inuicē, sicut & Deus in Christo donauit vobis. ad Ephe.4. Nota quod benignitas refertur ad socialem conuersationem. Missa ad pauperum compasſionem. Donatio ad iniuriarum remisſionem. Hæc tria habemus exemplariter in Christo, & concludit. Sicut Deus in Christo donauit vobis. Dico quartò quod quādo ferrum induitur igne, recipit ex eo pulchritudinem delectabilem. & sic nos Christum induentes debemus recipere in nobis pulchritudinem placentis honestatis, quod fit per puram continentiam & castitatem, dimittendo immunditiam carnalitatis, quoniā inter alias virtutes pulchrior est castitas quæ multum placet Deo & angelis, ideo Sapientiæ 4. O quàm pulchra est casta generatio cum charitate. Quærit S. Tho. 2. 2. quæstio 151. artic. 1. vtrum castitas sit virtus? & respondet quod sic, quia in hoc ratio virtutis humanæ consistit quod sit aliquid secun-

dum

cũ rationẽ modificatã. sed nomẽ castitatis sumitur ex hoc q per ra tionẽ concupiscẽtia castigatur, quæ ad modũ pueri est refrẹnãda vt paret p philosophũ 3. Ethi. Vnde manifesta (inquit S. Tho.) est castitatem esse virtutẽ, & est subiectiuè in anima, sed materiã habet in corpore, & castitas ,pprie dicta est virt⁹ spiritualis habẽs spiritualẽ materiã. s. cõcupiscẽtias delectabiliũ quæ sunt in venereis: sed largè dicta siue metaphoricè est generalis virtus, vt di. S. Tho. vbi su. art. 2. & ista dicitur castitas spiritualis cui opponit̃ fornicatio spiritualis. per quãlibet enim virtutẽ retrahitur mẽs humana ne reb⁹ illicitis delectabiliter cõiũgatur, principaliter tamẽ ratio hui⁹ castitatis est generalis virt⁹ & dicitur metaph. cõsistere in charitate & in aliis virtutibus theologicis quib⁹ mẽs Deo cõiungitur, & modo charitas est pulcherrima virtutũ. No cũ charitate magis q̃ cũ tumiditate. ideo Esa. 52. Mundamini qui fertis vasa domini: & subditur. Præcedet enim vos domin⁹ & cõgregabit vos Deus Israël. In hac auctoritate ,ppheta ponit tres rationes ostẽdentes quomodo castitas est magis necessaria modò q̃ ante incarnationẽ Christi. Prima ibi, Mũdamini qui fertis vasa domini. vasa dñi sunt nostra corpora quæ portamus, quæ sunt vasa animæ. sed ante Christi incarnationẽ non erant vasa domini, quia ipse non habebat corpus. secũda ibi, præcedet enim vos Dominus. s. Christus in puritate, quia Christus nescit quod est illud experimentaliter, licèt sine peccato potuisset habere vxorẽ, sed noluit vt daret nobis exẽplum castitatis. Tertia ibi, Cõgregabit vos De⁹ Israël. s. cũ angelis suis purissimis & castis. Apoc. 21. Nõ intrabit aliquid in eã coinquinatum aut abominationẽ faciẽs. ecce quare dicit thema. Induimini Dominũ Iesum Christum.

Castitas propriè dicta versatur circa materiam spiritualẽ.

Dominica II. aduent. Domini. Serm. I. de Euagelistis.

E*Runt signa in Sole & Luna & Stellis.* Luc. 21. In ista dominica sanctã mater ecclesia facit officiũ de aduẽtu Christi ad iudiciũ, & in sancto euãgelio hodierno Christus ostendit nobis sex quæ requirũtur in omni iudicio quæ semper debẽt fieri.

Primum est intimatio temporis.
Secundum, præparatio loci.
Tertium, citatio partium.
Quartum, comparatio personalis.
Quintum, diffinitio iudicialis.
Sextum, executio effectualis.

Et de primo. s. intimatione temporis, quia iã scitis quomodo iudex assignat tẽpus partibus, dicens, tali die venietis ad audiendam sententiam. Sic facit Deus, non quòd dicat nobis diem, sed dedit nobis signa in quibus cognoscetur tempus iudicij, dicens: Erunt signa in Sole, Luna & Stellis, quia dies iudicij non est notus nisi soli Deo. 4. scrip. distin. 44. quæst. 2. & dist. 46. quæst. 1. Non dat nobis signa

signa in rebus occultis, sed in manifestis quæ toto mundo videntur, vt totus mūdus possit illud tēpus iudicij cognoscere. Nota secundum S. Thom. in 4. d. 47. q. 1. & 48. quod non omnia signa in euangelio pertinentia ad generale iudicium, imò fortè nulla, sed alia signa erunt ibi. Quæ autem sint ista signa, hoc declarat ipsemet Matt. 24. dic. Sol obscurabitur, & Luna nō dabit lumen suum, & stellę cadent de cœlo. Item Iohel. 2. Sol cōuertetur in tenebras, & Luna in sanguinē antequam veniat dies domini magnꝰ & horribilis. No. secun. S. Tho. in 4. scrip. di. 48. q. 1. Sol & Luna obscurabuntur ꝑ priuationem sui luminis vel simul vel diuerso tempore circa diem iudicij, non autem illo die nec post. Obscuritas illa solis potest intelligi iuxta obscuritatem tenebrarum solis, quæ fuerūt tempore Mosi in terra Ægypti, secundum ꝙ legitur Exo. 10. Quia gentes nō poterant se mouere de loco in quo erant, nec se videre, nec se iuuare mutuò, & durauerūt ꝑ tres dies. Modò hic cogitate. Si deus volens dare finem vni regno, tantam induxit obscuritatē solis. s. ꝑ tres dies, quantam ergo obscuritatem dabit in fine mūdi, quādo dabit finem & terminum toti mūdo, non solū per tres dies, sed fortè per 30. nec aliqua lux cerei vel lucernæ poterit in mundo lucere. Ecce hic signa quæ erunt in Sole. Luna aūt conuertetur in sanguinē, quia tota erit in calore sanguinis &c. Dicit enim Hier. ꝙ ante diem iudicij arbores & plantæ emittent sanguinem, & stellæ cadent de cœlo, quia tunc assub & fulgura erunt de cœlo, hoc intelligitur de assub quæ videtur quasi stella cadens de cœlo, quia tunc assub & fulgura erunt per totum mundum & ꝑ totum aërem & comburēt villas, ciuitates, castra, & domos. Ecce quomodo ad literam erūt signa in Sole, & Luna, & stellis. No. tamē secundum S. Tho. in 4. scrip. di. 48. q. 1. ꝙ signa 15. non asseruntur à beato Hier. sed dicit se reperiisse in annalibus Iudæorum, & habent parū verisimilitudinis. Sed spiritualiter loquendo hęc signa sunt iam completa. Quoniam in sacra scriptura, intelligitur status papalis per Solē, per Lunam status mūdalis, per stelles autem quęlibet persona spiritualis. Sol autem, id est status papalis iam obscuratus est. Triginta enim anni sunt ꝙ nō videtur certissimè quis verus sit Papa. Quidā dicūt, talis est. Alij nō, imò talis est. & ab vtraque parte sunt magni magistri & doctores: & ꝙ fortius est, sanctę personæ clarētes miraculis: imò sunt modò tres soles. quale signū esset de sole materiali, si diuideretur in duos vel tres soles: hoc signū est modo cū statꝰ papalis diuisus sit in tres personas: hoc signum ergo intimat nobis tempus iudicij quod citò & in breui erit. Auctoritas. Diuisum est cor eorum, nunc interibūt Oseæ 10. Item Luna, id est status mundalis, siue potestas, conuersa est iam in sanguinem intantum ꝙ reges & principes, & domini tēporales se trucidant, & occidūt, intantum quod in toto mundo est

D guerra

guerra: quot mille moriũtur quotidie in bellis: de isto signo Auct. Sanguis sanguinem tetigit, propter hoc lugebit terra. Oseę.4. Sanguis.s. iniuriati tetigit sanguinem iniuriantis. Tertiò stellę cadent de cœlo. Stella dicitur quęlibet persona deuota quę fixa stat in cęlo per deuotionem, de quibus dixit deus Abrahæ, Multiplicabo semẽ tuum sicut stellas cęli. Gen.22. Sed modò iam ceciderunt de cœlo ad terram. Primò religiosi quoq; affectio debet esse tota in cęlo, sed iã ceciderũt in terra affectãtes terrena.s. diuitias, honores, dignitates, magistratus, &c. Idem de clericis, & laicis, iam nullus respicit cœlũ sed terrã. Ideo verificatur illud Dauid, Oculos suos statuerũt declĩnare in terram: & sequitur. Susceperũt me, sicut leo paratus ad prędam, hoc dicitur propter Antichristũ. Patet ergo intimatio temporis iudicij per signa manifesta. Ideo Christus dãs nobis vnã cõparationem de signis, dicit, Videte ficulneã, & oẽs arbores cũ producũt iam ex se fructus, scitis quia propè est iã æstas: ita & vos cũ videritis hæc fieri, scitote quia propè est regnum dei.i. Christus, ad iudiciũ. Luc.21. Secundũ ꝙ erit in iudicio, erit loci præparatio, quẽadmodũ præparatur locus iudicialis regi volẽti facere iudiciũ: idẽ de rege Christo qui habet iudiciũ facere in communi loco, ne sit alicui partialis, quia oẽs tã boni quã mali, id est tã beati quã damnati habent interesse in illo iudicio. ideo si illud iudiciũ fieret in cœlo, posset esse locus suspectus damnatis, si in inferno, nõ esset locus cõgruus beatis: ideo fiet in terra, qui est locus cõmunis omnibus. Auctoritas, Ecce dies veniunt, dicit dominus, & suscitabo. Dauid germen iustum, & regnabit rex, & sapiens erit, & faciet iudiciũ & iustitiã in terra. Hier.24. No. in terra, non in cœlo, nec in inferno. Quomodo autẽ intelligendũ est quòd fiet iudiciũ in terra, habes suprã in sermone primo aduentus domini. No. suscitabo Dauid germen iustũ, & regnabit rex & sapiẽs erit, & faciet iudiciũ & iustitiam in terra, quia modò videtur quòd dormiat cũ tot mala & peccata fiãt, & ipse tacet, nec punit omnia. Ideo oportet ꝙ locus paretur, quoniã si rex deberet hîc tenere curias in domo in qua habitauerũt porci, & iumẽta, illa domus mũdaretur, & purificaretur. Idẽ de domo huius mundi in qua habitauerũt iumenta, qui viuũt. ibi secundum rationem, sunt homines qui viuũt secũdum sensualitatem, sunt bestiæ, superbi sunt leones, auari vulpes, luxuriosi porci, inuidi sunt canes, gulosi sunt lupi, iracundi serpentes siue viperæ, pigri autem sunt asini, propter quòd domus huius mundi est corrupta, immũda & infecta. Computruerunt iumẽta in stercore suo, Iohel.1. & 2.cap. Necessarium est ergo vt mundetur & purificetur, quæ purificatio fiet per ignem qui accendetur & inflãmabitur ad quatuor partes mundi in Oriente, & Occidente, &c. & cõburet totum mũdum. Iste ignis secundũ S. Tho.4.scrip.di.27. quõ.2. ascendet tantũ quantum aquæ

diluuij

diluuij ascenderunt.s.vsque ad medium aëris interstitium,& ista purgatio elementorũ fiet per ignem in fine,quia est similior gloriæ, & actiuior,& minus inficitur. Et iste ignis conflagrãs mundũ quo ad purgationẽ præcedet iudicium,sed quo ad inuolutionẽ impiorum sequetur. Post hæc descendet Christus ad iudiciũ cum virgine Maria matre sua,& baronibus,& militibus cœli,Si autẽ domus mundi non esset purificata,diceret fortè virgo Maria filio suo. O fili mi, vbi me adduxisti in loco tam fœtido. Si dicatur,O frater,non sentimus nos fœtorem,&c. nec pisces sentiunt amaritudinem maris, quia ibi sunt nati & nutriti,nec stabularius sentit fœtorem stabuli, sed miles sentit quando ibi intrat: sic nec nos sentimus fœtorem huius mundi,quia nati sumus & nutriti in isto fœtore, sed si veniret vnus beatus de paradiso,ille sentiret. De hac pręparatione dicit propheta Dauid. Ignis ante ipsum præcedet & inflammabit in circuitu inimicos eius. Alluxerunt fulgura eius orbi terræ, vidit, & commota est terra. Montes sicut cera fluxerunt à facie domini,à facie domini omnis terra. Psal. 96. No. inimicos eius,qui sunt eius inimici, & quomodo illi solùm sentiunt illum odorem maximum in illo igne? quia amici Christi sine dolore morientur in illo igne. Sicut quinquaginta rhetores beatæ Katherinæ. Alluxerunt fulgura. Dic quomodo vno fulgure vna domus destruetur,alia remanebit:vir occidetur,& vxor remanebit,&c. Et econuerso. De isto dicit euangeliũ: Erit in terris pressura gentiũ præ cõfusione sonitus maris & fluctuum, arescentibus hominibus præ timore, & expectatione quæ superueniet vniuerso orbi, dic quomodo illi qui modò nolunt confiteri, tunc quærent confessorem. Idem de vindicantibus qui modò nolunt remittere nec pacem facere: idẽ de vsurariis qui modò nolunt restituere: idẽ de clericis qui non habent modò breuiarium: idem de religiosis qui modò nihil seruãt de suo ordinẽ,nec de regula,nec de ceremoniis, &c. Tertium quod erit in illo iudicio,erit partium citatio. Iudex quando vult dare sentẽtiam,facit citare partes. Ita faciet dominus noster Iesus Christus rex & iudex Michaël vt præco clamabit voce magna,dicens, Surgite mortui, venite ad iudicium. Quomodo hæc intelligantur, quære in primo sermone primæ dominicę aduentus. De illa voce dicit Hier. Siue cõmedam siue bibam,semper videtur mihi sonare in auribus meis illa vox, Surgite mortui, & cætera, De hac voce dicitur in euangelio. Veniet hora in qua omnes qui in monumentis sunt, audient vocem filij dei principaliter. Ioann. quinto. illa vox erit filij Dei principaliter, sed erit beati Michaëlis instrumentaliter. Sicut vox præconis est vox regis imperatiuè, & ipsius præconis executiuè. Et subitò omnes resurgent: de hoc habes pulchrè in primo sermone primæ dominicæ aduentus. Dic quomodo gaudebit

anima beata, quādo induetur corpore glorioso, ficut gaudet spōsa in die nuptiarum quādo induitur pretiosa veste sibi missa à spōso. Oppositum erit de dānatis. Quartum est comparatio personalis, quoniam in illo magno iudicio nullus poterit comparere per procuratorem, ficut fit modò hîc in curia regis, sed omnes tam magni domini quàm parui habēt ibi cōparare personaliter, & dare rationé de seipso, quantumcunq; sit rudis & grossus. Auct. Vnusquisq; nostrum pro se reddet rationē deo. Ro. 14. Hoc iudiciū faciet Christus in illis partibus vbi iniustè fuit iudicatus. s. in valle Iosaphat, vt dicit S. Thomas in quarto scripto. distinct. quadragesima septima, questio. prima, articulo quarto. Iohel 3. in diebus illis & in tempore illo cùm conuertero captiuitatem Iuda & Hierusalem cōgregabo omnes gētes, & deducam eas in vallem Iosaphat, & ibi disceptabo cum eis, quasi dicat, Ibi sedebo vt iudicem omnes gentes in circuitu. Si quæratur quō ibimus illuc vel p mare, vel p terrā, &c. Dic q̄ quilibet tam bonus quàm mal⁹ portabitur illuc à bono angelo vt creditur, tunc enim virtutes cœlorum mouebuntur, scilicet, ad portandum. Dic practicè quomodo boni portabuntur honorabiliter, mali autem vituperabiliter. Sanctus. Thom. tamen dicit in 4. scrip. dist. 47. quæstione 1. articu. 4. quod virtutes cœlorum, id est angeli, tunc mouebuntur non secūdum statum gloriæ, sed ex admiratione vel à motu cœli cessando. Quintum erit diffinitio iudicialis, quæ ostenditur ibi. Et tunc videbunt filium hominis venientem in nube cum potestate, & maiestate magna, Dic quomodo Christus tunc veniet cum manifestate associatus angelis, archāgelis, &c. ad saluādos bonos. & cū potestate vel maiestate ad damnandū malos. No. Christus apparebit in iudicio corporaliter, vt dicit. S. Thom. 4. dist. 48. q. 1. arti. 1. 2. & 33. Item contra gentiles lib. quarto cap. 96. & 32. Quærit etiam Sanctus Thom. in 4. dist. 48. quæst. 1. art. . Vtrum Christus in forma serui siue hominis sit iudicaturus. Respondet quòd sic, dicitur enim Ioannis 5. Potestatem dedit ei iudicium facere, quia filius hominis est. Item Iob 36. dicitur, Causa tua quasi impij iudicata est. Glos. à Pilato. ideo iudicium causamq; recipies, Glosa vt iustè iudices, sed Christus secundum humanā naturam iudicatus est à Pilato, ergo secundū humanam naturā iudicabit. Item eius est iudicare cuius est legē condere, sed Christus in humana natura apparens nobis legem euangelij dedit, ergo & secundum eandem naturam iudicabit, quia in dicta authoritate Luc. 21. Tūc videbūt filium hominis venientem in nube cum potestate magna, & maiestate. Maiestas autem & potestas ad gloriam pertinent. Ideo quæritur vtrum Christus in iudicio apparebit in forma humanitatis gloriosa. Ad quam questionem respondet Sanctus Thomas in quarta parte distinctione 48. quæstion. prima articul. secundo quod sic, quia sicut

Locus in quo erit iudiciū vniuersale.

Quomodo virtutes cœlorum mouebuntur.

Christus corporaliter veniet ad iudiciū.

ſicut quando iudicandus aduenit, in forma infirmitatis apparuit: ideo oportet quod quādo iudicaturus aduenier, in forma glorioſa appareat, iudicari enim infirmitatis eſt, & iudicare authoritatis, & gloriæ. Et quia in ſecundo aduentu ad hoc veniet vt iuſtitiā patris in homines exequatur, dignum eſt & cōgruū vt in forma gloriæ, & authoritatis appareat. Et ſicut viſio gloriæ humanitatis Chriſti, vt dicit Sanctus Thomas vbi ſuprà in ſolutione ad quartū, erit iuſtis in premiū, ita inimicis erit eis in ſupplicium, quia ſicut gloria amici eſt delectibilis, ita gloria, & poteſtas eius qui odio habetur maximè contriſtat. Vnde Eſa. vigeſimo ſexto. Videant, & confundantur zelantes populi, & ignis, ſcilicet, inuidiæ, hoſtes tuos deuoret. Poterit autē corpus Chriſti glorioſum ab omnibus videri in generali iudicio etiam à nō glorificatis. Quia corpus glorioſum habet in poteſtate ſua vt ſe demonſtret, vel non demonſtret oculo non glorioſo. hæc Sanctus Tho. vbi ſuprà in ſolutione ad tertium. Sententia diffinitiua pro bonis erit. Venite benedicti patris mei, poſsidete paratum vobis regnum à conſtitutione mundi. Matth. 25. Sententia autem diffinitiua pro malis erit. Diſcedite à me maledicti in ignem æternum, &c. ibidem. Sextum erit executio effectualis ibi. Cœlum, & terra tranſibunt, ſcilicet, quantum ad iſtas operationes, & qualitates. Verba autem mea non tranſibunt, ſupple ſine effectu executionis, Tunc Chriſtus fortè clamabit voce magna dicens. Inferne aperi os tuum, & degluti impios iſtos. Tunc ſubitò terra aperietur, & mali in corpore, & animæ deſcendent in infernum, vbi erunt ſine fine, & non poterunt mori nec pœnitere. Dixit Chriſtus ad Iudam. Bonum erat ei ſi natus non fuiſſet homo ille. Deinde faciet executionem de bonis, ip ſos introducendo in cęlum cum coronis, & cathedris gloriæ ipſos collocando. Eſa. trigeſimo quinto, venient in Syon cum laude, & lætitia ſempiterna: ſuper capita eorum gaudium, & lætitiam obtinebunt, & fugiet dolor & gemitus.

A malis etiam vi debitur Chriſtus in corpore glorioſo.

Quomodo cœlū & terra tranſibunt.

Dominica ſecunda Aduentus Domini. Sermo ſecundus.

Erunt ſigna in Sole. Lucæ. vigeſimo primo & in euangelio hodierno. Materia præſentis prædicationis erit de ſancto Euangelio & habebimus ſi deo placet multas bonas declarationes ad intelligendum prouidentiam diuinam quomodo gubernat iſtum mūdum à principio vſque ad finem. Sed primò ſalutetur virgo Maria & cætera. Erunt ſigna in ſole. Sanctum Euangelium hodiernum loquitur de ſignis terribilibus venturis in fine mundi ante diem iudicij. Et ponit ſignā futura. Primò in cęlo. Secundò in terra. Tertiò in angelis. de ſignis quæ erunt in cœlo, loquitur thema dicens. Erunt ſigna in ſole. Pro huius declaratione, & materiæ introductione ſciendum quod in ſacra ſcriptura Chriſtus dicitur

citur sol, patet ratione: quia dat sciẽtiam, & auctoritatem quæ confirmat credentiam. Ratio quare Christus dicitur sol, est, quia tota vita Christi in summa repræsentatur in sole in eius motu & cursu quem facit. Iam videtis quomodo quolibet die sol de nocte est absconditus à nobis & secretus, sed in aurora oritur: & sic transiens finaliter visitat totum mundũ, ipsum illuminando, calefaciẽdo animalia, homines & plantas fructificare faciendo vsq; ad occasum: sic & Christus aliquando fuit absconditus & secretus in mundo quãdo fuit in ciuitate Nazaret in domo matris, quousq; habuit ętatem 30. annorum, nec cognoscebant quod esset Deus. Propter hoc dixit Ioannes Baptista Iudæis, Medius autem vestrum stetit, quem vos nescitis: ipse est qui post me venturus est. Qui sol sequitur luciferum. Ioan. 1. sed ortus fuit in aurora suæ prædicationis, & cœpit illuminare mundum qui erat in tenebris errorum, & falsarum opinionum: sanè Christus sua prædicatione illuminauit in tantum q; plus scit modò vna vetula de virtutibus fidei, quã antiquitùs vnus magnus Philosophus, ipsi gratias soli. Secundò calefacit totum mundũ in amore Dei, in ardore & desiderio paradisi. Tertiò fecit fructificare humanũ genus in bonis operibus, virtutib⁹ & meritis, trãseundo vt sol de villa in villã, discurrẽdo prædicãdo vsq; ad occasum. s. mortis. Ecce quomodo motus & cursus solis in eius influẽtia repræsentat vitã Christi: & tunc fuit cõpleta prophetia Zachariæ dicẽtis. Visitauit nos oriens ex alto. Illuminare his qui in tenebris, & in vmbra mortis sedent ad dirigendos pedes nostros in viã pacis. Luc. 1. Nota illuminare, scilicet contra errores. Ecce primus effectus his qui in tenebris & in vmbra mortis sedẽt. Ecce secũdus contra frigiditatem dilectionis Dei ad dirigendos pedes nostros in viam pacis, scilicet ad meritoriè operandum. Ecce tertius. Ecce ratio quare Christus dicitur sol. Auctor. Orietur vobis timentibus nomen meum sol iustitiæ, non dicit sol naturæ. Mal. 4. Verbum est dei patris. Item in nouo testamento dicit sancta mater ecclesia virgini Mariæ. Ex te ortus est sol iustitiæ Christus deus noster. De isto sole ego intelligo thema propositum. Erunt signa in sole, id est, in Christo vero Deo & homine, patet thema. Et sum in materia prædicanda, licet sit subtilis, & difficilis, tamen bene poteritis eam intelligere, si vultis attendere diligenter. Dicunt Astrologi, & verum dicunt, & concordant cum eis Theologi, quòd sol naturę in anno pertransit semel 12. signa Zodiaci cuiusdam circuli, quẽ Astrologi notant in cœlo, quasi coronam diuidentem cœlum, in quo sunt 12. partes æquales, & vocantur secundum constellationes.

Prima pars dicitur aries.	*Quarta cancer.*
Secunda taurus.	*Quinta leo.*
Tertia gemini.	*Sexta virgo.*

Septima

Septima libra. *Decima capricornus.*
Octaua scorpio. *Vndecima aquarius.*
Nona sagittarius. *Duodecima piscis.*

Et ita sunt duodecim menses in anno. primus mensis fuit Martij. in isto sol stat in primo signo, scilicet ariete. In secundo mense, scilicet Aprilis, in secundo. s. tauro, & in tertio mense, scilicet Maij, stat in geminis, & sic per totum annum pertransit ista 12. signa, quæ ab Astrologis dicũtur constellationes: à Theologis autem signa dicũtur, quia signant. 12. status mundi huius, in quibus debuit esse Christus sol iustitiæ à principio mundi vsque ad finem. Et tunc erit sol iustitiæ in signis, scilicet transitiuè. De hoc Gene. 1. Fiant luminaria in firmamento, & diuidant diem ac noctem, & sint in signa, & tempora, & dies, & annos: sed quando dicitur. Erunt signa in sole, scilicet causatiuè. Primum signum dicitur aries. Ratio, quia si illæ stellę linearētur quæ sunt in 1. parte Zodiaci, facerēt figurã arietis cũ suis cornibus. & in illo primo signo stat sol in primo mēse, scilicet Martij. Hoc signat primum statum mundi à creatione Adæ, & durauit vsq; ad Moysen. Tunc enim filius dei fuit in signo arietis. Ratio, aries totã suam fortitudinē & virtutē habet in capite, Sic tunc in primo statu mundi gentes se gubernabant solo intellectu capitis in credendo, & in bene viuendo, quia tunc non habuerũt magistros, neque doctores, neque etiam libros, sed ad instar illius qui intrat magnum palatium per intellectum naturalem statim cognoscit ꝙ magnus dominus debuit esse qui illud ædificauit, licèt ipsum nõ videat. Sic tunc gentes quæ fuerunt in primo statu mundi, ex magnitudine operis siue palatij huius mundi cognoscebant deum & eius infinitam potentiam, gubernabant se in bona vita intellectu naturali, di. Quilibet dominus vult seruos fideles ne vadant ad suos inimicos: & sic iam naturaliter seruabãt primum pręceptũ. Non habebis deos alienos. Itē quilibet dominus vult honorem à suis subditis, & ꝙ cum reuerentia loquantur de ipso: & sic seruabant secundum præceptum. Item quilibet dominus in domino suo aliquod seruitium vult: ideo eligebant vnam diem quam dabant domino in hebdomada. Item quilibet dominus vult vt minores honorent maiores. Ecce quartum præceptum, scilicet, honorationem parentum. Item nullus dominus vult quòd sui recipiant vindictam in præsentia sua. Ecce quintum præceptum, Non occides. Item vult quòd nullus tangat filias nisi petat eas in vxores. Ecce sextũ, Nõ mœchaberis. Itē quilibet domin⁹ vult ꝙ ipse sit contētus de parte quam ipse dedit. Ecce septimum præceptum, Nõ furtũ facies. Item quòd nullus diffamet alium. Ecce octauũ præceptũ, Falsum testimonium non proferes, & sic de aliis. Ecce quare dicebat quod sol esset in signis tanquam in effectu. De hoc auctotitas. Cùm gen-

tes quę legẽ nõ habent, naturaliter ea quæ legis sunt faciunt, huiusmodi legem nõ habentes, ipsi sibi sunt lex Ro.2. Quia omnia pręcepta moralia semper seruari debẽt ab omnibus, qa sunt de lege naturæ, vt dicit Tho. Matt.23. Et omnes actus virtutum inquantũ virtuosi sunt de lege naturæ nõ autem secundum species suas 1.2.q.93. art.3. sed illa, lex naturę fuit obfuscata in gentibus quo ad multa. 4. scrip.di.33.q.1.art.3. & prima secundæ, quæstion.94. arti.4.5.& 6.& q.99.art.2 Ecce primum signũ. Secundum signum est taurus in quo stat sol secundo mense, scilicet, Aprilis. Ratio quare dicitur taurus, est qa si illę stellę quæ sunt in lineatione zodiaci, linearentur, facerẽt figurã tauri. Hoc signum significat secundũ statum huius mũdi, scilicet, à tempore Mosi vsque ad Ioannem Baptistam, in quo filius dei fuit in tauro. Ratio: quia taurus est animal terribile, & prouocatus statim ferit cornibus. Ita tunc deus data lege scripta si irritabatur & prouocabatur ab aliquo, statim percutiebat puniẽdo. Verbi gratia. Exod.31. quando populus fecit vitulum, &c. tunc irritauerũt taurũ, id est dei filium qui percussit de populo quasi.23.millia quos occidit. Item quando murmurauerunt contra deum, Numeri.14. prouocauerunt eum qui percussit & occidit de ipsis sexcenta milia. Item in murmuratione principum, scilicet, Chore, Dathã & Abiron, Numeri.15. prouocatus occidit eos. Item ex peccato luxuriæ cum filiabus Moab. Numeri.25. prouocauerunt eum & occidit ex ipsis 24.milia. Item postquam fuerunt in terra promissionis, prouocauerunt eum idolatrando, propter quod eiecit.10.tribus de terra promissionis, vt patet quarto. regum.17. Ecce quomodo erat tunc in tauro, quia non expectabat ipsos ad pœnitentiam sicut nunc, sed sicut taurus prouocatus statim percutit. de hoc prophetauerat iam Moyses dicens in persona filij dei. Ipsi me prouocauerunt in eo qui non erat deus, & irritauerunt in vanitatibus suis. Et ego prouocabo eos in eo qui non est populus, & in gente stulta irritabo eos infra. Cõgregabo super eos mala, & sagittas meas complebo in eis. Deuter.32. de hoc vide S. Tho. ad Hebr.10.cap. & ratio omnium pœnarum veteris legis ponitur prima secundę q.5.art.2. Tertium signum dicitur gemini. Ratio, qa si de vna stella ad aliã protraherentur lineæ, facerẽt figurã geminorum omnino similiũ. In isto signo stat sol in 3.mense, scilicet, Maij. in isto signo fuit sol iustitiæ, in tertio statu mundi, scilicet, in sua benedicta incarnatione, quando in vtero virginis duę substantię, scilicet, humanitatis & diuinitatis in vnitate suppositi, coniunctæ sunt. Christus autem in sua incarnatione à diuinitate habuit duo, scilicet, essentiã diuinalem, & suppositum personale, à nobis habuit solum vnum, id est humanitatem, sed nõ personalitatem, quia nõ assumpsit personam sed humanitatem in supposito diuino suppositã, & fuit completa pro-

De lege naturali siue iure omnia moralia præcepta sunt, nec non etiam, quatenus studiosi ex genere, secus autem secundum species.

Non assumpsit Christus personã.

phetia

phetia dicta figuratiuè. Iam tempus pariendi aduenerat & ecce gemini in eius vtero reperti sunt Gen. 25. De hoc in tertia parte in pluribus quæstionibus, & in tertio scripto in pluribus distinctionibus. **Quando autem Christus dixit**, Erunt signa in sole, loquebatur de nouem signis futuris. Quia de tribus prædictis dixit. Fuerunt signa in sole, vt in causa, vel erit Sol in signis, scilicet causatiuè, sicut fuit in tribus signis prædictis transitiuè. Quartum signum dicitur cancer. ratio vt supra de aliis. In isto signo stat sol quarto mēse, scilicet Iunij. in isto signo fuit filius dei in sua passione. Ratio, quia sicut cācer non incedit rectè, sed retrogradè, & abscondit se intra arenam: sic filius dei in sua passione ibat per trāsuersum, quia primò voluerūt ipsum facere regem, vt patet Io. 6. & in passione dicebant. Non habemus regem nisi Cæsarem, Primò dicebant ipsum esse regem & deum creatorem, & in passione dicebant Christum esse hominem incantatorem. Prius honorabāt eum, & in passione vituperabant ipsum. Prius associabāt eū, & in passione dimittebāt ipsum solum. Item in die veneris sancta cum cruce in collo per trāsuersum ducebatur cespitando, & impulsus vsque ad locum passionis. Ecce quomodo iuit vt cancer transuersè, quousq; fuit absconditus in monumento. Et fuit completa prophetia Esa. in persona dei patris di. ad filium inquantum homo. Ecce, intelliget seruus meus, & exaltabitur & eleuabitur & sublimis erit valdè. Sicut obstupuerunt super eum multi, sic inglorius erit inter viuos aspectus eius, & forma illius inter filios hominum. Esa. 52. Verba sunt dei patris ad Christū hominem, qui inquantum homo, est seruus dei patris. Et sicut inquantū ad humanitatem fuit passus, sic etiā inquantū homo fuit exaltatus in virtutib9, prædicationibus, & miraculis multis: & quātò magis fuit exaltatus, tātò magis in passione fuit inglorius, De hoc. 4. parte. q. 49. art. 6. & in primo sermone aduentus domini, & de passione eius. quæ 46. 47. & 48. & 3. scriptu. distinct. 19. 20. & 21. &c. Quintum signum fuit leo, ratione prædictorū. In isto signo stat sol in. 5. mense. scilicet Iulij. in hoc signo fuit sol iustitię Christus in sua resurrectione gloriosa. Ratio, quia sicut leo quando vult capere prædam, ponit se in saltu in porta speluncæ, Sic Christus cuius corp9 fuit in sepulchro vt leo virtute diuinitatis, aīa verò vt leena in limbo, quę in die resurrectionis saltauit resurgēdo, & cœpit prædam sanctorū patrū quos eduxit de limbo. Ecce quomodo sol iustitię fuit in leone. De hoc prophetia Iacob patriarchæ dicentis de Christo. Ad prædam ascendisti fili mi, requiescens accubuisti vt leo & quasi leena. Gene. 49. Nota, ad prædam ascēdisti, scilicet arborem crucis, vbi recepit totius mundi dominiū vniuersaliter. Specialiter autē omnes credentes sibi & obedientes. De hoc dicit ipsemet. Ego si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipsum. Iob. 12. Requiescēs

accubuisti vt leo, quantum ad corpus in sepulchro, & quasi leæna quantũ ad animam, in limbo. Ideo Hier. 4. Ascẽd. leo de cubili suo, & prædo gentium se leuauit. de hoc 4. parte. q. 53. & 3. scrip. dist. 21. Sextũ signum dicitur virgo. Ratio, vt supra. In hoc signo stat sol in sexto mẽse: in hoc signo fuit sol iustitiæ Christ⁹ deus noster in sua gloriosa ascẽsione quãdo fuit in ecclesia triũphãte, quæ dicitur virgo purissima. Dic quõ est duplex ecclesia. s. militãs, quæ est præsens, in qua militam⁹ cõtra mundũ, cõtra carnẽ, & cõtra dæmones, & cõtra malas inclinationes Alia est ecclesia triumphans. s. illorum qui habuerunt hîc victoriam de mũdo, & carne, & diabolo. & differũt, quia in præsenti ecclesia militãte multæ sunt corruptiones ex defectibus tã in religiosis quã in clericis & laicis. Dauid dicit, Corrupti sunt & abominabiles facti sunt, nõ est qui faciat bonum. s. pœnitentiam, non est vsq; ad vnum. s. de adultis. Isto respectu pręsens ecclesia militãs nõ potest propriè dici virgo, quia virgo est quæ nunquã nec mente nec corpore fuit corrupta: sed ecclesia triũphans nullam habet corruptionem, nec maculam, nec defectum alicuius peccati. ideo dicitur virgo purissima, de qua dicit Apostolus. Despondi enim vos vni viro virginem castam. 2. ad Corint. 11. In hac virgine fuit Christus in die ascensionis quando recessit de ecclesia militante, & intrauit ecclesiam triumphantem. Et fuit completa prophetia Esa. 62. Habitabit iuuenis cum virgine, & habitabunt in te filij tui. Iuuenis est Christus qui surrexit in ætate. 30. annorũ qui habitabit cum virgine. s. sine corruptione. De ascẽsione eius vide S. T. 3. par. q. 57. & 3. scrip. dist. 22. Septimum signum dicitur libera ratione prædicta, quia stellis lineatio remanet signũ de libra. In hoc signo fuit sol iustitiæ Christus deus noster in septimo statu mundi. s. in persecutione sanctorũ martyrũ quãdo imperiũ Romanorũ quod dominabatur toti mũdo, ꝑsequebatur xp̄ianos, quia malè põderabãt ar. fidei & legẽ Christi. Quãdo beati Apostoli Petrus & Paulus incœperũt prædicare Romę, ꝙ deus vnus qui est primũ principiũ & prima causa, erãt tres personæ realiter distinctę. Romani hoc põderantes dicebant, Videamus qui sunt isti qui hoc dicũt, quia Piscatores: deinde videamus qd dicũt Philosophi. Philosophi dicũt quod primũ principium est impartibile, & verũ dicunt, sed cum hoc stat ꝙ tres sunt personæ diuinæ, & qa malè põderabãt, ideo ipsos occidebãt. Idem quãdo prædicabãt de incarnatione filij dei in qua de⁹ factus fuit homo. Sed philosophi dicebãt ꝙ finiti ad infinitum nulla est proportio. verum est ęqualitatis, sed tamen est causalitatis proportio, quia infinitum est causa finiti. Idem quãdo prædicabant de Christi resurrectione, quæ fuit valdè difficilis ad credendũ, philosophis dicẽtibus qđ à pura priuatione nõ est regressus ad habitũ, verũ est naturaliter, imò est regressus ad habitũ supernaturaliter. Idẽ

quando

quando prędicabāt de sacramento altaris dicētibus philosophis, ꝙ locus & locatū debent proportionari seu adæquari, nō intelligētes posse diuinū ꝙ intra tunicā auellanæ posset totū mūdū cōcludere, ideo malè pōderabāt, Hæc statera fuit ostēsa B. Ioanni euang. ideo dicit, Vidi & ecce equus niger, & qui sedebat super eū, habebat staterā in manu sua. Apoc.6. Equus niger figurabat imperiū Romanorum nigrum ex errore infidelitatis. Miles qui sedebat super eū, erat imperator. s. Nero & cæteri mali imperatores. De hoc vide de regno & rege ad regem Cypri. libr.3. Octauum signū dicitur scorpio ratione prædicta, in hoc signo fuit sol iustitiæ tpe hæreticorū quādo cessauit persecutio martyrū tēpore Syluestri per cōuersionē imperatoris Cōstātini, tūc venit persecutio hæreticorū. s. malorum Christianorū q ad instar scorpionū ibāt capite inclinato humiliter & simpliciter, sed eleuabāt caudā venenatā, mordēdo, seminādo errores & falsas opiniones p mundū, corrūpētes & destruētes fidē catholicā in cordibus gētiū, & durauit bene 300. annis. Et fuit cōpleta prophetia B. Ioannis Apost. di. De fumo putei exierūt locustę in terrā, & data est illis ptās sicut habēt ptātem scorpiones terrę. Apoc.9. Fumus putei infernalis sunt tētationes fidei quas dāt hæretici, qui dicūtur locustæ, quæ volare vidētur per simulatā deuotionē quam ostendunt. Nota hîc de illo episcopo hæreticorum disputāte cū magistro Vincentio, asserente, quòd vera ecclesia esset apud ipsos & nō apud nos, quoniā ecclesia Christi fundata in paupertate & humilitate quam ipsi tenent, solum: ideo, &c. Responsio sciētialis est, qa ibi est fallacia figuræ dictionis, quia mutatur quid in quale. A simili. vxor regis quæ prius erat pauper & humilis, nigra, pòst efficitur diues, superba, & alba: ergo nō erit vxor regis, nō valet ista consequētia, qa mutatur quid in quale, qa ex hoc nō desinit esse vxor regis. idē de ecclesia. Nota de hoc pulchrè in quolibeto.12. quæsti.19. quomodo est vna ecclesia veritate fidei & sacrorum auctoritate & professione, licèt sit aliud tempus ecclesiæ nunc, quàm tēpore apostolorū, vel status eius. Nonū signum dicitur sagittarius rōne prędicta. hoc signū figurat nouū statū huius mūdi, scilicet tēpus sanctorum doctorū & prædicatorū. s. Gregorij, August. quia quilibet ver⁹ & bonus prædicator est balistarius, cuius balista est prædicatio, arcus est vita aspera reflexa per pœnitentiā: chorda recta est doctrina sancta & determinatio ecclesiæ: sagittæ sunt auct. rōnes & similitudines quę vulnerāt corda peccatorū: quādo superb⁹ & vanus ex aliqua bona prædicatiōe humliatur & recipit bonū ꝓpositū, talis vulneratus est in corde. idem de aliis, Dauid Sagittæ potētis acutæ. Nota potētis. i. prædicatoris q debet esse potēs per bonā vitā & sanam doctrinā. Acutæ, quia potest vulnerare reges, principes & barones, ciuitates & cōitates, tunc sol. i. Christus fuit in sagittario. De hoc

prophetia.

prophetia. Apoc.6. Vidi, & ecce equus alb⁹, & qui sedebat sup eũ habebat arcum, & data est ei corona. Nota, equus albus significat castitatem, & puritatẽ predicatoris, cui datur corona singularis in paradiso ratione prędicationis, & ĉ, quia sicut miles cui rex committit castrum in terra inimicorum, lucratur coronam si ipsum bene custodit & fideliter, singularẽ tamẽ coronam meretur miles qui non solum custodit castrum sibi cõmissum fideliter, immo scaram . ussando & bellando acquirit regi multa alia castra inimicorum. Ita in proposito deus cõmisit cuilibet nostrũ castrũ proprij corporis positũ inter inimicos vt ipsum custodiamus fideliter, & ex hoc meremur coronã in paradiso, sed singularem coronam meretur prædicator, qui fideliter custodit castrum proprij corporis regi Christo & ipsum prudẽter gubernat, & vltra hoc prædicãdo acquirit Christo multa castra. i. pctõres qui sunt castra diaboli, de pręmio & aureola doctorum & prædicatorum. in 4. scrip. di. 49. & q. 5. & di. 33. q. 3. ar. 1. Decimum signũ dicitur capricorn⁹, vt rõne vt suprà hoc figurat illũ statũ in quo sum⁹ modò, quãtũ popul⁹ Christian⁹ cõsueuit esse vni⁹ cornu ex vnico papa, sicut vnicornis cornu habet vnicũ. s. Christi vicariũ, modò aũt habet tria cornua. i. tres papas, consilium Constantię. s. ann. No. de bestia quã vidit Dan. 100. 7. quæ habebat cornua. 10. inter quæ exiuit cornu paruulum, &c. sup. quę dicũt omnes glosæ ordinariæ, & doctores qđ ista quarta bestia figurabat imperium Romanum quãdo iam est diuisum in 10. partes, nec potest intelligi de diuisionẽ dominij temporalis, quia iam diu perditum est, sed intelligitur de diuisione dominij ecclesiastici, quod iam nũc diuisum est in decem partes siue diuisiones.

Prima est Indorum sub presbytero Ioanne.
Secunda est Assyriorum sub Aquino quodam tyranno.
Tertia est Africanorum sub Machomete.
Quarta est Græcorum sub imperatore Constantino.
Quinta est Armeniorum sub eorum rege.
Sexta est Georgianorum sub quodam pseudopropheta.
Septima est Arrianorum documenta sub quodam hæresiarcha.
Octaua est Italicorum sub Bartholomeo Barensi.
Nona est Gallicorum sub Petro de Candia.
Decima verò pars populi catholici est Hispanorum sub domino Benedicto nostro, vicario Iesu Christi.

Istæ decem diuisiones simul iam stãt, ita q̃ possumus di. In fortitudine nostra assumpsim⁹ nobis cornua. Amos. 6. scismatis. 2. 2. q. 39. per totum, & ibidẽ ar. 1. ad 4. Scismatici propriè dicuntur qui propria potestate & intentione separãt se ab vnitate ecclesiæ, renuẽtes subesse papę communicare membris ecclesię. Vndecimum est aquarius eadem ratione, & figurat statum mũdi huius futurum post mortem

Qui dicũtur. s. schismatici.

tem Antichristi, quia tunc sol iustitiæ erit in aquario: nam tūc omnes generationes infidelium baptizabuntur. O qualis pressura erit ad baptismum, non sufficient clerici, nec compatres, nec cōmatres, nec patrini & matrinæ: tunc cōplebitur propheta Ezec. 36. Tollam quippe vos de gentibus, & congregabo vos de vniuersis terris, & adducam vos in terram vestram scilicet ecclesiam militātem & effundam super vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris, & ab vniuersis idolis vestris mūdabo vos. Duodecimū & vltimum signum dicitur pisces, eadem ratione. Et signat duodecimum statum huius mundi futurū, scilicet finē mundi, & diem iudicij, quia tunc sol iustitiæ scilicet Christus erit in piscibus, quando ad instar piscatorum qui extrahunt sagenam de mari, & eligunt bonos pisces, & malos proiiciūt. Sic modò ecclesia militans quæ est sagena continēs bonos pisces & malos, scilicet Christianos, trahitur continuè, & in die iudicij erit vsq; ad litus, tūc eligentur boni pisces, scilicet personæ deuotæ, humiles, pœnitētes, & ibunt ad gaudium paradisi, mali autem pisces, id est mali Christiani indeuoti, impœnitentes, ibunt in ignem inferni æternū. De hoc ad literam dicit Christus, Simile est regnum cœlorū glos. ecclesia militās sagenæ missæ in mari, & ex omni genere piscium cōgregati, quam cùm impleta esset educētes, & secus littus sedentes elegerūt bonos in vasa sua, malos autem foras miserunt: sic erit in consummatione seculi, exibunt angeli, & separabūt malos de medio iustorum, & mittēt eos in caminum ignis, ibi erit fletus & stridor dentium. Mat. 13. Modò scitis totum statū mundi, & prouidentiam diuinam, & gubernationem mundi. ecce quare dicit thema, erunt signa in sole. Si autem volumus loqui de cœlestibus, dicitur, erit sol in signis. Si autem volumus loqui de causa, dicemus Erūt signa in sole. Et iuxta istum modum prædicaui ego. Et sic patet quòd finis mundi est prope. Patet Sermo.

Omnes gentium generationes ante finē mūdi baptizabuntur.

De eadem dominica. Sermo tertius.

Erunt signa in Sole, & Luna, & Stellis. Luc. 21. Sermo noster erit de sancto euangelio hodierno ꝙ totū est doctrina, & instructio Iesu Christi, auisando nos de magnis malis, & tribulationibus venturis in fine mundi, & de signis quæ erunt ante eius aduentum ad iudiciū. Credo quod erit materia nobis vtilis, & cætera. Erunt signa, & cætera. Pro huius verbi declaratione, & materiæ prędicandæ introductione sciendū est, secundū quod inuenitur in scriptura diuina, & patet experiētia sensuali, quando aliqua magna, & grauis tribulatio est in hunc mundū ventura, cōmuniter ostēduntur aliqua signa prenūtiatiua in cœlo, vel in aëre, & hoc fit ex misericordia dei, vt scilicet gentes prudentes per signa tribulationē futurā, per orationes & bona opera sententiā dei cōtra illos in

curia

curia cœlesti datam reuocare obtineant in curia misericordiæ, vel saltem per pœnitentiam & vitæ emendationem, se præparent contra venturam tribulationem, ideo communiter ante mortalitates solem apparere congressus, & ante fames terræmotus, & ante terrarum vastationes terribiles visiones. Dicuntur hæc signa terribilia præostẽsa Iudęis per multũ tẽp⁹ ante desolationẽ ciuitatis Ierusalẽ, & tẽpli. Contigit autẽ per vniuersam Hierosolymorũ ciuitatẽ, videri diebus.40. per aëra equites discurrẽtes, auratas stolas habẽtes & hastas quasi cohortes armatas, & cursus equorũ per ordines digestos, & cõgressiones fieri cominus, & scutorũ motus & galeatorum multitudinẽ gladiis districtis, & telorũ iactus, & aureorũ armorum splendorẽ omnisq; generis loricarum, quapropter omnes rogabãt mõstra in bonum cõuerti. post hoc Antiochus interfecit populũ, & deprędatus fuit tẽplũ. 2. Machab. 5. Ideo. Exod. 7. Ego multiplicabo signa, & ostenta mea in terra. Modò tres magnę, & omnium grauissimę tribulationes sunt in breui in hoc mũdo venturæ terribiles. Prima erit tribulatio Antichristi hominis diabolici. Secunda erit conflagratiò mũdi terrenalis. Tertia erit tribulatio iudicij vniuersalis. Et in his tribulationibus finietur iste mundus, ergo secundum regulam diuinæ prouidentiæ priùs declaratã ante hæc erunt signa prænũtiantia in cęlo, in sole & luna & stellis, vt dicit nostrũ the. ad literam, patet thema. Prima tribulatio in breui grauissima in hoc mundo vẽtura erit tribulatio Antichristi hominis diabolici qui tribulabit totum mũdum: quæ subtiliter tãgitur in principio Euang. cùm dicitur, Erunt signa in sole, luna & stellis, & in terris pressura gentium præ confusione sonitus maris, & fluctuum. In hoc textu sunt quatuor clausulę in quibus tanguntur quatuor modi, quos tenebit Antechristus ad decipiẽdũ Christianos. Prima clausula est ibi. Erũt signa in sole. Sciẽ. q; in sacra scriptura Christus dicitur sol: ratio, qa vos videtis ad oculũ q; de pulchrioribus creaturis corporalib⁹ à deo creatis est sol, in quo sunt tres literę. s. o. l. i. sol sup omnia lucẽs, secũ dũ etymologiam: sic Christ⁹ est pulchrior omnib⁹ sanctis, & lucet sup oẽs in claritate gloriæ, nõ solũ inquantũ deus, sed etiã inquãtũ hõ. Et sicut oẽs stellæ recipiũt claritatẽ à sole, & ipse eã à nullo recipit, sic oẽs sancti recipiũt à Christo claritatẽ gloriæ, sanctitatẽ, virtutẽ, sapientiã & intelligentiã, & influẽtiam: ecce ratio quare Christus dicitur sol, & nõie solis ꝓmisit ipsum deus pater mittere in mũdo. dic. Vobis timẽtibus nomen meũ orietur sol iustitię. nõ dicit sol naturę. Mal. 4. Item ecclesia dicit in laudẽ virginis Marię. Felix nãq; es sacra virgo Maria, & omni laude digna qa ex te ort. est sol iust. Christus deus noster. Dicit ergò prima clausula q; tpe Antichristi erũt signa in sole. i. in Christo, quæ aũt erũt ista signa, declarat Mat. di. sol obscurabitur non in se, sicut nec sol naturæ obscuratur in se, sed ex

Tres grauissimæ tribulationes quæ nos manent.

Antichristus trifariã tentabit.

sed ex interpositiōe vaporū,& nubiū videtur nobis obscurari,sic tē pore Antichristi sol iustitiæ obscurabitur ex interpositiōe bonorū diuitiarū tēporaliū quę dabit Antichrist⁹:intātū ꝙ claritas fidei Iesu xpi,& bonę vitę nō lucebit in Christianis,quoniā dñi tēporales, reges,& principes,&c.ne amittāt dominiū,statim erūt cū Antichristo.Idē Prælati ne amittāt dignitates,religiosi & presbyteri,vt habeāt honores,&diuitias,dimitēt fidē Christi & adhęrebūt Antichristo q erit ver⁹hō:sed ita supbus,ꝙ nō solū debet velle hab.dominiū vniuersale toti⁹ mūdi,sed etiā dicet De⁹,& faciet se adorare,vt deū. Auct.reuelabitur vt homo peccati fili⁹ pditionis q aduersat, & extollitur supra oē ꝙ dicitur De⁹,aut ꝙ colit,ita vt in tēplo dei sedeat, ostēdens se tanq̄ sit de⁹.2.Thes.2.vide ibidē in postilla pulcherrima S.T.Sed qualiter ad hoc pueniet,dic qūo Antichrist⁹ misterio dęmonū habebit oē aurū,& argētū terrę& maris,&margaritas,&lapides pretiosos mūdi.Auct.Dominabitur thesaurorū auri & argēti,& in omnibus pretiosis Ægypti.i.mūdi.Dā.11.in fine.Cū his cōgregabit oēs gētes armorū mūdi ad pugnādū cōtra oēs sibi cōtrarios. Auct. Seducet gētes quæ sunt super 4.angulos terrę Gog.& Magog,congregabit eas ad præliū,quorū numer⁹ est sicut arena maris.Apo.20 No.seducet gētes.s.auro,&argēto,& honoribus.Gog.i.tectū,&.Magog.i.detectū.qa tā tecti quàm detecti.i. occultè mali,& manifestè erūt cū eo,tūc dñi tēporales & prælati ecclesiastici timore perdendi regnū,vel prælatiōnē,statim erūt cū eo, qa null⁹ erit rex,nec Christ⁹ nisi quos ipse volet. Cęteri aūt,vt religiosi,&presbiteri,&laici,vt habeāt,&c.stati erūt cū eo:tūc erūt signa in sole.s. iustitiæ.qa obscurabit in corde Christianorū ꝙ nō dabit claritatē fidei.cessabit prędicatio melioris vitæ ex interpositione vaporū & nubiū.i.bonorū tēporaliū.Aut.Multiplicabit gloriā,&dabit eis potestatē in multis,& terrā diuidet gratuito.i.ad suū placitū.Dā.11. Quæstio quare de⁹ pmittet istū errorē in Christianitate,cū sit de⁹,& homo potētissim⁹, &c.Respōsio p quādā regulā theologię quę dicit,Per quę quis peccat p hæc & torquet.Sa.11.Per quę peccāt gētes hodie in hoc mūdo cōtra deū,ꝓpter honores habēdos,diuitias,& dignitates,&c. ideo permittet de⁹ ꝙ tūc decipiātur ab Antichristo,honoribus,diuitiis, &c.Si ergo tūc nō vultis decipi, modò in cordib⁹ vestris contēnatis& despiciatis bona terrenalia,honores,&c.& appetatis bona cęlestia cogitādo ꝙ bona hui⁹ mūdi sunt trāsitoria,&vana & cęlestia seu spiritualia,ęterna:&sic eritis fortes.hoc cōsiliū dat B.Io.Nolite diligere mūdū nec quę in mūdo sunt,quoniā trāsit mund⁹ & cōcupiscētia ei⁹.1.Io.2.Secūda clausula dicit,Erūt signa in luna. Sciēdum ꝙ in sacra scrip.luna sig.sanctā matrē ecclesiā vniuersalē,seu vniuersitatē Christianorū,qa quādo hō noiat ecclesiā,nō loqtur hōde lapidib⁹ &parietib⁹,sed de cōgregatiōe fideliū q dicit ecclesia,& eccle.

signifi.

ſignificatur per lunã, & quinq; ſtatus in quibus fuit ad inſtar lunæ quæ 1. eſt noua, 2. creſcẽs, 3. eſt plena, 4. eſt minuta, 5. eſt gyrata ſeu verſa: talem curſum facit eccleſia Chriſtianorũ. 1. fuit noua. i. tempore Chriſti. & ſicut quando luna eſt noua, videtur 1. quaſi filum cornutum, & habens cornua, & ſequitur ſolem, ſic eccleſia tempore Chriſti fuit, primò habẽs duo cornua. i. duos apoſtolos ſolum. ſ. Andreã & Petrum, qui ſequebantur Chriſtum. 2. fuit creſcens, quãdo Chriſtus habuit 12. apoſt. & 72. diſcipulos, deinde fuerunt. 120. deinde tria millia, &c. Tertiò fuit plena, qa in omni parte mũdi, regno, & prouincia fides Chriſti fuit recepta. Dauid, In omnẽ terram exiuit ſonus eorum, &c. Quartò fuit minuta, quia neſcierunt conſeruare ꝙ ſancti apoſtoli lucrati fuerãt. primo fuit minuta per totam Indiam per illum qui dicitur presbyter Ioãnes. Secundò in regno Aſſyriorum per vnum tyranum. Tertiò in regno Africanorũ per Machometum. Quartò Græcorum cum imperatore Conſtãtino. Quintò Armeniorum cum eorum rege. Sextò Georgianorum, cũ quodam pſeudopropheta. Septimò per Arrianorum documẽta cũ quodam hæreſiarcha. Octauò Italicorum cum Bartholomeo Barenſi. Nono fuêre ſeducti Galli cum Petro de Candia. Quinto modo eſt gyrata ſeu verſa, quia modò iam nõ eſt in illo ſtatu eccleſia in quo Chriſtus eam fundauit. Eccleſiã Chriſtus fundauit in magna humilitate & paupertate, modò iam totum verſum in ſuperbiam, pompã, & vanitatem, vt patet in quolibet ſtatu. De miſericordia & liberalitate cõuerſa eſt in ſymoniam, vſurã, rapinã, &c. De caſtitate in luxuriam, immunditiã, & corruptionem. De claritate in inuidiã, & malignitatem. De tẽperantia in gulam, & voracitatem. De patientia in irã, & guerram, & diuiſiones. De diligẽtia in negligentiã. ſolùm reſtat vt eclipſetur ꝙ fit per interpoſitionem terræ inter ipſam & ſolẽ, vt fit in plenilunio. Auctorit. Peccata veſtra diuiſerũt inter me & vos. Eccleſia eclipſabitur tempore Antichriſti vt luna; qa tunc luna, i. eccleſia non dabit lumẽ ſuum Mat. 24. tunc quia nulli facient miracu lum Chriſtiani quãtumcunq; ſint ſancti, ſed Antichriſtus, & ſui facient miracula, nõ tamen vera, ſed tantũ apparentia, & falſa ad decipiendum gentes. De quibus Ioan. Apoc. 13. dicens, quòd facient ignem deſcendere de cœlo, id eſt, de ſphera ignis: quia hoc poteſt facere diabolus deo non impediente, & permittẽte, ſicut fecit iam antiquitùs ad comburẽdum oues Iob, vt habetur ibid. 1. ca. O quomodo gentes hîc mirabuntur, hîc cadent multi. Non quod Antichriſtus faciet aliqua vera miracula quo ad naturam rei virtute dæmonum, ſed talia quo ad rationem miraculi. de hoc 1. quæſt. 110. art. 4. Secundò faciet loqui imagines, & pueros vnius menſis. dic practicè quomodo interrogabunt imagines vel pueros, vt dicant veritatem de illo domino qui venit nouiſſimus an ſit ſaluator, &

Quo igne diabolus oues Iobi cõbuſſit.

diabolus

diabolus mouebit labia sua, & formabit verba sic dicendo, quod ille est verus saluator mundi, hic cadent multi. Et luna.i.ecclesia, nullum faciet miraculum. Si dicatur ab aliquo, illa miracula nō sunt vera.s. suscitare mortuos, sicut fecit dominus Iesus Christus, Dic practicè quō fictè suscitabunt mortuos patrē tuum, & matrē tuā, &c. & dicēt idem vos faciatis in nomine vestri Iesu Christi. Christiani nō poterūt facere. De his falsis miraculis & signis aui.auit nos Christus dicens, Surgent pseudochristi, & pseudoprophetę i.filij Christianorū qui perdiderunt iam fidem, co rupti donis Antichristi, & dabunt signa magna & prodigia, vt in errorē inducātur, si fieri potest etiam electi. Ecce prędixi vobis. Mat.14. Quomodo si dicatur, quare Christus permittet ista opera diaboli in destructionem Christianitatis? Responsio iuxta regulam Theologię. Per quæ quis peccat, per hæc & torquetur. Sapi.11. Et quia gentes mūdi operibus diabolicis peccant cōtra deū recurrendo ad diuinos, sortilegos cōtra deum in necessitatibus suis, scilicet, pro rebus perditis, pro filiis habendis, pro sanitate obtinēda, cùm tamē deberent recurrere ad deum omnipotētem, ideo permittet deus, vt tunc operibus dæmonū decipiantur, qui ergo tunc noluerit decipi, ponat totam suam spē, & confidentiā in nomine Iesu Christi, & nolle mira cula aliqua nisi fierēt in nomine Iesu, & sic eritis fortes. De hoc Dauid, Beatus vir cuius est nomē domini spes eius, & nō respexit in vanitates, & in sanias falsas. Psal. 39. Nomen domini est Iesus. Lucæ.2. Vocatum est nomē eius Iesus. Dic practicè quō debet poni super plagā deuotè cum signo crucis. Antichristus assumet omnia alia nomina Christi, sed hoc nomē Iesus persequetur, vt dicunt plerique sancti. Ideo per oppositū hoc nomē Iesus debet à Christianis maximè honorari quando nominatur in ecclesia inclinando caput, vt patet extra lib.6.c.decet, &c. quia aliàs quodlibet nomen dei est honorandum septupliciter secundū San. Tho. & Esai.56. quia.s. est magnum ad timendū, sanctum ad venerādum, dulce ad meditādum, copiosum ad miserandum, efficax ad impetrandum, virtuosum ad saluandum, & occultum ad sciendū. Esai. 30. dicit quod filius Dei est nomen patris tripliciter, scilicet, quòd honoratur, inuocatur, & manifestatur, & 3.part.quæstio 37.ar.2. dicit quod in omnibus nominibus quæ ponuntur Esa.7.8.& 9. significatur hoc nomē Iesus, quòd est significatiuum salutis, ergo & maximè honorādum. Tertia clausula dicit. Erunt signa in stellis. In sacra scriptura stellę clarè lucētes, dicuntur literati, sicut Magistri in theologia, Doctores & Licentiati Auctoritas. Qui ad iustitiā erudiunt multos, quasi stellæ in perpetuas ęternitates. Dan.12. in his stellis, id est literatis, erunt signa tempore Antichristi, quia stellæ cadent de cœlo, vt dicit Christus Mat.24. & hoc in tertio bello Antichristi.s. disputationis. Tunc stellæ, id est, literati cadent de cœlo, id est à ve-

Theologica regula.

ritate fidei catholicæ. Dic practicam disputationis nuntiorũ Antichristi: cum literatis erit solùm de textu bibliæ veteris testamẽti, & literati non poterũt respondere, imò nec loqui, tunc stellę id est magistri cadent de cœlo, id est de altitudine fidei. Auct. Et faciet iuxta voluntatem suam rex. s. Antichristus. & eleuabitur, & magnificabitur contra omnem Deum, & aduersus Deum deorum loquetur magnifica. i. insolubilia quantum ad homines. Dan. 11. Quęstio, quare Christus permittit hoc ꝙ illi qui habẽt defendere fidẽ, cadent, &c. Responsio, ꝙ hoc permittet Christus duplici ratione. Prima iuxta regulam theologiæ, per quæ quis peccat, &c. quia modò ferè nullus magister curat de biblia, sed de poëtis, &c. Secunda ratio est dolorosa, & mala vita, & peccatis literatorũ, quia vt in pluribus, quãtò sunt maioris scientiæ, tãtò sunt peioris cõscientię, vel sunt superbi, elati, ebriosi, &c. Qui ergo potest ligare leęnam, bene potest ligare ouẽ, si ergo diabolus iam mentes tenet ligatas literatorũ propter eorum prauam vitã, quid mirum si tunc potest ligare ouẽ. i. linguã ne possint loqui. Multò meliùs fuisset talibus ꝙ fuissent ignorantes quia scientia inflat. 1. Cor. 8. vt patet in multis doctoribus medicis, &c. Si ergo vultis esse fortes, teneatis consiliũ apostoli dicentis. Fides vestra non sit in sapiẽtia hominũ. s. fundata, sed in virtute Dei. 1. Cor. 2. Rationes & argumenta bona sunt ad confortandũ intelligentiã, sed non ad firmandum credentiã. Amb. Tolle argumenta, vbi fides quæritur. Quoniã fides tenenda ex obediẽtia, quia Christus ipsam nuntiauit, & Apostoli ipsam prædicauerũt, & sancta mater ecclesiá ordinauit. Ideo credo Domine, &c. Quarta clausula dicit. Et in terris pressura gentium præ confusione sonitus maris, & fluctuũ. Ecce hic tormenta antichristi quæ dabit, & in terris pressura gentiũ præ confusione sonitus maris, & fluctuũ. i. præconizationes, quas faciẽt tunc domini qui iam erũt cũ antichristo, quia nullus audebit Christum, nec virginẽ Mariã nominare sub pœna mortis. & fluctuum. i. tormentorũ quæ nunquã fuerunt ita terribilia, sicut erunt illa quæ antichristus dabit. De hoc iam auisauit nos Christus. Erit tũc tribulatio magna qualis nõ fuit ab initio mũdi vsq; modò nec fiet, & nisi abbreuiati fuissent dies illi nõn fieret salua omnis caro: sed propter electos abbreuiabũtur dies illi. Mat. 24. No. breuiabũtur. Apoc. 17. Cùm venerit oportet illum breue tẽpus manere. Dicũt Doct. cõmuniter ꝙ antichristus regnabit solũ tribus annis cũ dimidio qui faciunt dies mille ducẽtos & nonaginta. de hoc vide Dan. 12. & Lyrã. ibidẽ. Si dicatur quare Deus permittet ꝙ Christiani ita trucidẽtur &c. respondeo iuxta regulã theologiæ, Per quę quis peccat, per hęc & punietur. Quia modò gentes peccant contra Deũ, per guerras & diuisiones, & blãdositates, & scindũt se gladiis, occidẽdo se mutuò. Ideo permittet Christus ꝙ tunc scindantur & occidantur ab Antichristo.

Quãdiu antichristus regnabit.

christo.si ergo tunc nón vultis scindi, modò cũ omnibus habeatis pacem & concordiam, iuxta consilium Apostoli dicentis. Cũ omnibus hominibus pacẽ habete, nõ vos defendẽtes charissimi.i.vindicantes, sed date locum iræ. Scriptũ est enim. Mihi vindictã, & ego retribuã dicit Dominus. Ro.12. & Deu.32. Secundum malum siue retributio erit conflagratio mũdi terrenalis quę tãgitur in secũda parte Euãgelij. Arescẽtibus hominib⁹ præ timore & expectatione quæ superueniet vniuerso orbi, nã virtutes cœlorum mouebũtur. Quia mortuo antichristo à fulgure in mõte Olueti, & diuulgata ei⁹ morte per mundũ, mũdus iste solum durabit. 45. diebus. Nõ dico annis, sed. 45. diebus, vt clarè inuenitur Dan.12. A tẽpore quousque ablatũ fuerit iuge sacrificiũ & posita fuerit abominatio in desolationẽ dies mille ducenti nonaginta. Beatus qui expectat & peruenit vsque ad dies mille 335. Dicunt hîc sancti doct. ꝙ illos 45. dies dabit Deus, ad conuersionẽ & pœnitentiã his qui per Antichristũ fuerint seducti, sed tot erunt diuitiæ & delitiæ ab Antichristo dimissæ, ꝙ vix gẽtes cõuertẽtur ad fidẽ Christi: nõ enim est alius saluator nisi Christus, non tamen cõuertentur ad bonã vitã. Tũc in quatuor partibus mũdi. s. in Oriente, Occidente, Aquilone, & Meridie virtute diuina accendetur ignis. dic modũ, & totũ mundũ inflammabit successiuè & nihil elementatũ remanebit in mũdo. Tunc quando gentes sentiẽt tumultum ignis, & vibebunt fulgura ab ipso procedentia, & currentia, & discurrentia, &c. arescentibus hominibus præ timore, scilicet illius ignis, & expectatione, scilicet, dãnationis æternæ, &c. De hoc dicit Apostolus. Terribilis namque est expectatio iudicij, & ignis emulatio ꝙ consumptura est aduersarios Heb.10. Nam virtutes cęlorum mouebuntur. Hoc dicitur ad innuendum ꝙ ille ignis nõ veniet naturaliter, vt aliqui falsè opinãtur dicendo ꝙ ante annos 40. non pluet, &c. Sed ille ignis veniet rigore diuinæ iustitiæ & ministerio angelorum. quod ostenditur ibi, nã virtutes cœlorum mouebuntur. Et ille ignis descendet ad purgandũ alia tria elementa, quæ ex peccatis hominum sunt infecta & corrupta. De illo dicit Dauid, Ignis ante ipsum præcedet & inflãmabit in circuitu inimicos eius. Alluxerunt fulgura eius orbi terrę, vidit & cõmota est terra. Montes sicut cera fluxerunt à facie Domini, à facie Domini omnis terra. Psal.96. Nota inimicos eius. Dic quomodo peccatores sunt inimici Christi. Sed quare dicit ꝙ inflãmabit inimicos, cùm tam boni quàm mali morietur in illo igni. Ratio, quia boni & amici Dei morientur in illo igne, sed sine pœna & dolore, sed mali & inimici morietur cũ maxima pęna & dolore. Ideo solũ nominat inimicos Christi. No. pulchrè de hoc 4. scri. di. 47. ar. 6. q. 5. & 3. & 1. ꝙ ignis ille finalis conflagrationis quantũ ad hoc ꝙ iudicium pręcedet, aget vt instrumentum diuinę iustitię, & iterũ per virtutẽ naturalẽ ignis, quãtum per-

Quãdiu mundus manebit Antichristo mortuo.

Varius erit effectus ignis quo totus mundus conflagrabitur.

tum pertineat ad virtutem naturalem ipsius simul aget in bonos & malos qui viui reperientur vtrorumque corpora in cinerem resoluendo, inquantum verò aget, vt instrumentum diuinę iustitię, diuersimodè aget in diuersos quantum ad sensum pœna. Mali enim per actionem ignis cruciabũtur, boni verò in quibus nihil purgãdũ inuenietur, omnino nullum dolorẽ sentient: sicut nec pueri senserunt in camino Dan. 3. quamuis eorũ corpora nõ seruentur integra, sicut puerorũ seruata fuerunt: & hoc diuina virtute fieri potest vt sine doloris cruciatu resolutionẽ corporis patiantur boni verò in quibus aliquid purgandũ reperietur, sentient cruciatũ doloris ex illo igne, plus vel minus pro meritorũ diuersitate, & illi subitò purgari poterũt propter tres causas. Vna est quia pauca purgãda in eis inuenientur, cũ terroribus & persecutionib⁹ pręcedẽtib⁹ fuerint purgati. Secũda est quia viui & volũtarij sustinebunt pœnã. Pœna autẽ in hac vita voluntariè suscepta, multo plus purgat quàm pœna post mortẽ inflicta: vt patet in martyrib⁹: quod si quid purgandum in eis inuenitur passionis falce tollitur, vt Aug. dicit, cùm tamen pœna martyrum breuis fuerit, in comparatione ad pœnã quæ in purgatorio sustinetur. Tertia est quia calor ille recuperabit in intẽsione quantum amittit in temporis abbreuiatione. Sed quantũ ad actum quẽ post iudicium ignis ille habebit, in damnatos tantũ aget, quia omnes boni habebũt corpora impassibilia. Moraliter nota hîc contra illos, qui nolunt facere pœnitentiã: modò quod domini tẽporales, quod Prælati ecclesiastici, &c. tunc vellent facere quando videbunt ignem, sed nihil valebit, quia non charitate sed timore seruili fiet. Dic prædictè de quolibet statu, ideo modò faciatis pœnitentiam, remittatis iniurias, restituatis ablata, seruate religionem vestram, cõfiteamini, clerici ematis briuiaria. Quoniam si essetis certi quod ista villa deberet in breui cõburi, quid faceretis? nũquid mutaretis omnia bona vestra? sic est de mundo isto in breui comburendo. Ideò mittatis corda vestra in cęlum, & os loquendo de Deo, cum reuerentia & opera bona faciendo. Hoc consiliũ est Christi dic. Nolite thesaurizare thesauros in terra, vbi ærugo, & tinea demolitur, & vbi fures effodiunt & furantur. Matth. 6. Nota vbi ęrugo & tinea. i. antichristus & ignis deuorabũt omnia. Tertiũ malũ erit tribulatio iudicij vniuersalis, quę tãgitur in tertia parte euãgelij ibi. Tũc videbunt filiũ hominis venientem in nube cum potestate magna & maiestate. Dic practicè qũo post mundi cõflagrationem Christ⁹ dominus iudex cũ virgine Maria, & cũ omnibus angelis & sanctis descẽdet ad faciendum iudicium sedens in throno in aëre: & archãgelus Michaël clamabit voce magna dicens, Surgite mortui, venite ad iudicium. Tunc subitò virtute diuina resurgẽt omnes mortui, tam boni quàm mali, etiã pueri resurgent, adulti, & oẽs congregabũtur

ad iudicium, etiam illi qui mortui fuerunt in vtero matris, vt di S. Tho. ad accusandũ illos quorum culpa mortui sunt sine baptismo, & oẽs resurgent in ætate. 30. annorum: vt suprà patuit in primo sermone primę dominicę aduentus. de isto iudicio vniuersali dicit ipsemet Christus. Cùm venerit filius hominis in maiestate sua & omnes angeli eius cũ eo, tunc sedebit super sedẽ maiestatis suæ & congregabũtur ante eũ oẽs gentes: & segregabit eos ab inuicem, sicut pastor segregat oues ab hœdis, & statuet oues quidẽ à dextris eius, hœdos autẽ à sinistris Mat. 25. Athanasius, Ad cuius aduentum omnes homines habent resurgere cum corporibus suis, & reddituri sunt de factis propriis rationem, & qui bona egerunt, ibunt in vitã æternam: qui verò mala egerunt, in ignem æternũ. Dic quæ sunt oues & qui sint hœdi, & quomodo dicet Christus his qui erũt à dextris? Venite benedicti patris mei &c. Hœdis autem qui erunt à sinistris dicet. Discedite à me maledicti, &c. & ibunt hi in malis in supplicium æternum: iusti autẽ in vitã æternã. Mat. 25. Et decetero nullus habitabit in isto mundo: quia habito fine cessant ea quæ sunt ad finem, & habito termino cessat motus. Ideo ecclesia, in persona cuiuslibet Christiani dicit orãdo, Libera me Domine de morte ęterna in die illa tremẽda quando cęli mouẽdi sunt & terra, &c. Deo grat.

Metuãt parẽtes quorum culpa proles abortiũ patiuntur, aut sine baptismo decedunt.

De eadem Dominica. *Sermo IIII.*

E*Runt signa in Sole & Luna & Stellis* Luc. 21. Euang. hodiernum non declarat quæ signa erunt ista, Sed Ioannes cui Christus reuelauit declarat ista signa. Apoc. 6. dic. Ecce terręmotus magnus factus est, & Sol factus est niger tanquam saccus cilicinus, & luna tota facta est sicut sanguis, & stellæ ceciderunt de cęlo super terrã, sicut ficus emittit grossos suos cùm à vento magno mouetur, & cœlũ recessit sicut liber inuolutus. In his quinque clausulis ponit Beatus Ioannes signa terribilia quę erunt tempore Antichristi, de quibus dicit thema propositum. Erunt signa in sole, &c. Prima clausula dicit, ecce terręmotus factus est magnus. Ecce hic subiugatio humanalis, quia ille maledictus Antichristus subiugauit omnem terram diuersis modis. Ideo dicit Ecce terræmotus factus est magnus. Et loquitur de futuro ac si iam fuisset pręteritum propter certitudinem prophetiæ: quia sicut præteritum non potest esse non præteritum, sic istud impossibile est non euenire. Antichristus subiugauit sibi omnes generationes mundi. Primò Iudæos quos decipiet dic. quòd ipse est Messias promissus in lege, & recipiet circoncisionem, & statim Iudęi sequentur eum dicendo, Viuat viuat, iste est noster Messias, quia sicut cæcus postquàm amisit bordonem seu ductorem suum nihil afferre per se potest, sic populus Iudaicus postquam amisit bordonem suum, id est Christum Messiam verum ipsum negando, de quo tamen dicit Deus pa

Prophetia de futuro verbis de præsenti exprimitur ob certitudinem.

ter, Ecce testem populi dedi eum ducem ac præceptorum gentibus. Esa. 55. Nota testem. s. de secretis fidei, ducem ac præceptorem, quia cœpit Iesus facere & docere. Act. 1. Et Iudæi habebant ipsum in manibus, quia inter ipsos fuit natus, nutritus & conuersatus. Sed amiserunt eum eorũ culpa & non Christi, dicentes coram Pilato. Non habemus regẽ nisi Cęsarem. Ideo modò recipiunt vt cęci oẽs quotquot veniunt, vt patet de Barcosina, quem receperunt vt Messiam, & regnauit 30. annis idẽ de Bencosina incãtatore. idẽ de diabolo in insula Candiæ, vt patet in historia ad vincula sancti Petri. Idem de Tabellano. Auct. Ambulabunt vt cæci, quia Domino peccauerunt. Sopho. 1. Ideo tunc statim recipient antichristum qui fraudulentiis & cooperto modo recipiet circuncisionem & seruabit sabbatum & alias cæremonias propter hoc dicitur gog. i. coopertus. Eze. 38. Factus est sermo Domini ad me di. Fili hominis. i. Adæ pone faciem tuam contra gog. Tunc Iudæi vt reprobati istum recipient. De hoc dicit Christus Iudæis, Ego veni in nomine patris mei & non accepistis me, si verò quis alius venerit in nomine suo, illũ accipietis. Io. 5. Secũdò subiugauit sibi omnes Agarenos, turcas & infideles non coopertè sed discoopertè & per violẽtiã per homines armorũ, quia dicit scriptura ꝙ erit Dominus omniũ thesaurorũ auri & argenti & margaritarũ quę sunt & fuerunt in venis terræ siue in mari. Dan. 11. Et omnia ista habebit ministerio dęmonũ Deo permittente. Secus modò, quia diabolus non potest dare obolũ, quia Deus modò non permittit, sed tunc permittet propter peccata hominũ, & faciet prępconizationẽ ꝙ dabit cuilibet homini armorũ mille flore. pro mense, vt faciant guerrã contra infideles, & statim oẽs gentes de Frãcia, de Italia, &c. erunt cũ eo, & cum istis subiugabit sibi oẽs infideles, discooperto modo, & propter hoc dicitur alio nomine magog, id est discoopertus. nõ credatis ꝙ gog & magog sunt illæ decẽ tribus quæ sunt vltra mõtes Caspios, de quibus loquũtur doctores opinatiuè sed nõ determinatiuè, sed ille gog & magog est antichristus. de quo Ezec. 38. Fili hominis pone faciẽ tuam cõtra gog & magog & terrã. i. contra gentes terrenas, &c. Tertiò subiugabit sibi Christianos qui sibi facient maiorẽ resistentiã quã infideles, eo ꝙ sunt iam aduisati per scripturam sacrã & per prædicatores, & propter hoc dicitur antichristus ab anti ꝙ est cõtra & Christus. i. ꝙ est cõtra Christũ. i. Christianos. de isto nomine dicit B. Ioã. Filioli mei nouissima hora est & sicut audiuistis antichristus venit. 1. Io. 2. Ecce quomodo subiugabit sibi totũ mundũ. de hoc ad literã dicit Daniel vt exponitur ab omnibus doctoribus. Ingredietur terras & cõteret & pertransiet & intrabit in terrã gloriosam, & multæ gentes corruẽt. Hæ autẽ solę saluabuntur de manu eius Edom & Moab & principes filiorum Ammon: Daniel. 11. No. ingredietur terras. s. infideliũ, &c. &

Opinio de gog & magog.

cõte-

conteret & pertransiet &c. & introibit in gloriã.s.christianitatis.Et multæ.s.gentes christianæ corruent, sed non omnes, hæ autẽ solæ saluabuntur. Edom quod interpretatur sanguinea, quia gentes sanguineæ saluabuntur.s.illę quæ potius eligent mori, quàm abnegare Christum. & Moab quod interpretatur de patre vel ex patre. Ecce hic innocentes qui non negabunt fidem Christi. Et principes filiorum Ammon. quod interpretatur populus meroris. ecce hic pœnitẽtes omnes isti saluabuntur principes & principaliter pœnitentiam faciẽtes. Ecce quare dicit prima clausula, terręmotus factus est magnus. O qualis terræmotus erit quando oẽs reges, principes & domini terrarum erunt sibi subditi. Et amotis armis & signis Christi ponẽtur arma & signa antichristi & fient pręconizationes, ordinationes & leges ex parte antichristi, & omnes erunt contra Iesum Christum. Secũda clausula dicit ꝙ sol factus est niger tanquã saccus cilicinus, quia ex falsis miraculis antichristi & suorũ discipulorum christiani perdent fidẽ. Isto modo sol iustitiæ fiet niger in cordibus christianorũ, & tanquã saccus cilicinus. quia non retinebũt aquam baptismalẽ, imò negabunt fidẽ Christi, & sicut cilicium est asperũ & durũ, sic tunc fides christiana videbitur aspera & dura cõfitentibꝰ eã. Ad practicã de falsis & apparentibus miraculis antichristi dicit B. Ioannes apostolus Apoc.13. ꝙ faciet descendere ignẽ de cœlo, & faciet loqui imagines virtute diabolica. Tunc dicẽt gentes, Et nunquid vidistis tam magnũ miraculũ. Ista debet esse veritas ꝙ iste est saluator mũdi, & sic denigrabitur Christus in cordibus christianorum, si dicatur eis faciatis miracula quæ fecit Christus, suscitate mortuos, &c. Dic practicè quomodo facient hæc virtute diabolica ad decipiendum gẽtes. Ecce quomodo sol factus est niger, nõ in se, sed in suis christianis sic deceptis qui perdent fidem. Ideo Christus auisando nos dicit, Surgent pseudochristi & pseudoprophetę & dabũt signa magna & prodigia, ita vt in errorem inducãtur si fieri potest etiã electi. Ecce prædixi vobis. Mat.24. Tertia clausula dicit. Et luna facta est tota sicut sanguis. ecce hic tormenta quæ dabit antichristus, quoniam erunt multæ sanctę personę quę non credent illis falsis miraculis, imò stabunt fortes in fide Christi. Cõtra istos dicet antichristus, & sui moriantur, & dabũt illis talia tormenta ꝙ tormẽta primorũ martyrũ.s.Bartholomei, Vincentij. Katharinę, &c. nihil fuerũt respectu istorũ, quia durabũt per annũ vel plus scindẽdo mẽbra corporis per articulos, &c. Secundũ tormẽtum erit cordis quãdo coram parentibus recipiens filium per pedes dicendo quis viuet Christus an antichristus, si dicit viuat iste Dominus, erit damnatus, si dicit viuat Christus, coram te occidet filium tuum qui erit martyr Christi. De hoc auisando nos dicit Christus, Erit tunc tribulatio magna qualis non fuit ab initio mundi vsque modò, neque fiet,

& nisi abbreuiati fuissent dies illi, non fieret salua omnis caro, sed propter electos breuiabuntur dies illi. Matt.24.& antichristus solũ regnabit tribus annis cum dimidio. Daniel 12.& Apoc.17 Cùm venerit, scilicet, antichristus oportet illum breue tempus manere. Quarta clausula dicit, & stellæ de cęlo cadent super terram sicut ficus emittit grossos suos cùm à vẽto magno mouetur. Ecce quartus modus, scilicet, disputationum, quia verba non sunt nisi ventus. Dicent discipuli antichristi. Veritas non quærit angulos, ideo disputemus. Dic practicam disputationis, & quomodo illi arguent cum argumentis sophisticis, & rationibus palliatis, quia diabolus loquetur in ore ipsorum intantum quod nec magistri nostri nec doctores poterunt eis respondere, quia diabolus ligabit lingam ipsorũ permittente Deo propter malam vitam literatorum. Qui ergo ligare potest leænam, id est, animam, bene potest ligare ouem, id est, linguam quæ non est nisi frustum carnis. Item quia illæ disputationes non erunt nec fient de rationibus philosophorum nec poëtarum, sed de biblia, & prophetis, & modò nullus curat de biblia, imò de regrossa vel materia, &c. Ideo tunc Christiani cadent de cęlo, quia perdent fidem dicendo. O magistri non possunt respondere, factũ est, ista est veritas, tunc stellæ cadẽt de cœlo, &c. si verò aliquis post disputationem secretè vellet petere consilium velinquirere veritatem ab aliquo magistro vel à suo confessore quid credendum est? respondebit, expectetis vnũ modicum videbo quid dicit litera vel glo a ordinaria super. Tunc stellæ cadent de cœlo, &c. de hoc prophetia. Faciet iuxta voluntatem suam rex, & eleuabitur, & magnificabitur aduersum Deum deorum .i. angelorum, & loquetur magnifica. Daniel.11. Quinta clausula dicit. Cœlum recessit sicut liber inuolutus .i. abscõsus. Ecce hic quintus modus .s. donorum, & promissionum bonorum terrenorum. Tunc cœlum recedet, quia pauci curabunt de cœlo .id est, de promissionibus cœlestibus à Christo factis, sed de promissionibus antichristi. Dic quomodo antichristus mittet discipulos suos per mundum qui pręlicabunt aliquas veritates, scilicet, quod finis mũdi instat, ideoq; parent se singuli per opera misericordiæ & pietatis, quia multum placent Deo, & vt credatis quod nos non solùm verbo prædicamus, sed etiam opere, si inter vos sunt aliquæ personæ indigentes veniant ad nos, & faciemus eis misericordiam. Nota practicè quomodo viduæ dicent commatribus. Audiuistis hodie istos sanctos homines. Ideo vadamus. Dic quomodo non solùm viduę, sed etiam mulieres, milites, & scutiferi pauperes: qui omnia expendunt in vanitatibus, venient ad eos qui dabunt eis denarios ad copiam. Tunc dicent gentes. Isti sunt boni pręlicatores qui dant nobis, & non illi qui semper petunt, intantũ, quod tũc gentes nollent audire sermones pręlicatorum nec mino-

rum,

rum, immo deridebūt sermones illorum. Tunc dicet vxor viro suo, quare vos non vaditis ad istos sanctos homines, vt dent vobis sicut vicinus noster, talis iuit, & habuit tantum ab eis, & modò est diues, cùm tamen esset pauper, & modò iam maritauit vnam filiam suam, &c. Qui respondebit, O mulier pro certò istud nō est bonum signum, malus est bolus qui strangulat hominem. Et vxor. O benedictus Deus tam sanctus estis, &c. Isto modo habebit omnes auaros. Item dabit honores, dominationes, potestates, prælationes, reges amouendo, & principes terræ, & alios sibi obedientes constituendo. Sic habebit omnes reges, dominos, principes, & prælatos terræ, & quilibet festinabit ad obediendū ei, vt præueniat inimicū suum. Item dabit abundantiam ciborum, & escarum dicēs, Comedatis, & bibatis bene, & quare factæ sunt escæ? Ille verò Iesus pauper prohibuit ne comederetis. Et etiam de anno amouebit quadragesimam. De mensibus quatuor tempora. De hebdomada diem veneris. Isto modo habebit omnes gulosos. Item dabit omnes delectationes carnis. Franget totam legem matrimonij. Licētiabit clericos, & religiosos vt ducant vxores. O dicent mali clerici, & religiosi, Iste est bonus dominus, viuat viuat. Et dicent religiosi antiqui clerici, & etiam moniales, O iste bonus dominus, & tātùm tardauit. Quilibet habebit quatuor, vel quinq; vxores. Si dicatur non sufficient mulieres. Nota de dæmonibus succubis, vt tēpore Noē, & faciet matrimonium sine literis in taberna, & ipse prouidebit omnibus de pecunijs, & isto modo habebit omnes luxuriosos. O miser, & quis remanebit cum Christo? pauci. Auctoritas de hoc prophetia. Multiplicabit gloriam suis, & dabit eis potestatem in multis, & terram diuidet gratuito. Ratio, dominabitur thesaurorū auri, & argenti. Daniel. vndecimo. ad literam exponitur de antichristo. Ecce quare dicit thema. Erūt signa in sole, & luna, & stellis. Remedium contra prædicta mala est illud Hiere. 15. Si conuerteris, conuertam te.

Dominica secunda Aduentus Domini.
Sermo V.

R*Espicite, & leuate capita vestra*. Luc. 21. In præsenti sermone habeo declarare rationes propter quas Christus permittet, & sustinebit quòd ille iniquus, & filius perditionis antichristus faciet tot mala in Christianitate sicut heri dixi vobis, quibus declaratis nullus mirabitur, imò mirabuntur omnes quare tātū tardat venire. Spero in Deo q̀ erit bona materia ad peccatorum correctiones, sed primò salutetur virgo Maria, &c. Respicite, & le. ca. ve. Pro breui huius verbi declaratione & materię prędicandæ introductione sciendum, quod omnium scientiarū humano intellectui inuentarum principium fuit admiratio. Quā-

do enim antiqui philosophi videbant mirabiles effectus rerum mi-rabantur,& eleuabant intellectum ad inquirendum,& sciendū causas talium effectuum. Ideo dicit philosophus. Vnumquodque scire arbitramur cùm causas cognoscit. Et alibi dicit. Scire est rē per causam cognoscere. propter hoc antiqui philosophi videntes effectus mirabiles admirantes moti sunt vt scirēt causas quibus scitis intellectus eorum quiescebat. Ideo dicit philosophus 1. Meta. propter admirari incœperunt philosophi philosophari, id est, inquirere de causis & rationibus effectuum. verbi gratia. Videntes philosophi q̄ in vere terra produxit herbas virides,& arbores, flores, folia,& fructus,& in autumno omnia dimittit quasi mutando se. philosophi admirabantur quare hoc, & vnde talis effectus, & ordinatio & incœperūt quærere,& inuestigare de causa,& inuenerunt, quod euenit propter motum solis qui in vere ascendit, & trahit secū sursum humores. Ideo terra,& arbores fructus producūt,&c. In autumno verò sol descendit. ideo deponunt omnia folia,&c. Item quādo videbant in mari illas magnas vndas,& aliquādo est ita planū quod vna gallina posset ibi bibere,& vna scutella natare,& videntes fluxum,& refluxum maris magis admirantes quæsierūt, & inuenerūt quod hoc fit propter lunā quæ in plenilunio,&c. semper habet singularē influentiā super aquas,& super humida, ita quādo videbant in aëre, nubes, fulgura,& impressiones,& tonitrua, admirabātur,& quæsiuerunt causam, & inuenerunt quod hoc proueniebat ex certis constellationibus,& motibus planetarum. Item quādo videbāt eclipsim lunæ mirabantur, & inuenerunt causam. quoniam luna semper eclipsatur in plenilunio quando sol est sibi ex opposito. & tunc interponitur terra inter ipsam,& solem,& tūc ipsa eclipsatur. idem de eclipsi solis de quo videtur quod sol moritur, qui admirantes inuenerunt quod fit ex interpositione lunæ inter solem, & nos in coniunctione. Dicit magister historiarum quod in die Veneris sancta fuit eclipsis generalis solis, qui voluit indui de nigro sicut milites morte Regis. Quod vidēs Dionysius magnus philosophus admirans, quia tunc erat plenilunium iuxta pascha Iudæorū dixit, Aut Deus naturæ patitur, aut tota machina mūdi dissoluetur. patet ergo quod omnis scientia humanitus inuenta habuit suū initium in admirari. Ad propositum. Heri fuistis admirati de effectibus siue operibus antichristi in hunc mundum in breui venturis. Et admirantes quæritis causam quare Christus permittet Christianitatem sic destrui,& corrumpi,& subuerti. Respondet the. Respicite, scilicet causam iustā destructionis,& subuersionis antichristi, & leuate capita vestra glo. mentes vestras. Quia nihil sine causa fit in terra, Iob 5. Respicite ergo diligenter,& videte causas, & rationes quare Deus permittat prędictos effectus seu mala antichristi cōtra Christiani-

stianitatem. Totum ostendam vobis in vna parabola seu similitudine quam vobis dicam, quia subtilia melius intelliguntur ab hominibus, & retinētur per parabolas, & similitudines. Ista est parabola. Sciendum, quod quidam rex nobilissimus, & potentissimus ædificauit ciuitatem quandam magnā, & egregiam cum multis sumptibus, & laboribus, & periculis exponendo omnes thesauros in eius ædificatione. Deinde dotauit eam multis priuilegiis, & gratiis magnis, quam fecit metropolim, & sedem regni sui. In qua ipse rex, & vxor sua cum filiis morabatur in castro. Ciues autem dictæ ciuitatis proditores, & ingrati dicto regi inter alia plurima grauamina, & enormia quæ fecerunt contra regem, fuerunt septem magnæ proditiones. Prima rumpendo iuramentum fidelitatis quod fecerunt regi, habebant sua consilia, tractatus, & parlamenta secreta cū inimicis capitalibus ipsius regis, & hoc sciente rege cui summè displicuit. Secunda proditio, quia reprehēdebat eos, ciues de hoc ingrati, & indignati cum maximis iniuriis, & vituperiis, armati ensibus euaginatis expulerūt regem de ciuitate sua. Tertia, quia postquam rex fuit expulsus, misit dici ciuibus quod ad minus darēt sibi suos redditus, qui negauerunt sibi, & noluerūt sibi dare sed suis inimicis. Quarta, quia expulso rege denudauerunt reginam vxorem dicti regis, & cum verberibus, & contumeliis eiecerunt ipsam de ciuitate: quod maximè displicuit regi. Quinta quod filias regis quæ remāserunt in palatio, ciues dederunt eas ad lupanaria, & luxurias, & corruperunt eas. Sexta quia vnicum filium regis qui remanserat in palatio etiam sciderunt, & diuiserunt per medium in duas partes, & in paruas minutas, & decollauerunt, cùm tamen esset iā mortuus. Septima, quia omnia signa seu arma sui regis amóuerunt de palatio, & posuerūt ibi signa seu arma inimici regis. Nūquid videntur vobis paruæ istæ proditiones? Nihilominus rex benignus post tot proditiones misit eis nuntios quærens cum eis reconciliari, & habere cum eis pacem promittendo plenam remissionem omnium offensarum. Sed ciues noluerūt, immo cōtinuè multiplicabant offensas propter quod post multos annos rex misit vnum capitaneum cum infinita gente armorum, & tradidit ciuitatem in manus suas, qui totam ciuitatem destruxit. Nūquid de hoc debet aliquis admirari aut dicere, quare rex fecit hoc? & certè non, immo dicere debet quilibet quod rex fecit optimè. Modò videndum est quis est iste rex, & quæ est ista ciuitas, & qui sunt isti ciues proditores. Rex iste nobilissimus, & potentissimus est ille de quo Ioan. in Apocalyp. 19. Habet in vestimento, & in fœmore suo scriptum Rex regum, & Dominus dominantium. Nota in vestimēto, id est, in humanitate, humanitas Christi dicitur vestimentum. Ratio, quia sicut vestimentā cooperit personā, ita humanitas Christi coope-

cooperiebat diuinitatem. Cùm ergo dicitur, habet in vestimento, & in femore suo scrip. &c. vult dicere quod Christus inquātū Deus per generationem temporalem, & inquātum Deus per generationem æternam est Rex regum, &c. Ciuitas magna nobilis, & egregia quam Christus ædificauit est Christianitas. Ideo venit in hunc mundum vt istam ciuitatem ædificaret. In cuius ædificatione laborauit 33. annis. quam cum magnis laboribus, & periculis, & expēsis ædificauit, & magnis priuilegiis, & gratiis ipsam dotauit, scilicet sanctorū septem sacramentorū. De qua ciuitate dixit Dauid. Gloriosa dicta sunt de te ciui. Dei. Psal. 86. Ciues hui⁹ ciuitatis sunt omnes Christiani, quorū admirantes aliqui quærūt quare Rex Christus tam nobilis, & potens permittet hanc ciuitatem destrui, & perdi ab antichristo. Quia dicit the. Respicite, & leuate capita vestra, & videte quoniā propter septem magnas proditiones incorrigibiles quas faciunt dicti ciues regi suo Domino nostro Iesu Christo. Prima, quia tam homines quàm mulieres contra iuramentum Regi Christo factum in baptismo recurrunt; & habent sua colloquia cum inimicis Regis Christi, scilicet cum dæmonibus, qui licèt posset eos subitò annihilare in puncto, tamen non vult. Quoniam diuini, sortilegi, coniuratores, & incantatores cū dæmonibus faciunt quidquid faciunt. Quoniā si aliquid perdidistis vel pro sanitate vel pro filiis habendis ad quem recurritis? nō ad Christum nec ad bonum medicum, sed ad diuinos inimicos Christi. O proditor nunquid non in baptismo fecisti Christo iuramentū fidelitatis, & abrenuntiasti diabolo, & pompis eius? Idem pro filiis habēdis, & sanitate obtinenda recurrunt ad diuinos, & sortilegos, oēs tales sunt proditores, quia si essent fideles recurrerent ad Regem Christū potentissimum dicendo. Domine ego perdidi hoc vel illud, vos scitis quis habet. Ideo ponatis in corde suo vt tradat mihi, & ego habeo quod meum est, & ipse saluabit animam suam, tunc esses fidelis. Itē pro sanitate, & filiis obtinendis. Quia dæmones nesciunt secreta omnia, quia in tenebris sunt, & diffamant aliquos qui nō sunt culpabiles vt seminent discordias. Idem de sanitate, & filiis, quia nullus potest dare sanitatem nec filios nisi Deus, ad quem debetis recurrere dicendo. Domine vos dedistis mihi istum filium qui patitur, &c. vel Domine ego sum de matrimonio, ideo Domine detis mihi fructum matrimonij, quia aliàs modicum valet totum illud quod fit. Alij recurrunt ad diuinos vt sciant quid faciat vxor, qui ostendunt in amphora aquæ quod peccat cum tali, &c. & fortè est vna sancta mulier, sed diabolus mentitur, quia mendax est, & pater eius. Ioan. 8. Quot sunt qui quando sunt vltra mare dicunt. Certè ego vellem scire quid modò faciat vxor mea, & recurrunt, &c. Alij recurrunt vt possint habere mulieres ad libitum. Alij vt inueniant

thesaurum

thesaurum absconditū, alij vt sciāt quid erit de tali bello vel facto. O quot proditores sunt in mundo. Etiam si alia non esset in mūdo, ista sola est sufficiens causa vt veniat antichristus tanquam capitaneus ad destruēdum ciuitatem christianitatis, dicēte sibi Christo, Gog habes gētes armorum. Ita Domine vt arena maris. ideo vade ad ipsos vt moriantur. dicit de hoc Moyses in persona Christi. Generatio peruersa, & infideles filij, ipsi me prouocauerūt in eo qui nō est Deus, & irritauerunt in vanitatibus suis, & ego prouocabo eos in eo qui nō est populus, & in gente stulta, id est, antichristi, irritabo illos. Ignis succensus est in furore meo: & ardebit vsque ad inferni nouissima. Deute. 32. De peccato diuinationis, & eius speciebus. 2.2.q.95. Secunda proditio est, quia ciues ense euaginato expellunt regem Christum de ciuitate Christianitatis. Ensis est lingua ad formam ensis facta. Inuaditur rex Christus iurādo, & diuiditur membratim, quia Iudęi nescierūt ipsum diuidere Ideo Christiani quādo sunt in ludo dicunt per caput, per corpus, per cor, &c. Domine ecce gratias quas faciūt vobis Christiani, qa eos redemistis. Quia quādo tu iuras per caput, vel per corpus, tantum reputatur tibi ac si amoueres sibi caput, vel corpus, &c. Item balista sagittas eum quādo eu blasphemas. Iam videtis quod labia sunt vt arcus balistę duorum lignorum. Lingua est medium rectum per modum balistæ super quod ponitur sagitta. Sagittę toxicatę sunt blasphemię, scilicet malas grates habeat Deus, & percutere crucem denarij, dicendo verba cōtra Christum, & virginem Mariam. Quia mirum est quod terra tales non deglutit viuos vt vadant in abyssum. Nunquid est ista parua proditio? De hoc propheta Dauid di. Filij hominū dētes eorum arma, & sagittæ, & lingua eorum gladius acutus. Ideo Domine, exaltare super cœlos, scilicet fugiendo. Psalm. 56. Ad hoc iam deuenit mundus quod minus datur pro negando Deum quàm pro destruendo vnam formicam, vel pro interfectione vnius formicæ, immo pro vna vrbanitate etiam in minimis rebus dicitur, renego Deum si facio. Ideo quando antichristus veniet non oportebit facere magnam vim talibus sic assuetis ad renegandum, quia statim renegant Deum, imò renegare Deum ponitur iam in truffa, quia ad ridēdum prouocant aliquem vt iuret, & reneget, &c. Domini tēporales, & iurati qui circa hoc deberēt prouidere nō curant. Ideo Dominus conqueritur de ipsis di. Dominatores populi mei iniquè agunt dicit Dominus, & iugiter totā die nomen meum blasphematur. Propter hoc sciet populus meus nomē meū in die illa, quia ego ipse qui loquebar. s. pręcipiēdo, ecce adsum, scilicet puniēdo. Esa. 52. Ideo dicet Christus antichristo. Capitanee habetis gentes armorū. Ita Domine: ideo vadatis. Tertia proditio est, quia regi Christo sic turpiter à terra expulso negātur sibi reditus, & dātur eius inimicis,

Reditus

Reditus quos sibi Christus retinuit de duobus sunt quæ nobis pau-peribus dedit, scilicet terra, & tēpus. De terra retinuit sibi redditus decimarum, & primitiarum, & fructuū, & vult, quod bene soluantur. Dic quomodo antiquitus mensurando numerabāt vnum duo tres, &c. & decimum mittebatur ad templum Domini, scilicet de grano, vino, oleo, capris, &c. Sed modò decimæ & primitię dantur inimicis Christi. Aliqui nihil soluunt, aliqui soluunt nō decimam, sed vigesimam vel trigesimam. Quidā dicunt. O est istud tā bonum dare sacerdoti, dabo ei caligā plenā arena. Dic quòd non sacerdoti, sed Deo qui illa dat suis seruitoribus, quia ipse pro se non indiget. Dicunt quidam. O clerici sunt mali, &c. Ergo nunquid erit melius vt ego dem filiis meis, & familiæ meæ quā ipsis? Responsio. Nunquid esset bona ratio. Nō demus regi redditus suos, quia ipse tenet malos seruitores & prauos ribaldos, &c. Quid faceret rex de nobis si propter hoc negaremus sibi redditus? ita in ꝓposito de rege Christo, si ipse in domo sua sustinet malos seruitores, ipse corriget eos vel in hoc mundo vel in alio, & propter hoc nō debet fraudari suis redditibus, nec dari debent inimicis suis. s. peccatis, pompis, vanitatibus, ornamentis, &c. Non opus est falso suspēdere cymbala collo. Ideo quia sic fraudatis Christum regē veniunt mali anni ita sæpè. Ideo dicit ipse, si homo affiget Deū, quia vos configitis me. Et dicitis in quo cōfigimus te, in decimis & in primitiis, & in penuria vos maledicti estis, & me vos configitis gens tota. Inferte omnē decimationē in horreum meū vt sit cibus in domo mea, & probate me super hoc dicit Dominus, si non aperuero vobis cataractas cœli & effudero vobis benedictionē vsq; ad abundantiā, &c. Malach. 3. Secundò dedit nobis tēpus quod suū est dē quo sibi retinuit decimā pro redditu septimanæ, diem. s. Dominicam, totū tempus currit in septem diebus, & ipse diuisit, dedit tibi diē Lunæ & Martis, &c. ad laborandum & operandum, &c. Dominicā verò retinuit sibi. Ideo non transgredere illam, sed modò quomodo soluitur, quia non datur Deo, sed diabolo eius inimico, quia ita aperiuntur apothecæ & operatoria ad operandum & advendendū merces sicut in aliis diebus, & fiunt contractus & mercatus liberè. Ecce qualiter redditus temporis tollitur Deo & datur diabolo. Itē in diebus ferialibus homines negotiantur, mulieres operantur in domibus suis, sed in die festo ornāt se homines. ex vna parte, & mulieres ex alia isto modo redditus Domini dātur diabolo vocato Leuiatham, qui tētat de superbia. Alij verò vt lusores taxillorum dant diabolo vocato Mammon, qui tentat de auaritia, neç debet dici ludus, sed furtum vel rapina quia nihil potest ibi lucrari, &c. Alij vadunt ad lupanaria, &c. Isti dant Asmodeo, qui tentat de luxuria. Alij sedent in portis iudicantes & inuidentes trāseuntibus, & sic dantur Beelzebub. Alij bibunt

bunt & comedunt excesſiuè & viſitant tabernas, & ſic dãtur Beelfegor,&c. Alij congregant amicos vt tractent de vindicta, ſic dantur Baalberith. Alij ſtant otioſi in platea cùm deberent audire miſſam,ſermonem,veſperas,&c. Iſti dantur Aſtaroth,quia quando nõ ſoluimus redditus temporis recipit ſibi in commiſſum. & tunc facit vindictam di. Cùm accepero tẽpus,ego iuſtitias iudicabo. Pſal.74. Propter hoc veniunt mortalitates ita ſæpè. Cõtra hoc peccatũ præcepit Deus di. Memento vt diem ſabbati ſanctifices. Exod.20. Nullum præceptum incipit per memento niſi iſtud,quaſi dicat, ex quo laboraſti pro te & domo tua feria ſecũda & tertia,&c. in Dominica memento vt quieſcas ab omni opere ſeruili. Nũquid nõ videtur vobis magna proditio iſta, negare regi regulas ſuas & redditus ſuos, ideo,&c. Quarta proditio eſt quod reginam vxorem regis nudantes & verberantes cum vituperiis & contumeliis abiecerunt. Regina vxor & ſponſa Chriſti eſt eccleſia ſancta. Talem habet ſponſam qualẽ & matrem quæ virgo concepit & virgo peperit. Et de eccleſia intelligitur principaliter illud Dauid. Aſtitit regina à dextris tuis in veſtitu deaurato circundata varietate. Pſal.44. Secũdò intelligitur de virgine Maria. Nota quomodo eccleſia generat filios regi Chriſto. Cuius vterus eſt fons baptiſmi qui concipitur ſemine verbi Dei. Luc.8. Semen eſt verbũ Dei. Nunquam aliquis rex tãtum dilexit vxorem ſuam quãtum Chriſtus dilexit eccleſiam. Sed modo hæc regina denudatur auferendo ab ea,& occupando ſibi bona eccleſiæ,& iuriſdictionis. Sicut priuãt religioſos & faciunt ipſos arreſtari. hæc iniuria eſt maior quàm ſi coram rege offenderetur regina. O quod peccatum eſt tangere tales de quibus dicit Dauid in perſona Dei. Nolite tangere Chriſtos meos.ſ.ſacerdotes vnctos, & in prophetis meis, ſcilicet religioſis, nolite malignari. Iam ſcitis quomodo vos facitis nihil reſpiciendo dignitatẽ perſonæ. Quinta proditio eſt de filiabus regis datis & laxatis ſiue traditis lupanari. Filiæ regis Chriſti ſunt omnes mulieres Chriſtianæ quas genuit in baptiſma. Dicunt aliqui. O & quod peccatum eſt ſolutus cũ ſoluta quã ego non decepi immo ſolui & ſibi placuit & mihi. No. ſimilitudinem de filia regis ſoluta. & ſibi placet & tibi, & dicis cui facio iniuriam,nunquid regi? cui facis proditionẽ agendo cum filia ſua, ſed ſi ipſe dat eam tibi in vxorem, tunc fac placitum tuũ cum ipſa. Sed modò totũ eſt corruptio,non ſufficiunt lupanaria publica quæ poſſunt ſuſtineri ſine peccato dominorum quia ſunt in remedium, ſed hoſpitia & tota ciuitas eſt plena meretricibus ſecretis quæ ſunt in laqueũ & dãnationem rectorũ,&c. Contra hoc vitium dicit ſancta ſcriptura. Abominatio facta eſt in Iſraël & in Hieruſalẽ filiã dei habuerunt alieni. Malach.2. Not. in Iſraël.i. in Chriſtianitate,& in Hieruſalẽ,id eſt in eccleſiaſticis, Sed filiã Dei habuerunt alieni,qui

Poſſunt lupanaria circa peccatum tolerari.

ſcilicet

scilicet nõ sunt eius viri. Sexta proditio est, quia filium dei vnicum regis iam iuratum in regno sciderunt, & diuiserunt per medium. Hic filius vnicus & primogenitus regis Christi est populus Christianus. de quo scilicet apostolus dicit. Itaque iam non est seruus, sed filius, quod si filius, & hæres per deum. ad Galat. 4. Sed iste filius est iam verè scissus & diuisus in tres partes propter istud schisma. Non sit nisi vnus verus papa. Loquitur de tempore quo scisma tempore B. Vincentij fuit in ecclesia. Idem de qualibet communitate, villa seu ciuitate totus populus est diuisus. Quis habebit regimen propter quod communitates destruũtur? Dic quomodo rex offenderetur si in præsentia sua filius primogenitus diuideretur. magis offenditur Christus rex ex talibus diuisionibus. ideo dicit Christus. Diuisum est cor eorũ, nunc interibunt. Ozeę. 10. Nota diuisum est cor, &c. Multi volunt se excusare dicentes. Ex istis diuisionibus non sequuntur vulnera, &c. Et nũquid potest esse peius vulnus quã diuisio cordis quod est principium vitę, quia diuisa manu vel pede adhuc potest homo viuere, sed diuiso corde non? Quicunq; ergo est causa & occasio harum diuisionum tenetur ad omnia damna & expensas quæ sequuntur si vult saluus fieri. Item tenetur restituere communitati quicquid iniustè recepit ab ea vel ratione ambasiate vt ad expensas communitatis faciat sua negotia, &c. Septima proditio est quia signa & arma regis amouerunt, & posuerũt sibi signa & arma inimici sui. Signũ & arma Christi est sancta Crux ex quo in ea passus est. De quo Esaias 49. Hæc dicit Dominus Deus. Ecce leuabo ad gentes manum meam, & exaltabo ad populos signum meum. signum & arma diaboli eius inimici est circulus, quia sicut deuoti & boni clerici quando inuocãt Deum & incipiunt diuinũ officium, faciunt signum Christi, scilicet crucis. sic filij diaboli, scilicet diuinatores, & inuocatores dæmonum faciunt circulum vel rotam, de quibus dicit David. In circuitu impij ambulant Psalm. 11. Signum & arma Regis Christi ponũtur in portis palatij, corporis in baptismo, scilicet in portis quinque sensuum corporaliũ. Sed vos amouetis signando vos non faciendo signum Christi, sed signum diaboli. Dic quomodo & quando intrant ecclesiam & recipiunt aquam benedictam qualiter signant se non faciẽdo signum crucis Christi, sed signum siue circulum diaboli. Itẽ quando ponunt se ad mensam & comedendum cum signo diaboli. Item quando ponunt se in lecto ad dormiendum, item mulieres quãdo ponunt infantes in lecto. idẽ de clericis aliquibus, quod dico cum dolore cordis, qui in sancto sacrificio vbi deberent facere signum Christi, faciunt signum diaboli ex indeuotione & nimia festinatione. O quod peccatũ est. Idem de benedictione aquæ & panis, & in benedicẽdo populum in fine missæ cum signo diaboli mittunt ipsos ad domũ suam.

Ostende

Ostende hîc quomodo se debent signare, & dic rationem quare cùm dicitur, In nomine patris, teneas manum altè. quia pater ab alto misit filium suum in virginis vterum. Item quando dicitur & filij, manum debes tenere iuxta vterum, & significatur Christi incarnatio. Quando autem dicitur & spiritus sancti, debes manum tenere per transuersum transeunte manu à sinistro humero ad dextrum. Ratio quia spiritus sanctus largè fuit effusus in die Pentecostes super Apostolos & discipulos Christi. Item quia spiritus sanctus ducit personas de sinistra culpę ad dexteram gratiæ, & non econuersò. Sinistra ergo significat culpam, peccatum & maledictionem, dextera verò significat misericordiam, gratiam, & benedictionem. Nota contra illos qui signando dicunt, In nomine patris in longum, quia pater maior est filio, quod error est. Et ad dexteram dicunt & filij, quia sedet ad dexteram patris. & spiritus sancti ad sinistram, quia sedet ad sinistram, quod est error, quia filius & spiritus sanctus sunt ad dexteram, id est in æqualitate patris, & esse ad sinistram est esse inæqualem patri, quod est error. Alij faciunt crucem beati Petri ab inferiori incipientes. Ideo de hoc conqueritur Christus dicens in persona Trinitatis. Signa nostra nõ vidimus, iã non est propheta, & nos nõ cognoscet amplius. Psalmus septuagesimustertius. Signa nostra non videmus, scilicet in Christianis. iam non est propheta, quia signum crucis est reali propheta quod homo est de populo Christi. Sed modò iam non est. Quælibet prædictarum rationum est causa efficiens quod Antichristus veniet. Quantò ergo magis omnes simul septem rationes concurrentes? Propter hoc dicit thema. Respicite & leuate capita vestra.

Quid modis & nos muniẽdi signo crucis significet.

Quid significet filium & spiritũ sanctũ esse ad patris dextram.

Sed diceret contra me aliquis subtilis argumentator. Frater, vos innuitis in verbis vestris quod Christus non solùm permittet Antichristum venire, sed etiam quod Christus ipsum mittet. Respondeo quod sic. sed hoc non auderem dicere nisi quia habeo auctoritatem sacræ scripturæ. Apostolus enim dicit. Eò quòd charitatem veritatis non receperunt vt salui fierent, ideo mittet illis Deus operationem erroris vt credant mendacio. secundæ ad Thessalonicenses secundo. Non ideo mittet illis Deus. Ecce non solùm permittet, &c. item Ezechielis trigesimooctauo. Vaticinare fili hominis, & dices ad gog, &c. In nouissimis diebus eris, & adducam te super terram meam scilicet Christianitatem. Quod intelligitur sic, in aduentu & operatione Antichristi erit tibi & culpa & pœna. Quantum ad illud quod erit culpæ Christus non mittet eum, sed permittet, quantum ad illud quod erit malum pœnæ Christus non solùm permittet, sed etiam mittet, quia omne malum pœnæ à Deo est effectualiter.

Christus partim Antichristũ mittet, partim permittet.

Dominica II. Aduentus Domini. Sermo VI.

Coelum & terra transibunt. Lucæ 21. Verbum propositum ostendit subtiliter statum huius mundi post diem iudicij, de quo statu volo modò prædicare, quia ista materia consequens est ad materiam diei Dominicæ in qua audiuistis totum statum huius mundi à principio vsque ad diem Iudicij. Ideo modò loquar de statu mundi huius post diem iudicij, sed primò salutetur virgo Maria, &c. Cœlum & terra transibunt. Hoc verbum habet difficultatem in Theologia. Ratio, quia inueniuntur auctoritates dicentes quod cœlum & terra habuerunt principium essendi per creationem: tamen nec cœlum nec corpora cœlestia, nec terra habebunt finem in duratione, immo propheta Dauid loquens de cœlo, Sole & Luna, & Stellis di. Statuit ea in æternum & in sæculum sæculi. Psalmus 148. Similiter dicit Salomon de terra. Generatio præterit & generatio aduenit, terra verò in æternum stat. Ecclesiast. 1. Quare ergo dicit thema, Cœlum & terra transibunt? Patet difficultas. Dico quod illæ auctoritates non repugnãt themati. quoniam dupliciter possunt loqui de cęlo & corporibus cœlestibus & de elementis, vel quantum ad substantiam essentialem: vel quantum ad qualitates & conditiones & operationes accidentales quas habent. Primo modo cœlum & terra semper erunt quantum ad eorum substantiam essentialem, sed transibunt quantum ad qualitates eorum & conditiones & operationes accidentales, & recipient meliores qualitates sicut tacea argenti antiqua, immunda, conquassata, postquam argẽtarius sculpit & renouat eam, videtur noua & lucet. Et licèt substantia sit eadem, tamen recipit nouam qualitatem & est renouata. Ita erit de isto mundo antiquo, immundo, conquassato & cõfracto. ideo Christus tanquam bonus magister & argentarius renouabit cœlum & terram & omnia elementa. Terra verò quæ nunc est immunda ex nostris peccatis, post iudicium erit munda & pura, quia nulla immunditia remanebit in ipsa post iudicium, quia igne purgabitur nec remanebunt in ipsa arbores, nec montes, sed elementum terræ remanebit vt farina alba. Et feces omnium rerum cadent in inferno super capita damnatorum secundum quod dicũt sancti doctores. Aqua etiam purificabitur, quę demittet omnes qualitates accidentales, quia nõ erit salsa, nec mouebitur de cætero, quia cessante motu primi mobilis cessabunt etiam alij motus naturales. Aër etiam purificabitur, quia nunquam de cætero erit nubilosus, nec tempestuosus, nec mittet grandines, nec pluuiam. Cęlum non mouebitur amplius. Item sol, luna, & stellæ erunt septempliciter clariores. Esaiæ trigesimo. Et erit lux lunæ sicut lux solis. Et lux solis septempliciter sicut lux septem dierum in die qua alligauerit Dominus vulnus, scilicet

peccati

peccati mortalis, & percussuram, id est pœnam plagæ eius sanauerit. Et de cætero non erunt mortalitates, nec miseriæ, nec pœnalitates sicut sunt modò, intantum quod boni non solùm gloriabuntur de visione Dei, immo etiam gaudebunt de renouatione elementorum, quia tunc elemēta remanebunt pura & munda cum qualitatibus essentialibus remotis ab ipsis conditionibus & quibusdam qualitatibus accidentalibus. De ista renouatione auctoritas. Ecce ego creo cœlos nouos & terram nouam, & non erunt in memoria priora, & non ascendēt super cor, sed gaudebitis & exultabitis vsque in sempiternum in his quæ ego creo. Esaiæ sexagesimoquinto. Nota ego creo cœlos nouos, non in substantia, sed in excellentiori qualitate. Item in nouo Testamento postquàm Deus reuelauit beato Ioanni euangelistæ quid esset post diem iudicij, dixit beatus Ioannes discipulis suis, Vidi cœlum nouum & terram nouam. Primum enim cœlum & prima terra abiit, & mare, scilicet amarum iam non est. Apocalypsis vigesimoprimo. Et sic intelligitur thema. Cęlum & terra transibunt. Patet thema. Et quia sum in materia morali, secundum prędictam declarationem quinque renouabuntur, scilicet terra, aqua, aër, ignis, cœlum quod dicitur quinta essentia à Philosophis, ita nos modò debemus in quinque renouari si tunc cupimus saluari & renouari gloriosè. Renouandus est homo primò in corpore per continentiam. Ecce terra. Secundò in anima per claram beneuolentiam. Ecce aqua. Tertiò in ore per veram eloquentiam. Ecce aër. Quartò in opere per diligentiam. Ecce ignis. Quintò in intentione per cœlestialem eminentiam. Ecce cœlum. In omnibus debemus renouari. Ratio est, quia dicit Philosophus. 1. posteriorum. Propter quod vnumquodque tale & illud magis, quia magis debet renouari causa quàm effectus. Si amore hominis elementa renouantur, magis renouandus est homo. Dico primò quod debemus renouari in corpore per continentiam, ad instar renouationis terræ, quia corpus nostrum non est nisi terra. Genesis secundo. Formauit Deus hominem de limo terræ, quantum ad corpus. Ideo sicut terra innouabitur, quia in ea non erit lutum, nec immunditia aliqua, ita nos nunc debemus innouari in corpore ne de cætero sit in eo lutum luxuriæ, nec immūditia corruptionis carnalis. Si amore tui terra renouabitur, quantò magis tu debes renouari? Hanc renouationem petebat Dauid orando dicens: Emitte spiritum tuum, & creabūtur, &c. Psalm. centesimotertio. Nota creabuntur, non dicit quid. Pro quo sciendum quod talis est conditio humana quod in hoc mundo non possumus viuere sine delectationibus, quæ sunt in duplici differentia, scilicet delectationes spirituales, & delectationes carnales. Ille autem qui nō sentit delectationes spirituales,

Regula topica.

dat se ad delectationes carnales, bestiales, & brutales, quia animalis homo nõ percipit ea quæ spiritus Dei sunt. 1. ad Cor. 2. sed personæ deuotæ spirituales quæ gustant delectationes angelicas orãdo, vel legẽdo, audiẽdo vel contẽplando nõ curant de delitiis carnalibus. immo si Deus diceret eis, do tibi licentiam, &c. dicerent Deo, Domine nolo talem licentiam. sicut Dauid di. Renuit cõsolari anima mea. Glos. in delitiis carnalibus. Memor fui Dei, & delectatus sum. Psalm. 76. Videns ergo Dauid quod sine aliqua delectatione homo nõ potest viuere, ideo orando dicebat Deo. Emitte spiritum tuum, & creabuntur. s. delectationes spirituales, & fugient delectationes carnales, & renouabis faciem terræ. s. bonã famam. Nec sufficit dicere, quid curo ego quod dicunt gẽtes, &c. Si factum, vel opus non habet bonam faciem, oportet quod renouetur, quia si tu tenes malã mulierem in domo, & omnes loquuntur, oportet ipsam expellere. Idem de clericis, & religiosis qui nimis frequentãt monasteria sororum, oportet quod illa quæ non habent bonam famam faciẽ renouẽtur. Si dicatur ego habeo bonã intentionem, nõ sufficit, quoniã non solùm cauendum est à malo, sed ab omni specie mali. Ecce quare dicit, Et renouabis faciẽ terræ. s. opera exteriora. Apostolus. Et prouidẽtes bona nõ tantùm coram Deo, sed etiã coram omnibus hominibus, ad Rom. 12. Dico secundò quod debemus renouari in anima per claram beneuolentiã ad instar aquę quæ renouabitur post iudicium, quia nõ habebit amaritudinẽ, nec faciet vndas &c. sic modò renouanda est anima dimittendo amaritudines odij, rancoris, & malę voluntatis, & vndas desiderij vindictę, & parcendo inimicis, remittẽdo iniurias. sic enim dulcoratur anima, & renouatur. De hoc dicit scriptura sancta. Renouamini spiritu mentis vestræ, & induite nouum hominem qui secundum Deum creatus est in iustitia, sanctitate, & veritate, ad Ephe. 4. Dico tertiò quod debemus renouari in ore per veram eloquentiã, ad instar aëris post iudicium, quia tunc erit ita clarus quod nullam habebit obscuritatem nubium, tempestatem vel fulgura, sic modò renouandũ est os nostrum, vt non sint in eo obscuritates mendaciorum, nec tempestates verborum superborum, nec fulgura minarum, nec tonitrua iuramentorum. de ista renouatione dicit scriptura sancta. Nolite cõformari huic sæculo sed reformamini in nouitate sensus vestri, vt probetis quæ sit voluntas Dei bona, & beneplacens & perfecta, ad Rom. 12. Nota nolite conformari huic sæculo, id est gentibus mundanis, nota volũtas Dei bona, & beneplacens, & perfecta. Nota hic tres regulas verborum nostrorũ. Prima quod verba nostra habeãt veritatem, & ista est voluntas Dei bona, secunda quod habeãt charitatem, & ista est volũtas Dei beneplacita, tertia quòd habeant sanctitatem, & ista est voluntas Dei perfecta, quia multũ placent Deo,

Quibus circumstantiis loqui debemus.

propter

propter primam dicit Apostolus, deponentes mendacium, loquimini veritatem vnusquisque cum proximo suo, ad Ephesios 4. &c. propter sanctam charitatiuam correctionem dicit Christus, Si peccauerit in te, id est, coram te, quia tu vidisti, frater tuus, &c. vade, & corripe ipsum inter te, & ipsum solum, Matthæi 18. propter tertiam quæ sunt verba sanctitatis, scilicet laudis Dei, vel deuotę orationis dicit Dauid in Psalm. Benedicam Dominum in omni tempore, semper laus eius in ore meo, & ista est volũtas Dei perfecta. Dico quartò quod debemꝰ renouari in opere per diligentiam, ad instar ignis qui post iudiciũ erit clarior, & purior, sic & nos in nostris operibꝰ. Auctoritas, quomodo surrexit Christus à mortuis per gloriam patris, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus. ad Romanos sexto. Christus surrexit cum quatuor qualitatibus corporis gloriosi, scilicet cum agilitate, subtilitate, impassibilitate, & claritate. Sic & nos in renouatione operis per diligẽtiam debemus renouari quatuor conditionibus. Primò certam orationem recipere, & ipsam mane, & sero deuotè dicere iuxta dictum Christi, oportet semper orare, & non deficere. Lucæ decimooctauo. Nota semper, id est. mane, & sero. Secundò in qualibet hebdomada Dominicam seruare audiendo missam complete, & cum silentio, & ab omni opere seruili abstinendo. Tertio quolibet mense confiteri de bono consilio. Ratio, sicut quolibet mense abluitur camisia corporis, etiam quolibet mense debet lauari camisia animæ quæ est conscientia. Quarto, quolibet anno in pascha communicare iuxta dictum Christi, Accipite & manducate, hoc est corpus meum. Matthei vigesimosexto. Et qui manducat hunc panem viuet in æternum. Ioannis sexto. Ecce qualiter, & quomodo Christus surrexit. Dico quintò quod debemus renouari in intẽtione per cœlestialem eminentiam ad instar cęli, quod post iudicium recipiet qualitates altas, & claras. Sic nos in operibus nostris debemus ordinare intentionem, vt sit alta propter Deum, & non sit bassa propter mundana scilicet laudem, vel vanam gloriam. Sed quæ sursum sunt quærite, non quæ super terram, vt dicit Apostolus. ad Colossen. 3. Dic quomodo aliquando maiora opera mundi perduntur propter intẽtionem sinistram, & malam. Maius opus quod homo potest facere in hoc mundo, propter Deum, est pro ipso accipere martyrium. Auctoritas. Maiorem charitatem nemo habet, vt animam suam ponat quis pro amicis suis. Ioannis 15. Quod tamen perditur propter malam intentionem, & sinistram. verbi gratia. de captiuo Christiano qui cogitur ad negandum fidem, sed ipsam non vult negare, immo vult citius mori, tamen non propter Deum, sed ne sibi improperetur dicẽdo renegauit, vel vult mori intẽtione, vt reputetur sanctus, nihil valet eius mors, quia non propter Deum, sed propter inanem

gloriam permittit se interficere. Ideo Apostolus 1. ad Corin. 13. Si tradidero corpus meum ita vt ardeam, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest. Secundum opus maius post martyrium est ingredi religionem, & renuntiare voluntati propriè pro Deo, sed perditur sinistra intentione, quando hoc facitis, vt filius vester sit abbas, vel episcopus, nihil valet. Idem de monialibus quando mittitis filiam vestram in religionem, quia est lippa, vel claudicat, vel gibbosa, vel ne habeat dotem, nihil valet. Sed intentio recta parentum debet esse, dicendo, quia nos non possumus orare, nec magnas pœnitentias facere, ideo dabimus filium nostrum, vel filiam Deo, vt oret pro nobis, & saluabit se & nos. Tertium opus est prælium iustum in quo si moriuntur efficiuntur martyres, sed perditur mala intentione quando fit propter rapinam habendam, vel amorem dominorum, quia tales si moriuntur, damnantur. Sed debent dicere vadamus, quia iustitia est pro nobis, ideo erit vnum de duobus, vel prãdebimus in incendiis inimicorum nostrorum, vel in cœlis cum ordinibus angelorum. Tales possunt habere corda leonum. Si dicatur quod si nescitur an prælium sit iustum, vel iniustum. Responsio quod tunc periculum est maiorum qui debent ponere se in ratione. Si autem ratio non acceptetur, tunc prælium est iustum, sed in incertis obedientia excusat, quia illi qui tracti vadunt ad prælium incerti an iustum sit, excusati sunt, & si moriuntur saluantur. Quartum opus magnum est remittere iniurias inimicis propter Deum, sed perditur sinistra intentione quando remissio fit non propter Deum, sed propter Dominum qui vos rogauit, meritum perdidistis, quia non dedistis honorem Deo qui præcepit quod homo remittat, sed non illi Domino. Ideo quando aliquis Dominus rogat vos, vt dimittatis iniurias, debetis respondere non remittam propter vos, sed propter Deum, vt ipse remittat mihi, &c. Dic quomodo in morte ostendit se cuilibet Christus dicens, Ecce quod feci pro te, &c. Videamus quid fecisti pro me. Hanc renouationem petebat Dauid dicens, Cor mundum crea in me Deus, & spiritum rectum innoua in visceribus meis. Psalmo quinquagesimo. Et tunc verificabitur thema, Cęlum & terra transibunt. Deo gratias.

Obediẽtia erga principẽ excusat, in bello, quod incertũ est num iniustum sit.

De eadem dominica. Sermo VII.

Scitote quia propè est regnum Dei. Luc. 21. Thema propositum dat mihi montium prædicandi de quadam materia satis speculatiua, scilicet propinquitate Dei ad creaturas, sed primò salutetur virgo Maria, &c. Scitote, quia propè est reg. &c. Modò iuxta intellectum quem volo pertractare, cùm dicitur regnum Dei, est constructio intransitiua, quia nõ dicuntur diuersa: regnum

Dei

Dei idem est quod regnum quod est Deus, sicut dicitur regnum Arragoniæ, vel Catheloniæ, constructio est intransitiua. Ita accipio regnum Dei, id est, regnum quod est Deus, & est modus loquēdi sacræ scripturæ in qua Deus dicitur regnum, possessio, & hæreditas sanctorum. Auctoritas. Dominus possessio, & hæreditas eorum. Deuterono. 10. & 18. cap. Etiam est regnum sanctorum de quo dicit thema. Scitote quia propè est regnum Dei. quomodo & qualiter Deus sit propè creaturas, inuenio tres modos siue rationes propinquitatis, quoniam propè est. *Regnū Dei idē quod Deus ipse.*

Primò per suam effectiuam operationem.
Secundò per suam perceptiuam exauditionem.
Tertiò per suam perfectiuam incarnationem.

Ex hoc dicit the. Scitote quia propè est regnum Dei. Dico primò quod Dominus est propè omnibus creaturis per suam effectiuam operationē. Quoniam Deus ex suis operibus est propè, & immediatus creaturis, quia ipse est causa omnium creatorū. Dicit regula philosophiæ, Rerum naturaliter productarū quædam permanent sine causa sua productiua, quædam verò minimè, verbi gratia. De lumine in lucerna accenso quod permanet sine causa agente, & de caliditate in aqua calefacta, & de domo quæ permanet sine causa agente, id est sine magistro, qui fortè iam est mortuus, & sic de multis aliis effectibus. Quidam verò alij effectus sunt qui non habent permanentiam nisi in præsentia agentis, vt aër qui de se est obscurus, & tenebrosus, & illuminatur à sole, tamen nescit retinere claritatem solis nisi in præsentia ipsius. Idem de camera obscura à cereo iluminata. Idem de speculo quod recipit imaginem, sed ipsam nō potest retinere nisi in præsentia agentis, patet regula philosophiæ. Modò videamus in theologia quæ dicit quod Deus est agēs, & causa effectiua, & productiua omniū rerū corporalium, & spiritualium, visibilium, & inuisibilium, corruptibilium, & incorruptibiliū, nunquid eius effectus permanet sine causa? Dico quod non, quoniā nisi Deus esset præsens, & cōtinuè influeret, sol statim perderet claritatem, & luna, & stellę. Et idem est de omnibus creaturis. Ideo dicit Gregorius, quod si mundus non retineretur manu Dei, statim annihilaretur, ideo est propè, & immediatus cuilibet rei, sicut lumen est prope aërem quem illuminat. Ecce ergo quomodo Deus est prope creaturas per effectiuam operationem. De hoc dicit Apostolus. Ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia, ipsi honor, & gloria. Ad Rom. 11. Nota ex ipso. s. initialiter per ipsum duratiuè, & in ipso. s. conseruatiuè sunt omnia. De ista materia Augustinus dat talem considerationem. Anima rationalis est perfectio totius corporis, & membrorum eius, quia ipsa dat virtutem, & operationem, & efficaciam omnibus membris corporis. Et si quæ- *Regula philosophica.*

ratur vbi est anima, diceret aliquis ignorans, in capite, verum est, sed non solùm ibi: vel in corde, verum est, sed nõ solùm ibi. Dicit Aug. & etiam philosophi quod anima est tota in toto corpore, & tota in qualibet parte eius, nec est diuisibilis per partes. Sed in capite ostẽdit maiores operationes, & perfectiores, & excellẽtiores. Ita Deus est totus in toto mũdo, & est totus in qualibet parte eius, & in qualibet creatura. Sed in capite, id est, in cœlo empyreo ostendit se magis sanctis, & beatis, propter quod homo orando eleuat oculos ad cœlum, licèt Deus sit hic, & vbique. Sicut ergo anima dimittendo corpus, statim corpus annihilatur, ita si Deus dimitteret creaturas, statim annihilarentur. Legitur. Act. 17. quod Apostolus venit Athenas, & volens extirpare errores philosophorum qui ponebant primam causam, vel primum motorem esse solùm in cœlis, & non in terris dicit Apostolus. Non lõgè est Deus ab vnoquoq; nostrûm. In ipso enim viuimus, mouemur, & sumus. Act. 16. Nota. In ipso tantum viuimus sicut pisces in aqua, quæ non solũ ad extra circuit eos, immo intrat intus. Ita diuinitas in nobis. Secundò in ipso mouemur fluitantes in aëre. Tertiò in ipso sumus sicut stellæ in cœli firmamento vbi habent suum esse, ita nos in Deo, quia intra Deũ sumus, mouemur, & sustinemur. Ecce qualiter Deus est propè per effectiuam operationem. Ideo dicit Dauid in Psal. Prope es tu Domine, & omnes viæ tuæ veritas. Psal. 118. Sed est hic argumẽtum in oppositum, quia dicit scriptura. Longè est Deus ab impiis. Prouerb. 15. Quomodo ergo est propè? Respõdeo, & dico quod Dominus dicitur longè vel propè à creaturis dupliciter, vel per distantiam localẽ, vel per differentiam formalem. Primo modo dicitur longè Roma, vel Valentia quæ localiter multũ distat. Non possumus dicere quod isto modo Deus sit lõgè, quia propinquior est tibi q̃ camisia, vel claritas aëri, vel color panno. Hier. 23. Cœlum & terrã ego impleo, ait Dominus. Secundo modo dicũtur esse lõgè duo panni, quorũ vnus est delicatus, subtilis, & bonus, alter rudis, & vilis, & grossus, licèt sint simul, tamen dicuntur esse longè per distantiã, & differentiam formalem. Isto modo dicimus quod Deus est longè ab impiis, quia Deus est sanctus, & iustus, & impius est peccator, & iniustus. Deus est humilis, impius superbus. Deus est liberalis, & misericors, impius auarus. Deus est purus, ille est luxuriosus, vt porcus: Deus est charitatiuus, impius est plenus malitia. Deus seruat pondus, & mensuram in suis factis, & impius comedit, & bibit sine mensura: Deus est benignus, & patiens, & impius impatiens, iniquus, & vindicatiuus: Deus est diligens in suis operibus, & impius otiosus, & negligens. Ecce quomodo Deus dicitur longè non per distantiam localem, sed per differentiam formalẽ, quia per distantiã localem propè est, quia Deus in omnibus rebus est, quia vbicunq; aliquid operatur,

Ecce quomodo anima est in corpore.

Dicitur Deus lõgè esse ab impiis per differentiã formalẽ, nõ autem per localem distantiã.

tur, ibi est, sed Deus vbiq; operatur, secundum illud Esa.26. Omnia opera nostra operat⁹ es in nobis Domine. Ergo Deus est in omnibus rebus, de hoc vide S.Tho.1.2.q.8.ar.1. Itē Deus est vbiq;, vbi su. ar.2. secundū illud Hier.23. Cęlum & terram ego impleo, ideo dicit propè es Domine. s. per distantiam localem, & omnes viæ tuę veritas. In oppositum, quia illud quod est propè alicui non indiget viis ad illud, quare ergo dicit, Et omnes viæ tuæ veritas? Responsio ad habendum Deū propè per essentiā, præsentiā, & potentiam non est necessaria via aliqua, quia semper est præsens, sed ad habendū Deū per gratiam sunt nobis necessariæ multæ viæ. Prima est cordis contritio quando religiosus conteritur dicendo, O miser ego sum religiosus, &c. per istā viā Deus venit ad eum per gratiam, licèt esset iam præsens per essentiā, præsentiam, & potentiam. Secunda via est oris confessio, quoniā si in contritione capiendo contritionē generaliter inquantum extendit se ad attritionē quæ est displicentia de peccatis informis non habuisti gratiam, habebis in confessione, vel econuerso, nisi sis terrebilis & obstinatus in mente. Tertia via, est deuota oratio, cogitādo quod vides Deū cōtra te iratū. Hoc modo fecit ille Publicanus qui orando dixit, Deus propitius esto mihi peccatori. & habuit Dei gratiā de quo dicit Christus, Descendit hic iustificatus in domum suā. Luc.18. Quarta via est Euangelicalis prædicatio, ad quā multi veniūt peccatores, sed totum est virtus Dei quando deuotè prædicatur & auditur attentè quod frangitur cor & cōteritur &c. & sic habetur gratia. Quinta via est eleemosyna propter Deum recta intentione facta & data, quæ est tātę virtutis quod sicut eleemosyna transit de manu tua in manum pauperis, ita gratia Dei transit in te. Sexta via est iniuriarū remissio quādo fit propter Deum ne ipse faciat vindictam de te. Septima via est audire missam deuotè, ideo recipitur aqua benedicta in ingressu ecclesiæ, & homo signat se in frōte ad claudendū intellectū, & cor ne homo cogitet & os ne homo loquatur de mundanis. Per hanc viā vinit Deus per gratiā vt ostendit Christ⁹ in die Veneris sancta quādo dixit missam in pontificalibus cū casula rubea, seu sanguine rubricata. mitra fuit corona spinarū. Sandalia in manibus & pedib⁹ claui. Diaconus & subdiaconus fuerūt latrones, acoliti virgo Maria & Ioannes euangelista. in qua missa Christus cantauit septies. Propter hoc episcopi in missa solemni cantant septies, in qua missa multi obtinuerūt gratiā, quoniā vt dicit B. Lucas. Omnis turba eorum qui simul aderant ad spectaculum illud, & videbant quæ fiebāt percutientes pectora sua reuertebantur. Luc.23. Nota percutiebant pectora sua ex contritione & flebant fortè dicentes: Quare suspensus est sanctus homo iste qui nuper suscitauit filium meum? & sic de aliis, qui fortè prius erāt peccatores. patet ergo quare dicit, omnes

Penes quid attritio, et cōtritio, differunt.

viæ tuæ veritas, quia non sunt viæ falsæ. Moraliter ex quo Deus est ita propè, multum deberemus timere & cauere à peccatis. Quis in conspectu Regis committeret furtum vel homicidium siue luxuriam & huiusmodi, cogitãdo quod rex videt, &c. Modò leuate oculos, quia Deus est magis propè, quia videt omnia quæ facitis. Quæ mulier viro aspiciente per fenestram auderet loqui cum amasio suo siue philocapto? Si ista cogitaremus non peccaremus. Ideo Apostolus dicit. Modestia vestra nota sit omnibus hominibus, quia Dominus propè est. Ad Philip. 4. Nota modestia, id est cõuersatio, vocabulum est generale ad omnes virtutes, quia dominus Deus, papa & rex præsens est vbique. Dico secundò quod Deus est propè per suam perceptiuam exauditionem, quia ipse audit omnes supplicationes & orationes nostras quomodocunq; fiant, siue cantando vt faciunt ecclesiastici, siue loquendo, vt faciunt deuoti, siue mentaliter vt faciunt contemplatiui. Ecce quomodo propè est, verbi gratia. In missa aliqua dicuntur cãtando vt introitus. Kyrieleison. Gloria in excelsis, &c. Aliqua secretè vt canon. Aliqua mentaliter, vt in primo & secundo Memento. Bene esset propè qui totum hoc audiret. Deus est ita propè quod totum audit, immo etiã audit affectiones cordis. Dicam vobis hîc vnum miraculum quod legitur in biblia. Exod. 14. quando filij Israël exiuerunt de Ægypto & venerunt ad mare vt intrarẽt desertum, rex Pharao & omnis populus Ægypti persequebatur eos, & Iudæi erant in quodam passu stricto, & ad vnã partẽ erat mõs altissimus inaccessibilis, ad aliam partem habebant mare rubrum, nec poterant fugere aliquo modo, intantum quod se reputabãt mortuos, & incœperunt murmurare cõtra Moysen dicentes: Quare eduxisti nos vt hic moriamur, nunquid erant sepulchra in Ægypto? Moyses autem eleuatis oculis respiciebat cœlum. non legitur quod diceret aliquid ore, sed corde. Cui respõdet Deus, Quid clamas ad me? potuit Moyses dicere. O Domine estis ita propè, ego aspiciebã vos in cœlo & vos estis hîc. Ecce quomodo Deus est propè per perceptiuam orationẽ vel exauditionẽ. ideo dicit Dauid. Desideriũ pauperum. s. qui habent necessitatem, exaudiuit Dominus, præparationem cordis eorũ audiuit auris tua. Psal. 9. Item propè est Dominus omnibus inuocãtibus eum, omnibus inuocantibus eum in veritate. Psal. 144. Nota omnibus inuocantibus eum in veritate. Quid est veritas? Respondit Philosophus. Veritas est adæquatio rei ad intellectum, vt ita sit in re sicut est in intellectu. Quando opus concordat cum verbo, tunc est propositio vera. verbi gratia. Si ego dico, hodie est dies Veneris & ita est, tunc intellectus adæquatur rei, aliàs non. Sic etiam orationes nostræ nõ sunt nisi propositiones quas proponimus coram Christo. Modò videamus qualiter debent fieri in veritate, vt scilicet intellectus quem dant

Veritatis diffinitio.

dant fiat in veritate seu concordet cum veritate. verbi gratia, quando in oratione dicitis Christo, Domine Domine, tunc innuitis, quod ipse est Dominus vniuersorum, & ita est. ideo faciatis quod opus concordet ad extra, ne recurratis ad suos inimicos, scilicet sortilegos, &c. Secundò in oratione ipsum laudatis, & commendatis, quia laudabilis & commendabilis est & gloriosus. Ideo concordet opus ad extra, ne per ipsum iuretis in vanum, nec falsum, nec blasphemetis ipsum, &c. Tertiò in oratione petitis ab eo prouisionem & abundantiam bonorum temporalium, cõcordat opus ad extra quando seruatis Dominicam, quia Domino qui prouidet debet homo facere aliquod seruitium, aliàs aufert prouisionem. Quartò dicitis in oratione. Pater noster. concordat opus ad extra quãdo honoratis patres vestros corde, ore, & opere, &c. Quintò in oratione petitis & dicitis, Dimitte nobis debita nostra, concordat opus ad extra quãdo remittitis iniurias inimicis vestris. Ecce quare dicit, Propè est Dominus omnibus inuocantibus eum in veritate. Sed sunt multi qui non in veritate, sed falsitate ipsum inuocant quando opus ad extra non concordat cum dictis, de quibus dicit Propheta. Plantasti eos & radicem miserunt, proficiunt & faciunt fructum. Propè es tu ori eorum, & longè à renibus eorum. Hiere. 12. Nota plantasti eos, scilicet in iardino ecclesiæ, scilicet in baptismo. In quo de nemore Adæ transplantantur in iardino, siue viridario ecclesiæ Christi, & radicem miserunt, scilicet in terram & non in cœlum, proficiunt, scilicet in diuitiis, honoribus & officiis, nec contentantur, & faciunt fructum, scilicet filiorum & filiarum. prope es tu ori eorum, quia quotidie dicunt, Domine Domine, &c. & longè à renibus eorum, id est, ab operibus. Sed quare nõ dicit longè à pedibus vel tibiis eorum, sicut dicit à renibus? quia dicit beatus Gregorius quod radix luxuriç in renibus cõsistit propter quod peccatum Deus elongatur à natura humana plus quàm ab aliis peccatis, quia plurimi damnantur isto peccato. Dicit glosa Remigij super illo verbo Christi, Sinite paruulos venire ad me, &c. Tanta est labes luxuriæ in humano genere quod maior pars saluandorum creditur esse puerorum innocentum. Ecce quare dicit longè à renibus. Dico tertiò quod Deus dicitur propè per suam perfectiuam incarnationem, quia amore nostri voluit incarnari. Ante suam incarnationem maior distantia erat inter Deum & hominem loquẽdo de distantia formali, non autem locali, quàm inter aurum & lutum, inter angelum & asinum, inter solem & lapidem, & inter cœlum & terram. Ideo dicit Esa. in persona dei, Sicut exaltantur celi à terra, scilicet sine mensura, sic exaltatæ sunt viæ meæ à viis vestris, & cogitationes meæ à cogitationibus vestris. Esai. 55. Sed per suam benedictam incarnationem factus est nobis ita propè non solùm

Labes venerea quã pernitiose in humano genere grassetur.

per

per effectiuam operationem, nec per perceptiuam exauditionem, quia ex his Deus non est homo, licèt sit in homine, nec est homo Deus, sed per incarnationem Deus est homo, & homo est Deus, scilicet, vnitate personæ, & in ipso stat nostra perfectio & etiam totius mundi, dicunt Geometrici quod figura sphærica siue circularis nunquam est perfecta quousque finis iungatur principio. regula est Geometriæ. Sciatis quod Deus fecit totum mundum in figura sphœrica siue circulari, scilicet, stellas & elementa & cœlum & terram, licèt in alia figura potuisset fecisse, perfectio igitur mundi in hoc stabat vt finis vniretur principio, & econuerso principium mundi est Deus. nec aliquis diceret oppositum. finis fuit homo, quia vltimo fuit creatus prima die Deus fecit lumen, secunda firmamentum, tertia planetas, quarta solem & stellas, quinta aues & pisces, sexta animalia & hominem. figura ergo circularis fuit perfecta quando finis, scilicet, homo fuit vnitus principio, scilicet, Deo per benedictam incarnationem. Ex hoc opinantur aliqui Doctores quod si Adam non peccasset etiam Deus incarnatus fuisset ad dandum perfectionem suis operibus. Ideo dicit ipse Deus. Audi me Iacob & Israël quem ego voco. ego ipse, ego primus & ego nouissimus. Esaiæ quadragesimooctauo. Nota ego primus, id est ego sum Deus, & ego nouissimus, id est ego sum homo. Et de ista propinquitate dicit Esaiæ quinquagesimoprimo. Propè est iustus meus, & egressus est saluator meus. Nota egressus est, scilicet, de cœlo vt radius à sole, qui licèt veniat in hunc mundum, tamen non recedit à sole. Septima die Martij exiuit & venit ad nos, via per quam venit ad nos est virgo Maria de qua dicit Bernardus. Virgo egregia ipsa est via regia per quam saluator venit ad nos & iam ambulauit in nostra humanitate tot dietas, dicatur quot, & in die natiuitatis intrauit mundum. Ecce quomodo est prope iustus & saluator noster. Stetit in via, scilicet, in vtero virginis. 277. diebus. Ideo sicut quando domina honorabilis debet parere, parentes, fratres, sorores, & amici parant gallinas, saisam, & bonum vinum, & sibi præsentant in partu. Sic virgo grauida magna domina citò est paritura, quid sibi præsentabitis? quia non indiget gallinis, &c. Sed præsentate sibi Aue Maria deuotè dicatis tot quot diebus ipsum portauit in vtero, scilicet. 277. & totidem Pater noster, & poteritis in die natiuitatis recipere filium eius pannis inuolutum in sacramẽto altaris communicando. Ideo occurramus ei per diligentem vitæ præparationem quia propè est vt veniat tempus eius, & dies eius non elongabuntur. Esai. 14. Deo gratias.

Etiam Adamo non peccante Deus fuisset incarnatus.

Domi-

Dominica tertia. Sermo primus.

TV *es qui venturus est, an alium expectamus?* Matth. 11. Sermo noster erit de sancto Euangelio hodierno. Si placet Deo multas habebimus doctrinas speculatiuas & morales. Sed primò salutetur virgo Maria, &c. Tu es qui ven. &c. Secundum euangelium hodiernum in summa continet vnam ambasiatam quam B. Ioan. Bap. misit Domino nostro Iesu Christo. rex autem Herodes incarcerauit Ioan Bap. eò quòd reprehendit eum de graui peccato di. Non licet tibi habere vxorem fratris tui Philippi. Mar. 6. Et dum esset in carcere audiuit mirabilia & miracula quæ Christus faciebat, qui vocauit duos discipulos di. eis. Ite ad Christum & dicite sibi, Tu es qui venturus est an alium expectamus? Hoc thema habet magnam difficultatem in theologia Quoniam certum est & patet ex multis auctoritatibus euangelicis quod B. Ioan. Bap. antequam esset captus firmiter credidit & affirmauit quod Christus erat verus Messias, & saluator mundi in lege promissus, verus Deus & homo, quia cùm esset adhuc in vtero matris suæ, cognouit Christum in vtero matris existentem & exultauit & tripudiauit, vt dicit B. Ber. propter quod dixit Elisabet virgini Mariæ. Ex quo facta est vox salutationis tuæ in auribus meis exultauit in gaudio infans in vtero meo. Luc. 1. Super quo dicit Tho. de Aqui. de ordine predicatorũ in 4. sentẽtiarũ, quod vsus rationis fuit accelleratus in B. Ioã. Bap. in vtero matris. patet ergo quod habuit certã & claram scientiam & cognitionem de saluatore antequam fuisset natus. Itẽ postquã Ioannes exiuit desertum, cùm prædicaret & baptizaret circa Iordanem Christus venit & Ioannes ipsum ostendit di. Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi, hic est de quo dixi, Post me venturus est & ante me factus est, quia prior me erat, & ego nesciebam eum. Ioan. 1. Item quando venit ad eum vt baptizaretur ab eo quẽ Ioannes spiritusancto inspiratus cognouit & dixit. Domine ego à te debeo baptizari & tu venis ad me. Matth. 3. ecce Baptista contremuit, & non audet tangere sanctum Dei verticem, sed clamauit cum tremore, sanctifica me saluator. ista est forma quã tenuit Ioannes baptizando Christum. Tertiò postquàm Christus fuit baptizatus cœlum fuit apertum & spiritussanctus descendit super eum corporali specie sicut columba & vox Dei patris intonuit di. Hic est filius meus dilectus in quo mihi complacui. Matt. 3. De hoc dicit ipsemet Ioan. Ego vidi & testimonium perhibui, quia hic est filius Dei. Io. 1. Ecce quomodo erat certus de ipso. Quartò quãdo Iudæi voluerunt se certificare de Messia. Ioannes dixit eis quod ipse ostenderet eum ipsis. & dum semel Christus transiret solus, cũ Ioannes predicabat, dixit Io. populo. Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Io. 1. ergo Ioan. antequã esset captus ab Herode firmam

Forma in Christi baptismo.

mam & indubitabilem credulitatē habuit de Christo, ideo est hic difficultas modò, quia quando fuit captus misit Christo ambasiatam ac si dubitaret ipsum esse saluatorem dicens. Tu es qui venturus est,&c. Ideo sermo noster erit ad declarandum hanc difficultatem, pro quo notandum quod tres magni doctores ecclesiæ declarant istam magnam difficultatem diuersimodè. Primò Chrysostomus. secundò Ambrosius. tertiò Gregorius. Tamen concordant in hoc quod B.Io.non quærit. Tu es, &c. vt esset dubius de Christo, immo sicut ante captionē erat certus quod Christus erat saluator, ita & post captionem, ergo quare misit Christo ambasiatam dicēs: Tu es qui venturus est,&c.

Chrysostomus dicit quod hoc fecit per charitatem fraternalem.
Ambrosius dicit quod hoc fecit per fidelitatem cordialem.
Gregorius dicit quod hoc fecit per dignitatem personalem.
Beatus Ioannes misit Christo dicens, Tu es qui venturus es, an alium expectamus?

Quantum ad primum dicit Chrysostòmus quod hoc fecit Ioannes ex charitate fraternali, & ista expositio est magis communis. Beatus Ioannes habebat quàm plures discipulos qui non credebāt Christum esse verum Messiam, immo reputabant Ioannem meliorem & sanctiorem Christo, Ratio quia comparabant vitam Ioannis vitæ Christi dicendo, magister noster Ioannes fuit in deserto 25. annis in magna pœnitentia, non comedit panem nec bibit vinum, sed eius cibus erat locustæ & mel syluestre, bibit aquam, dormiuit super terram, indutus fuit pellibus camelorū, erat valdè macer & solitarius. Ideo credebant ipsum esse saluatorem mundi. Ex alia parte videbant vitam Christi communem, quia comedebat & bibebat de his quę sibi dabantur. Induebatur de panno non solùm vna tunica sed quatuor, & morabatur inter gētes, ecce ratio dubitationis eorum, sed errabant ex ignorantia. Quoniam sanctitas vitæ non consistit in asperitate solùm, licèt sit bona, quia si sic, nullus esset sanctior diabolo, quia nullus facit tāta ieiunia, quia ipse nunquā comedit nec bibit, nec dormit, nec induitur, disciplinatur quotidie,&c. Asperitas vitæ bona est ad refrænādum malas inclinationes quas Christus non habebat, sed vita Christi fuit exemplaris, quia taliter in hoc mundo viuere voluit vt daret omnibus spē saluationis. Primò 30. annis voluit esse in domo cum nutritio suo Ioseph laborādo vt daret exemplum & spem saluationis laboratoribus & ministralibus, quod si volunt bene & fideliter operari & tenere bonam vitam, possunt saluari. Secundò quando fuit 30. annorum intrauit desertum vbi tenuit vitam solitariam magis duram & asperam quàm Ioannes, vbi stetit. 40. diebus quod nihil comedit nec bibit, dormiuit super terram nudam, dando exemplum heremitis

Probatur magis Chrysostomi expositio in hunc locum.

mitis & spe saluationis si volunt seruire Deo bene, &c. Tertiò post hoc tenuit vitam pauperis mendicantis eundo, prædicando, &c. circũspectis omnibus. Marc. II. glos. an aliquis ipsum inuitaret ad prãdium amore Dei, aliàs ibat ad domũ Marthæ seu Magdalenę comedebat de cibis crudis, &c. dando spem & exemplum mẽdicantibus, &c. Quartò pauit multitudinem magnam hominum & mulierum in deserto. Ioan. 6. Dãdo exemplum dominis, prælatis & diuitibus, vt faciant magnas eleemosynas si volunt saluari. Quintò quandoque fugiebat gentes, dando exemplũ debilibus ne stent inter peccatores, & cadant in peccata, sed fugiant consortium, &c. Sextò quandoque stabat cum peccatoribus & publicanis. Lucę quinto, & inter infirmos & imperfectos ad corrigendũ omnes dando exemplum personis bonis, & perfectis, &c. Sed beatus Ioannes tenuit vitam vniformem, quia nõ pertinebat ad eum vt esset tam exemplaris sicut Christus, propter quod eius discipuli decipiebantur comparando vitam Ioannis vitæ Christi. Videns ergo Ioannes quod discipuli sui erant sic increduli, immo etiam inuidebãt Christo zelantes pro magistro suo, cui dicebant, Rabbi qui erat tecum trans Iordanem, cui testimonium perhibuisti, ecce hic baptizat, & omnes veniunt ad eum. Respondit Io. In hoc gaudiũ meum impletum est. Illum oportet crescere, me autem minui. Io. 3. Ideo B. Ioã. sciens quod in breui erat moriturus nolens suos discipulos relinquere in tali statu incredulitatis, ideo ex charitate fraternali misit illos ad Iesum, vt ab ipso certificarẽtur de veritate, quasi dicat nõ verecundemini, immo ex parte mea interrogate ipsum, quasi vellet dicere Ioannes, ego non possem vel non possum istos conuertere, sed ipse statim conuertet eos, & hoc patet ex Christi respõsione. Quoniam vt dicit Luc. Christus corã discipulis Ioannis prędicauit populo, & laudauit, & cõmendauit multum paupertatem volũtariam di. Beati pauperes spiritu, quoniã ipsorum est regnum cœlorum. Matth. 5. Deinde post sermonem sanauit multos infirmos, cæcos, & claudos, surdos, leprosos, & suscitauit mortuos. quo facto dicit ambasiatoribus Ioãnis, Euntes renũtiate Ioanni quę audistis, & vidistis, cæci vident, claudi ambulãt, leprosi mundantur, surdi audiũt, mortui resurgunt, pauperes euangelizantur, & beatus est qui non fuerit scandalizatus in me. Qui recepto à Christo congerio redierunt ad Ioannem cum illa responsione. Cuị dixerunt quod Christus nõ respondit ad eos vel ad eorum quæstionem. Immo dixit Ioannes, Respondit vobis clarè faciendo corã vobis signa, & miracula quæ debebat facere Messias de quibus Esaias. Tunc, scilicet tempore regis Messiæ, aperientur oculi cæcorum, id est cæci videbunt, & aures surdorum patebunt, id est surdi audient: tunc saliet sicut ceruus claudus, & apertą erit lingua mutorum. Esa. 35. Et dixerunt disci-

discipuli, quid est quod dicit pauperes euangelizantur? Quibus respondit Ioannes. Ecce de hoc quid dicit Esa. in persona regis Messię. Spirit⁹ Domini super me eò quòd vnxerit me. Ad annuntiandū mansuetis misit me, vt mederer contritos corde, & prædicarem captiuis indulgentiam, & clausis apertionē, &c. Esa. 61. Ecce hîc ratio quare Ioannes misit discipulos ad Iesum. s. ex charitate, & non ex sui dubitatione, aut in Christi commendationem. Quoniam postquam discipuli recesserunt à Christo, quia ipsi coram populo dixerunt Christo ex parte Ioannis, tu es qui, &c. populus potuit dubitare, & dicendo durè intra se, Nunquid Ioannes dixerat de isto quod erat Messias, & modò dubitat, &c. Ideo postquàm Christus satisfecit discipulis Ioannis verbis, voluit etiā satisfacere populo di. Quid existis in desertum videre, &c. scilicet tunc quando Ioannes prædicabat, arundinem vento agitatam? Non credatis quod Ioannes dubitet de me, & fortè Christus dixit populo rationem quare Ioānes miserat ad eum suos discipulos. Hoc modo Christus eiecit discipulos Ioannis de errore, & populū de falsa opinione, & prouidit omnibus. Moraliter B. Ioannes bene curabat de illuminatione, & saluatione omnium, sed præcipuè domesticorū, & discipulorum suorum dando nobis exemplum quod non solùm debemus curare de propria saluatione, sed etiā omnium aliorū, & maximè domesticorū. Verbi gra. Si vir sit bonus, & deuotus, & vxor sit vana &c. nō debet dicere vir quid ad me de vxore mea, sed debet laborare vt ipsam conuertat, & econuerso. Ideo dicit Apostolus, Sanctificatus est vir infidelis per mulierem fidelē, & sanctificata est mulier infidelis per virū fidelem. 1. Cor. 7. vt sæpe contingit. Item filios, & filias non solùm debetis curare vt sint bene induti, & pasti, sed etiā vt sint bene nutriti vt saluentur. Ideo quando sunt parui sunt nutriendi taliter. Ideo bona mater tenetur eos docere Pater noster, &c. Quia sicut bonus hortulanus adaptat arbores teneras, &c. Secùs de iam magnis, quæ non possunt nisi per ignem adaptari. Ita vos de matrimonio estis hortulani qui plantatis arbores in horto vel iardino christianitatis, ideo, &c. Propter hoc dicit scriptura sancta. Patres nolite ad iracundiam prouocare filios vestros, sed educate illos in disciplina & correptione. Ad Ephesi. 6. Item si habetis famulos, & ancillas tenemini saluationem eorum procurare, scilicet, vt confiteantur, &c. & faciant pœnitentiam, & audiant missam, & communicent, & nō dicatis sufficit quod seruiant mihi. immo dicit scriptura sancta, *Si quis suorum, & maximè domesticorum curam non habet, fidē negauit, & est infideli deterior.* 1. ad Ti. 5. Quantum ad secundum dicit beatus Ambrosi. quod Ioannes misit discipulos suos ad Christū per fidelitatem cordialem. Sciens beatus Ioannes quod confessio fidei est summè necessaria ad saluationem: de quo suprà vide in

Expositio Ambrosii.

ser. vlt.

sermone vltimo Dominicæ primę aduentus, quia Deus non solùm vult fidem cordis firmam, sed vult etiam quod reuerenter confiteatur ore, & est tātæ virtutis quod ducit hominem ad bonum finem, & saluationem. Aucto. Si cōfitearis in ore tuo Dominum Iesum, & in corde tuo credideris quod Deus illum suscitauit à mortuis, saluus eris. Corde enim creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem. Ad Romanos 10. Tota fides Christiana consistit in Credo. Dicatur si ego sum in peccatis, nūquid ero saluus ex confessione fidei? &c. Respondeo quod sic, quia fides quando firmiter creditur, & deuotè confitetur, inducit hominem ad contritionem, nec permittit hominem mori sine vera pœnitentia. Deuotio enim vt dicit sanctus Thomas 2. 2. quæstio. 82. ad secundum, est pinguedo animæ causata à charitate, & conseruans eam. Et est actus religionis, & virtutis. Ideo Ioannes qui quotidie expectabat mortem, fidem quam habebat in corde de Christo voluit ipsi Christo ore cōfiteri coram Iudęis, & quia per se nō poterat, quia in vinculis erat, ideo misit discipulos suos dicens, Tu es qui venturus es? hic enim versus terminatur assertiuè di. Ioannes credit firmiter quod tu es ille qui erat venturus, & modò per nos confitetur ore. An alium expectamus? non. quasi dicant non expectamus alium. de quo dicit ipsemet Christus Iudęis, Ego veni in nomine patris mei, & non accepistis me. Si alius venerit in nomine suo, scilicet Antichristus, illum accipietis. Ioannis 5. Isto modo an alium expectamus, non est quæstio dubitatiua, & ad istud propositum facit responsio Christi informando populum, ostendendo, & faciendo signa, & miracula quæ Messias debebat facere, & commendando Ioannem di. Quid existis in desertum videre, hominem mollibus vestitum? Ecce qui mollibus vestiuntur in domibus regum sunt, &c. quasi dicat. Iam videtis quod adulatores seu ioculatores adulātur regibus, & dominis vt habeant vestes, quasi velit dicere Christus, Non credatis quod propter adulationem Ioannes dicat mihi. Tu es qui, &c. sperans à me vestē habere. Ideo potestis sibi credere indubitanter. Dic hoc quod Christus dicit, Cæci vident, &c. Ecce quomodo secundū Ambrosium fuit ambasiata Ioannis ad Christum ex fidelitate cordiali. Moraliter instruimur hîc vt omnes sciatis Credo in Deum. & quolibet die ipsum confiteamini mane, & sero cum protestatione. Hoc tamen debet fieri maximè in articulo mortis, siue per se, siue per alios in persona sua: quia tunc dæmon tentat maximè de fide faciendo suas falsas rationes, di. Quomodo tu potes credere, & turbat intellectum, & tentat de fide quæ est fundamentum, quod si cadit, totum ædificium virtutis ruit. Væ terræ. i. hominibus terrenis, & mari, id est hominibus luxuriosis, quia descēdit diabolus ad vos habens iram magnam, sciens quod modicū tempus habet. Apo. 12.

Definitio deuotionis.

Ideo in nostro sancto ordine, scilicet Prædicatorum est laudabilis consuetudo, quod quando aliquis frater debet mori, pulsatur tabula, & omnes fratres veniunt, & confitentur fidem pro infirmo, dic. Credo in Deum, &c. Ideo Ioãnes quãdo debuit mori voluit fidem Christo confiteri. sic debemus nos facere. Nos habẽtes eundem spiritum fidei sicut scriptum est. Credidi propter quod locutus sum. Et nos credimus propter quod & loquimur. 2. ad Corint. 4. Quantum ad tertium, dicit beatus Gregorius, quod Ioannes misit discipulos suos ad Christum per dignitatem personalem. Sciebat Ioannes quod Christus merito suæ passionis liberaret omnes sibi credentes, & obedientes in hoc mundo, & etiam mortuos in limbo existentes ex prophetia Zacha. Tu quoque in sanguine testamenti tui emisisti vinctos tuos de lacu in quo non est aqua. Zacha. nono. Nota in sanguine testamenti tui, scilicet noui per mortem confirmati. Ioannes autem qui optime sciebat istam prophetiam, sciebat quod sancti patres sanguine Christi erant liberandi. Sed dicit Gregorius quod Ioannes nesciebat an Christus ipse personaliter descẽderet ad limbum, an mitteret aliquem angelum. Ideo quia Ioannes erat citò moriturus, voluit scire à Christo, vt sicut ipse Ioannes in hoc mundo habuerat dignitatem præcursoris, sic etiam hanc dignitatem haberet in alio mundo in limbo. Ideo per discipulos volens se certificare, di. Tu es qui venturus est, &c. vnde non de præterito, sed de futuro quærit. Et ad hoc tendit Christi responsio, quia etsi mira faciat, tamen abiecta perpeti nõ dedignatur, propter hoc dixit Christus discipulis Ioannis. Dicite Ioanni, Beatus, inquit qui non fuerit scãdalizatus in me, quia ego volo personaliter illuc descendere. Modò cogitate quale gaudium fuit sanctis patribus quãdo Ioannes eis nuntiauit aduentum Christi personalem. Ex ista ratione Christus vocauit Ioannem prophetam dicens populo. Quid existis videre, &c. scilicet quàndo veniebatis ad sermones Ioannis, prophetam etiam dico vobis plusquam prophetam. Propheta erat quando viuus prophetabat viuis, sed plusquam propheta quando mortuus prophetauit mortuis, quia hoc solũ cõuenit angelis, ideo etiam ex hoc Ioannes dictus est angelus dicẽte Deo patre filio suo de Ioanne, Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam. Malach. 3. Mitto non solùm in hunc mundum, sed etiam in aliam, scilicet in limbum. Moraliter instruimur, hic Ioannes autem fuit propheta in hoc mundo, sed non fuit contentus, sed etiam voluit prophetare in alio mundo. Hic habemus exemplum quod in hoc mundo habemus dignitates, prælationes, excellentias, officia, & diuitias, & non sumus contenti. sed faciamus quod in alio mundo habeamus honores, & dignitates in paradiso aliàs modicum valeret, & stultum esset velle honorari in hoc mundo, & non in alio. Modò au-

Tertius sensus qui est Gregorii.

dô audite historiam, inter multos stultos quomodo vnus fuit sapiens. Noueritis quod in quadam patria erat talis cõsuetudo quod quolibet anno faciebant vnum ducem, qui quandiu erat in dignitate abundabat, & dabat se delitiis, &c. & transacto anno eiiciebatur nudus in exilium ad quandam insulam vbi moriebatur fame. O dixit vnus, Ego scio quid faciam. vnde cùm esset in dignitate, & honore, prouidit vt pòst haberet vnde viueret. Quis ipsorum fuit stultus vel sapiens iste, vel illi qui dixerunt, ex quo tam parũ durat, Satisfaciam delectationibus meis per omnem modum, &c. an ille qui dixit, Ex quo ista parum durant, prouidebo mihi in futurũ, &c. Ita de nobis dignitates, beneficia, & officia huiusmodi, parum durant. Ideo prouide, & mitte in alium mũdum bona opera, & hîc castigate, scilicet humiliando, deponendo pompas, superbiam, excessus vestium, caudarum, manicarum, &c. & mittite eleemosynam dando pauperibus, captiuis, puellis, ecclesiis, &c. Et quando illi in hoc mundo se dant delitiis, moriuntur in alio mũdo fame, vos autem abũdabitis, & sedebitis in mensa Christi. Ecce exẽplum quod hîc habemus à beato Ioãne, de quo dicit Christus, Inter natos mulierum non surrexit maior Ioanne Baptista. Matth. 11. Tamen non fuit contentus, sed voluit etiam esse in alio mundo magnus. Ideo curemus de alia vita. Iuxta illud Apost. ad Colossen. 3. Quæ sursum sunt quærite, vbi Christus est in dextera Dei sedens, quæ sursum sunt sapite, non quæ super terram.

De eadem Dominica.
Sermo II.

C*Oepit Iesus dicere ad turbas de Ioanne.* Matth. 11. In præsenti sermone volo declarare virtutes necessarias ad perseuerandum in bona vita, & sancta illis qui incœperunt. Sed primò salutetur virgo Maria, &c. Cœpit Iesus, &c. Pro huius verbi declaratione, & materiæ prædicandæ introductione sciendum, quod quædam dixit Christus Ioanni, quædam verò dixit Christus de Ioanne. Ioanni dixit Christus per nuntios opera miraculosa. De quibus dixit sanctum euangeliũ, Renuntiate Ioanni quæ vidistis, cæci vident, claudi ambulant, leprosi mundantur, surdi audiunt, mortui resurgunt, pauperes euangelizantur, & beatus est qui non fuerit scandalizatus in me. De Ioanne autem dixit Christus populo virtutes, & res mirabiles, & pretiosas. De quibus dixit thema. Cœpit Iesus dicere ad turbas de Ioanne. Quid existis in desertũ videre, &c. Quatuor virtutes multũ pretiosas dixit Christus ad turbam de Ioanne, valde necessarias illi, qui vult perseuerare in bona, & sancta vita, & sunt istæ quæ sequuntur.

Prima est virtuosa firmitas,
Secunda est rigorosa asperitas,
Tertia est operosa fidelitas,
Quarta est gratiosa puritas.

De his dicit thema propositum, Cœpit Iesus dicere ad turbas de Ioanne, scilicet has quatuor virtutes. Dico primò quod prima virtus multum necessaria personæ volēti perseuerare in bona vita incœpta est virtuosa firmitas, hæc est necessaria tam religiosis quàm ecclesiasticis, tam heremitis quàm etiam illis de matrimonio tenere fortiter in bona vita incœpta, & non desistere, nec carnis inclinatione, nec diaboli tentatione, nec mundi occasione. Antequam homo eligat statum debet bene respicere, & deliberare quæ vita, quis modus viuendi, quis status sit melior, & magis pro sua complexione. Religio enim eligibilis est, si tamen seruetur, sic etiam de aliis, qua electa oportet continuare, & perseuerare firmiter. Auctoritas. Esto firmus in via Domini, in veritate sensus tui, & scientia. Ecclesiastic.5. Nota quod via Domini est bonus status quem elegisti, per quem Deus venit ad te, & tu vadis ad eum per gratiā, in veritate sensus tui, scilicet quod tibi, & tuæ complexioni sit proportionatus, & scientia, vt si nescis eligere quis status sit melior, pete consilium à scientibus, &c. & continua, non sicut pueri qui quotidie vellent mutare magistrum. De hac virtute Christus laudauit, & commendauit Ioannem dicens, Quid existis in desertum videre arundinem vento agitatam? quasi dicat, non talis Ioannes, sed fortissimus, vt rupes, & immutabilis à sancta vita quam elegit in sua pueritia. Moraliter. O quot arundines variabiles, & mutabiles sunt hodie in mundo quæ modico vento tentationis mutātur. Verbi gratia. Quot sunt qui in aliquo bono sermone recipiunt bonum propositum emendandi se dicendo, O miser tam malè feci vsque modò: de cętero volo corrigere vitam meam, &c. tunc est canna recta. Sed cadit vento tētationis, quando dæmon vel amici dicunt, & quid creditis facere modò, quoniam estis iuuenis, &c. omnes faciēt truffam de vobis. Ex isto vento quàm plures mutāt propositum, & cadunt, quia sunt debiles. Item multi vsurarij qui proponunt restituere vsuras, furta, rapinas, &c. & proponūt de cętero viuere de suis laboribus, &c. sed cadunt vento tentationis quādo dicitur eis, quid vultis facere miser homo. Sic clerici etiā, & talis bonus homo facit idem, & ecclesia permittit, &c. & sic mutant suum bonum propositum, & cadunt. Item de luxuriosis. Quando religiosus clericus vel laicus est inuolutus luto luxuriæ, qui quandoq; habent remorsum conscientię, & proponunt viuere castè, & dimittere malā societatē, tunc canna est recta, sed cadit vento tentationis diabolicę, quando mulier dicet sibi flendo coram eo, & dicendo, O quid faciam, modò vultis

dô vultis me dimittere? Ego fui vobiscum semper dum eram iuuenis,& quid faciam modò,&c. Idem de vindicatis, quando aliquis iniuriatur,proponit remittere propter Deū,facere pacem cum inimicis iuxta voluntatem Dei,tunc canna recta est, sed cadit vento tentationis,quando dicunt amici,quid facietis modò?dicēt omnes quod estis timidus & nihil valetis, & sic mutat propositū & cadit. Item quot sunt qui incœperunt bonam vitam, sed modico vento derisionis statim desistunt?Ideo dicit scriptura sancta. Non vētiles te in omnem ventum,& non eas in omnem viam.Ecclesiast.5. Magnus defectus est illorum qui ex locutionibus gentium statim dimittunt bonum propositum & bonam vitam incœptam,quia semper fuit quod mali loquuntur cōtra bonos. Nunquam fuit vita ita sancta sicut Christi,tamen mali obloquebantur de ipso.tamen nec propter hoc Christus propositū mutauit. Scitis qualiter est de obloquentibus & desistentibus à bono incœpto. sicut de paruo puero qui à matre mittitur aliquò qui ex latratu caniculi timet nec audet transire,immo reuertitur,cùm tamen caniculus non potest sibi nocere in aliquo. Talis enim stultitia est illorum qui ex locutionibus gentium non volunt bonam vitam continuādo transire. Pater noster Christus & mater nostra ecclesia sancta mittit nos vt vadamus ad ciuitatem paradisi. Et quādo homo incipit bonam vitam,tenet homo viam paradisi,& caniculi,scilicet mali,id est malę personę latrant dicendo. Hypocrita, &c. Sed non timeas transire,permittas ipsos latrare,quia nō mordēt te. videtur ergo bene quod estis pueri,quia ex hoc dimittitis viā paradisi. De ista malitia dicit propheta Dauid. Sagittæ paruulorum factæ sunt plagæ eorū & infirmatæ sunt contra eos linguæ eorū. Conturbati sunt omnes qui videbāt eos.& timuit omnis homo.Psal.63. Nota sagittæ paruulorum sunt sagittæ quibus pueri sagittant muscas. dicit quod tales sunt sagittæ obloquentium quæ non vulnerant,quod declarat dicēs.Infirmatæ sunt contra eos linguæ eorum,scilicet obloquentium,quia nullam habent fortitudinem,tamen vt pueri conturbati, scilicet qui timēt eos,qui videbant eos,scilicet obloquentes,& timuit omnis homo, qui scilicet dimittit ex hoc viam paradisi.Quot religiosi videntur ad oculum qui vadunt ad infernum via recta?quia nihil seruant de promissis?Idem de clericis & aliis,& isto timore,non audent incipere bonam vitā.Sed illic trepidauerūt timore vbi non erat timor: Psal.13.ideo necessaria est firmitas.Secundum quod est necessarium est rigorosa asperitas.s.contra carnem.Ratio.Caro enim nostra habet cōditiones anguillæ vel murenę quę labitur,nec potest retineri nisi sit voluta in arena vel cum arena.Ita est de carne nostra, quā si vultis tenere delicatè in cibo,potu,vestib⁹ & lecto,&c.nō poteritis retinere eā, ideo necessaria est religiosa asperitas in cibo & potu,& *Comparatio.*

sic tenebiris eam. Ista est ratio, quare modò in mundo sunt tot mali religiosi, clerici &c. qui volunt viuere delicatè sine aliqua asperitate. Ideo dicit Apostolus ad Romanos decimotertio, Induimini Dominũ Iesum Christum & carnis curã ne feceritis in desideriis. Nota, induimini Dominum Iesum Christum, scilicet, per vitę asperitatem, quia eius vita fuit semper dura & aspera. Induitur Christus per imitationem: & curam carnis ne feceritis in desideriis, licèt tamen in necessariis. De isto virtute Christus laudauit Ioannem dicens, Quid existis videre hominem mollibus vestitum? ecce qui mollibus vestiuntur, in domibus regum sunt. Dicit hic Gregorius. Si in mollibus & pretiosis vestibus culpa non esset, nequaquam tam vigilanter sermo diuinus Ioannem de asperitate vestium collaudasset. Innuitur ergo quod magnum peccatum est velle mollibus indui. Si dicatur & si ego de meis diuitiis de bono iusto acquisitis facio mihi vestem pretiosam, quod peccatum est? dicit hic Gregor. quod non est aliqua quantumcunque honorabilis persona quæ curet in domo vt honorabiliter vestiatur. Idẽ de mulieribus. sed quãdo habet ire extra & videri. Ergo non fit nisi ad pascendum oculos gentium, & nũquid esset melius ad pascendum ora pauperum qui moriuntur fame, & ad redimẽdum captiuos, qui sunt in pũcto abnegandi fidem? Ideo non est sine culpa qui in his facit superfluitatem. ideo Apostolus, habentes alimenta & quibus tegamur his contenti simus, primæ Timoth. sexto. Nota habentes alimenta, non dicit delectamenta. & quibus tegamur, non dicit quibus ornemur. Itẽ quod vltra hoc est, peccatum est, & etiam stultitia. Verbi gratia. Si quis ex crimine sententiatus ducitur ad furcam equitando, cui vellent ponere vinculum in collo de corda, & ipse diceret non, quia ego sum diues, ideo volo vinculum de serico, & quando ipse teneret in collo rideret, & se de vinculo appretiaret, nũquid iudicaretur stultus? In hac stultitia sumus nos. Quare vestis fuit data homini, nunquid ex quodam furto nostri patris Adæ, ex quo Deus sententiauit hominem ad mortem, & vestiuit eum vt cum illa duceretur ad mortem? Quando ergo vos dicitis, Certè volo mihi facere talem vestem, &c. O stulte, tu vis te appretiari de signo furti. Et ex ista ratione dicit scriptura sancta, In vestitu ne glorieris vnquam. Eccl. 11. Si dicatur, ad minus in die festo vel nuptiarum gloriabor, respõdet dicens. Nec in die honoris tui extollaris. ibidem. Tertium quod est necessarium est operosa fidelitas, vt, scilicet, fides quæ est intus in corde exeat extra per bona opera. Ratio quia fides Christiana cõparatur Racheli vxori Iacob pulchrę, quæ vidẽs quod non generaret, dixit viro suo Iacob. Da mihi liberos alioquin moriar. Gen. 30. Ecce fides Christiana. Rachel interpretatur visum principiũ. Principiũ omnium rerum est deus, Ego principium qui & loquor vobis. Io. 8.

Hoc principium videtur per fidem nunc: sed quãdo erimus in paradiso videbimus facie ad faciem sicuti est. Fides autem catholica est Rachel pulchra & clara sine errore quæ dicit viro, scilicet, vero fideli. Da mihi liberos alioquin moriar. Quid proderit fratres mei si fidẽ quis dicat se habere, opera autẽ non habeat, nunquid fides poterit saluare eum? sequitur, Fides sine operibus mortua est. Iaco. 2. Ideo requiritur operosa fidelitas, scilicet, vt illud quod credimus intus in corde, ponamus extra in opere. verbi gratia. Creditis vos quod Christus descenderit de cœlo & humiliauerit se & intrauerit vterum virginis. Ideo istam credentiam ponatis in opere humiliando vos de superbia, pompa, vanitate & statu, &c. Item creditis quod Christus fuit pauper in hoc mũdo quod nihil voluit habere in hoc mũdo. Ideo ponatis in opere cauendo ab omni auaritia, vsura, rapina, &c. Item creditis vos, quod Christus voluit concipi & nasci sine omni corruptione, & voluit semper virginitatem conseruare. Ideo ponatis illam credentiam in opere cauendo ab omni luxuria corruptione, &c. Item creditis, quod Christus ex amore & dilectione voluit mori & pati pro nobis. Ideo caueatis ab inuidia. Item creditis vos quod fuit abstinens, quia non comedebat nisi semel in die, nec comedit carnem nisi de agno paschali ex ordinatione legis. Ideo abstineatis vos ab excessibus cibi & potus seruando ieiunia ecclesiæ, non comedendo ante missam in Dominica. Item creditis vos, quod Christus fuit patiens, qui cùm à nulla creatura posset cogi, patienter tamen voluit subiici iudicibus & flagionibus, &c. præcaueatis ab ira: non quæratis vindictã ab aliqua iniuria. Itẽ creditis vos, quod Christus fuit diligẽtissimus. Ideo vos non sitis otiosi in operibus spiritualibus. Hæc est fides operosa. De ista Christus laudauit & commẽdauit Ioannem decens. Quid existis videre, prophetam? immo dico vobis plusquam prophetam. Nota prophetam à procul fante, scilicet, loquente procul vel quæ ex tempore, vel quæ ex natura in scientia distant, hoc est officium prophetæ, sed dicitur plusquam propheta, quoniam illud quod dixit ore, ostendit digito. Propheta fuit Ioannes quãdo dixit. Post me venturus est cuius nõ sum dignus calciamenta portare. Matth. 3. Sed fuit plusquam propheta quando digito ipsum ostendit populo dicens, Ecce agnus Dei qui tollit peccata mundi. Ioan. 1. Ita est ille, qui scit Credo in Deum. quando ipsum dixit, est propheta à procul fante, præcipuè quando dicit, inde venturus est iudicare viuos & mortuos, quia distãt à cognitione eius naturali. Sed est plusquam propheta quãdo facit opere quod dicit ore, & ita ostendit aliis vt faciãt & potest dici digitus Dei est hic. Exod. 8. De quolibet tali dicit Christus angelis custodibus nostris. Quid existis videre prophetã? Respondent sancti angeli, etiam Domine plusquã prophetam. Sed eo modo iam completus

Semel tantùm in vita Christus carnes edit.

est planctus Dauid in persona Dei dicentis. Signa nostra non vidimus, iam non est propheta, & nos non cognoscet amplius. Psal. 73. Nota signa nostra. i. opera bona exteriora quę sunt signa fide interioris. Iam non est propheta. Et hoc quantum ad illos qui nesciunt, Credo in Deum. vel si sciunt non curant ipsum dicere manc & sero deuotè. Quartum quod est necessarium est gratiosa puritas, quoniã ad conuiuiũ paradisi non intrat aliquis immundus & inhonestus. Apoc. 21. Non intrabit in eam aliquid coinquinatum, & abominationem faciens & mendaciũ. Immũdi & inquinati sunt illi qui peccant corde ex immundis cogitationibus, & non audẽt facere opus timore scandali. Sed totaliter se balneãt in istis cogitationibus abominationem facientes, quando faciunt opere peccatum quod cogitauerunt in corde. Mendacium faciunt illi in matrimonio qui non seruant fidem sibi mutuo promissam. Ideo necessaria est gratiosa puritas. De ista virtute Christus cõmendauit & laudauit Ioannem dicens. Hic est enim de quo scriptum est. Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam. Non quod Ioannes fuerit angelus in natura, sed dignitate & puritate. Ideo multum debemus cauere ab immunditiis luxuriæ. memorari quare sumus creati, quia sumus socij sanctorum angelorum in paradiso. Vnde Christus, Cùm autem à mortuis resurrexerint non nubent neque nubentur, sed erũt sicut angeli Dei in cœlis. Hæc sententia habetur. Mat. 22. & Marc. 12. Ideo imitemini conditiones angelorum, quia si vos vultis ponere filium vestrum in curia regis vel prælati, iam antè incipitis ei ostendere mores curiæ, aliàs reputabitur pastor ouium. idem de nobis, &c.

De eadem Dominica. Sermo III.

R*enuntiate Ioanni quæ vidistis & audistis.* Matth. 11. Nunc volo prædicare de sancto euangelio secundum intellectum spiritualem. Sed primò salutetur virgo Maria, &c. Renuntiate Ioanni. Thema istud est responsio quam fecit Christus Ioanni per nuntios dicens. Renuntiate, &c. sed spiritualiter maximè tropologicè, seu moraliter. Sed oportet primò declarare duo verba thematis. Primò quis sit iste Ioannes incarceratus. Secundò qui sunt isti nuntij quos Christus misit sibi dicere, Renuntiate, &c. Quantum ad primum Ioannes incarceratus est quilibet Christianus existens in peccato mortali. Ioannes autem interpretatur cui facta est donatio à Deo. Modò nullæ creaturæ humanæ donauit Deus tantum quantum dedit Christiano. Cui primò Deus dedit beneficium generale, scilicet imaginem suam propriam in creatione: quia sicut Deus est vnus in essentia, & trinus in personis, ita anima est vna in essentia & tres potentię. Item Deus pater dedit filium

suum Christiano in socium in hoc mũdo.33.annis qui ore proprio prædicauit secreta fidei de gloria Dei,de gaudio paradisi,de pœnis inferni & purgatorij. in quo dedit nobis suam sapientiam. Item dedit nobis suam potentiam in miraculorum operatione quando dicta sua miraculis confirmabat. Item Christiano vitam suam dedit & sanguinem proprium in nostra redẽptione, quia nihil aliud fuisset sufficiens pretium.Item dedit dilectam animã suam,quando in morte fuit à corpore separata,vt nobis daret in hoc mundo vitã gratiæ & in cœlo vitã gloriæ.Item dat nobis corpus suum in communione,& suam diuinitatem in fruitione,& cœlũ pro habitatione. Si ergo secundum interpretationem Ioãnes est cui facta est donatio à Domino,& cùm Christianis Deus dederit tot dona, merito quilibet Christianus dicitur Ioãnes. & possumus dicere de Deo, Maxima & pretiosa nobis promissa donauit,vt per hoc efficiamur diuinæ consortes naturæ.2.Pet.1.Sed Ioãnes,id est,Christianus est in vinculis,id est,incarceratus,quãdo est in peccato mortali.Culpa est captio. Vincula sunt peccata mortalia,& quot peccata habet homo tot vinculis ligatur.Pro quo notandum quod anima habet omnia membra vt corpus , sed sunt spiritualia sicut membra corporis sunt corporalia,& secundum membrum per quod peccat.sic anima ligatur cathena cuius caput est in inferno.Verbi gratia,quando homo peccat per gulam vel linguam malè loquendo contra Deum vel contra proximum,statim anima ligatur in gutture.Itẽ frangendo ieiunia ecclesiæ vel pœntentiæ vel voti , siue nimis comedendo vel bibendo , inebriando se,quoties in hoc peccasti tot cathenis es ligatus in gutture . Item quando peccas corde superbiendo, inuidendo,irascendo,malè desiderando,vel cogitãdo tot cathenis es ligatus iuxta cor in pectore. Item quando homo peccat manibus furando,proximum percutiendo,vel inhonestè tangendo,&c. Item quando homo peccat renibus per luxuriam quando vt dicit Gregorius,Peccatum luxuriæ in renibus habet suã radicem. Item de pedibus eundo ad sortilegos, vel ad alia mala cum sociis. Isto modo Christianus vinculatur & incarceratur in captione culpæ. Auctoritas. Iniquitates suæ capiunt impium,& funibus peccatorum suorum constringitur.Prouerbio.5. Nota impiũ,quia magna impietas est captiuare filiam regis,scilicet animam filiam Dei, quæ nihil habet à patre carnali,quia anima hominis à solo Deo creatur infunditurq́ corpori, licet materia ad eam per patrem disponatur, quam peccator vendit diabolo modico pretio delectationis. Ecce quis est Ioannes captus & vinculatus.Quantũ ad secundum videndum est qui sunt nuntij, quos Christus misit ad Ioannem captum dicens,Renuntiate Ioanni,&c.Dico quod isti nuntij sunt prædicatores.s.omnes illi qui habent officium prædicandi. Auctor. Quo-

modo autem prædicabunt nisi mittantur? Ad Romanos.10. Nota quomodo audient, scilicet populi præcepta & illa quæ habent credere sine prædicatore. Quomodo verò prædicabũt nisi mittantur, vel per apertam reuelationem, sicut misit apostolos dicẽs. Ecce ego mitto vos sicut oues in medio luporum. Matth.10. Lupi sunt detractores qui mordent murmurando, &c. vel mittuntur à Deo per secretã inspirationem, quando proponunt prædicare bonas doctrinas. Secùs quando prædicãt doctrinas poetarum, quia tunc nõ mittuntur à Deo, sed à diabolo. Ideo quasi per impossibile dicit Apostolus, Quomodo prædicabunt nisi mittantur prædicatores? ergo qui mittuntur à Deo debent renuntiari Ioanni, id est Christiano capto & vinculato ea quæ in sacra scriptura audierunt legendo, vel viderunt contemplando & studendo, quomodo poterit liberari & exire de captione culpæ. Ecce quare dicit thema. Renuntiate scilicet vos prædicatores nuntij mei. Ioanni, id est, Christiano in vinculis cõstituto, quæ audistis & vidistis, scilicet in scriptura sacra. Propter hoc volo modò vobis nuntiare illa quæ vidi & audiui studendo sanctum euangelium, & sunt septem quæ Christus dixit nũtiis Ioannis, scilicet Cæci vident, claudi ambulant, leprosi mũdantur, surdi audiunt, mortui resurgunt, pauperes euangelizantur. Beatus est qui non fuerit scandalizatus in me. Ista septem sunt necessaria ad exeundum de peccato, quæ sunt peccatori nuntianda secundum quod dixit Christus. Renuntiate Ioãni quę vidistis & audistis, &c. Primum est. Cæci vident. Cæci sunt peccatores in mala vita viuentes. Patet iudicio vestro. Quoniam si vos de fenestra videtis aliquem transeuntem per vicum cespitantem & cadentem, modò inter lapides, modò in luto, modò in spinis, & vadit sic impingendo, ac si deberet frangere collum, statim vos iudicabitis quod talis est cęcus. sic incedũt peccatores per viam huius mundi impingendo, quia modò cadunt in luto luxuriæ, modò inter spinas auaritię, modò inter lapides iræ, modò in aqua peccati gulæ, ideo rectè sunt cęci. Auctor. dicit de peccatoribus. Ambulabunt, vt cæci, qui Domino peccauerunt. Sophoniæ 1. Modò videndum est qualiter isti cæci vident. Dico quod in cõtritione illuminãtur à Deo. Tunc enim Deus aperit oculos animæ, & vident. Primò quomodo sunt in ira regis Christi. Nullus vestrũm esset lætus qui sciret se esse in ira Domini sui. quantò ergo magis de Christo rege? Secundò vident quomodo ex peccatis perdiderũt omnia bona opera, & merita, & virtutes, &c. Qualis dolor, & tristitia est mercatori quando nuntiatur quod nauis in qua habebat magnum lucrũ, & bona sua, est submersa. idem, &c. Tertiò, vident quod perdiderũt dignitatem, & honorem quia secundum præsentem iustitiam erant scripti in libro Dei in cœlo. Ac si Papa haberet aliquẽ sacerdotem scriptũ in libro suo pro cardinali,

Præsens iustitia quid sit, iudicatur hic.

dinali. Sed propter peccatũ ſuum ipſum radit & facit ſimplicẽ ſcholarem, vel ſacerdotem, qualis dolor, & triſtitia? Idem de rege qui haberet nomen tuum ſcriptum, vt faceret te militem, ſed propter proditionem tuam quam ſibi feciſti, facit te ſeruum, & abiectum, qualis triſtitia, idem, &c. Quando vident pœnas, & tormẽta eis iã parata in inferno, & timent, & conteruntur, tunc cæci vident. Et tunc quilibet talis poteſt dicere, Vnum ſcio, quia cæcus cùm eſſem modò video. Ioãnis nono. Secundum eſt, Claudi ambulãt, Claudi ſunt peccatores. patet ad oculum. Si vos vaditis ad beatam Mariam Aquiſgrani, & in via inueniris hominẽ ſedentem immobiliter, & quoties inde tranſitis, ipſum ibi inuenitis, nunquid claudem, debilem, & impotentem ipſum iudicabitis? immo. Idem de peccatoribus. Quot dies ſunt ſiue menſes vel anni quòd vos eſtis in peccato ſuperbiæ, vel auaritiæ, tot anni ſunt quod vos ſtatis immobiliter, quia non vaditis vltra per viam paradiſi per bona opera & merita, quia non habetis gratiam gratum facientem, ideo ſtatis immobiliter vt claudus. Ideo dicitur de peccatore. 2. Regum. 4. cecidit, claudus effectus eſt. Sed incipiunt ambulare in boni propoſiti aſſumptione quando ſuperbus dicit, O miſer, verè vſq; modò malè vixi ſuperbè, & pompoſè, ſed de cetero volo dimittere iſtã ſuperbiã, &c. Itẽ de auaro, & luxurioſo, &c. Quibus dixit Chriſtus. Ambulate dum lucem habetis, vt non tenebræ vos comprehendãt, qui ambulat in tenebris neſcit quo vadat. Ioannis duodecimo. Nota ambulate dum lucem, ſcilicet, contritionis habetis, &c. Tertium eſt, Leproſi mundantur, ſcilicet, à lepra. Lepra propter ſeptem malas conditiones, quas habet, ſignificat ſeptẽ peccata mortalia. Prima, quia facit hominem inflare. ecce hîc peccatum ſuperbiæ. Secunda, quia facit ſitire, ecce hîc peccatum auaritiæ. Tertia eſt morbus cõtagioſus. ecce hîc peccatum luxuriæ. Quarta, quia conſumit humidum radicale, vt dicunt Medici. ecce peccatum inuidiæ, quod conſumit charitatem quę dat vitam animæ. Quinta, quia facit anhelitum fœtidum. ecce gula. Sexta, quia facit vocem raucam. ecce ira. Septima debilitat omnia membra. ecce acidia. ideo de peccatore dicitur. 4. Regum quinto. Egreſſus eſt quaſi nix ab eo leproſus. Nota egreſſus eſt, ſcilicet, peccator ab eo, id eſt, à Deo, quando ab ipſo recedit peccando mortaliter. ſed iſti leproſi mundantur in cõfeſſione. O ſi eſſet fons curatiuus omnium infirmitatum, totus mundus ad ipſum accederet. Talis eſt confeſſio vbi curantur omnes infirmitates animæ. Ibi enim mundamur & purificamur ab omni lepra & macula peccatorum. In cuius figura dixit Heliſæus propheta principi Naaman leproſo, vade, & lauare ſepties in Iordane, & mundaberis. 4. Regum quinto. Nota in Iordane, quod eſt nomen compoſitum de Ior, id eſt, flumen, & dan, quod eſt Iudicium, id eſt, quaſi flumen iudicij.

Multiplex eſt gratia.

Iordanis cõfeſſionem ſacramentalem ſignificat.

dicij.

dicij. Ideo significat confeisionem quæ dicitur flumen, quoniam potestas confessoris lauandi animam procedit à fonte diuinæ potentiæ. Mat. 9. Glorificauerunt Deum qui dedit potestatem talem hominibus, scilicet, post eius incarnationem. Dicitur etiam confessio iudicium, quia ibi est reus, scilicet, peccator, & iudex, scilicet confessor. Ideo debet sedere pro tribunali, &c. Dixit ergo propheta. Vade & lauare septies, quia oportet confiteri de septem peccatis mortalibus, in quibus omnia peccata mortalia includũtur. Tũc leprosi mundantur, quia confiteri de vno peccato, & non de alio, nihil valet. Augu. caueas ne verecundia ductus diuidas confessionem, quia hoc est semper venia carere ad quã putas per frusta peruenire. Quartum est, surdi audiunt. Surdi sunt peccatores vt patet ad oculum. Si omnia cymbala modò sonarentur, & vos diceretis nos non audimus, tales meritò surdi iudicarentur. Idem de multis tubis sonantibus, siue bombardis. Sic peccatores surdi sunt qui fortissimos sonitus bombardarum, tubarum. s. diuinarum prædicationum & cõminationum non audiunt, nec pręcipiunt. Non enim audiunt vocem illius tubæ dicentis, Qui facit superbiam in hoc mundo, damnabitur æternaliter in alio, & sic de aliis peccatis. Propter quod quilibet peccator dicere potest. Ego autem tanquam surdus non audiebam. Psal. 37. Sed isti surdi audiunt in pœnitẽtiæ iniunctæ acceptatione, quando dicit confessor, video ex vestra confessione quod fecistis hoc & hoc, &c. propter hoc facietis hoc & hoc, &c. Et peccator dicit placet mihi. Tunc surdus audit quãdo gratanter acceptat pœnitentiam confessoris dicens, Ex ista euadam pœnam inferni, ergo audite audiẽtes me, & comedite bonum, & delectabitur in crassitudine anima vestra. Esa. 55. Nota audite. s. auribus animæ audientes me. scilicet auribus cordis. Quintũ est, mortui resurgẽt. Mortui sunt peccatores. Ratio ad oculum. Si aliquis coram vobis bibit taceam venenosis potionibus plenam, nunquid iudicabitis ipsum mortuũ, imò. O quod sunt hodie mortui in mũdo veneno odij, & rancoris, odiũ enim est venenum, quia occidit animam tuam, & non tangit inimicum tuum. Ideo est magna stultitia velle recipere vindictam de aliquo quod non est nisi bibere venenum. Ideo. 1. Ioan. 3. Qui non diligit. s. proximum suum, manet in morte. Omnis enim qui odit fratrem suum homicida est. Sed isti mortui resurgunt amicabili dilectione remittendo iniurias, faciendo pacem, petendo veniam ab iniuriato siue ab inimico, emendam faciendo si opus sit, & tunc possunt dicere, Nos scimus quoniã translati sumus de morte ad vitam, quoniam diligimus fratres. primę Ioannis tertio. Sextum est, Pauperes euangelizãtur siue laudantur, vel prædicantur. Pauperes sunt illi qui soluerunt vsuras, vel rapinas, vel qui amiserunt bona sua per furtũ, vel huiusmodi, quia licet aliàs fuissent diuites, tamẽ pauperes

sunt

sunt propter ea quæ amiserũt. De his dicit scriptura sancta, Venatio leonis onager in heremo, sic & pascua diuitum sunt pauperes. Ecclesia.13. Vult dicere quod sicut asinus syluester est cibus leonis, ita &c. sed isti pauperes euangelizantur in restitutione, quando Dominus restituit rapinã vassallis suis, vsurarius vsuram, iurista calumniã, Dominus salarium seruitoribus. Tunc pauperes euangelizantur. Et potest dicere ille qui restituit, verbum Christi, Spiritus Domini super me propter quod vnxit me. Euangelizare pauperibus misit me. Esa.61. & Luc.4. Nota spiritus Domini super, quoniam ante erat spiritus diaboli super eum, ideo faciebat rapinam, vsuram, furtum, &c. Septimum est, beatus est qui non fuerit scandalizatus in me. Scandalon Græcè idem est quod cespitare Latinè. Via eundi ad paradisum est Christus. Ioan.14. Ego sum via, veritas, & vita. in hac vita impinguant, & cespitant illi qui tenent bonam vitam, & faciunt pœnitentiam, sed nolunt communicare in pascha dicendo, Domine non sum dignus, vt intres sub tectum meum. Matt.8. &c. & sic frangunt sibi collum. Dicta auctoritas facit multos cespitare dicendo, Domine non sum dignus, &c. No. quod duplex est dignitas, scilicet, æquiparantiæ seu æqualitatis, & sufficientiæ. De prima nullus est dignus, nec etiam angeli. Et de ista dignitate dixit ille Centurio Christo, Domine non sum dignus, sed non dixit nolo quod intretis. Dignitas sufficientiæ est quando homo conteritur de peccatis cum proposito non recidiuandi, &c. Si estis digni dignitate sufficientiæ vt Christus intret, Dominus exercituũ erit vobis in sanctificationem, in lapidem offensionis, & in petram scandali. Esa.8. Nota cùm dicitur Dominus exercituum erit vobis in sanctificationem, loquitur his qui deuotè communicant. Vobis autem in lapidem offensionis, loquitur illis qui nolunt communicare, quia ibi frangunt sibi collum. Et in petram scandali, hic loquitur de clericis qui tenentur sæpè communicare celebrando, & ipsi non curãt. Quæstio fit in theologia vtrum sacerdos teneatur celebrare quolibet die, dicit S. Tho. quod non, sed taliter debet viuere quod quolibet die sit paratus celebrare. Sed dat vnam regulam generalem in tertia parte. q.82. arti. 10. & quorundam narrata, & improbata opinione, sic cõcludit sanctus Tho. Sacerdoti etiam si non habet curam animarum, non licet omnino à celebratione cessare. Sed saltem videtur quod celebrare teneatur in præcipuis festis, & maximè in illis diebus in quibus fideles communicare consueuerunt, hinc est quod dicitur. 2. Mach. 4. quod iam non circa altaris officia dediti erant, sed contempto tẽplo, & sacrificiis neglectis. Hæc S. Tho. in forma vbi supra. Ambro. etiam dicit in quadã oratione, Graue est quod ad mensam tuã mundo corde, & manibus innocentibus non venimus, sed grauius est si dum peccata metuimus, etiam sacrificium non reddamus. De ista

Dignitas ad corpus Christi recipiẽdũ quæ sit.

Quãdo quilibet sacerdos sacrificare tenetur.

ista materia vide sanctum Tho.in.4. dist.13. quæst.1.ar.2.qu.1. vbi etiam probat quod non licet sacerdoti etiam curam animarum nō habēti omnino cessare à celebratione. Quia secundum Greg. cùm crescunt dona, rationes crescūt donorum, sacerdoti autem data est potestas nobilissima, ergo reus negligentiæ erit nisi illa vtatur ad honorem Dei, & ad salutem suam, & aliorum viuorum, & mortuorum, secundum illud.1. Pet.4. Vnusquisq; gratiam quam accepit in alterutrum illam administrantes, &c. Nisi fortè aliquis ex familiari spiritussancti instinctu dimittit, sicut legitur de quodam sancto patre in vitis patrum, qui ordinatus nunquam postea celebrauit. Hæc S. Tho.in.4. vbi supra, & quàm optimè, sed de bona ratione sæpè tenetur celebrare, vt satisfaciat. Sed modò volunt habere magnos reditus & celebrare paucas missas. Quando celebrāt semper videntur celebrare missam nouam. Dicunt ipsi. Religiosi tenentur celebrare qui recipiunt eleēmosynas. Et nunquid vos recipitis maiores eleēmosynas quàm religiosi? Nunquid reditus quos recipitis sunt de patrimonio vestro an de eleēmosynis? Nūquid pater dimisit ipsos vobis in testamēto? ecce quare dicit, Beatus est qui nō fuerit scandalizatus in me. Sed vitatur hoc scandalum fideliter, & deuotè sumendo Christum iuxta suam ordinationem. Psalm.118. Pax multa diligentibus legem tuam, & non est illis scandalum.

De eadem Dominica. Sermo quartus.

Existis videre arundinem vento agitatam. Mat.11. Thema propositū iuxta intellectum allegoricum dat mihi motiuum prædicandi de fide catholica. Sed primò salutetur virgo Maria: &c. declaretur thema ad literam. Modo iuxta intellectū allegoricū seu figuralē, qui est quādo homo loquitur de illis quæ debet credere. volens ergo vobis loqui de sancta fide catholica, volo vobis tria declarare in præsenti sermone de sancta fide.

Primò de sua vera conditione, quia dicit arundinem,
Secundò de sua dura impugnatione. quia dicit vento agitatam,
Tertiò de sua certa probatione, ibi, existis videre.

Primum quod volo vobis declarare de fide est de sua vera conditione, quia dicit thema arundinem. Arundo enim significat fidem catholicam propter tria quæ habet. Primum quia habet cannutorum diuersitatem siue multiplicitatem. Secundum cannutorum vacuitatem. Tertium foliorum venustatem, quæ optimè cōueniunt fidei. Primò arundo habet cannutorum multiplicitatem. Secùs de lancea quæ est vniformis, nec habet cannutos. ecce hîc prima conditio fidei. s. articulorum diuersitas seu multiplicitas. Fides quam de Deo habuerunt Philosophi erat, vt lancea vniformis, quia non erat

erat diuersa per articulos, scilicet, quod erat vnus Deus, vna prima caussa, vnus primus motor, vnum primum principium. Idem de fide Iudæorum quam habebant de Deo ex lege Moysi. Audi Israël Dominus Deus vester, Deus vnus est. Deut. 6. Sed fides nostra christiana nõ est, vt lancea vniformis, sed ad instar arundinis diuisa, & multiplicata per articulos. 14. quorum septem pertinent ad Christi diuinitatem, & alij septem ad Christi humanitatem: quoniam ille idem Deus quem Philosophi, & Iudei dicunt esse vnum, nos etiam Christiani dicimus vnum esse in essentia, sed trinum in personis, scilicet Patrẽ, Filium, & Spiritum sanctum. Et potest ostẽdi in Sole vno in quo est substantia, splendor, & calor, &c. Septem autem articuli pertinentes ad diuinitatem sunt isti. Primus quod est creator omnium visibilium rerum, & inuisibilium corporaliũ, & spiritualium. Secundus quod est iustificator peccatorum pœnitentium. Tertius quod est resurrectio omnium hominum in die iudicij. Quartus quod est retributor iuxta merita omnium bonorũ, & malorum, & sic de aliis. Alij septem pertinent ad Christi humanitatem. Primus de ipsius incarnatione. Secũdus de eius natiuitate. Tertius de eius passione, vt saluaret omnes sibi credẽtes, & obedientes. Quartus de descensu eius animæ ad inferos. Quintus de eius resurrectione tertia die post mortẽ facta. Sextus de eius ascẽsione. Septimus de eius aduẽtu ad iudiciũ ad iudicandũ bonos & malos. De ista enumeratione articulorũ fidei S. Tho. facit vnũ ar. 2. 2. q. 1. ar. 8. In quo. 14. articulos ex parte credibiliũ ponit. ecce ratio quare fides dicitur arũdo, quia ad instar arũdinis diuisa, & distincta est per cannutos, scilicet, articulorum fidei. De hac arundine fidei authoritas. Qui loquebatur mecum habebat mensuram arundineam auream, vt metiretur ciuitatem, & portas eius, & murum. Et ciuitas in quadro posita est, & longitudo eius tanta est quanta & latitudo, & mensus est ciuitatem de arundine aurea per stadia. 12. millia. Apocalip. 21. Nota qui loquebatur mecum, scilicet, filius Dei, quia ille fuit nobis locutus de fide quam tenemus. Ecce certitudo fidei Christianæ. Moyses fuit locutus Iudæis de hoc quod audiuit, sed non vidit, sed nobis locutus est Deus qui omnia vidit. Ideo Apostolus dicit. Multipharié multisq; modis olim Deus loquens patribus in prophetis, nouissimè diebus istis locutus est nobis in filio, ad Hebr. 1. Et ipse filius Dei habet arundinem auream in manu, scilicet, fidem catholicam qua aurum purum colat & probat in fornellis Apostolorum, martyrum, & doctorum. Cuius mẽsura est. 14. articulorum fidei prædictorum, quibus nihil est addendum, vel minuendũ. Ideo dicit Apostolus non plus sapere quã oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem, & vnicuique sicut diuisit mensuram fidei, ad Roma. 12. Nota, cùm dicit per stadia. 12. si dicatur ab-

Agitur hic luculenter de fidei articulis.

tur ab aliquo, vos frater computatis. 14. sed ipse filius Dei solùm ponit 12. Respondeo quod de articulis fidei possumus loqui dupliciter, scilicet respectu Apostolorum qui publicauerunt arundinem fidei qui fuerunt 12. ideo dicit per stadia 12. Sed quia vnus Apostolus fecit duos articulos, ideo sunt 14. Hanc distinctionem de numero articulorum sanctus Thom. ponit 2. scri. dist. 25. q. 1. ar. 2. vbi dicit in principio corporis articuli quod articuli fidei distinguuntur dupliciter. Vno modo quantum ad ipsa credibilia, & sic sunt 14. Alio modo quantum ad ipsos qui articulos distinxerunt, & sic sunt 12. secundum numerum 12. Apostolorum. articulus autem est indiuisibilis veritas de Deo arctans nos ad credẽdum, vt dicit Richar. Sed quare dicitur 12. millia. Ratio quia numerus millenarius est numerus perfectus, & significat perfectionem fidei Christianę. Sed quare articuli dicuntur stadia? Nota. quod stadium, dicitur tãtum spatium quantum ille gigas vocatus Hercules poterat transire vno anhelitu. Et dicitur quod ibat currendo sine missione anhelitus quantum essent duo iactus balistæ. Sic nos dicẽdo, Credo in quolibet articulo, debemus facere stadium contẽplationis. Secunda conditio arũdinis est cannutorum vacuitas. Secùs de canna mellis, quia cannuti sunt pleni. Idem de arundine fidei cuius articuli debent esse vacui ab argumentis & rationibus. Ambro. Tolle argumenta vbi fides quæritur, Dicit S. Tho. 1. par. quæst. 1. ar. 8. vbi quæritur vtrum sacra doctrina, id est theologia, sit argumentatiua in solutione ad primum argumentum respondendo ad verbũ beati Ambr. allegatum, quod argumenta rationis humanæ non habet locum ad probandum ea quæ fidei sunt. Addit tamen quod ex articulis fidei hęc doctrina ad alia argumentatur. Et vbi supra in solutione ad secundũ dicit idem S. Tho. quod argumẽtum ex auctoritate est maximè propriũ huius doctrinæ eò quòd principia huius doctrinę per reuelationẽ habentur, & hæc principia sunt articuli fidei. Et sic oportet quod credatur auctoritati corũ quibus reuelatio facta est. nec hoc derogat dignitati huius doctrinę. Nã licèt locus ab auctoritate quę fundatur super ratione humana sit infirmissimus locus, vt etiã inquit Boëtius, locus tamen ab auctoritate quæ fundatur super reuelatione diuina est efficacissimus. Hæc S. Tho. vbi supra. Dicit enim idẽ sanctus Tho. vbi supra in corpore articuli, quod sicut aliæ scientiæ non argumentantur ad sua principia probãda, sed ex principiis argumentantur ad ostendendum alia in ipsis scientiis. Ita hæc doctrina non augmẽtatur ad sua principia probanda quæ sunt articuli fidei. Sed ex his procedit ad aliud ostendendum, sicut Apostolus 1. ad Cor. 15. ex resurrectione Christi argumentatur ad resurrectionem communem probandam. Articuli igitur fidei debent esse vacui ab argumentis, & rationibus teste Ambr. in lib. de sacramẽtis, quę

Num fidei articuli sint 12. aut 14.

Quid sit fidei articulus.

Quid dicatur stadiũ.

Quomodo argumenta in theologia locum habent.

qui dicit vt prædictum est. Tolle argumenta vbi fides quæritur. eo modo quo supra tactum est, sed crede simpliciter ea quæ sunt fidei. Non debes dicere ego credo istum articulum tali argumēto vel tali ratione. sed dices, quia Christus & Apostoli hoc prædicauerunt & dixerūt. Argumenta & rationes bona sunt ad confortandū intelligentiā, sed non ad fundandum credentiā. August. & alij sancti doctores habebant rationes & argumenta solùm ad confortandū intelligentiā, sed non ad fundandū credentiam, immo si tunc fuisset dictū Augustino quare vos creditis trinitatem? Non respondisset ego credo tali argumento vel ratione, sed respondisset credo quia Christus hoc dixit, prædicauit & reuelauit. Ideo dixit Apostolus, Fides vestra non sit in sapiētia hominū. s. argumētis & rationibus, sed in virtute Dei. 1. Corin. 2. De arundine fidei loquens Dauid ecclesiæ dicebat. Increpa feras arundinis, congregatio taurorū in vaccis populorū, vt excludant eos qui probati sunt argēto. Psal. 67. Nota increpa feras arundinis. Feræ arundinis sunt naturales rationes philosophiæ vel rationes humanales, quæ fiūt pro vel contra. Dicit ergo propheta. Increpa feras arundinis. Verbi gratia. Si occurrat imaginationi tuæ quomodo est possibile quod in hostia sit Christus, &c. & quādo frangitur hostia quod nō frāgatur Christus, &c. increpa feras, &c. Sicut bona mulier malā increpat mulierē ipsam volentem inclinare ad peccatum, nec ponit se in rationibus cum ea vel argumentis, dicēdo quomodo fieret, quia perdita essem, sed increpat & viriliter eam expellit. Sic etiā increpādi & expellēdi sunt leones inferni quando loquuntur imaginationi, quomodo, &c. Si quæratur qui sunt illi qui maximè habent illas feras. Respōdeo, illi suppie, qui sūnt in vaccis populorum. Vaccæ populorū sunt ecclesię Christianorum quæ nutriūt vitulos, id est Christianos in vita fidei vberibus collationis sacramentorū & prædicationis euangeliorū. Et veniunt tauri, id est philosophi qui cornibus logicæ & philosophiæ nituntur probare fidem, volentes sustinere regulas philosophiæ & logicæ, propter quod cadūt in errores contra fidem. Nota contra illos qui nimis se dant logicæ & philosophiæ & dimittunt sacrā theologiam. Ideo aufando Apostolus dicit. Videte fratres ne quis vos decipiat per philosophiā & inanē fallaciam, id est logicā, secundū traditionem hominū, secundū elementa mundi, & non secundum Christū. ad Coloss. 2. Nota vt excludant eos. s. Christianos à vera credentia fidei, qui probati sunt argento. s. fide clarissima à Christo Apostolis prædicata & publicata. Tertia cōditio arūdinis est foliorū venustas quā habet. Secùs de iunco qui est sine foliis, sed arundo est foliis ornata. Sic arundo fidei debet ornari foliis bonorū operum. Quoniā fidęs sine operibus mortua est. Iaco. 2. Dic quomodo Christus in cruce dixit, Sitio. Currens autem vnus ex eis

accepta spongia impleuit aceto & imposuit arundini & dabat ei bibere. Matth. 27. Sed ille potius nõ placuit Christo, quia arundo non erat ornata foliis, sed sicca erat. Talis est fides malorum Christianorum qui habent arundinẽ fidei, sed non est ornata foliis bonorũ operum nec bonæ vitę, cum spongia exuca, quia sine charitate cum aceto malitiæ peccatorũ. His tribus rationibus patet quare fides catholica dicitur arundo. Secundò quod volo vobis declarare de fide, est sua dura impugnatio, cũm dicitur vẽto agitatam. Nota quatuor sunt venti principales qui insurgunt cõtra arũdinem fidei ad diruendum eam. s. Orientalis, Occidentalis, Septẽtrionalis, & Meridionalis: Oriẽtalis est præsumptio intellectualis, quę dicitur Orientalis, quia iam à natiuitate sunt acuti & ingeniosi & præsumptuosi. Isto vento agitatur arundo fidei quando ex præsumptione quærũtur rationes & argumenta ad probandum fidẽ quia multis est occasio damnationis. Simplices autem personę omnia quæ fidei sunt credunt firmiter, & non curant de argumentis, de rationibus, nec de disputationibus. & sic de aliis. No. ad hoc Io. 9. de illis qui simpliciter recipiebant doctrinã, sed Pharisæi & Doctores præsumptuosi contradicebant, de quibus dicebat Christus. In iudiciũ ego in hunc mundum veni, vt qui non vident videant, & qui vident cæci fiant. Nota in iudiciũ, non retributionis pro tunc, sed discretionis, vt qui non vident. s. simplices & ignorantes videant, & qui vident. s. acuti & præsumptuosi cæci fiant. Responderunt præsumptuosi dicentes, Nunquid nos cæci sumus? Dixit eis Iesus. Si cæci. i. ignorantes essetis, non haberetis peccatum. Nunc verò dicitis, quia videmus, peccatum vestrum manet. Ioan. 9. Secundò arundo fidei agitatur vento occidentali. s. sæculi occupatione, quando personæ in omnibus negotiis huius mundi volunt tenere malum vel pedẽ, sic fides moritur & occiditur in cordibus talium. Quia sicut multitudo malarum herbarum suffocat triticum in agro, ideò mundatur, sic multitudo negotiorum mundanorum suffocat fidem in corde Christiani. Dicitur autem ventus Occidentalis, quia omnia mundi negotia ad finem tendunt, quia omnia breuiter finiuntur. Ideo dicit Luc. 8. quod semen scilicet fidei cecidit inter spinas, & simul exortæ spinæ suffocauerunt illud. Iam sunt multi Christiani qui nullam fidẽ habent intus in corde, sed timore nõ audent ostẽdere exterius. Tertiò agitatur vẽto aquilonari, id est cõscientiæ infrigidatione qui non permittit aliquod bonũ operari. Et ideo sicut perla perditur in sterquilinio, sic margarita fidei perditur in conscientia stercore plena, quoniã vera credẽtia nõ potest diu stare cũ mala conscientia. Apostolus. Bonam conscientiam quam quidam repellentes circa fidem naufragauerunt 1. ad Timoth. 1. Est enim fides vt nauis magna, conscięũa verò vt parua barcha, Sed ex mala vita naufragãtur, id est cadunt

Iudiciũ duplex.

dunt infra nauem & barcham & sic pereunt, væ illis qui sic cadunt. Quarto agitatur vẽto australi, id est concupiscentiæ inflãmatione. Ventus australis est calidus & humidus, sic concupiscentia diuitiarum, honorũ, delitiarum carnalium, & huiusmodi, quæ intantũ ingrossant & incurãt conscientiã, quod totaliter perdit fidẽ, quia tanta est altitudo & puritas fidei quod non potest stare cũ tanta concupiscentia rerum temporalium, ideo Apostolus, Radix omnium malorum est cupiditas, quã quidã appetẽtes errauerunt fide. 1. Tim. 6. Nota errauerunt à fide. via paradisi est fides. 2. Corinth. 5. per fidem ambulamus, sed quidã ex excessiua concupiscentia errat circa fideĩ viã. de hoc figura. Daniel. 7. Vidi & ecce quatuor venti cęli pugnabãt in medio mari, supple huius mundi contra arundinẽ fidei. nam cùm in omnem terram exiuerit sonus fidei catholicæ, iã modò his quatuor ventis expulsa est à Barbaria, Tartaria, Turchia, Gręcia. & modò inter Christianos agitatur. propter hoc dicit Christus filius hominis veniens supple ad iudicium. putas inueniet fidẽ in terra? Lu. 18. Ideo Apost. Vosmetipsos tẽtate si estis in fide, ipsi vos probate. 2. Cor. vlt. Tertium quod habeo vobis declarare de fide est sua certa probatio cùm dicitur, Existis videre. probatio magis certa est de visu, iuxta illud Io. 3. quod scimus loquimur, & quod vidimus testamur, quia ergo fides Christiana habet certissimã probationem dicit existis videre. Nota quod qui vult probare aliquã legem duo debet videre, scilicet quod sit probata per auctoritatem diuinalem. Secundò quod sit obseruata per sanctitatẽ humanalem: Quantum ad primum certum est quod Deus nõ est testis mendacij. Num. 24. Nõ est Deus quasi homo vt mẽtiatur. Si dicatur quomodo erimus certi quod Deus probet fidẽ, &c. respõdeo. Sicut enim literis regis credit homo propter hoc quia est ibi sigillũ regis impressum, quia aliàs litera non haberet aliquam auctoritatẽ, ita etiam de fide Christiana proprio sigillo Dei signata, scilicet miraculis quæ non possunt fieri nisi à solo Deo. Ideo Dauid. Testimonia tua credibilia facta sunt nimis. Psalmo. 92. Secùs de lege Moysi quia illa miracula etiam per creaturam poterant fieri, vt patet Exod. 7, & 8. cap. Idem etiam de secta Machometi. Sed fides Christiana est miraculis confirmata quæ non possunt fieri nisi à Deo, sicut illuminare cæcos, curare surdos, suscitare mortuos, & huiusmodi quę nõ possunt fieri nisi à Deo. Dicit hoc idem S. Thom. 1. par. q. 104. ar. 14. quod solùs Deus potest per se facere vera miracula. Idem dicit in de po. q. 6. 3. 4. Miraculum enim propriè est præter ordinem totius naturæ creatæ. 3. par. vbi suprà ad secundum. Vnde Angeli & alij sancti faciunt miracula ministrando & impetrando, vt dicit S. Thomas 1. q. 11. 4. 15. & in de potentia. q. 6. 4. Si dicatur quomodo sumus certi de hoc quod Deus fecerit illa miracula. Respondeo quòd hoc testantur

quatuor euangelistæ.12.aposto. 72. discipuli Christi,tot millia doctorum ecclesiæ. Secùs de lege Moysi, quia ipsa sola testatur de se. Ecce quare dixit.Existis videre,&c. Quoniã fides catholica debet esse ita certa sicut illud quod videtur ad oculum. Quantum ad secundum requiritur quod sit obiectiuata per sanctitatẽ humanalem. Illud nõ erit in doctrina Antichristi qui laxabit gentes ad omnia peccata. Sed Deus nõ potest esse testis mendacij nec auctor iniquitatis.Lex autem immunda & maculata nõ est à Deo, ideo nõ excusantur recipientes doctrinã Machometi.In lege etiam Moysi essent multæ stultitiæ iudicio philosophorum,sed capiuntur à nobis figuratiuè.Sed in lege Christiana non sunt ibi nisi virtutes & sanctitates,ideo Aposto.Scio cui credidi & certus sum.2.ad Timot.1. Patet ergo certissima probatio fidei Christianæ.Ecce. Deo gratias.

De eadem dominica. Sermo V.

E*xistis videre hominem mollibus vestitum.* Matth.11.Secundum diuersos intellectus huius verbi propositi oportet modò prædicare de diuersis materiis tam speculatiuis quàm moralibus.Sed primò salutetur virgo Maria,&c.Et declaretur thema literaliter. Deinde hoc verbum est declarandum tripliciter secundum tres intellectus mysticos siue spirituales.

Primò allegoricè siue figuraliter.
Secundò tropologicè seu moraliter.
Tertiò anagogicè seu supernaturaliter.

Et tunc thema non est interrogatio,sed est ibi versus.Existis videre hominem mollibus vestitum. Quantum ad primum allegoria Grecè dicitur ab allon,id est alienum vel extraneum,& gore locutio,scilicet aliena siue extranea locutio quando factum vel dictum de vno exponitur de alio,sicut quãdo ista verba.Existis videre,&c. quæ fuerunt dicta de beato Ioanne Baptista exponũtur de Christo secundũ illa quæ de Christo debemus credere. Cùm igitur dicitur, Existis videre ho.id est Christum mollibus vestitũ, loquitur personis pœnitentibus.Pro quo sciendum quod sicut sunt duo aduentus Christi principales,primus de incarnatione humana, secundus de retributione iudiciali.primus est iam præteritus.secundus est futurus.sic inuenio quod Christus est indutus diuersis vestibus,quia secundum primum aduentum est indutus mollibus vestibus, scilicet misericordiæ & pietatis siue benignitatis & non asperitatis:secundum quod fuit ostensum beato Ioanni euangelistæ in quadam cõtemplatione in qua audiuit vocem de cœlo dicentẽ sibi, Leua oculos tuos & vide. Et visa visione ipsam scripsit dicens : Vidi septem candelabra aurea, & in medio septem candelabrorum aureorum similem filio hominis vestitum podere & præcinctum ad mammillas zona aurea.Apo.1. Nota quod illa septem cãdelabra aurea sunt

septem

septem status Christianorum in quibus cõsistit tota virtus & perfectio Christianorum vel Christianitatis. Dicũtur aurea propter fidem & charitatem quã dent habere. Primus status est dominorum temporalium. s. imperatorũ, regum, &c. & in isto candelabro debet ardere lucerna iustitiæ. s. ministrare debent iustitiam omnibus generaliter tã magnis q̃ paruis, tam diuitibus q̃ pauperibus, tam priuatis q̃ extraneis, tam amicis q̃ inimicis, &c. Secundus est prælatorum ecclesiasticorum, in istis debet ardere lucerna diligentiæ, curando de animabus vt saluentur bonis doctrinis, exemplis & sacramentis. Tertius est religiosorum, in istis debet ardere lucerna obedientiæ, non solùm in votis essentialibus seruãdis, sed etiam in ceremoniis & aliis ordinationibus bonis. Quartus est simplicium clericorum sine cura animarũ: in istis debet ardere lucerna sanctimoniæ viuendo honestè & castè, considerando officium quod habent in ore consecrandi, in manibus corpus Christi tractandi, in corpore communicandi. Quintus est coniugatorum, in istis debet ardere lucerna amoris & beneuolẽtiæ mutuo se diligendo & proles nutriendo secundũ Dei voluntatẽ. Sextus est continentium viduorũ & viduarum: in istis debet ardere lucerna pœnitentiæ, quia tales sine præiudicio partis possunt opera facere pœnitẽtialia, secùs de cõiugatis. Septimus est virginũ, in quo debet ardere lucerna abstinentiæ, ciborũ & deliciarũ corporalium, quia sic cõseruatur virginitas. In his septẽ statibus stat tota Christianitas, qui sunt septem candelabra lucẽtia in conspectu Dei. Apoc. 1. Et in medio septẽ candelabrorum aureorum similẽ filio hominis, scilicet Christum qui est in medio istorum septem statuũ. Ratio, quia dicit philosophus quòd medium participat naturam extremorũ, vt patet si essetis in medio inter ignem & niuẽ, &c. Sic Christus fuit in medio quia participauit cum septem prædictis statibus cum dominis tẽporalibus qui habent prouidere multis personis, sic & Christus rex regum & dominus dominantium. Apoc. 19. prouidit in deserto vltra quinque millibus personis. Itẽ cum prælatis ecclesiasticis quãdo in die Veneris sancta in põtificalibus dixit missam cum indumẽtis rubeis. Mitra eius fuit corona spinea, annuli claui, sandalia pedũ claui. Diaconus fuit latro dexter, subdiaconus latro sinister, acolyti virgo Maria & Ioãnes euangelista. Heb. 9. Christus existẽs pontifex futurorum bonorũ, &c. vbi septem vicibus cãtauit. Tertiò participauit cũ religiosis, quia nunquã voluit habere aliquid propriũ. Mat. 8. Filius hominis nõ habet vbi caput suũ reclinet. Quartò cũ clericis supplicibus dicẽdo missam submissè in die Iouis sancta in cœnaculo Dauid. Tu es sacerdos in ęternũ secundũ ordinẽ Melchisedec. Psal. 109. & Heb. 7. Contestor enim inquit apostolus, quoniã tu es sacerdos in ęternũ secundũ orninẽ Mel. Quintò cũ cõiugatis, quia eius spõ-

la est ecclesia.Io.3.Qui habet sponsam sponsus est.Ideo Dauid. Ipse tanquã sponsus procedẽs de thalamo suo. Sextò cũ viduis seu continẽtibus.s.in triduo passionis quãdo perdidit sponsam,id est ecclesiam,vel societatem apostolicã per incredulitatẽ Christianorũ. Septimò cũ virginibus,quia fuit sanctus,innocẽs, impollutus, segregatus à peccatoribus.Heb.7. Ecce quomodo participauit cum omnibus,innuendo quod venerat ad saluandum omnes. Vnus est mediator Dei, & hominum homo Christus Iesus qui dedit in redemptionẽ semetipsum pro nobis.1.ad.Tit.2.Nota vestitum podere, id est,camisia quæ est vestis ampla, alba,longa,& lata,& significat humanitatẽ longã & latã à capite vsq; ad pedes.Ezechiel concordat cũ Ioãne,di. Vir quoq; vnus.s.Iesus Christus in medio eorum vestitus erat lineis.Ezec.9.Ecce quomodo in primo suo aduentu fuit mollibus vestitus, zona aurea. s. charitate præcinctus,quia quidquid fecit erga nos,totum fecit amore vel dilectione. Sed si volumus loqui de secũdo aduẽtu eius.s.quãdo veniet per tribulationẽ iudicialem, tunc nõ veniet mollibus vestitus, sed duris & ferreis induetur.Auctori.Accipiet armaturã zelus illius ad vltionẽ inimicorũ. Induet pro thorace iustitiã,& accipiet pro galea iudicium rectum. Sumet scutum inexpugnabile æquitatẽ, acuet autem dirã iram in lancea, & pugnabit cum illo orbis terrarũ cõtra insensatos,&c. Sap.5. Nota pro thorace.s.thoracem de iustitia rigorosa, quia tunc quicunq; peccator peteret veniam,& misericordiã flendo non obtineret nisi rigorẽ iustitiæ,quia indutus iustitia vt lorica,& galea salutis in capite eius. Esa.59.Sequitur Sap.5. Accipiet pro galea iudiciũ rectum. Modò nõ videtur habere iudicium cùm tot peccata fiant in mundo tam publicè quàm secretè quæ nõ puniuntur. Sed tunc in iudicio de omnibus peccatis faciet iudicium rectum dicendo cuilibet peccatori tu fecisti hoc. O Domine,& vos vidistis,&c. Sed modò videtur surdus nõ audiẽdo blasphemias,&c. & cæcus non videndo peccata quæ fiunt,sed tunc faciet iudicium,& iustitiã in terra. Hiere.23. Tunc sumet scutum inexpugnabile æquitatẽ.Illa ęquitas quę dicitur scutum,ita erit tunc inexpugnabilis,quia si virgo Maria & omnes sancti patriarchæ & prophetæ tunc orarent pro vno peccatore,nihil obtinerẽt,secùs modò,quia minor sanctus paradisi obtineret. & zelus & furor viri id est Christi,nõ parcet in die vindictæ, .s.iudicij,neq; acquiescet cuiu squã precibus nec suscipiet pro redemptione dona plurima. Prou.6. Quoniã si tũc oẽs prophetæ,patriarchæ,&c.offerẽt tunc Christo oẽs misericordias quas fecerũt pro aliquo auaro,nihil obtinerẽt. Nec prophetæ si offerrent omnes deuotiones eorum pro aliquo indeuoto. Nec apostoli omnes charitates pro aliquo inuido. Nec martyres eorũ patientiã pro aliquo iracundo.Nec cõfessores suã pœnitentiã pro aliquo impœnitẽte. Nec virgines

gines suã puritatẽ, p aliquo luxurioso obtineret, quia nõ suscipit pro redẽptione dona plurima. Et in manu accipiet lãceã acutissimã durę sentẽtię, & irreuocabilis, quãdo dicet ore suo malis, Discedite à me maledicti, &c. Mat. 25. Modò faciamus conclusionẽ huic parti. In hebdomada pręterita vidistis Christũ vestitũ asperis, & duris vestib⁹, quia euãgeliũ illi⁹ dominicę loquitur de iudicio finali, & rigoroso sed in dominica currẽte existis videre Christum mollibus vestitũ quia euangelium loquitur de eius primo aduẽtu. propter hoc dicit euangelij thema, Existis videre hominem mollibus vestitum.

Quantũ ad secundũ thema est declarandum tropologicè seu moraliter, & hoc fit quãdo facta vel dicta exponuntur de his quæ tenemur facere. Cùm ergo dicitur. Existis videre, &c. Loquitur sanctis angelis vestris custodibus in reprehẽsione personarum vanarũ pomposarũ dicens angelis. Existis videre hominem mollibus vestitum, quem ego in principio indui tunicis pelliceis pro necessitate. Gen. 3. Iam modò induitis mollibus, & pretiosis pro vanitate vel ad vanitatem: hoc est multum reprehensibile triplici ratio. *Quid sit tropologicus sensus.*

Prima per fatuitatem.

Secunda per superfluitatem.

Tertia per iniquitatem.

Quantũ ad primũ reprehẽsibilis est homo cũ mollibus, & pretiosis vestibus cũ fatuitate, quia fatuitas est gloriari de sepulchro, & signo proditionis, seu latrocinij vnde si latro qui ducitur ad furcã nõ contẽtaretur de vinculo de cãnabe, sed vellet habere vinculũ de serico, & de auro, & de quo si appretiaretur talis fatuus reputaretur. Talis stultitia est inter nos. quare vestis est inuẽta? nõne ex perditione, & furto Adę qui cõtra voluntatẽ Dei furatus est pomũ de horto paradisi? Ideo omnes sumus filij furis Adæ. Et in signũ huius portamus vestes. quoniã antè nudi incedebamus, & sine verecũdia sicut pueri parui. Aucto. Erat vterq; nudus, Adã scilicet, & eius vxor, & nõ erubescebãt. Gen. 2. sed commisso peccato sentẽtia fuit data. In quocunque die comederitis ex eo, morte moriemini Gen. 2. Et fuit executa, quia cinis es, & in cinerẽ reuerteris. Et in pœnã fuerunt datæ homini vestes, quasi vinculum latroni in signum furti, de quibus nos appretiamur faciẽdo vanitates, & fatuitates. Contra hoc dicit scriptura sacra, In vestitu nõ glorieris vnquam, nec in die honoris tui, f. nuptiarũ extollaris Ecclesiast. 11. Ideo reprehẽdendo istã fatuitatẽ dicit Christus sanctis Angelis. Existis videre hominem, &c. Quantum ad secundũ reprehẽsibilis est homo ex superfluitate, quoniam iã necessitas paulatim reducta est in magnã superfluitatẽ, quoniam primum indumentum hominis fuit vnum pellicetum. Gene. 3. Fecit Deus Adæ, & vxori suæ tunicas, & induit eos. Et pellis ibat versus carnem, & lana ad extra, ad innuendum quod homo ex pec-

catis effectus est similis bestiis. Dauid, Homo cũ in honore esset nõ intellexit: comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis. Et durauit diu quod homines sic induebantur. Et in hyeme conuertebant lanam ad carnem. Deinde incœperunt pingere pelles, postmodum cogitauerunt facere tunicas de lino ad carnem, & sic cum vna veste de lino ad carnem, & desuper pelliceo transierũt per magna tempora. Deinde dixerunt quare non facimus vestes de lana sine corio tundendo lanam, & ipsam lauãdo & filando. Et fecerunt pannum de lana, & omnes vestes erant eiusdem coloris de lana alba vel nigra, quia nondũ erant tinctores. Deinde dixerũt, quare non damus colores? tunc incœperunt tinctores, deinde sartores, & personæ pauperes statim voluerunt facere sicut diuites. Propter quod diuites fecerunt sibi vestes de serico, scilicet, tempore regis Saul. Sed idem voluerunt facere pauperes. Propter quod diuites fecerunt sibi vestes de panno aureo, &c. Deinde fecerunt subducturas, & idem pauperes, sed modò nõ possunt inuenire differentiã in materia, ideo faciunt differentiam in forma, scilicet, longas manicas, &c. non opus est falso suspendere cymbala collo. Idem in fodetaturis, dixerunt mulieres, & nos nihil faciemus? Nota hîc cõtra superfluitatem manicarum, & caudarum, intantũ quod sartores iam nesciunt quid faciant. Quia quid dicetis Deo de istis excessibus & superfluitatibus? Vultis cognoscere quod peccatum est, sicut cibus & potus sunt data pro teriaca propter necessitatem contra quatuor qualitates contrarias in nobis, sed gulosi faciunt de cibo & potu venenum, quo moriuntur citiùs ex superfluitate. Idem de vestibus inuentis pro necessitate, pro quibus superbi, vani & pomposi, habẽt facere rapinam, vsuras, furta, &c. Ideo Apostolus, habentes alimenta, & quibus tegamur, his contenti simus. 1. Timoth. 6. Nota alimenta, non dicit delectaméta: & quibus tegamur, non dicit quibus ornemur, his contenti simus. Ideo dicit Christus sanctis angelis. Existis videre hominem, &c. Quantum ad tertiam reprehensibilis est homo ex iniquitate. Tot sunt enim excessus, superfluitates & varietates, & vanitates mulierum quod viri ad supplendum eis habẽt facere vsuras, rapinas, falsas sententias, calumnias & furta, & huiusmodi. Ideo dicitur Amos. 8. Audite hoc qui conteritis pauperem, & deficere facitis egenos terræ, dicentes. Quando transibit mesis, & venundabimus merces & sabbatum, & operiemus frumentum vt imminuamus mẽsuram, &c. Iurauit Dominus si oblitus fuero omnia opera eorum, &c. Ecce quid fuit ostensum beato Ioanni de quadã ciuitate vana & pomposa, quæ ex illis vanitatibus debuit destrui, de qua dicit Ioannes. Vę vę ciuitas illa quæ amicta erat bysso, purpura, & cocco, & deaurata est auro, & lapide pretioso, & margaritis, quoniam vna hora destructæ sunt tantæ diuitiæ, Apoc. 18. No-

18. Nota primum væ, quantum ad damnationem animæ: & secundum væ, quãtum ad damnationem corporis. Ecce qui mollibus vestiuntur in domibus regum sunt, id est, in habitationibus dæmonum secundum Hilarium. Ecce quare dicit Christus, Existis videre &c. Quantum ad tertium anagogicè, ab ana quod est sursum, & go ge, ductio, quasi sursum ductio, quando dictum vel factum exponitur de his quæ debemus sperare. Cùm ergo dicit thema, Existis videre. Loquitur Christus animabus sanctis de hoc mundo egredientibus dicens eis, Existis hominem, scilicet, Christum mollibus vestitum, Impœnitentibus & asperis, & durissimis indumentis, vestibus, scilicet, rigoris, & iustitiæ. Sed animabus pœnitentibus sanctis & iustis est mollis & dulcis, quib⁹ dicit. Existis videre, &c. Auctoritas, Gloria Libani data est ei decor Carmeli, & Zaron. Esai. 35. Nota tres conditiones personarum quæ habent gloriam paradisi, & non plures. Prima est innocentum, quibus datur gloria Libani, scilicet, candoris baptismalis. Secunda est obedientium, quibus datur decor Carmeli, scilicet, delicatus vel mollis, quia obedientes habent conscientiam delicatam vel mollem ad obediẽdum citò præceptis Domini. Tertia est pœnitentium, quibus datur gloria in Zaron, id est, principatus mœroris: quia pœnitentes plorant peccata sua. De his dicitur Esaiæ. 33. Regem in decore suo videbunt. Ecce quare dicit thema, Existis videre hominem, &c.

Quid sit anagogicus sensus.

Item in eadem Dominica. Sermo VI.

E*Xistis videre prophetam, & plusquàm prophetam.* Matth. 11. Præsens sermo fundabitur in intellectu allegorico. propter hoc declarare oportet differentiam inter prophetã, & plus quàm prophetam. Propheta est ille qui ex diuina reuelatione seu spirituali illuminatione reuelat futura vel præterita, occulta & secreta. Hoc etiam dicitur vulgariter, sicut patet de muliere Samaritana, cui dicit Christus omnia quæ fecerat, quæ dixit Christo, Domine video, quia propheta es tu. Io. 4. Sed plus quàm propheta est ille, qui futurum secretum quod reuelat ore, ostendit ad oculum opere. Sicut Ioannes Baptista qui fuit propheta quando dixit, Post me veniet cuius non sum dignus calciamenta portare. Matth. 3. Sed fuit plus quàm propheta quando ipsum ostendit digito dicens: Ecce agnus Dei, ecce qui tollit, &c. Io. 1. Glosa. Ioannes propheta, & plus quàm propheta est, quia quod ore dixerat, digito ostendebat. Ad propositum inuenio quòd inter omnes personas mundi quæ maiora secreta fidei catholicæ dixit, & reuelauit, fuit Iesus Christus Dominus noster, & sicut ore dixit, & reuelauit in hoc mundo, ita opere clarè ostendit in alio, ideo bene potest dici propheta, & plus quàm propheta. Ideo vobis qui exiistis de domibus vestris ad videndum Christum in missa sacramentaliter, & in

prædicatione modò mētaliter dico, Existis videre prophetam, & plus quàm prophetam. Secreta autem fidei quæ hic propheta dominus Iesus Christus nobis dixit, & reuelauit ore proprio in hoc mundo sunt multa, sed solùm loquar de tribus modis, scilicet,

Saluatione cœlestiali. Damnatione infernali. Afflictione purgatoriali.

Quantū ad primū secretū quod Christus nobis reuelauit est de saluatione celestiali, quia nūquā nec Moyses nec aliquis propheta manifestauit, nec reuelauit ꝙ bonis operib⁹ possit haberi gloria cœlestis, imò dicit Dauid propheta, Cœlū cœli Domino, terrā autē dedit filiis hominū, cœlū celi.i.gloria, sed venit Christ⁹ propheta qui nobis reuelauit, & promisit nō bona tēporalia vt Moyses, imò dicit vt despiciamus. sed ꝓmisit saluationē cœlestē dicens: Qui fecerit volūtatē patris mei qui in cęlis est, ipse intrabit in regnū cœlorū. Mat. 7. Ecce hic ꝓphetat de magno secreto, quia nunquā ante per aliquē fuit reuelatū. Moraliter nota, quomodo totū ius habēdi gloriā fundatur in obediētia, ibi, qui facit volūtatē. nō ergo illa gloria potest haberi iure dominij vel prelationis, nec sciētia, nec pōpa, nec genere, nec pulchritudine, nec fortitudine. Dic practicè quādo moritur aliquis magnus dominus in hoc mūdo qui fuit domino inobediēs qui magis voluit regi & gubernari propriis inclinationibus q̃ diuinis ordinationibus, proprio sensu quā Dei mādato. quādo venit ad portā paradisi pulsans, & dicens: Domine domine aperi nobis, &c. Allegando respōdebit Christus, Amē dico vobis nescio vos. s. sciētia approbationis. Item de prelatis, magnis doctoribus, & de omnibus inobedientibus qui nō gubernarunt se secundum Dei voluntatē, sed per suā sensualitatem & vanitatē. Idē de mulieribus in corpore pulchris sed in anima turpissimis. omnes tales Christus remittet ad infernū: sicut enim per inobedientiā amisimus paradisum, ita per obediētiā oportet nos ipsum obtinere. Ideo petimus in oratione dominicali, Fiat voluntas tua sicut in cœlo, & in terra. Sed Christus est plus quàm propheta in alio mundo, quando opere ostendit bonis ea quæ hic promisit verbo, quando enim bona persona moritur & obediens, & anima pulsat ad portā paradisi, & allegat quomodo fuit in domino seu prælatione, & vixit secundū Dei ordinationē seruando præcepta, tunc Christus facie læta dicit. Euge serue bone & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam, intra in gaudium Domini tui. Matt. 25. Nota euge interiectio est lætitiæ, serue bone & fidelis. vbi ostenditur examen quod fit in iudicio, quod est de duobus. s. de bonis operibus. ideo dicit, Euge serue bone. sed modicum esset facere bona opera nisi fierent intentione recta. ideo dicit fidelis, regalia quę Deus sibi retinuit de bonis operibus sunt ꝙ fiāt amore sui, & ad vtilitatem tuam, tecum diuisit per mediū. Caueas ergo tu ne ipsum defraudes, ꝙ bona ope-

Sciētia est multiplex in Deo.

ra

ra facias amore alterius.s.vanę glorię vel laudis,vel honoris,vel familiaritatis,&c.Sed solum amore sui vt laudetur & ametur,talis est fidelis. Ecce quare dicit, Euge serue bone ex operibus materialiter,& fidelis.s.formaliter. Ratio,quia super pauca fuisti fidelis, ad ostendēdū ꝙ licèt bona opera & intētio sint necessaria ad saluationē,tamē magis requiritur intētio recta,ideo dicit sup pauca fuisti fidelis.Opera autē bona si intētione mala sint facta,nihil valēt,videtur ꝙ de⁹ in examine animarū teneat modū aquilę zelotipę,quę volēs ꝓbare filios suos extrahit eos de nido,& illis qui rectè respicunt rotam solis,ꝓuidet tāquā filiis,alios autē proiicit tāquā nō suos.Sic rectè facit domin⁹de⁹,qui extrahit nos de nido hui⁹ mūdi p mortē corporalē,& si rectè respexisti solū iustitię in bonis operib⁹.s.habendo intentionē rectā,bene stas,De⁹,ꝓuidebit tibi de gloria.Si autem per oppositū habuisti intētionē sinistrā.s.per hypocrisim,&c.proiiciet te in inferno. Ecce quare dicit,quia sup pauca fuisti fidelis. Cū ergo dicit thema sanctis animabus, Existis videre prophetā.respōdent etiā plus ꝙ prophetā.Quantū ad secundū secretū.s.de dānatione infernali,secretū autem dānationis fuit ita occultū antiquitus ꝙ Iudęi adhuc ipsam nō credūt, imò sup illud Iob.21.Ducūt in bonis dies suos,& in puncto ad inferna descēdunt.Dicunt Iudęi ad inferna descēdunt.i.ad fossam.Sed venit Christ⁹ qui tanꝙ propheta hoc reuelās dicit. Dico vobis ꝙ si pœnitentiā nō habueritis, omnes simul peribitis. Lu.13.Nota,simul ad aliquid refertur. Dicit histo. de quadā parte ciuitatis Hierusalē quę vocabatur syloa.vbi cecidit turris alta quę oppressit.18.homines.de hoc loquēs Christus cū aliquibus dixit,dico vobis ꝙ si pœnitentiā nō habueritis,oēs simul sicut illi.18.homines peribitis.Notāda sunt hîc tria.Primò,qd est syloa. Secūdò,quę est turris illa.Terriò,qui sunt illi.18.homines oppressi. No.ꝙ syloa idē est ꝙ missus ei.Iste est Christus, de quo dixit Iacob patriarcha. Nō auferetur sceptrū de Iuda,neq; dux de fœmore eius donec veniat q mittēdus est, &c.Gen.49.Ecce hic syloa quæ interpretatur missus ei.Ideo dicitur.1.Io.4.In hoc apparuit charitas Dei in nobis quoniā filiū suū vnigenitū misit de⁹ in mūdū vt viuam⁹ p eū.Turris altissima est Christi iustitia quæ altissima est,quia nō est ibi appellatio ad maiorē,& fortis,qa sentētia irreuocabilis.De hac turre auct.Nasus tu⁹sicut turris Libani,quę respicit cōtra Damascū. Can.7.Nasus est iustitia domini rigorosa,quia homo furibūd⁹naso respirat furibūdè, secundū illud,Quiescite ab homine cu⁹spirit⁹est in narib⁹ ei⁹,quia excelsus reputat⁹ est ipse.Esa.2.Sicut turris Libani.i.cādoris clara,quia in hoc mundo iustitia Dei nō est nobis clara & manifesta.Quæ respicit contra Damascū.s.sanguine lauatū. Ecce Christianus sanguine Christi lauatus in baptismo.Hic est qui venit per aquā & sanguinē Iesus Christus,nō in aqua solū, sed per aquam

& sanguinē.1.Ioan.2.cōtra Damascum.1.cōtra Christianū. Quare maiorē rigorē iustitiæ ostendit Christus cōtra malū Christianum quàm cōtra Iudæū vel Agarenū? Respōsio, propter maiores gratias quas à Christo recepit. Nota.17.homines significāt.18.peccata, secundum enim quod sunt peccata cōputantur peccatores. Peccata autē capitalia sunt septem, & transgressiones præceptorū sunt.10.quę faciunt.17.peccata, sed ex his nō damnatur homo, immo ad hoc quod homo damnetur necessarium est.18 peccata, quod est finalis impœnitentia. Tunc enim turris diuinæ iustitiæ cadit super.18. & opprimit in inferno, Ecce quare dicit Christus, Dico vobis, &c. Hoc di. verbo ostendit se prophetam, sed est plus quā propheta in alio mūdo, quando opere dat Christianis malis quod hic promisit verbo, quando de facto dat eis damnationem infernalem. Verbi gratia, quando moritur malus religiosus qui non curauit seruare regulā nec vota, &c. Idem de malo clerico, idem de malo laico, de quibus dicit textus euāgelij. Cùm intrauerit paterfamilias & clauserit ostium, incipietis foris stare & pulsare ostium dicentes, Domine aperi nobis. Et respondens dicet vobis. Nescio vos vnde sitis, &c. Tunc incipietis dicere. Māducauimus corā te & bibimus, & in plateis nostris docuisti. Et dicet vobis. Nescio vos vnde sitis. Discedite à me omnes operarij iniquitatis. Ibi erit fletus & stridor dētium. Luc.13. Si ergo diceret animabus dānatis, Existis videre Prophetā. responderent etiam plus quàm Prophetam, Quantum ad tertium secretū de afflictione purgatoriali. Hoc secretū fuit antiquitus ita occultū quod intellectus humanus non poterat concipere quod in alio mūdo Deus daret tempus & locum ad complendum pœnitentiam de peccatis venialibus & de penitentiis mortalium peccatorum non completis, sed venit Christus qui hoc secretum reuelauit dicens: Ego sum vitis vera, & pater meus agricola est. Omnem palmitem in me non ferentem fructum tollet eum, & omnem qui fert fructū purgabit eum vt fructum plus afferat. Io.15. Nota. Ego sum vitis vera. nos sumus palmites qui per veram fidem manemus in vite: de quibus dicit, Omnem palmitem in me non ferentem fructum, scilicet, bonorum operum, virtutum & meritorum, tollet eū, id est, excidetur & in ignem, scilicet in infernum mittetur. Et omnem qui fert fructum purgabit eum, & nunquid tam boni quàm mediocres transibimus per purgatorium? dico quòd sic. Sed est duplex purgatorium, scilicet voluntarium, & illud est in hoc mundo, & violentum in alio, & nūquam fuit aliquis nec erit saluus in Paradiso qui transierit per aliquod istorum nisi Christus & virgo Maria. ideo dicit, Purgabit eum vt fructum plus afferat, quia sicut hic fecit fructum gratiæ, ibi faciet fructū gloriæ: Sed ostendit se Christus plus quàm Prophetā in alio munde quādo moriūtur personę in gratia

Ab eo amplius exigitur cui magis tributum est.

Dei,

Dei,sed nō cōpleuerunt hic pœnitentiā & veniunt corā Christo ad iudicium & inde mittuntur ad purgatorium,quo portātur per angelum bonū. Dic practicè quomodo Christus dicit angelo,porta istum ad purgatorium & stet ibi per tantū tempus,&c.Dic quomodo angelus mittet ipsum in purgatoriū. Authoritas in igne probatur aurū & argentum,homines verò receptibiles in camino humiliationis.Eccle.2.Si quæratur ab eis.Exiſtis videre Prophetam.Respondent etiā & plus quàm prophetam.Secundum hoc dicere possumus de Domino Iesu Christo, Propheta magnus surrexit in nobis.Et quia Deus visitauit plebem suam.Luc.7.Deo gratias.

Dominica III. Aduentus Domini. Sermo VII.

Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam. Mat.11. Verbum propositum potest declarari quadrupliciter siue quatuor modis,iuxta quatuor intellectus sacræ scripturæ. *Quatuor scripturæ sensus.*

Primus erit secundum intellectum historicum seu literalem.

Secundus erit secundum intellectum allegoricum seu figuralem.

Tertius iuxta intellectum tropologicum seu moralem.

Quartus secundum intellectum anagogicum seu supernaturalem

Quantum ad primum iuxta intellectum historicum, seu literalem est verbum Dei patris, ad Christum eius filium loquentis de sua benedicta incarnatione qua Christus venit pro redemptione humani generis, & de suo præcursore dicit Deus pater filio. Ecce mitto angelum.ad literam loquitur de Ioanne Bap. quia angelus Græcè idem est quod nuntius,siue missus Latinè,sicut enim rex vēturus ciuitati præmittit nuntium ad præparandum, sic & Deus. Ideo sequitur,Qui præparabit viam tuam ante te. Pro cuius fundamento sciendum quod regula est generalis diuinæ prouidentiæ quam seruauit à principio mundi vsque ad finem: quod quando aliqua magna immutatio vel innouatio debet in hoc mundo fieri semper Deus præmittit aliquam vt gentes se præparent. Verbi gratia.Deus ordinauit magnam immutationem & innouationem in hoc mundo,scilicet, vt totus mundus lauaretur & mundaretur à peccatis hominū & renouaretur aquis diluuij, propter quod præmisit amicum suum Noë qui prædicauit centum annis vt gentes se præpararent per pœnitentiam, qui erat quingentorum annorum quādo incœpit predicare, & deridebant & truffabāt de ipso,intantum quod infra centum annos non poterat conuertere nisi septē personas,scilicet,vxorem suā & tres filios,& tres vxores filiorum, & venit diluuium & perdidit omnes quotquot erāt in mūdo.Gen. 6.&.7. Secundò patet hoc idem quando Deus voluit innouare terram Ægypti & liberare filios Israël & destruere Ægyptios.Sed antè præmisit filium suum ad Moysen prophetam vt auisaret regem Pharaonem & Ægyptios,qui prædicauit ibi, & multa miracula fe- *Centum annos prædicauit Noë.*

cit,

cit, sed nullum Ægyptium conuertit, immo fuerunt omnes in mari submersi. vt patet Exod.14. Tertiò patet idem quando Deus voluit eiicere decem tribus de terra promissionis propter peccata eorum. Sed antè præmisit Amos prophetam vt hoc eis nunciaret & prædicaret. Quartò patet hoc idem quando Deus voluit destruere terrã promissionis & captiuare duas tribus quæ remanserant, scilicet tribus Iuda & Beniamin. Sed antè præmisit eis Hieremiã prophetam volens seruare regulam suæ prouidentiæ. Quintò patet hoc idem quando Deus ordinauit destruere maiorem ciuitatem mundi, scilicet, Niniue propter peccata eorum, sed antè præmisit Ionam & Naum prophetas, vt prædicarẽt eis vt se præpararẽt. Ionæ.1.2.&.3. Sextò patet quando voluit renouare & mutare totum mundum per aduentum Messiæ, sciens quod multi de Iudæis non crederẽt in eũ propter quod essent dispergendi per mundum. Sed antè præmisit Ioannem Baptistam qui nunciauit aduentum Christi pro mũdi redemptione, & Iudæorum destructione dicens. Iam enim securis ad radicẽ arboris posita est. Mat.3. antiquitus securis fuit posita solũ ad ramos, sed tunc ad radicem. s. ad totalem Iudæorũ destructionẽ. Modò autem veniet maior mutatio & maior innouatio quàm vnquam fuit in mundo. s. destructio & finis mundi, scilicet, aduentus antichristi & iudiciũ generale. Ideo Deus præmisit sanctos, scilicet Dominicum & Franciscum cum suis religiosis, vt de quolibet ipsorum legitur. vicinum creditur præuenisse iudicium, sed nunc gẽtes non possunt credere. quod autem nuncij missi dicantur angeli. Auctoritas. misit Deus patrum ipsorum per angelum suum reuocare eos, propter quod parceret illis & tabernaculo suo. Ipsi verò subsannabant in Angelis suis. 2. Esdræ.1. Ecce regula & ordo diuinæ iustitiæ. Quia ergo Ioannes fuit à Deo missus ad nunciandum Christi aduentum, ideo in themate dicit vel vocat ipsum angelum di. Ecce ego mitto, &c. Moraliter nota quomodo B. Ioannes nunciauit aduentum Christi tripliciter, prædicando, baptizando, & demõstrando pro primo dicebat. Ipse est qui post me ventũrus est, qui ante me factus est, cuius ego nõ sum dignus vt soluam eius corrigiam calciamenti. Ioan.1. Pro secundo dicebat, Ego baptizo vos aqua, medius autem vestrũm stetit quem vos nescitis. Io.1. Pro tertio dicebat demonstrando ipsum, Ecce agnus Dei. Sic enim quando Deus vult venire per gratiam in mentẽ alicuius ad ipsum iustificandum, primò præmittit Ioannem prædicantẽ. Io.1. gratiã prædicationis, quia singularis introitus Dei in corde peccatoris est per prędicationẽ, ideo præmittit Ioãnem. i. prædicatorem qui prædicat exterius ad aures. sed Christus prædicat interius in corde. Ideo dicit Greg. In vanum laborat exterius lingua prædicatoris, nisi adsit interius gratia saluatoris. Et Aug. In cœlo cathedrã tenet qui corda hominum docet.

Tripliciter Ioã. Christi nũciauit aduentum.

Non sufficit prædicatio ad salutem nisi Deus intus in pectore sese insinuet.

Secundò

Secundò Ioãnes venit baptizãdo, & hoc quãdo peccator tactus in prędicatione plorat peccata sua per contritionẽ, quoniã illę lachrymæ baptizant, lauant, & purificãt animã ab omnibus culpis & maculis peccatorum mortalium. Tertiò venit Ioannes demonstrãdo, & hoc quando peccator contritus de peccatis ostendit ea sacerdoti per confessionem sacramentalẽ. De his omnibus dicit Dauid. Emittet verbum suum & liquefaciet ea, flabit spiritus eius & fluẽt aquæ. Qui annuntiat verbum suum Iacob. Psal. 147. Nota emittet verbum suum. Ecce Ioannes prædicans: flabit spi. eius. & flu. aquæ. Ecce Ioannes baptizans. Qui annuntiat verbum suum Iacob. i. cõfessori denuntiando sibi propositum cordis. Ecce Ioãnes demõstrans. Quantum ad secundum intellectum allegoricum seu figuralem tunc thema est Dei patris ad populum Christianum dicentis de filio suo, Ecce ego mitto angelum meum quia licèt sit Dominus angelorũ, dicitur tamen angelus, quia missus à Deo patre. Ideo Esa. Paruulus natus est nobis & filius datus est nobis. Et factus est principatus super humerum eius, & vocabitur nomen eius admirabilis, consiliarius, secundum. 70 interpretes magni cõsilij angelus, Deus fortis, pater futuri sæculi. Esa. 9. Mittitur autem coram nobis tanquam princeps & bellator fortis & valens ad prælium. Sicut legitur in Iulio Cæsare qui nunquam dixit, ite, sed venite. Ita Christus ad præliã iuit prius corã Christianis vt ipsum sequãtur, ideo dicit Deus pater, Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam, loquens populo Christiano ad bellandum cum inimicis. s. dæmonibus & peccatis, vt nobis Christianis daret cor, virtutem & audaciam. De hac figura legitur quod in terra promissionis habitant septem conditiones gentium antequam illuc venisset populus Israël de terra Ægypti, scilicet, ammorræi, geresæi, ethæi, pheresæi, chananæi, euæi, & iebusæi. Et erãt tot filij ꝙ filij Israël timebãt illuc intrare. Sed Dominus dixit populo Israël. Ne timeas præcedet te angelus meus qui introducet te ad amorræum ethæum & pheresæũ, chananæũq; & euęum, & iebusæum, quos ego cõteram, &c. Exod. 23. Figura fuit Christi, quoniam ante aduentum Christi erãt septem cõditiones malarum gentium. s. septem dæmones qui sunt capitanei septẽ peccatorum mortalium. Primus fuit populus amorręorũ, quorũ capitaneus significabat Leuiathã capitaneum superborum. Secũdus geresæorum qui significabat Mammonam capitaneum auarorũ. Tertius ethæorum Asmodæũ capitaneũ luxuriosorum. Quartus pheresæorum, Beelzebub capitaneum inuidorũ. Quintus chananæorum, Beelphegor, capitaneum gulosorum. Sextus euæorũ. Baalberith, capitaneum iracundorum. Septimus iebusæorũ. Astaroth capitaneum acidiosorũ. Modò videamus quis faciet pręliũ pro populo Christiano, maximè cõsiderata pompa dæmonis maxima, intã-

tum quod nullus homo esset sufficiens, Ideo Deus pater filiũ suum di. populo Christiano, Ecce ego mitto angelum meũ. s. Christũ qui debellabit istos capitaneos. Primò debellauit & vicit Leuiathã capitaneũ superbiæ virtute humilitatis, quia nũquã fuit aliquis humilior Christo. Secũdò vicit Mammonã ex paupertate volũtaria quã semper voluit seruare. Tertiò vicit Beelzebub virtute charitatis & dilectionis, quia quidquid fecit, fecit charitatiuè. Quartò vicit Asmodæũ virtute puritatis & virginitatis. Quintò vicit Beelphegor virtute abstinẽtiæ. Sextò vicit Baalberith virtute patiẽtię. Septimò vicit Astaroth virtute diligẽtiæ. Ecce quare Deus pater dicit populo Christiano. Ecce ego mitto angelũ, &c. Ideo nõ oportet nos multũ præliari, sed intrare campũ bonę vitæ & recipere arma. s. humilitatẽ dimittendo superbiam, ideo dixit Christus, In mũdo pressurã habebitis, sed cõfidite ego vici mũdum. Ioã. 16. Quantum ad tertium intellectũ. s. tropologicũ seu moralem, thema est verbũ Dei ad quemlibet nostrum dicẽtis. Ecce ego mitto Ange. &c. Determinatio est cõmunis omnium sanctorũ cõcorditer dicentiũ quod in cœlo nõ erunt duæ ciuitates hominũ & angelorũ, sed solũ vna, quia omnes stabimus simul cũ sanctis angelis in diuersis vicis siue plateis. i. ordinibus angelorum, vt habetur Mat. 22. & Luc. 20. Nota historiã de Sadducæis cum Christo disputãtibus, de muliere septẽ viros habente, quibus respõdit Christ[9] dicẽs, Erratis nesciẽtes scripturas neque virtutem Dei. Cùm enim à mortuis resurrexerint nõ nubẽt neque nubentur, sed erunt sicut angeli Dei in cœlis. Mar. 12. Luc dicit, æquales angelis erunt. Ex ista Christi responsione patet solutio duarum quæstionum antiquarum. Prima de pręeminentia vtrum sancti angeli præemineant sanctis animabus, vel econuerso an sint æquales. Secũda de residentia, vtrũ angeli resideãt ad dexterã Christi, & animæ ad sinistrã, vel ecõuerso. Solutio primæ patet cũ dicit Christus, æquales angelis erũt. Solutio secũdę dũ dicit, erũt sicut angeli Dei. Cũ ergo dicit Deus ecce mitto angelum, &c. antè faciẽ mentis humanæ, Deus proponit angelum considerandum vt homo se disponat iuxta conditiones angelicas. Quemadmodum bonus pictor proponit coram discipulo pulchrum exemplar imaginis ad pingendum. Si ergo volumus cum sanctis angelis habere societatem in cœlis, oportet nos cõformari eorũ cõditionibus hic in terris, & virtutibus hic in via, propter hoc dicit nobis Deus. Ecce ego mitto angelum meum. s. tanquam exemplar virtutum, vt ab eo recipias exemplum. De virtutibus & conditionibus angelorum dicit Dauid Psalm. 103. Qui facis angelos tuos spiritus, & ministros tuos ignem vrentem. Vbi patent tres conditiones & virtutes Angelorum. Prima est, quod sunt spiritus. ibi, Qui facis Angelos tuos spiritus. Secunda, quod sunt ministri. ibi, & ministros tuos.

Ad angelorũ ordines omnes beatæ animæ assumẽtur.

Ter

Tertia,quod sunt ignis.ibi,ignē vrentē.In quo ostenditur ꝙ sancti angeli habent puritatē in se,quia spiritus: pietatē ad nos,quia sunt ministri:charitatē ad deum,quia ignis vrens. Quantū ad primum, sancti angeli habēt puritatē, quia spiritus carnē & ossa non habet. Luc.23.Ideo tu luxuriose recipe exēplum ab angelo vt sis sibi similis in puritate, depinge cor tuū ad nō cogitandū, nec ad desiderandū illam materiā luxuriæ, & os ad nō loquendū,& aures ad nō audiendū,oculos ad non respiciendū,& etiā ad nō tangendū,&c.alias nunquā eris socius angelorū in cœlo,quia non intrabit in eam aliquid coinquinatū aut abominationē faciens Apoc.21. Secundò sancti angeli habent ad nos pietatē, quia respiciunt nos per fenestras, & quādo vident nos in periculis,& miseriis, veniunt ad defendendum nos.Angeli enim deputantur ad hominū custodiam , vt dicit sanctus. Thom.1.parte.q.113.& 1.script.dist. 11.q.1.secundū illud.Psal. Angelis suis mandauit de te vt custodiant te in omnibus viis tuis. Cuius ratio est,quia inter Deum & homines media est angelica natura,modò secundū legem diuinæ prouidētiæ, & sapientiæ, hoc est ordinatum,vt inferioribus per superiora prouideat. Secundū enim ordinē diuinæ prouidētiæ in rebus omnibus inuenitur quod mobilia,& variabilia per immobilia,& inuariabilia mouētur & regulantur,sicut omnia corporalia per substātias spirituales,& immobiles,& corpora inferiora per superiora quæ sunt inuariabilia secundū substantiā. Sed & nosipsi regulamur circa cōclusiones in quibus diuersimodè possumus opinari per principia quę inuariabiliter tenemus. Manifestum est autem quod in rebus agendis cognitio , & affectus hominis multipliciter variari,& deficere possunt à bono. Hoc igitur fuit necessarium quod hominibus angeli ad custodiam deputarentur per quos regularentur,& mouerentur ad bonū.Exequuntur enim angeli ad diuinam prouidentiam circa salutē hominum adiuuando ad differendum in finem,& liberando ab eis quæ impediunt processum in finem.Et hæc executio diuinæ prouidentiæ per angelos de hominibus vocatur custodia angelorū.Item angelus hominē custodiens secundum quid hominem cui custos deputatus est derelinquere dicitur,inquantum exponit tribulationibus,vel etiā iusto Dei iudicio ab aliquo peccato non retrahit,nunquam tamē ita derelinquit quin sit aliquis effectus custodiæ inquātum aliquod malū prohibetur,& aliquod bonū promouetur. Nec obstante quod Damascenus dicit quod Angeli cùm sint hîc nobiscum non sunt in cęlo.ergo videtur quod nos derelinquerent.Quia vt dicit S. Thom.1.part.qu.113.art.6.in solu.ad 3. & si angelus custos interdum derelinquat hominem loco,non tamen derelinquit quātum ad effectum custodiæ, quia etiam dum est in cœlo cognoscit quid circa hominem agatur.Neque indiget mora temporis ad mo-

tum localem, sed statim potest adesse. Idem dicit S. Thom. 2. scrip vbi supra art. 4. in solu. ad. 5. vbi dicit quod quandocunque aliquod agens imprimit fortẽ impressionem: remanet illa impressio in patiente per aliquod tempus, etiã ad absentiã agentis, vt patet in motibus violentis. Et ita dico inquit S. Tho. quod ad vnã actionẽ angeli in homine potest homo bonã dispositionem accipere quæ manet in eo ad aliquod tempus, vt patet, quãdo aliquis semel deuotè orat ad plures dies remanet deuotior. Et ita angelus quãuis nõ semper præsens sit, potest tamen semper custodire inquantum effectus eius manet post actionem. Patet ergo quod angeli sancti habent ad nos pietatẽ, quia respiciunt nos etiam dum sunt in cęlo empyreo, & loco distãtes à nobis, & quando vidẽt nos in periculis veniũt ad nos defendẽdum. Nónne omnes sunt administratorij spiritus in ministerium missi propter eos qui hereditatẽ capiunt salutis? Ad Heb. 1. Ergo recipe exemplum ab angelo, depinge in corde tuo pietatem erga pauperes dando vel mutuãdo, vel vendendo sine vsura, nõ pluris vendendo propter solutionis dilationem, nec minoris emendo propter denarios paratos, &c. Exerce te ipsum ad pietatem. Nã corporalis exercitatio ad modicum vtilis est: pietas autẽ ad omnia vtilis est promissionem habens vitę quæ nunc est, & futuræ. 1. ad Thi. 4. Tertiò sancti angeli habent charitatem in Deo: quia ignis vrens sunt in amore Dei in fruitione. Nota historiam Iudicum. 13. de parentibus Samsonis quibus apparuit angelus, qui cùm offerrent Deo sacrificium angelus salutauit in flamma. dicit textus. Cùm ascẽderet flamma altaris cœlum angelus Domini pariter in flamma ascendit. Iudic. 13. Istud lapideum altare figurabat altare Christianorum quoniam nõ debet dici missa nisi in altari lapideo, vel super aram. Iudæi habebãt altaria de terra, vel de lapidibus impolitis. In sacrificio autem missæ in quo conficitur corpus Christi de quo exit flãma ignis, quę inflammat corda Christianorum in remissionem peccatorũ sunt. Nota quid accidit Ilerdo de fratre Bartholomeo Thomæ sancti nostri ordinis scilicet Prædicatorũ cui reuelauit angelus quod omnes qui fuerunt in illa missa fuerunt absoluti à pœna, & culpa, ergo exẽplo angeli qui ascendit in flamma debet quilibet nostrum ascendere in hoc sancto sacrificio per deuotam cõtemplationẽ. Isto modo accenditur in nobis ignis ille charitatis, de quo dicit Christus, Ignem veni mittere in terram, & quid volo nisi vt accendatur? Luc. 12. Quantũ ad quartum intellectũ, scilicet anagogicum seu supernaturalẽ, tunc thema est verbum Christi ad quamlibet bonam animam ex hac vita transituram, ipsam consolando dicentis, ecce mitto angelum meum, &c. Magna assecuratio, & cõsolatio est mercatoribus quando habent transire inter gẽtes armorum, & latronum, si à capitaneo eorum habẽt saluum conductum, & guida-

gium,

gium, sed maior securitas eis esset si pararatarius domini præcederet eos associando per passus periculosos. Sic quilibet nostrum in morte habet transire passus periculosos inter dæmones qui expectant animam in morte. Auctoritas Dauid. Inhabitabunt, & abscōdent, & ipsi calcaneum meum obseruabunt, Psalm. 55. Nota inhabitabunt, scilicet dæmones in hoc mundo, & abscondent supple se, & ipsi calcaneum meum obseruabunt in finem quę est vltima pars vitæ, sicut calcaneus vltima pars hominis. Sed si homo tenet bonam vitam, assecuratur à Deo qui mittit paratarium suum scilicet sanctum angelum qui præcedit animam, & ipsam associat, & sic transit securè inter dæmones. Auctoritas. Ecce ego mitto angelum meum qui præcedat te, & custodiat in via, & introducat in locum quem præparaui obserua eum, & audi vocem eius Exod. 23. Nota qui pręcedat te, scilicet egredientem de corpore, & custodiat in via, scilicet à turba dæmonum in aëre caliginoso existentium, & introducat te in locum quem præparaui, scilicet in paradiso, vbi sunt portarij sanctus Michaël pro angelis, sanctus Petrus pro hominibus. Et angelus pulsat dicens. Attollite portas principes vestras, ecce quare dicit, ecce ego mitto angelum meum.

Dominica quarta Aduentus Domini. Sermo primus.

E*Go vox clamantis in deserto.* Ioan. 1. Verbum propositum est beati Ioannis Baptistæ respondendo ad nuntios Hierosolymitanos dicens, Ego vox clamātis in deserto. Pro huius verbi declaratione, & materiæ prædicandæ introductione recipio duas breues quæstiones. Prima quare sancta mater ecclesia in hoc sancto tempore aduentus, in quo totum officiū debet esse de Christo facit tam magnam mentionem de B. Ioanne Baptista in euangelio hodierno, & etiam in dominica præterita. Nunquid sufficerent B. Ioanni duo festa quæ de ipso facit ecclesia, scilicet natiuitatis, & passionis? Pro cuius responsione inuenio in beato Ioanne quatuor excellentias plusquam in aliis sanctis. Prima est natiuitas gratiosa, quia iā erat sanctus antequā natus. Secunda est passio dolorosa, quia fuit decapitatus ex tripudio vnius puellæ. Tertia est vita virtuosa, quia statim quando fuit quinque annorum, dimisit mundum, & intrauit heremū. Quarta est doctrina fructuosa nunciando, & prædicando aduentum Messiæ. Ex his quatuor excellentiis Deus exaltauit Ioannem super omnes sanctos dicens, Inter natos mulierū non surrexit maior Ioāne Baptista. Mat. 11. Propter hoc sancta mater ecclesia, quater in anno facit festū de B. Ioan. Primū de eius natiuitate. Secūdū de passione. Tertiū de eius virtuosa vita, vt in dominica præterita. Quartum de eius prędicatione fructuosa, & de hoc legitur euangeliū hodiernū. De nullo alio sancto fit festum

Duo in quibus baptista Ioannes cæteros præcellit sanctos.

quater in anno, nisi de beato Ioanne Baptista. De beato Petro Apostolo facimus tria festa. De beato Paulo duo, sed de beato Ioanne quatuor. Et de festo hodierno dicit ipsemet. Ego vox clamantis in deserto, scilicet ex efficacia prędicationis, & doctrinæ suæ, patet prima quæstio. Secunda quęstio, & subtilior est, quare beatus Ioannes volens suam doctrinam declarare dixit se vocem, dicens, Ego vox clamantis, &c. Nunquid dixisset melius, ego habeo vocem? Responsio quod beatus Ioannes dixit se esse vocem duplici ratione. Prima demonstrando suum officium excellenter, quantum ad primam rationem. Officium proprium vocis est manifestare, & ostendere propositum cordis, siue mentis conceptionem. Philosophus. Voces sunt signa earum quę sunt in anima passionum. Primò perihermenias. Propriè loquendo magna est differentia inter verbum, & vocem, licèt vulgariter sumatur pro eodem, quia verbum est conceptio mentis antequam ore exprimatur, sed voces sunt quæ proferuntur. Ideo dicit logica. Vox est sonus ab ore animalis prolatus, propriè loquendo, Christus est verbum æternum, quia erat absconditum in mente diuina. Ioan. 1. In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum, &c. scilicet absconditum, & secretum. Sed Deus pater misit vocem. scilicet Ioannem Baptistam, vt manifestaret, & ostenderet verbum diuinum sicut fecit quando dixit, Ecce agnus Dei, &c. ecce Ioannes dicit se esse vocem ad ostendendum differentiam inter verbum, & vocem temporalem ipsam demonstrando. Quantum ad secũdam rationem. Exercitium prædicatoris est, quia omnia eius membra, & potentiæ debent prædicare. Non solùm os prædicatoris debet prædicare, sed etiam vita, mores, & fama. Item intellectus studendo, memoria contemplando, cor, manus, gestus, & continenter, siue compositè faciendo. Ita bonus prædicator totus debet esse vox, Dicunt logici quod vox est homogeneum, quia quęlibet pars vocis est vox. Sic omnia quę sunt diligentis prædicatoris debent esse vox. Hieron. Omnia sacerdotis debent esse vocalia, propter hoc beatus Ioannes respondendo nuntiis sibi missis dixit: Ego vox, quasi dicat. quicquid est in me, totum est vox, quia totum prędicat, patet thema. De ista voce ego inuenio vnam mirabilem prophetiam Dauid, qui allegoricè prophetando de beato Ioanne dixit. Vox Domini super aquas. Deus maiestatis, intonuit Dominus super aquas multas. Vox Domini in virtute, vox Domini in magnificentia. Vox Domini confringẽtis cedros, & confringet Dominus cedros Libani. Vox Domini intercidentis flammã ignis, vox Domini concutientis desertũ, & cõmouebit Dominus desertũ cades. Vox Domini præparantis ceruos, & reuelabit cõdensa, & in tẽplo eius omnes dicẽt gloriã. Vbi Ioãnes septies dicitur vox propter septem doctrinas, quas beatus Ioãnes prædicabat.

Vox quid.

Prima

Prima erat doctrina baptismalis.
Secunda erat doctrina pœnitentialis.
Tertia erat doctrina magistralis.
Quarta erat doctrina increpatiua.
Quinta erat doctrina correctiua.
Sexta erat doctrina reprehensiua.
Septima erat doctrina instructiua.

Dico primò, quod prima doctrina B.Ioannis erat baptismalis. Dicunt omnes euangelistæ quod quando beatus Ioãnes exiuit de deserto in quo steterat.25.annis, vt dicit Hugo, in maxima pęnitẽtia. Et quando ętatis erat 30.annorum, exiuit de deserto, in cuius exitu incœpit prædicare circa regionem Iordanis baptismum pœnitentiæ. Luc.3. Venit in omnẽ regionẽ prædicans baptismũ pœnitentiæ in remissionẽ peccatorum dicens, Medius vestrum stetit quem vos nescitis, Ioã.1. Sed ego ostendã ipsum vobis, ideo recipiatis eius doctrinã. dicebant sibi gẽtes, Et quid debemus facere, vt ipsum possimus dignè recipere? Respondebat eis quod reciperent signum baptismi in aqua, qui baptizabat eos sub tali forma, Ego te baptizo in nomine venturi. Ille baptismus Ioãnis erat signum Christi, sicut crux datur in cruciata in signum. Ex ista prædicatione doctrinæ baptismalis beatus Ioãnes dicitur vox Domini super aquas, scilicet Iordanis. Glo. vnum baptismum prędicabat, & aliũ dabat, quia baptismũ aquæ dabat & baptismũ gratiæ prædicabat in remissionem peccatorum, De hoc Auctoritas. Ego baptizo vos in aqua, qui autem post me venturus est fortior me est, cuius non sum dignus calciamẽta portare, ipse vos baptizabit in spiritusancto, & igni. Mat.3. Nota igni ablatiui casus secundum grammaticam antiquam. sed quare dicit igni? Nota errorem illorũ qui dicũt quod aliqui baptizantur igne. Sed dicitur igni duplici ratione, Prima in primitiua ecclesia in baptismo descendebat spiritussanctus visibiliter in forma ignis, & ista expositio est communior ad ostendendũ quod spiritussanctus erat datus, & ostendebat se exterius signo ignis visibiliter. Secunda ratio, quia sicut mundus debuit mũdari, & purificari per aquam, scilicet tempore Noë, quia gentes erant nimis calidæ per luxuriam, ideo venit aqua diluuij, sic purgabitur per ignem in fine mundi proptèr frigiditatem charitatis. Matth.24. Quoniam abũdabit iniquitas, refrigescet charitas multorum. Hanc rationem facit Sanctus Tho. de Aquino ordinis Prædicatorũ in quarto sententiarum. Sic etiam Deus ordinauit duo diluuia ad purificandum animas, scilicet diluuiũ aquæ baptismalis ad refrigerandã fomitem culpæ originalis. Secundò diluuium ignis purgatorialis, quia post baptismum refrigeramur, & efficimur negligentes, & maculamur peccatis, ideo Deus ordinauit fontẽ purgatorij, vbi anima baptizã-

tur ab angelo bono, vt determinat S. Tho. quia diabolus iam victus est, per illum qui ducitur ad purgatorium, ideo victus non debet incarcerare victorem. Hic baptismus est durus, & terribilis. De quo potest dicere anima quæ illic debet baptizari. Baptismo autem habeo baptizari, & quomodo coarctor. Luc. 12. Ecce quare dicitur vox Domini super aquas. Et quia tunc Ioannes baptizauit Christũ ideo subditur, Deus maiestatis intonuit, Dominus super aquas multas. Secunda doctrina quam beatus Ioãnes prædicauit, erat doctrina pęnitentialis. Matth. 3. In diebus illis venit Ioãnes Baptista prędicans in deserto Iudeæ, & dicens, Pœnitentiã agite, appropinquabit enim regnum cęlorum. Postquã baptizauerat eos dabat eis pœnitentiam dicens, Ex quo recepistis baptismum meum in signum, ideo ne peccata impediant vos, ad cognoscendũ, & recipiendum regem Messiam, faciatis pœnitentiam. Dicit beatus Mat. 3. quod confitebantur peccata sua generaliter dicẽdo. Ego fui superbus, vanus, pomposus, &c. Et beatus Ioannes dabat eis pœnitentiam humilis orationis. Luc. 11. Ioãnes docebat suos discipulos orare. Alius confitebatur generaliter dicendo, Pater ego fui auarus, vsurarius, &c. cui Ioannes dabat pœnitentiã restitutionis, ne puluis auaritię clauderet sibi oculos ne Christum agnosceret. Alius veniebat, & dicebat. Pater ego sum luxuriosus, &c. cui dabat pœnitentiam abstinentiæ ieiuniorum, & affectionum. Mar. 2. Discipuli Ioãnis ieiunabãt, idem de aliis peccatis. ecce quomodo Ioannes prædicabat doctrinam pœnitentialẽ, ideo dicitur, Vox domini in virtute, scilicet pœnitentiam indicendo. Nota vox domini in virtute, nõ dicit in sacramento. Nota, quomodo sancti doctores in theologia distinguunt de duplici pœnitentia, scilicet de pœnitentia sacramẽtali, & de pœnitentia virtuali. Pœnitentia sacramentalis est, quando homo confitetur peccata sua, & absoluitur, talis pęnitẽtia dicitur sacramentũ. Pęnitẽtiæ sacramentũ habet partes tres, quę sunt contritio, confessio, & satisfactio. Pœnitentia autem virtualis nõ habet partes sicut nec alia sacramẽta, vt dicit S. Tho. 3. parte q. 91. & 4. distin. 16. q. 1. art. 1. q 1. & 4. Et quando Ioannes prædicabat nondum erat ordinatum hoc sacramentum, nec potestas remittendi peccata erat hominibus concessa, ideo Ioannes non dicitur vox Domini in sacramẽto. Alia est pœnitentia virtualis voluntaria, & virtuosa quę nõ est sacramẽtum vt ieiunare, peregrinari, disciplinare se, & huiusmodi. Et de ista dicitur, vox Domini in virtute, &c. quia beatus Ioãnes iniungebat pœnitentiam non sacramentalem, sed virtualẽ, & concordat Dauid dicens alibi, Ecce dabit voci suæ, scilicet beato Ioanni vocem virtutis, non dicit sacramenti. Psal. 67. No. vt dicit sanct. Tho. 3. par. q. 85. 4. disti. 14. q. 1. art. 1. quia pœnitentia vt est dolor voluntatis cum electione recta est virtus vel actus virtutis, non autẽ vt est passio. Et

Pœnitentia duplex.

est

eſt pœnitentia virtus ſpecialis, quia habet materiã generalẽ ſub ratione ſpeciali pro obiecto. ſ. omnia peccata vt emendabilia per actũ hominis vt dicit S. Tho. 3. parte. q. 85. art. 2. Et eſt virtus moralis non theologalis, & eſt pars iuſtitię. Tertiò doctrina erat magiſtralis, quia ſicut bonus magiſter diuerſis pueris dat diuerſas lectiones, ſic beatus Ioannes diuerſis cõditionibus hominum dabat diuerſas doctrinas. Dicit beatus Lucas. 3. cap. quod veniebant ad eum diuerſę conditiones gentium interrogantes ipſum & dicentes. Magiſter quid faciemus? Verbi gratia. Primò venerunt diuites dicendo, magiſter quid debemus facere nos? Reſpondit. Qui habet duas tunicas det vnam non habenti. Et qui habet eſcas ſimiliter faciat. Luc. 3. duæ tunicæ ſunt, vna neceſsitatis, ſecunda ſuperfluitatis, quæ corrumpitur & pauperes moriuntur frigore. Quot ſunt mulieres pauperes quæ propter defectum mantelli non poſſunt ire ad miſſas, & vos diuites tenetis veſtes ſuperfluas, &c. Idem de eſcis, &c. Deinde venerunt Publicani dicentes ei, Quid faciemus magiſter. Dicit hîc gloſa, quod ſumitur hic Publicanus pro illo qui habet officium publicum, quia vel eſt balliuus vel iuſtitiarius vel iuratus, &c. Quibus Ioannes reſpondit, Nihil amplius quàm conſtitutum eſt vobis faciatis. Si erant rectores dicebat, Quid tenemini facere recordamini de iuramento quod feciſtis quando recepiſtis officium, ſcilicet, quod facietis iuſtitiam, & corrigetis populum & peccata notoria, & reſpiciatis in omnibus vtilitatem cõmunitatis. ideo ita faciatis, aliàs caueatis, &c. Tertiò venerunt ad eum milites & ſcutiferi dicentes, quid faciemus & nos. Et ait illis, Neminem concutiatis, nec calumniam faciatis & contenti eſtote ſtipendiis veſtris. Ecce regula & doctrina militũ. Nota neminẽ cõcutiatis. Dic contra illos qui ſtatim trahunt & habent dagam ſiue gladium in manu ad percutiendum pauperes & miſeros qui non poſſunt ſe defendere. Item neque calumniam faciatis ſubditis veſtris ab eis exigendo pecunias & bona eorum diuerſimodè, & decipiunt conformes dicendo quod ſunt gratioſi in exigendo cum tamen includant eos in caſtro vel in eccleſia quoſque dederint & tenentur reſtituere. Itẽ contenti eſtote ſtipendiis veſtris de ſalario, de rediribus quos recipitis pro defenſione populi. Nolite facere ſuperfluitates, nec vanitatem, ſed computate quid habetis & quantũ poteſtis expendere & de bonis veſtris detis pro anima veſtra quartam vel ad minus quintã partem amore Dei. Nunquid totũ dabitis ventri & iumentis & ſcutiferis ribaldis, &c. Ecce quare dicit, Vox Domini in magnificentia, ſ. tribuẽdi cõſilia & modũ viuẽdi vnicuiq;. Magnificẽtia opus eius. ſ. B. Io. & iuſt. eiꝰ manet in ſeculũ ſeculi. Pſal. 110. Quarta doctrina erat increpatiua, reprehendẽdo vitia & peccata, dicẽdo, Progenies viperarũ quis demõſtrauit vobis fugere à ventura ira? Facite ergo fructũ

Quis hic dicitur publicanus.

Regula aliqualiter cuius milites se gerere debeat.

dignum pœnitentiæ. Matth. 3. Nota progenies viperarum. dicit hic glo. quod viperę trahũt venenũ ab vtero matris & à natura habent venenũ. Talis est conditio Iudæorum, ideo Ioannes vocauit eos genimina viperarum di. Genimina viperarũ, quis demõstrauit vobis fugere à ventura ira quasi dicat, nullus. Facite ergo fructum dignũ pœnitentię. s. vt iuxta qualitatem & quantitatem peccatorum faciatis pœnitentiam. Nota quomodo tunc Iudæi decipiebantur sicut modò decipiuntur multi Christiani di. Nunquid Deus promisit Abrahæ & semini eius benedictionem? Gene. 22. Sed hoc dicebat Deus propter Messiã filiũ Abrahæ secundũ carnẽ. ideo dixit Christus Iudæis: Si filij Abrahę estis, opera Abrahæ facite. Io. 8. In hac cęcitate & errore sunt multi Christiani malę vitę, qui nullam pęnitẽtiam faciunt de peccatis, & quando de hoc reprehenduntur respondent, Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit. Marc. vlti. Vultis cognoscere istam stultitiam. Nota de Domino faciente conuiuium nuptiarum qui per totam terram fecit pręconizari, Quicunque mihi fidelis fuerit & manus mundas habuerit, mecum prandebit, Dic historiam de rustico, &c. idem de Domino & rege nostro Iesu Christo, ex cuius parte est præconizatũ. Qui crediderit, &c. In morte autem homo vadit ad conuiuiũ, si tunc homo credit & habet manus mũdas, bene stat, aliàs restat furca inferni, quoniam ista verba, qui crediderit & baptizatus fuerit, non sunt pręteriti temporis, sed futuri coniũctiui. Tu credidisti & purificatus fuisti in baptismo, sed ex tunc sorditatus fuisti, &c. necessarium est ergo quod quando homo vadit ad conuiuium credat, & manus mũdas habeat. Ideo dicebat Esa. Lauamini, mundi estote. Esa. 1. Deponatis ergo istam vanã cõfidẽtiam. Ex ista doctrina increpatiua B. Ioannes dicitur vox Domini confrigentis cedros, id est superbos. Quinta doctrina erat correctiua in corrigendo & refręnãdo inuidiam discipulorũ suorũ. Discipuli autẽ Ioannis zelantes pro magistro suo Ioanne inuidebant Christo, quia quãdo Christus incœpit prædicare & baptizare trahebat ad se populum & dimittebant Ioannem: nec mirum. De hoc discipuli Ioannis dixerũt Rabbi qui erat tecum trans Iordanẽ cui testimonium perhibuisti. Ecce hic baptizat & omnes veniunt ad eũ. Ioan. 3. Ecce flamma ignis inuidiæ quam Ioãnes intercidit per doctrinam suã correctiuam dicens. In hoc gaudium meum impletum est. Illum oportet crescere, me autem minui. qui de sursum venit super omnes est. Io. 3. Ex hoc beatus Ioannes dicitur vox Domini intercidentis flammam ignis. O & quomodo hæc vox esset inter nos necessaria vt intercideret flammã ignis inuidiæ quæ nimis ardet in mundo nõ solùm de inuidia bonorum temporalium, sed etiam de quadã inuidia quę est peccatũ contra spiritum sanctum. s. inuidentia fraternę gratię, verbi gratia. Si aliquis religiosus vult seruare regulam

lā,&c.statim alij inuidētes murmurant & ipsum impugnāt vocātes ipsum hypocritā singularē,&c.& sic flāma ignis inuidiæ accēditur. Secùs si est ribaldus,imò cōmendatur di.O quomodo est gratus talis frater,&c.Itē si habet aliquā gratiā deuotionis vel prædicationis vel huiusmodi.Idē de clericis,laicis & mulierib⁹.No.ad hoc plāctū prophetę.Ad te Domine clamabo,quia ignis comedit speciosa deserti,& flāma succidit omnia linga regionis.Iohel.1. Nota quòd desertū significat religionem propter asperitatē vitæ in qua religiosi deberent viuere,sed ignis inuidię totū comedit.Ligna religionis sunt seculares quos iam flamma inuidiæ succēdit. Sexta doctrina erat reprehensiua reprehendendo & arguendo regem Herodē cōcubinariū qui habebat vxorem,sed quia non erat ita alba nec pulchra nec ornata & composita vt ipse vellet,tamen erat filia regis, qua despecta,Herodes duxit concubinam.hoc vidēs Ioannes venit ad ipsum reprehendēdū di.Herodes non licèt tibi habere vxorē fratris. Mat.14.& Marc.6.Ex hoc beatus Ioann.dicitur vox Domini concutientis desertum. Moraliter,vtinam multæ domus huius ciuitatis non sint desertum Herodis per luxuriam despiciendo vxores & respiciendo concubinas.Sed hoc desertum commouebitur non à Ioanne, sed à Christo iusto iudice in die iudicij,ideo subditur.Et commouebit Dominus desertum cades.i.mutati.s.luxuriosi qui mutant se cū alia muliere.Septima doctrina est instructiua,sicut bon⁹ pater quādo nescit vel non potest instruere filios,mittit eos ad magistrum vt instituantur ab eo. Sic fecit beatus Ioannes de discipulis quos instruere non poterat vt crederent in verum Messiam Iesum Christum, propter hoc quando fuit captus & propinquus morti misit ipsos ad Christū tanquā ad magistrū vt instruerentur ab eo de veritate.Mat.11.Cùm audisset Ioannes in vinculis opera Christi,mittēs duos de discipulis suis,ait illi.Tu es qui vēturus est an alium expectamus,&c.Ex hoc beatus Ioannes dicitur vox Domini pręparātis ceruos,nota quod boni Christiani dicuntur cerui propter magnū saltū quē faciunt de terra ad cœlū.ideo Dauid in persona Christi dicit.Qui perfecit pedes meos tanquam ceruorum super excelsa statuēs me.Psal.17.Pedes quibus saltamus ad Paradisum, sunt vera credentia & obedientia.Pes dexter est vera credentia.Sinister verò obedientia.Sed aliqui errant saltando qui credunt ascendere in cœlum & descendunt in infernum, quia habent pedem dextrum fractum vel sinistrum vel vtrumque , vt Iudæi & Agareni qui vtrunque pedem habent fractum,quia nec habent fidem nec bonam vitam.Pedem dextrum habent fractum illi qui dubitant in fide,ideo non possunt saltare in cœlum.Sinistrum illi qui habent verā credētiam,sed nō habēt obediētiam nec bonam vitā. Discipuli aūt Ioan. solo pede dextro claudicabāt,qa nō credebant sed nō sinistro,quia

Monasterium est eremo per simile.

bene viuebant. Ideo Ioannes misit eos ad Christum vt ip os curaret. Quibus curatis dixit Christus. Claudicabant, &c. sequitur. Post quam dixit vox Domini prçparãtis ceruos & reuelabit condensa. s. Iesus Christus ex eius miraculis quç fecit quæ viderat discipuli Ioannis & in templo eius omnes dicent gloriam. Ecce quare B. Ioannes dexit nuntiis; Ego vox clamantis in deserto, &c.

De eadem dominica. Sermo II.

D*Irigite viam Domini.* Io.1. Præparare seu dirigere debemus viam Domino Iesu Christo in breui venturo in ciuitatem huius mundi ne habeat deuiare & ire in circuitu. Dicit hic Greg. quod via Domini qua venit ad nos & nos vadimus ad eum, est bona, sancta & virtuosa vita. Ad hoc declarandum habeo duas rationes. Prima est quia communiter quando quis continuat aliquam viam, dicitur ista via est talis. Et licèt hoc sit clarum, tamen Auct. Omnis via viri recta sibi videtur. Prouer.21. Secunda ratio quia via quæ ducit ad talem villam dicitur via illius villæ, licèt illa villa nunquã transeat per illã. Auct. Iob. loquẽs de mala persona di. Maledicta sit pars eius in terra, nec ambulet per viã vinearũ. Iob.24. nõ quod vineç vadãt, sed quia per illã via homo vadit ad vineas. Et ista est intẽtio beati Grego. s. quod via Domini qua venit ad nos per gratiã, & nos vadimus ad eũ per gloriã, est bona vita, sancta & virtuosa, intantũ quod si infidelis teneret bonã vitã cauendo à superbia, auaritita, luxuria, &c. antequã moreretur, Deus veniret ad eũ per gratiã ipsum illuminãdo de veritate. Hic patet respõsio ad quæstionẽ illorũ quare dãnabitur infidelis, quia nõ cognoscit Christum &c. quia peccata eius impediunt ne ipsum agnoscat, quia si teneret bonã vitã, Deus veniret ad eum, quãto magis ad Christianũ? Auct. Christi. Si quis diligit me. s. naturali amore, quia tunc nõ loquebatur Christus de amore charitatis, diligetur à patre meo, & ego diligam eum, & manifestabo ei meipsum. Io.14. Ideo de via bonæ vitæ & virtuosæ dicit Esai. Hæc est via Domini, ambulate in ea & non declinetis ad dexteram neque ad sinistram. Esai.30. de ista via dicit the. propositum, dirigite viam Domini, scilicet, per bonam vitam & virtuosam. Nota quod quatuor virtutibus dirigitur via domini. s. bona vita, quarum tres sunt theologales, & quarta est moralis.

In fidelis bene vtẽs naturalibus dignus est de congruo, vt super naturaliter illuminetur.

Prima est fides cordialis.
Secunda spes cælestialis.
Tertia charitas integralis.
Quarta obedientia generalis.

Per istas quatuor virtutes dirigitur via Domini. ideo dicit thema, Dirigite viã Domini. Dico primò ꝙ prima virtus directiua viç Domini est fides cordialis, scilicet, habere in corde fidem veram, scilicet illã quam Christus dixit, reuelauit & prçdicauit, & non regere se in

his

his quæ fidei sunt per rationes naturales nec per argumenta. Nota ad hoc similitudinē de hortulano sulcante hortum per chordā tēsam ab vno capite ad aliud. Sic rectè facit Christus in horto huius mundi in quo quilibet nostrū tenetur facere sulcū siue canalē rectū de bona & sancta & virtuosa vita. Caules seminādi, sunt virtutes & opera bona & meritoria, hæc. s. fides catholica erit vobis directa via, ita vt stulti nō errēt per eā. Esa. 35. Sultitia sumitur hic pro ignorātia, sicut Luc. 24. O stulti & tardi corde ad credēdum. In hoc errauit Arrianus qui sine chorda voluit facere sulcū, quādo dixit mundū fuisse ab æterno sine principio & sine fine. Plus scit modò vna vetula de his quę fidei sunt quā sciuerunt oēs antiqui Philosophi, ratio propter chordā fidei. Secūda declaratio est de scriptoribus qui regulāt per lineā rectā, &c. & sic scribūt rectè. Sic cogitate quod vita nostra est vt liber in quo scribēda sunt omnia bona quæ facimus. Et ne erremus, Christus regulauit. 12. lineis, id est. 12. articulis fidei, qui continētur in Credo in Deū. Ideo iuxta illas regulas regulemus nos: alias nunquā anima nostra est recta. Auctoritas. Ecce qui incredulus est nō erit recta anima eius in semetipso. Iustus autē in sua fide viuet. Abacuc. 2. Iustus, id est, rectus qui regulat suā vitā iuxta regulā à Deo sibi datā. Patet ergo quod virtus fidei est directiua vitæ nostræ. Secunda virtus directiua vitæ nostræ est spes cœlestialis, quādo homo nō sperat, nec cōfidit in diuitiis huius mūdi quę faciliter possunt amitti, & perdi, nec in dominio, nec in persona, nec in genere, nec in scientia, nec in fortitudine, vel pulchritudine, quia omnia ista sunt vana & transitoria, sed totā spem ponit in Domino qui non potest deficere in gaudiis & thesauris, honoribus, diuitiis & deliciis Paradisi, talis dirigit viā suam. Nota ad hoc miraculum de religioso cogitante verbum thematis, dirigite viam, &c. Quomodo mentaliter fuit sibi visum quod erat in quodam terribili deserto vbi à lōge vidit ciuitatē terribilē, & videbatur sibi quod à deserto vbi ipse erat vsque ad ciuitatē esset fluuius ignis terribilis & profundissimus, vbi vidit pontē strictissimū, in cuius trāsitu omnes qui aspiciebant ad dextrā vel sinistrā in flumen ignis cadebāt, & solum illi transibant qui rectè aspiciebant ad terminū. Et audiuit vocem dicentem sibi, per hunc pontem te oportet transire. Hic patet quomodo via nostra est dirigenda. Desertum illud significat istum mundum. Ratio, quia sicut locus desertus est locus ferarū & non hominum, sic iste mundus. Deus à principio fecit tres habitationes. s. cœlum pro angelis. Paradisum terrestrē pro hominibus, & istū mundū pro bestiis. Sed propter peccatum Adæ fuimus eiecti de loco nostro, & vt exules sumus in deserto huius mundi in loco bestiarum de quo dicit Dauid. In terra deserta inuia & inaquosa, Psalmus. 62. Ciuitas mirabilis est Paradisus in qua nullus est defectus nec

Stultitia interdum in sacris literis pro ignorātia accipitur.

Tria tātum loca ad habitandū Deus ab initio cōdidit.

ctus nec miseria, nullus infirmatur, nec senescit, nec moritur. De ista ciuitate dicit Dauid. Gloriosa dicta sunt de te ciuitas Dei. Flumē ignis profundissimū & terribile est infernus. de quo dicit Daniel. Fluuius igneus rapidusq; egrediebatur à facie Dei Daniel. 7. A facie Dei, id est, à sapiētia Dei, quia Dominus sapiēs simul ordinat palatium pro se, & carcerem pro criminosis. Pons lōgus & strictus est vita bona & virtuosa. Lōgus quia tot dietas habet quot diebus viuit homo. Strictus. Mat. 7. Angusta est porta & arcta via quæ ducit ad vitam, & pauci sunt qui inueniūt eā. Porta bonæ vitę est cōtritio de peccatis vel confessio, vel restitutio, quæ angusta est. Ideo dicit quod pauci sunt qui inueniunt eam. Casus respicientium ad dextram est spes de prosperis, & ad sinistrā desperatio de aduersis, Dauid. Cadēt à latere tuo mille, & decē milia à dextris tuis. Psal. 90. Aspectus autem directus ad terminum est spes in Deum secura. Ideo dicit scriptura sancta in his omnibus deprecare altissimū vt dirigat in veritate viam tuam. Ecclesiast. 37. Tertia virtus directiua vitæ nostrę est charitas integralis, quæ est amor Dei supremus, & amor proximi ordinatus. Amor Dei in homine debet esse sicut oleū in lampade quod semper natat super aquā. Sic amor Dei in corde debet natare super omnes alios amores. Talis charitas integra est directiua vitæ nostræ iuxta similitudinē ædificatorū domorū qui dirigunt parietes duplici regula, superius cum chorda, inferius cū plumbo. Ecce duplex dilectio integræ charitatis, scilicet, Dei & proximi. Hac duplici regula dirigenda est vita nostra. Auctoritas. Hoc mandatum habemus à Deo vt qui diligit Deum, diligat & fratrem suum. 1. Ioan. 4. Ideo dicitur Can. 1. Memores vberū tuorū recti diligunt te. Duo vbera sunt duo præcepta, charitas scilicet Dei, & proximi. Dextrum dat lac vitæ contemplatiuæ, sinistrum vitæ actiuæ. Contra quemlibet non habentem charitatis regulam dicitur Act. 8. Cor tuum nō est rectum coram Deo in felle amaritudinis, & obligatione iniquitatis, video te esse inquit Petrus ad Simonē magum volentē emere spiritū sanctū. Quarta virtus directiua vitæ nostrę est obediētia generalis quando homo se regit in faciēdis secundum diuinas ordinationes, & non secundum suas inclinationes, & secundum diuina præcepta, & nō iuxta sua sentimēta, talis obedientia generalis dirigit vitam. Sicut dicunt Geometrici quod rectum est cuius medium non deuiat ab extremis. Extremū & principium vitæ nostræ est Christus Ioannis 8. Tu quis es? Respondit eis Iesus. Principium qui & loquor vobis. Ego sum alpha, & omega, principium, & finis. Apoc. 1. Medium est vita nostra quæ dicitur recta quando non deuiat ab extremis, scilicet à principio, fine, nec per eleuationē nec depressionē, aut sinistrationē, Tūc medium dicitur esse rectum quādo vita nostra recte tendit ad finē, scilicet,

licet, à principio ad finẽ, scilicet, à Deo ad Deũ. Contra huiusmodi quatuor diuisiones prædictas sunt diuersa præcepta, quorũ obediẽtia generalis tenet viatorẽ rectũ in via huius vitæ. Ideo dicit sacra scriptura. Audi fili mi, & esto sapiens, & dirige in via animum tuũ. Prou. 23. Ecce quare dicit thema. Dirigite viam Domini, &c.

De eadem Dominica. Sermo tertius.

P*Arate viam domini.* Math. 3. Sermo noster erit qualiter nos debemus præparare ad recipiendum Dominum nostrum Iesum Christum, qui iuxta repræsentationem sanctę matris ecclesiæ debet nasci post cras, & intrare ciuitatem huius mundi. Ideo vt inueniat nos bene ordinatos, volo vobis ostendere qualiter nos debemus pręparare, sed primò salutetur virgo Maria, &c. Quando aliquis rex vel magnus princeps debet intrare nouiter aliquam ciuitatem, iustũ est, & dignum vt vassalli parent sibi viam, ne sint ibi lapides, spinæ, &c. hoc dictat ratio & etiam consuetudo, quia ergo rex noster imperator, & princeps, & Dominus noster naturalis Iesus Christus debet nouiter intrare ciuitatem huius mundi, ideo à nobis præparanda est sibi via per quam debet transire, ideo proposui vobis The. di. Parate viam domini. Diceret aliquis frater magnam rationem dicitis, quia via est sibi præparanda, sed ostendatis nobis modum quomodo est paranda. Dico quod hoc ostẽdit nobis B. Lucas in euãgelio hodierno. & Esa. 40. cap. dicẽtes, parate viã domini, rectas facite semitas eius, omnis vallis implebitur, & omnis mons, & collis humiliabitur, & erunt praua in directa, & aspera in vias planas, ibi ponuntur quinque clausulę mysticè exponendo. Prima est parate viã domini, rectas facite semitas eius. Nota differentiam inter semitam, & viã, quia via est carrucarum, & curruum, siue via ampla per quam vadunt animalia, sed semita est methodus qua itur expeditius, & citius. Sic etiam spiritualiter via Domini communis, & generalis per quã Christus venit ad nos per gratiam, & nos vadimus ad eum per gloriã, est communis obseruatio. 10. præceptorum necessaria ad salutem, per istam possunt transire nõ solùm homines scientifici sed etiam bestiæ, id est, ignorantes personæ. Semitæ sunt obseruantiæ, & perfectiones euangeliorum, ad quas homo nõ tenetur nisi per votum se obligauerit ad eas voluntariè. Verbi gratia, Non assumere nomen Dei in vanũ, nec enormiter iurare. Ista est via cõmunis, quia omnes tenemur ad hoc nec pro toto mundo saluando debet homo falsè iurare, sed Deum laudare, orare officiando, celebrando, prædicando, &c. totum hoc est semita, quia non omnes tenentur ad hoc, sed solũ illi qui se obligauerunt ad hoc per votum. Item abstinere ab omni opere seruili, in diebus festiuis audire missam, & sermonẽ, est via generalis, quia omnes tenentur ad hoc, sed qualibet die audire officium diuinũ, scili-

Elegans inter viam & semitam differentia.

scilicet missam, & sermonẽ, semita est quæ citius ducit ad terminũ paradisi. Item honorare parentes via est generalis, quia quilibet tenetur ad hoc, sed recipere patrẽ sanctũ spiritualẽ, & obligare se illi ad obediendum propter Deum semita est. Item nõ recipere vindictam de iniuriis via est generalis, sed loqui cum ipsis, & salutare, & benefacere eis est semita. Item non facere luxuriã via generalis est, sed viuere castè, & nõ nubere propter Deum semita est. Itẽ nõ furari aliquo modo via est cõmunis, sed omnia dimittere propter Deũ, & nõ habere proprium semita est. Itẽ nõ diffamare aliquem est via generalis, sed propter Deum seruare silentium semita est. Itẽ confiteri, & communicare semel in anno est via generalis, sed sæpe est semita, &c. Patet ergo differentia inter semitã, & viã spũaliter. Ideo Dauid, Vias tuas do. demon. mi. & semi. tu. edo. me. Psal. 24. Pateter go quõ dicitur. Parate viã domini, & loquens de semitis non dicit parate, sed rectas facite semitas eius. Ratio, quia qui seruat præcepta ad saluationẽ necessaria cõiter occasionẽ vanæ glorię nõ habet, sed illi qui nõ solùm seruãt pręcepta Dei, sed etiã consilia euãgelica occasionem habent vanæ gloriæ dicendo intra se. O dicetur modò quod ego sum vna persona sancta. propter hoc dicit rectas facite semitas eius. Via ergo Domini est parãda ad pœnitentialẽ correctionẽ. Semitæ autẽ sunt rectificãdę per cœlestẽ intentionẽ. Secũda omnis vallis implebitur. Iã scitis quod si in via per quã rex debet trãsire sunt aliquæ fossę, implentur. Sic spiritualiter fundum siue valles, signant personas luxuriosas. Ratio quia sicut ad valles descendunt aquæ, & immunditiæ, sic ad personas luxuriosas quæ nõ curant de supernis dilectationibus, sed de infimis descẽdunt aquæ corruptionum, & immunditiarum, & pollutionum, & abominationum. ideo implẽdæ interius in anima sunt timorosis cogitationibus, & exterius operosis occupationibus, & operibus sanctis, quia nulla res facit personã ita luxuriosam sicut otiositas, quia corpus nostrũ est de terra, & ideo sicut terra inculta facit herbas malas, spinas, & tribulos in quibus abscõduntur bestiæ venenosæ, ita est de terra nostri corporis inculta, & otiosa quæ germinat spinas tentationũ, & malarũ cogitationũ. Ideo dicit Hier. semper aliquid boni facito, vt te diabolus inueniat occupatum. Ideo sunt in mundo tot mali religiosi, clerici, moniales, & laici, quia nõ habent laborare, habent suos redditus, & stant otiosi visitantes mulieres, monasteria monialiũ, &c. Ideo facto officio diuino homo debet se occupare studẽdo, legẽdo vel scribendo, & huiusmodi. propter hoc Beatus Bern. ordinauit vt sui monachi qui nõ habẽt studere irẽt ad laborẽ vsque ad prandiũ. Itẽ quare sunt tot mali milites, ciues, & scutiferi, quia nõ habent laborare, stant otiosi in platea iudicantes transeuntes, Ecce quid faciunt tempore pacis, quia tempore guerrarum satis sunt occupati.

Eximium paradigma ad pernitiosum otium vitandum.

Idem

Idem de laboratoribus in diebus festiuis, quando debent se occupare in bonis operibus, audire missam, sermonē, & sanctificare dominicā, ipsi vadunt ad lupanar, vel ad ludum, vel ad tabernā. Secùs in diebus ferialibus, quia sunt occupati in negotiis tēporalibus. Idē de mulieribus otiosis, quoniā mulier otiosa est luxuriosa. O dicunt ipsę, ego portaui tantū de dote, siue bonā dotē viro meo, certè nō intrabo coquinam, sed quando sentit transeuntes percurrere, statim est in fenestra, Bona mulier semper est occupata in aliquo bono opere. Legitur de Iulio Cęsare, quod habebat plures filias, & omnibus dedit officiū suū, scilicet filare, nere, texere de serico, &c. ne essent otiosæ. Ideo inquit Dauid in persona Christi. Conuertetur populus meus hic, scilicet, in hoc mundo, quia qui non conuertetur hîc, ille nunquā conuertetur in alio mūdo. imò dicit sanctus Tho. quod persona quæ moratur in peccato luxuriæ, semper habet desiderium ad illud peccatum, sed quando nō potest ipsum opere perficere, augmētatur sibi dolor. Ideo dicit, Cōuertetur populus meus hic. Domine quomodo respondet, Dies pleni inuenientur in eis. Psalm. 72. Nota dies pleni inuenientur in eis, scilicet bonis factis, & honestis operibus. Isto modo omnis vallis implebitur. Tertia omnis mons & collis humiliabitur. In via regia non solùm valles implentur, sed etiam altitudines humiliantur. sic spiritualiter in via regis Christi omnis mōs humiliabitur. Nota duas cōditiones personarum superbarum. Quidam superbiūt de bonis spiritualibus, quia magister in theologia vel doctor famosus, vel ex deuotione, tales sunt montes alti. Alij superbiūt de bonis temporalibus, de dignitate, prælatione, officio, genere, vel deuitiis. Hi sunt colles, oportet vt humilientur. Ratio, quia Christus non requiescit in montibus nec in collibus, &c. Auctoritas. Ecce iste venit saliens in montibus. transiliēs colles. Cant. 2. Verbum est spiritussancti de filio Dei. Nota saliēs in mōtibus. Ille qui saltat tāgit ibi vbi recipit saltum, & inde saltando mutat se. Sic Christus tangit montes quando dat eis gratias spirituales, vt scientiam vel deuotionem, vel vt faciant pœnitentiam. Sed quando ex hoc homo superbit, Christus saltat inde & transit colles, quia illos non tangit dando eis gratias spirituales & ponit se in plano, id est, in persona humili, & ibi crescit. propter hoc dicit scrip. sancta. Quantò maior es humilia te in omnibus, & coram Deo inuenies gratiam Eccle. 3. Vultis agnoscere stultitiam illorum qui superbiunt de bonis spiritualibus vel temporalibus? Si enim de plumato coruo sibi apponeret quis plumas magnas pauonis de quibus ipse gauderet, & superbiret, cùm tamen deberet tristari si haberet rationem, quia non sunt suę. Idem est de illis qui superbiunt, &c. Quid est esse scientem vel deuotum? nihil aliud nisi quia perdidit plumas nigras ignorantiæ vel peccatorum, & Deus posuit in

Ridicula præbet quā se plumis induit alienis.

fuit in eo plumas angelorum scientię, & virtutum debiliter firmā-tas, scilicet, feruore deuotionis. Si ergo perditis deuotionem, perditis etiam plumas virtutū. Ideo persona deuota semper debet stare cum magno timore ne amittat plumas virtutum quæ nō sunt suę, sed à Deo sibi impositæ. Talis cogitatio expellit superbiā, & vanā gloriam, ideo dicit. Quintò maior es. s. in bonis spiritualibus, humiliate, &c. Paret ergo stultitia illorū qui superbiūt de bonis tēporalibus. Si autem rex accommodaret alicui vestrū. 20. milia flarenorum cum tali conditione ꝙ sub pœna capitis reddat sibi quādo exiget ab eo cum aliis decē milibus de lucro. si ille gauderet, & superbiret de illis pecuniis, nūquid esset bene fatuus, & stultus, cū teneat ipsas cum tanto onere, & periculo? ita in proposito de bonis tēporalibus vobis à rege Christo mutuatis, quia totū est mutuū, cui habetis restituere quandocunque ipse voluerit cū magno lucro, scilicet operū misericordiæ, & pietatis, aliàs dicet, quare nō posuisti pecuniā meā ad mensam nūmulariorū. Mat. 25. Mensa nummulariorū sunt manus pauperū. Promitto vobis si ista cogitaretis, nullus diues superbiret de diuitiis, nec domini tēporales, nec domini spirituales superbirēt. Sicut nec bastaxus superbit de onere auri vel argēti seu margaritarū quod portat, imò humiliatur. Et quid sunt domini tēpora vel pręlati nisi bastaxi onerati auro, &c. Ideo humiliate ad instar bastaxi dicēdo, domine magnū onus porto supra me. ergo humiliamini in cōspectu Dei & exaltabit vos. Ia. 4. No. in conspectu Dei habetis dare rationē, cōputum de omnibus bonis. Quarta erūt praua indirecta. In ingressu regis praua via. i. torta, dirigitur & fit recta. Sic spiritualiter debet fieri modò in introitu regis Christi. praua seu torta sunt corda, & verba, & opera auarorū, qui incedūt tortuose ad instar serpētis, & vulpis. verbi gratia. Vsurarius incedit viā rectā quādo aliqua cōitas vel persona particularis venit ad eū vt sibi mutuet tantū quo indiget. Respōdet statim. Placet mihi amore tui. Totū hoc est rectū. Sed quando dicit, pro decē dabitis mihi duodecim. Ecce prauitas, & tortuositas, & ita ponetur in charta, ne dominus vel episcopus porcit, &c. Item vendēdo pluris propter spem, totū hoc est prauū, vel emēdo minoris propter denarios quos citò datis pro re emenda, vel mutuando super possessiones, & & interim recipere fructus, totum est prauū, & tortū, sed esset rectū bonum, & meritorium si fieret propter Deum. Ideo dicit. Erunt indirecta. Talibus vsurariis dicit Deus. Generatio praua atque peruersa. hæccine reddis Domino popule stulte, & incipiēs? Deut. 32. Hæccine reddis Domino, scilicet de tibi cōmissis ab eo popule stulte quia cū posset lucrari in hoc mundo gratiā, & gloriā in alio perdit propter vsurā, sed erunt praua in directa faciendo restitutionē. Ideo dicit scriptura, Dirige semitas pedibus tuis, & omnes viæ tuę stabi-

stabilientur. Auerte pedē tuū à malo. Vias enim quæ à dextris sunt nouit Domin⁹: peruersæ verò sunt quę sunt à sinistris, vt est via vsuræ, &c. Pro. 4. Quinta, & aspera in vias planas, vt fit in regis introitu, ita etiā faciendū est spiritualiter in introitu regis Christi. Aspera sunt corda, ora, & opera inuidorū, iracundorū, & vindicatiuorū. Corda sunt aspera per malitiam, ora per detractiones, quia semper persona inuidiosa habet linguā diffamatricem. Noueritis quod in principio diabolus duxit malitiā in vxorē, quæ secum semper erit vnita vt vxor viro, ideo semper erit dānatus, ex qua genuit filium, & filiam. Filius est cor inuidi. filia verò lingua eius. Ideo sunt fratres, & simul stant. primogenitus est cor inuidi: si aliquis homo dicit inuido, Cognoscitis talem? tam bona persona videtur, statim dicit non si cognosceretis eū sicut ego, ipse est vnus talis, & talis, &c. Inuidi nullum bonum volunt audire nec loqui de illis quibus inuident. Item iracundus nihil scit dicere dulciter sed asperè tam vxori quàm filiis, tam parētibus quā etiam familiæ domus. Idē de vindicatiuo dicēte, per caput, & per corpus Dei, &c. ego vindicabo me de tali. De his dicit Dauid, Quorum os maledictione, & amaritudine plenum est, veloces pedes eorum ad effundendum sanguinē Psal. 13. Ideo modò in introitu regis Christi fiant aspera in vias planas, pacificando nos, remittendo iniurias sicut pueri qui in absentia matris se percutiunt, sed quando sentiunt matrē vententē, quiescunt, & se pacificāt. Sic & nos sumus pueri sine intellectu. Ideo modò in aduentu matris nostræ, & regis nostri pacificemus nos dimittendo ódia, rancores, & malas voluntates, & sic erūt aspera in vias planas. Cuilibet etiam magistro vel domino displicet multum quādo inuenit discipulos vel vasallos discordes, &c. Ideo dicit Esa. prędicatoribus. Præparate viam populo, planū facite iter, & eligite lapides, & leuate signum ad populos, Ecce saluator tuus venit, ecce merces eius cum eo, & opus eius coram illo. Esa. 62. Nota quod lapides duri sunt malitia, & duritia cordis, verba mala, & iniuriosa, & diffamatoria. De his dicit propheta, Eligite lapides, id est, expellite malitiā, duritiam, &c. & eleuate signum ad populos quātum ad publicationem pacis, quia si mala volūtas fuit publica, & notoria, etiā pax, & concordia debet esse publica. hoc modo signum pacis eleuatur ad populos. Sed si mala voluntas fuit occulta, & secreta, tūc sufficit remittere secretè, & assignat rationem, Ecce saluator tuus venit.

De eadem Dominica. Sermo IIII.

M*Edius vestrum stetit quem vos nescitis.* Ioan. 1. Verbum propositum dat mihi motiuum prædicandi de virtutibus moralibus pro bono regimine morali vitæ nostræ, quas omnes extrahem⁹ de vita gloriosa Domini nostri Iesu Christi. Sed primò salutetur virgo Maria, &c. Primò declarabo quid est

Virtutis diffinitio.

virtus, & inter multas diffinitiones virtutis magis mihi placet diffinitio philosophi dicentis. Virtus est habitus electiuus.i. inclinans ad faciendum omnia bona opera delectabiliter, in medio consistẽs, prout sapiẽs ordinauit. Habitus electiuus est quædã qualitas in anima, generata siue causata ex multis bonis operibus, inclinans animã vt assimiletur illi qui illã qualitatem generauit seu causauit in ea. ver. gra. quandiu aliquis nostrũ habet tædiũ ieiunandi vel abstinendi, non habet virtutẽ abstinentiæ, sed intantũ poterit habituari ad virtutẽ abstinẽtiæ ꝙ sine tædio imò delectabiliter ieiunabit. Itẽ omnes inclinamur ad luxuriã, ideo cũ magno labore abstinẽt multi. Sed intantum homo poterit habituari ad virtutẽ castitatis occasiones & opportunitates vitando quod causabitur in anima vnus habitus, quo sine labore abstinebit ab illo actu, quia habitus electiuus inclinat ad virtutẽ castitatis. Idẽ de aliis virtutibus. No. in medio consistens prout sapiẽs ordinauit. In medio. s. inter nimis & paucum, quia facere nimis & excessum vitium est & non virtus. Item facere modicum, sed facere ad sufficientiã est virtus prout sapiẽs vir ordinauit. No. similitudinẽ B. Greg. de illis qui tẽperant citharam, seu lirã, aut testudinẽ, qui premunt clauos trahendo nõ nimis chordã nec modicũ, sed quantũ sufficit. Sic debet facere quælibet persona discreta de operibus virtutũ. Clauus quo debet tẽperare est sapiẽtia cogitãdo sic. Videamus istud quod ego volo facere in tali vel tali gradu quãdiu poterit durare, ita vt opus cõpetat terminis, loco, personæ, & sic de aliis circũstãtiis requisitis in bonis operibus, aliàs si indiscretè fieret non esset virtus sed vitiũ, quia tantũ posset homo vigilare vel ieiunare ꝙ perderet intellectũ. Anselmus. Quidquid cum discretione feceritis virtus est, virtus autẽ indiscreta pro vitio reputatur. Cùm Christus sit essentialiter nõ solũ virtuosus, sed virtus. Auct. Nos prædicamus Christũ Dei virtutẽ & Dei sapientiam. 1. Cor. 1. Sibi ergo competit mediũ propter quod dicitur Iudæis in extremis vitiorum conuersantibus. Medius vestrũ stetit. s. ille qui est virtus quem vos nescitis. Nota quod in hac vita Christus tenuit mediũ quater faciens commendationẽ quatuor virtutum cardinalium, quæ dicũtur cardinales à cardine, quia in his quatuor voluũtur omnes, & ad istas reducuntur aliæ virtutes morales. Ideo istæ quatuor dicuntur principales. Ideo qui habet istas quatuor est vniuersaliter virtuosus. Nota quod Christus tenuit quater remedium.

Primò in natiuitate.

Secundò in disputatione.

Tertiò in prædicatione. *Quartò in passione.*

Dico primò ꝙ Christus tenuit mediũ in natiuitate, quia virgo Maria post partũ ipsum pannis inuoluit, & posuit in præsepio in medio animaliũ. Iuxta prophetiã Abacuc secundũ. 70. In medio duorũ anima-

animaliũ cognosceris. Abacuc.3. Ecce primũ mediũ quod Christus tenuit ad cõmendandũ primã virtutẽ moralẽ quæ est prudẽtia, quæ auisat hominẽ circa pericula huius mundi tã animę q̃ corporis quã bonorũ. Auisat etiã circa fraudes diaboli & mundi, ideo hæc virtus est primò necessaria. Ideo Petrus apost. Estote prudẽtes & vigilate. 1. Pet. 4. Hęc virt⁹ prudẽtiæ habet duo extrema. s. nimis & modicũ. *Prudentia.* Modicũ est facultas in alio extremo. s. nimis sunt illi qui nihil sciũt facere, nec in verbis, nec in factis sine fraude & dolo, qui sunt ita astuti ꝙ intra vnguẽ inuenirẽt pilos. Virtus enim cõsistit in medio, non decipere aliquẽ, nec permittere se decipi ab aliquo, ista est prudentia. Dominus Iesus Christus volens ostẽdere istã virtutẽ, voluit poni in medio duorũ animaliũ. s. inter bouẽ cornupetã qui diuidit vngulã, in quo designatur duplicitas dolositatis, & asinũ grossum, in quo designatur fatuitas, Christus verò cõtra dolositatẽ & fatuitatẽ stetit in medio. Ideo dicit nobis apost. Sicut modò geniti infantes rationabiles contra fatuitatẽ sine dolo cõtra nimiã subtilitatẽ. 1. Pet. 2. Hîc deficiunt multi, vt fatui, qui statim credunt quod eis dicitur. Dic historiã de concubina cuiusdã clerici, quæ compuncta de peccato voluit recedere ab eo. Cui dixit clericus. O misera. & quid vis facere? modò habes magnũ honorẽ quia es propè Deũ, & es nurus virginis Mariæ. propter quod ipsa gaudens remãsit cũ eo. Ecce fatuitas. Nota ꝙ graue peccatũ est facere luxuriã cum sacerdote vel religioso. Cũ quolibet tali multò magis peccat mulier q̃ cum laico, quia fornicatio minus peccatũ est quã sacrilegiũ ꝙ cõmittitur cum clericis. Contra hoc extremũ vitiũ dicit apost. Fratres volo vos sapiẽtes esse in bono & simplices in malo. Ad Ro. 6. Alij autẽ sunt nimis astuti & intricati, intantũ ꝙ de bono faciũt vitiũ & malum ex dolositate. verbi gra. De missis sancti Amatoris quę licèt de se sint bonæ, tamẽ multi astuti faciũt ibi multas dolositates, & fraudes. Prima quia cũ missæ sancti Amatoris nõ sint nisi 30. dicũt ꝙ sunt. 33. Secũda quia dicũt ꝙ cantentur sine interuallo, cũ tamen clerici nõ sint ita bono parati modo ꝙ quilibet die celebrẽt cũ nõ teneãt talẽ vitã, & dicẽs missam malè paratus, siue cum consciẽtia peccati mortalis, incurrit & cõmittit peccatũ mortale. Tertia quia dimittũt missam de tẽpore per ecclesiã ordinatã. Quarta de certis cãdelis cũ certis pecuniis. Quinta quia gẽtes credũt ꝙ illa anima pro qua dãtur missæ ex hoc exeat de purgatorio, ꝙ non semper fit. Animæ enim impari reatu pœnę sunt plerunq; obligatæ, quare & nõnunquã inæqualibus pro eorũ liberatione indigent suffragiis, quia sicut infirmitates corporis nõ sunt eædẽ, &c. No. de medico de cæpa cruda, &c. Ideo amoueatur ista dolositas, quia missæ de se bonæ sunt, sed quæratis bonũ sacerdotẽ, ne sit cõcubinarius, vsurarius, &c. Aliàs di. Grego. Cùm is qui displicet ad intercedendum mittitur, irati animus ad

deteriora prouocatur. Ecce ratio quare Christ^9 voluit poni in medio duorũ animalium. Auctoritas. Qui audit increpationes vitę in medio sapiẽtum cõmorabitur. Prou.15. Non in extremis, quia auisatur. Secũdò fuit Christus in medio doctorũ in disputatione quãdo fuit duodecim annorũ. Luc.2. Inuenerunt eũ in tẽplo sedentem in medio doctorũ audientẽ illos & interrogantẽ. Isto secundo medio Christus ostẽdit secundã virtutẽ moralẽ quæ est iustitia. Iustitia verò est reddere vnicuiq; quod suũ est secundũ August. Iustũ est est quod operarius vel seruus det bonũ opus vel seruitiũ Domino, & quod Dominus det sibi suũ salariũ. Item. Iustum est quod vir diligat vxorẽ suam & econuerso. Item quod filius honoret parentes, & quod discipuli credant suis magistris, & sanus seruiat infirmo, &c. Hæc virtus iustitiæ est magis & maximè necessaria dominis tẽporalibus & rectoribus cõmunitatum, quibus dicit scriptura sancta. Diligite iustitiã qui iudicatis terrã. Sap.1. Extrema virtutũ seu virtutis sunt remissibilitas & crudelitas. Nimia remissibilitas est quãdo pro modica ratione vel occasione dimittitur iustitia. Nimia crudelitas quãdo iudex nihil respicit, dicẽdo moriatur. Sed virtus est quando secundũ legẽ vel diuinalem vel emperialẽ, vel secundũ canones pontificales vel rationes naturales ministratur iustitia vnicuiq;. Et illã ostendit Christus quando inuenerunt eũ sedentem in medio doctorũ illorũ qui erant iudices terræ qui stabant in extremis, quia parentibus & amicis erant nimis remissi. Extraneis autẽ & viduis & pupillis erant crudeles. Ideo dixit eis Christus quando incœpit prædicare. Væ vobis Scribæ & Pharisæi Hypocritę qui decimatis mentã & anethũ & cyminum, & relinquitis quæ grauiora sunt legis, iudiciũ & misericordiã, & fidem. Hæc oportuit facere & illa non omittere. Duces cæci excollantes culicẽ, camelum autẽ glutientes. Mat.23. Nota quod scriba est nomen æquiuocũ, quia vel dicitur à notitia scripturarũ vel officio scribendi, & primo modo sumitur hîc. Nota decimatis mentam, quia si pauper habuit in horto decẽ folia de menta, decima erat tẽpli. Idẽ de anetho & cymino & saluia. Sed in iudicio erant remissi, quia nõ faciebant iustitiã de diuitibus, nec puniebant proditores qui destruebant & corrumpebant ciuitatẽ. Item faciebant exactiones cõtra pauperes, & dimittebant misericordiam, & dicebant quod darent templo illud quod debebant dare patri vel matri pauperibus, & quod essent excusati etiã si morerentur fame: Itẽ ponderabãt cyminũ quod est quædam species quæ comeditur, & dimittebant fidem de Christo. Ideo dicit Christus, Cęci & duces cæcorum, quia populus non debebat eis assentire, cõtra ista extrema Christus voluit stare in medio doctorũ, propter hoc dicit Deus iudicibus. Audite illos, & quod iustum est iudicate. Siue ciuis sit ille, siue peregrinus, nulla erit distãtia perso-

Iustitia.

Bonum ex integra causa constat.

narum,

narum,ita paruũ audietis vt magnũ,nec accipietis cuiusquã personam,quia Dei iudiciũ est. Deut.1. Et potest dicere bonus iudex, In viis iustitię ambulo in medio semitarum iudicij. Prou.8. No.in viis iustitiæ.s.interrogãdo,audiendo,scrutãdo,& iuris defensiones dãdo in medio semitarũ. i. rigoris iustitiæ, ideo dicit thema medius. Tertiò stetit Iesus in medio persecutorum in prędicatione,quando fuit 30. annorũ incępit prædicare Capharnaum & mirabilia facere. Deinde venit Nazareth ciuitatẽ suam vbi fuit nutritus vbi nullum fecerat miraculũ,ideo indignati contra eũ dixerunt sibi, quãta audiuimus facta in Capharnaũ fac & hîc in patria tua. Lu.4. Respondit Iesus quia ipsi non erãt digni,quia deridebant eũ dicendo. Ecce filius filatricis Mariæ,nunquã didicit literas & vult prædicare. Ecce filius fabri,& irridebãt,propter hoc dixit ꝙ nõ erãt digni vt ibi faceret miracula di. Nemo propheta accept⁹ est in patria sua. Vide ibĩ plura propter ꝙ ibi voluerũt eũ præcipitare. Dicit textus. Iesus autẽ transiens per mediũ illorum ibat. Luc.4. Ecce quomodo stetit in medio persecutorũ. In hoc ostendit tertiã virtutẽ moralẽ.s.fortitudinẽ,quia virtus fortitudinis ostẽditur maximè in tribulationib⁹, fortitudo autẽ moralis est quædã virtus seu qualitas existẽs in anima quæ refrigerat cor hominis ne faciat aliquid cõtra Deum, & ꝙ non timeat pericula,nec famæ,nec personæ,nec bonorũ,nec etiam mortem propter Deũ,ideo de persona quæ habet hanc virtutẽ dicit sacra scriptura. Fortitudo & decor indumentũ eius, Prou.vl. Hęc habet duo extrema.s.nimis & parũ,siue temeritatem & pusillanimitatem. Temeritas nimia est quando nihil respiciũt,sed ad instar fatuĩ impingunt se,hoc est vitiũ. Pusillanimitas est quando miles qui est timidus non audet intrare bellum seu campũ timore sagittarũ , sed medium est habere se moderatè,ideo dicit, Iesus autẽ transiens per medium illorũ ibat,& venit Capharnaum. Christus in ciuitate Nazareth habebat parentes,amicos,& natos,& eius parentes erãt pusillanimes timẽtes de morte Christi . alij autẽ erant temerarij nihil respiciendo volentes ipsum occidere. Sed Christus tenuit medium, quia non timuit pręcipitiũ,neq; temerariè in illos impegit,sed securus trãsiit per mediũ, ita debes tu facere in prælio spirituali. Nõ sis temerarius nec pusillanimis. No. quomodo religio est vt cãpus pręlij in quo quidã sunt pusillanimes & timidi sicut illi qui timẽt ꝙ nõ possint seruare regulã,&c. quomodo post martyriũ maius seruitiũ quod homo potest facere Deo est intrare religionẽ.ideo dicitur. Eccle.7. Noli esse pusillanimis in animo tuo. Quidã aũt sunt temerarij qui nihil seruãt de religione,ideo debes tenere mediũ & sperare in Deo,vt det tibi mediũ cõtra temeritatẽ & pusillanimitatẽ. Sicut Dauid qui di. Expectabã eũ qui saluũ me facit à pusillanimitate spirit⁹ & tempestate. Psal.54. De isto medio possumus dicere illud Dan.3.

Fortitudo.

Fecit medium fornacis quasi ventum roris flantem. No. historiam breuiter de tribus pueris. Quartò stetit Iesus in medio in passione quando in fine vitæ suæ voluit suspendi in medio duorum latronũ. Ioan. 19. Crucifixerunt eũ & cũ eo alios duos hinc & hinc, medium autem Iesum. Hic Christus ostendit virtutẽ tẽperantiæ quę est quasi mensura delitiarũ, ne homo recipiat plus vel minus, sed recipere debet necessitatẽ, non nimis comedere, nec bibere, dormire, ridere, loqui seu truffare, & sic de aliis. Hoc dicit scriptura sobrietatẽ commendãs. 1. Pe. 5. Fratres sobrij estote & vigilate, quia aduersarius vester diabolus tanquã leo rugiens circuit quærens quẽ deuoret. Hæc habet duo extrema, nimiã macerationẽ siue acerbitatẽ, & curiositatem. s. nimis curare de cibo & potu, & vestitu & huiusmodi. Vnum extremum est nimia austeritas, non recipiẽdo necessitatem vitæ in cibo & potu, &c. vel nimiã pœnitẽtiam faciendo, &c. intantũ quod se interficiunt. Ideo quilibet debet tenere mediũ, & tẽperare vitam suã iuxta suã qualitatẽ & cõplexionem, quilibet scit quantũ potest portare asinus suus. ideo cauere debet à magis & minus. Hoc ostendit Christus quãdo voluit suspendi in medio duorũ latronũ. Latro sinister significat prosperitatẽ tẽporalem. Quidã sunt latrones de bonis tẽporalibus nimiũ recipiendo. Ecce curiositas vitiosa. Latro dexter, qui veniã finaliter impetrauit, signat illos qui cupiũt esse in dextra gloriæ cœlestis, qui sunt latrones, non quod furẽtur aliquid de mundo, sed furantur vitã corpori proprio modicũ comedendo & bidẽdo, &c. Ecce austeritas vitiosa. Ideo ponamus nos in medio recipiendo necessitatẽ, & sic erimus in medio cum Christo in cruce pœnitentię. Ideo dicit scriptura, Obsecro vos fratres per misericordiã Dei, vt exhibeatis corpora vestra hostiã viuentem sanctã, Deo placentem, rationabile obsequiũ vestrum. Ro. 12. No. Deo placẽtem, magis & minus non placet Deo. Nota de patre nostro Dominico orante, cui appropinquauit dæmon, qui tripudiãdo cantabat hanc cantionem. Magis & minus, magis & minus, Cùm autẽ fuisset adiuratus à beato Dominico quid sibi hoc vellet: respondit quod quidquid ipsi lucrantur in hoc mũdo, totũ fit per maius vel minus. Mediũ autem est quod placet Deo, & displicet diabolo. De persona autem vitiosa potest dici, Surge, supple de extremis, & sta in medio dixit Christus ad hominem aridam manum habentem qui surrexit & stetit. Lucæ 6. ergo medius vestrum stetit, &c.

Tempe-rantia.

In vigilia Natiuitatis Christi. Sermo vnicus.

INuenta est in vtero habens, &c. Mat. 1. Totus sermo noster est de impregnatione virginis Marię. Sed vt istam materiam sentiatis in animabus vestris per dulcedinem deuotionis primò salutabimus virginem grauidam, &c. Inuenta est, &c. Inter Christi conceptionem, & eius natiuitatem inuenio magnam differentiã in sacra

scriptura

ſcriptura, ſingulariter in hoc, quia Chriſti natiuitas non fuit omnino occulta & ſecreta, imò voluit ꝙ eſſet mundo nuntiata & publicata tã per angelos, quã per cœlos, per ſtellam orientis, per animalia, per reges orientis, ſecundũ quòd iam fuit prophetatum. Ego cõmouebo cœlũ & terrã & mare & aridam, & mouebo omnes gentes, & veniet deſideratus cunctis gentibus. Aggæi. 2. No. cœlũ, id eſt, ſanctos angelos. Sed circa eius conceptionem voluit ꝙ eſſet occulta, quia nulli perſonæ huius mundi fuit reuelata, non patriarchis, nõ prophetis, nec ſanctis perſonis, niſi ſolũ archangelo Gabrieli & virgini Mariæ. ſecundũ quod fuit prophetatũ per Ea. A finibus terræ laudes audiuimus gloriã iuſti, & dixi, ſecretum meũ mihi. Eſa. 24. Et loquebatur Propheta in perſona Gabrielis & virginis Marię. No. à finibus terræ. Fines terræ capiũtur dupliciter vel localiter, vel tẽporaliter. Quantũ ad primũ cõputando à centro terrę, illud quod magis diſtat à cẽtro eſt circũferentia. Terra eſt cẽtrum, circũferentia eſt cœlũ empireũ. Ecce fines localiter à quibus Gabriel & virgo Maria audiuerũt laudes iuſti. i. ſaluatoris, quia regula eſt in ſancta theologia quòd cum dicitur iuſtus, abſolutè intelligitur ſemper de ſaluatore. Quantũ ad ſecundũ, fines poſſunt capi tẽporaliter. Et ſeptẽ ſunt ętates mũdi tẽporales. Prima fuit ab Adã vſq; ad Noë. Secunda à Noë vſque ad Abraham. Tertia ab Abraham vſque ad Moyſen. Quarta à Moyſe vſque ad Dauid. Quinta à Dauid vſque ad transmigrationẽ Babylonis. Sexta à tranſmigratione Babylonis vſq; ad Chriſtũ. Septima & vltima à Chriſto vſque ad finem mũdi. De qua dicit Apoſt. Nos ſumus in quos fines ſæculorũ deuenerunt. 1. Cori. 10. Ecce fines tẽporaliter. de quibus dicunt Gabriel & virgo Maria. A finibus terræ. i. in vltima ætate mũdi laudes audiuimus gloriam iuſti. i. ſaluatoris. Dicatis angele Gabriel de his laudibus, & gloria ſaluatoris, dicatis nobis aliquid. Reſpõdet ſecretũ meũ mihi, ſupple tenebo, Ecce quomodo Chriſti cõceptio fuit occulta, & ſecreta. De qua Dauid. Deſcendet, ſicut pluuia in vellus, & ſicut ſtillicidia ſtillãtia ſuper terrã. Pſal. 71. Patet ergo differentia inter natiuitatẽ Chriſti, & eius conceptionẽ. Tamen licèt eius cõceptio à principio fuit ita ſecreta, tãmẽ paulatim fuit manifeſtata, quia mulier grauida ad minus in partu manifeſtat ſuũ partũ. Sic fuit de virgine cuius vẽter, & vter⁹ intumuit, & nõ potuit ſuã impregnationẽ occultare, ꝓpter hoc dicit thema propoſitũ, Inuenta eſt in vtero habẽs, patet thema. Et quia ſum in materia deuota virginis grauidæ, inuenio ꝙ virgo Maria fuit inuenta grauida, à ſponſo ſuo Ioſeph triplici ratione.

Septem mundi ætates.

Primò per experientiam ſenſualem.
Secundò per ſapientiam diuinalem.
Tertiò per excellentiam ſpecialem.

Pro qualibet iſtarum dicit thema, Inuenta eſt in vtero, &c. Dico

primò quod virgo Maria fuit inuenta grauida à sponso suo Ioseph per experientiam sensualem. Omnis cognitio habetur per aliquod sentimentum, per visum cognoscimus colores, per auditum sonos, per olfactum odores, per gustum sapores, per tactum durũ, vel molle, calidum, vel frigidum. Si dicitis alicui, quomodo scitis hoc? Respondet, quia vidi, vel audiui, &c. Patet ergo quod omnis nostra cognitio est per sensus. Philosophus, Sensus non decipitur circa proprium obiectum maximè visus nisi sit defectus, propter hoc domini iudices faciunt magnam differentiam inter testes de visu, & de auditu, & de credentia, quia testis de visu est maior. Ideo Christus reprehendebat Iudæos qui nolebant credere dicens, Quod scimus loquimur, & quod vidimus testamur, & testimonium nostrum non accipitis. Io.3. Nota quod scimus. s. ego, & sancti prophetæ loquimur, hoc modo. s. per visum. Virgo Maria inuenta est in vtero habens à sponso suo Ioseph. Dic quomodo postquam Maria concepit tota lęta iuit ad visitandũ Elizabeth consanguineam germanã suã grauidã de B. Ioan. Bapt. vt angelus sibi dixerat, cũ qua stetit trib⁹ mensibus, vt dicit Lu. Sponsus autem Ioseph venit Nazareth ad visitandum ipsam, & vidit vterum eius ingrossatũ, sic inueniet ipsam grauidam. Cogitate qualiter Ioseph debuit admirari, quia ipse non tetigit eam, imò vt dicunt sancti doctores postquã fuerunt desponsati virgo Maria induxit spõsum suum qui etiã erat virgo, vt simul facerẽt votũ virginitatis. Iam amplius debebat adminari quãdo ipsam videbat grauidam. Ideo dicit principium euangelij hodierni, Cùm esset desponsata mater Iesu Maria Ioseph, antequam conuenirent. s. ad simul habitandum, & faciendum nuptias, inuenta est in vtero habens de spiritusancto. Ioseph autẽ cùm esset iustus, & nollet eam traducere, voluit occultè dimittere eam. Mat. 1. Cogitate etiam quando fuit inuenta grauida à parentibus nõ credentibus ꝙ ipsa peccasset, sed mirabãtur quid hoc esset, ex vna parte cogitabãt suam magnam deuotionem, ex alia videbãt ipsam grauidam. Dicebat sibi mater, Filia, quid est hoc? Respõdebat virgo Maria, hoc est illud, quod placet Deo qui potest facere de suis creaturis, illud quod sibi placet. O filia quid dicent gentes quod filia mea sit grauida antequam nuptiæ sint factæ. Cogitate dolorem virginis quę non audebat reuelare, quia secretum meum mihi, cogita perplexitatem in qua erat Ioseph qui erat senex, & pauper, & virgo Maria iuuenis, & pulcherrima, & formasa. Dicit Bernar. ꝙ Ioseph ex vna parte considerabat sanctitatem virginis, quod nõ poterat esse quod peccasset, & ex alia parte videbat ipsam grauidã. Et cũ naturaliter mulier nõ posit concipere sine homine, ideo ad instar oliuę cor suũ erat inter duas molas. Et quia erat prudẽs, & sapiens considerabat omnia signa malæ mulieris, quæ sunt indeuotio cordis, garrulatio oris, incompo-

Quicquid in intellectu est humano, necesse est, vt prius fuerit in sensu.

compositio corporis,ingurgitatio comedendi,& bibendi,otiositas operis,vanitas ornatus,despectio viri,quodlibet istorum signorum indicat mulierem esse malam. Sed Ioseph nullum signum istorum inueniebat in virgine Maria,imò totum oppositum.s.omnia signa bonæ mulieris. Primum signum inhonestæ mulieris est indeuotio cordis ad Deũ,missas,& sermones floccifaciens,quia nõ timet Deũ, Deus custodiat ipsam ab importunitate,quia nisi mulier retineatur timore Dei,nullo alio timore retrahitur à malo. Timor Dei, & deuotio retinuit Susannã ne peccaret,quãdo dixit,Angustię sunt mihi vndique,quid eligam ignoro , sed melius est mihi absque opere incidere in manus hominũ quã peccare in cõspectu Domini . Dan. 13. Ioseph autem cogitabat de sponsa sua vtrũ erat deuota,vel indeuota, & videbat quod nunquã viderat tam sanctã, & deuotã mulierem,quia semper volebat orare,vel legere,vel contẽplari. Et in isto fundamẽto deuotionis mulier se debet fundare,aliàs cadet. Fundamẽtũ aliud nemo potest ponere præter id ꝙ positũ est.1. Cor.3. Sed ista Ioseph nõ inuenit in beata virgine Maria, cùm esset deuotissima,& ardẽtissima in Deũ. Vnde sciptura de ea dicit Pro.vl. Mulier timens Deũ,ipsa laudabitur. Secundũ signũ, est gartulatio oris.loquax. Deus custodiat ipsam ab opportunitate. Ratio,quia ex verbis nulla deuotio remanet in anima, sicut nec odor in capsa cũ musca: to quæ est aperta continuè. Auct. Vbi autẽ verba sunt plurima,ibi frequenter egestas.s.bonitatis. Prou.14. Ideo nutriatis filias vestras puellas ne sint loquaces. Ideo.1. Timot.2. Mulier in silẽtio discat cũ omni subiectione,aliàs malum signum est. Sed mulier taciturna est bona. Nota de signis taciturnitatis beatæ virginis,quia depingitur cum maiori oculo,quàm ore, sic propriè depingitur ad innuẽdum quod habebat oculum cordis magnum ad cogitandum & contemplandum,sed os paruum ad pauca loquendum. Maria autem conseruabat omnia verba hęc in corde suo. Lu.2.&c. Ioseph autem considerabat in se si sponsa sua erat loquax,siue garrula,& videbat quod non,immo nolebat loqui in signum huius, vt dixi, virgo habebat magnum oculum,& paruum os, vt patet in imagine sua quam depinxit beatus Lucas quæ est Romæ. Tertium signum est incompositio corporis,quando mulier incedit tota lasciua, vel dissoluta ribalda,viditur quod habeat formicas in pedibus. Ambr. Corpus hominis est simulachrum mentis. Item Salomon ,Mulier in ornatu meretricio præparata ad decipiendas animas garrula,vaga,quietis impatiens,nec valens domi consistere pedibus suis, nunc foris, nũc in plateis,nunc iuxta angulos insidians. Prouer.7. Et statim ponit se ad fenesteas,&c. Sed hoc signum Ioseph nõ inuenit in beata virgine,quia nunquam exibat domũ nisi quando ibat ad templũ. Et tũc ibat tota cõposita,semper habebat oculos suos ad terram cum gestu

sanctitatis, nũquã tripudiabat, sed oculis dimissis ibat, ideo de ipsa dixit scriptura. Quàm pulchra es amica mea, quã pulchra es, oculi tui columbarũ absque eo quod intrinsecus latet. Can. 4. dixit Spiritussanctus ad virginẽ bis, quã pulchra es, quia pulchra in corpore, & pulchra in anima. Nota oculi tui colũbarũ, non dicit falconũ. Quartum signum est ingurgitatio ventris. i. cibi & potus. Malũ signũ est in homine, & in muliere, quia illæ partes vicinę sunt, & inuitant se, vnde venter plenus statim inuitat vicinũ, suũ, propter hoc persona gulosa necessario est luxuriosa, ideo de personis gulosis dicit scrip. sancta, Comedent, & ad iniquitatem eorũ subleuabunt animas eorum. Oze. 4. sed virgo Maria valdè parũ comedebat solũ pro sustentatione corporis, & ferè semper ieiunabat, & abstinebat. Quintum signũ est otiositas, vt aliquæ dicẽtes, non laborabo, ego portaui tãtum de dote viro meo. Ideo Bern. Otiositas est mater filiorũ, & nouerca virtutũ, vnde quia corpus nostrũ est de terra, habet canditiones terrę, quę si dimittitur inculta, facit, vel generat spinas luxuriæ, & malas herbas malarũ cogitationũ, & peccatorũ. Idem de corpore otiosi, propter hoc de corpore dicit scrip. sancta, Mitte seruũ. i. corpus quod ad instar serui est gubernãdũ in operationẽ ne vacet. Multam enim malitiam docuit otiositas. Eccl. 33. Sed virgo nunquã fuit otiosa, imò erat semper occupata in sanctis operibus. Dicit Hier. ꝙ surgebat in media nocte, & orabat. Deinde filabat, texebat, &c. Sextum est vanitas ornatus, & superfluitas. Mulieres se possunt ornare decenter, & honestè iuxta statũ, & conditionẽ earum, sed quãdo totum tempus & studium suum ponũt in ornando se, siue corpus, & non curant de anima. Deus custodiat ipsas, quia tales vanæ sunt, & habent cor vanũ. Ideo dicit scriptura, Vanitas vanitatũ, & omnia vanitas. Eccl. 1. Nota regulã Apostoli. Mulieres in habitu ornato, cũ verecundia, & sobretate ornãtes se & non in tortis crinibus, aut auro, aut margaritis, aut veste pretiosa, sed quod decet mulieres promittentes pietatem, per opera bona. 1. Tim. 2. No. sobrietatẽ in mensura. s. iuxta cõditionẽ sui status, & facultatẽ sui viri. Sed sunt multę mulieres, quæ nihil respiciunt, & deberent verecundari quod portant, quasi habitum, siue ornamẽtũ, quod à meretricibus portatur, & ideo dicit script. Fallax gratia, & vana est pulchritudo, mulier timens Deum ipsa laudabitur. Prou. vlt. Sed virgo beata, nõ curabat de ornamẽtis, bene abluebat faciẽ suam, cũ aqua distillata. s. lachrymarum. beata autẽ Anna mater sua multum diues ornabat eam, & ipsa amore matris portabat in domo, sed nõ extra domum, sed oppositum faciunt moderni temporis filiæ. Septimum signum est, despectio viri, vnde signum est, quod habet cor ad alium, quando disputat cum viro de genere, & de aliis statim vult ipsum suppeditare. Et secundum scripturam, mulier debet honorare virum suum, ideo

De mulierũ decenti ornatu.

præcepit

præcepit Apostolus di. Mulier in silentio discat, cũ omni subiectione. Docere autem mulieri nõ permitto neque dominari in virum, sed esse in silentio. 1. Tim. 2, etiam legitur Hester. 2. quod Assuerus, & sui dicebant, Cunctæ vxores tam maiorum quàm minorũ deferant maritis suis honorem, & sciãt viros esse maiores in domibus suis. Sic nec istud signum despectionis reperiebatur in virgine gloriosa, quia licèt esset iuuenis pulchra & nobilis, & diues, & eius spõsus senex, & pauper, tamen ipsa honorabat ipsum super omnes mulires mundi. Intantum quod Ioseph nullum signum malę mulieris inuenit in virgine Maria, sed omnes virtutes, & afflictiones bonæ mulieris. Ex alia parte cõsiderabat, an natura permitteret mulierẽ concipere sine viro, & videbat ꝙ non. ecce qualiter fuit perplexus, & cor eius erat quasi inter duos lapides moalres, ex vna parte timebat ipsam diuulgare, quia statim fuisset lapidata, secundũ legem, ex alia parte cùm iustus esset ne videretur consentire, cogitauit occultè recedere, & dimittere eam. Et fuit cõpleta prophetia Dauid dicentis in persona Ioseph. Timor, & tremor venerunt super me, & contexerunt me tenebræ. Et dixit quis dabit mihi pennas, sicut columbæ, & volabo & requiescam. Psal. 54. Et mansi in solitudine. Quantum ad propositum. Nota timor. s. consentire in peccatum si cum ea maneret, & tremor. s. ne innocentem diffamaret, ideo proposuit dimittere eam. patet ergo, quomodo virgo Maria inuenta est in vtero, &c. Moraliter auisetis vos, vt Ioseph, ne sint impedimenta, quando volueritis facere matrimonium, scilicet, parentelæ, vel affinitatis, vel aliàs. Ideo est ordinatio ecclesiæ, vt denũtietur, ideo dicit scriptura. Honorabile connubiũ est in omnibus, & thorus immaculatus. Ad Hebr. vlt. Honorabile est, quando non est impedimentum. Dico secundò quod virgo Maria fuit inuenta in vtero habens, per sapientiam diuinalem. Hoc fundatur per regulam theologię, dicit S. Tho. in. 1. par. quod mysteria Dei. i. secreta, ex mera eius voluntate dependentia, non possunt sciri nisi per ipsius reuelationẽ, quia nullus vestrũ potest scire cor meum nisi ego reuelẽ, & manifestẽ, quantò magis de Deo. Sed illa quæ cõtingũt naturaliter possunt sciri. Isto modo medici sciunt horã mortis infirmi, quia licèt effectꝰ sit futurus, tamẽ caussa est iã præsens. Non est sic de voluntate Dei, ideo dicit scrip. Quis hominũ poterit scire cõsiliũ Dei, aut quis poterit cogitare, quid velit Deus. Subditur. Sensum tuũ quis sciet nisi tu dederis sapiẽtiã, & miseris Spiritũ sanctũ tuũ de altissimis. Sap. 9. Ioseph autẽ cũ videret spõsam suã grauidã, nec naturaliter poterat scire veritatẽ, quia cõceptio Christi nullã habebat causam naturalẽ, quia nõ venit per constellationes cœlestes, nec per operationes angelicales, nec elementales, nec humanales, ergo nõ poterat sciri, nisi per diuinam reuelationẽ. Cogitate ergo quomodo Ioseph, qui erat sanctus homo,

Quãtũ diffamationes vitandæ sunt.

Axioma in theologia.

homo,iustus,& bonus orãdo recurrit ad Deum,super hoc,sibi Dei beneplacitum reuelari supplicando,iuxta illud Iacobi.2.Si quis vestrum indiget sapientia postulet à Deo, qui dat omnibus affluẽter, & dabitur ei.Ita fecit Ioseph,quando voluit de nocte recedere, posuit se primò in oratione dicẽdo. Domine vos fecistis mihi magnã gratiam,dando mihi in sponsam istam domicellam,sed domine video quod est grauida, quid est hoc quod tam sancta mulier sit grauida,& similia verba,& flebat multũ. Credo ego etiã quod beata virgo ex alia parte orabat Deum,affectuose se compatiens suæ perplexitati,& quod eius sponsus tristis cõsolaretur. Credo quod etiã mater sua.s.virginis orabat ne venirent ad diffamationem,&c.Cogitate quod illas deuotas orationes Deus exaudiebat.Dicit euãgeliũ.Hæc autem eo cogitante:ecce angelus Domini apparuit in somnis Ioseph di.Ioseph filij Dauid noli timere accipere Mariã coniugem tuam. Quod enim in ea natum est de spiritu sancto est.Pariet autẽ filiũ,& vocabis nomen eius Iesum.Ipse enim saluũ faciet populum suum à peccatis eorũ.Hoc autẽ totũ factũ est , vt adimpleretur, quod dictũ est à Domino,per prophetã dicentẽ;Ecce virgo in vtero habebit,& pariet filiũ,& vocabitur nomen eius Emanuel,quod est interpretatũ,nobiscũ Deus. Cogitate ꝙ angelus dixit sibi illã prophetiã.Esa.Ecce virgo concipiet,& pa.fi.non patrem, nec spiritum sanctum.Esa.7.Cogitate quale gaudiũ habuit Ioseph, quãdo sciuit veritatẽ.Et hoc modo quæstio emergit, quare virgo non reuelauit sibi quãdo videbat suã tristitiã,& perplexitatẽ,quia ipse credidisset sibi,licèt modò sponsus nõ crederet sponsæ suæ. Respondeo quod secretum commissum,non est reuelãdum, vbi deuotè committitur ex quo secretum est bonum,iustũ, & sanctũ,quia aliàs reuelandum est.Sacramentum regis abscondere bonum est, Tob.12.Ideo virgo Maria,quæ habebat conscientiam delicatissimã,noluit reuelare timens ne regem offenderet,vel Deũ præcipuè. Nota contrà multas personas vanas,quæ non possunt tacere,si Deus dat eis aliquã gratiam vel reuelationem,statim reuelant, & malè,nisi super hoc sciãt expresse voluntatem Dei maximè, quia quandoq; credunt,ꝙ diaboli illusiones sint diuinæ reuelationes. Tales sunt similes gallinæ quę nõ potest tacere quousque prodit ouũ,quod posuit.De talibus dicit scriptura.Qui denudat arcana amici,fidem perdit,& nõ inueniet amicum ad animum suum, Eccle.27. Ecce ratio,quare virgo Maria nõ reuelauit Ioseph,nec matri suæ secretũ sibi cõmissum,sed spiritus sanctus reuelauerat Elizabet.Dico tertiò, quod virgo Maria fuit inuenta in vtero habens per excellentiã specialem, Mulieres cõmuniter,quãdo sunt grauidæ fiunt macræ discoloratæ,tædiosæ,appetunt varia.Sed nõ fuit sic de beata virgine, imò dicũt aliqui sancti doctores,quòd ex quo virgo fuit grauida radij splẽdoris

Secretũ vndique bonũ,citra peccatũ reuelari nequit.

ris procedebant de facie sua, & maximè quãdo fuit iuxta partum. Hoc potest probari tripliciter, per philosophiã, per theologiã & per experientiam. Quantum ad primũ dicit Philosophus, ꝙ omne agens naturale quantũ dat de forma substãtiali, tantũ dat etiam de accidentibus consequentibus formã, vt qui dat ignem, dat etiam calorem & splendorem: ita Deus pater de sua forma substãtiali dedit filium suum virgini Mariæ. Quod autem filius Dei dicatur forma. Auct. Ad Phil. 2. Qui cũ in forma Dei esset semetipsum exinaniuit formã serui accipiens. Neque mirum ergo si dedit splendorem sibi in facie, &c. Ideo grauida existens, virgo erat pulchrior & clarior. Secũdò probatur theologicè. Legitur Exod. 34. Quod quia Moyses locutus fuerat cum Deo in monte, propter hoc radij splẽdoris procedebant de facie eius, intantũ ꝙ popolus nõ poterat eũ respicere. Fiat ergo ratio. Si facies erat ita splendens ex sola Dei locutione, quantò ergo magis facies virginis Marię ex filij Dei conceptione. Hanc rationẽ facit apostolus dicẽs, Si ministratio mortis literis deformata in lapidibus fuit in gloria, ita vt non possent intẽdere filij Israël in faciẽ Moysi propter gloriã vultus eius quę euacuatur, quo modo non magis ministratio spiritus erit in gloria? 2. Cor. 3. Ministratio mortis fuit lex Moysi quę nõ dabat vitã glorię. Tertiò probatur per experientiã de laterna crystalli, quę de se est pulchra & clara, sed si intus mittatur lucerna accẽsa pulchrior erit & clarior. Idẽ de virgine Maria. Cogitate eius corpus pulchrũ & mundã ad instar laternę. & lucerna intus illuminãs totũ mundũ est filius Dei. Nĩ mirũ ergo si virgo erat tũc clarior & pulchrior, intantũ ꝙ dicit tex. ꝙ Ioseph nõ cognoscebat eam. Mat. 1. Ex illis radiis splẽdoris, quia lux ęterna erat in ea. No. hic quomodo Ioseph habita diuina reuelatione suppliciter petebat veniã à virgine de suspitione quã de ipsa habuerat dicẽdo. O benedicta quare nõ dixistis mihi, quia ego credidissem vobis. Et quã dulciter ipsa ipsum cõsolabatur cõgratulando ꝙ esset spõsus & socius matris filij Dei & eius nutritius. O benedicta societas. Itẽ quã reuerẽter vterq; Deũ adorabat in vtero virginis incarnatũ. Ideo si vultis habere societatẽ istã vobiscũ, faciatis sicut faciebat vnus mercator Valẽtinus, qui quolibet anno in die natiuitatis inuitabat vnum pauperẽ senem & aliquã mulierem habentẽ filiũ paruulũ, qui repræsentabant sibi virginẽ cum filio & Ioseph. De quo fuit reuelatum quod in morte apparuerũt sibi virgo cum filio & Ioseph, dicentes, quia recepisti nos in domo tua, ideo nos recipimus te in domo nostra. De hoc dicit Christus Matth. 25. Amẽ dico vobis quidquid fecistis vni ex minimis meis, mihi fecistis. Ideo illud quod expẽderitis in ludo, detis pauperibus amore Christi, pauperes autẽ qui nõ habẽt nec possunt sibi presentare pecunias, possunt ad minus præsentare cras tot Aue Maria, quot diebus

bus ipsum portauit in vtero, vel tot quod hebdomadis vel mẽsibus; Hebdomadæ sunt quadraginta, menses verò nouem, dies verò. 277.

In Natiuitate Christi. Sermo vnicus.

N*Atus est vobis hodie saluator.* Luc. 2. Sermo noster erit de natiuitate Domini nostri Iesu Christi & virginis partu. Sed vt sentiatis dulcidinẽ spiritualẽ huius festi, salutabimus matrem Dei gloriosam, &c. Natus est vobis, &c. A principio mundi vsque ad natiuitatem Christi non fuerunt auditi tam boni rumores, nec tãvtiles hominibus sicut sunt rumores thematis propositi dictis, Natus est vobis hodie saluator, &c. Omnibus qui eratis perditi & ad infernũ damnati & sentẽtiati. Declarationẽ huius benedictæ natiuitatis comprehendo quinque conclusionibus.

Prima, quod ista benedicta natiuitas fuit antiquitùs per sanctas personas desiderata ardenter.

Secunda, quod ista benedicta natiuitas fuit per Iudæos minus appretiata crudeliter.

Tertia, quod ista benedicta natiuitas fuit per Deum celebrata potenter.

Quarta quod ista benedicta natiuitas fuit per virginem Mariam abscondata humiliter.

Quinta, quod ista benedicta natiuitas fuit per sanctos angelos publicata patenter dicentes,

Natus est vobis hodie, &c. Et qui vellet curiosè prædicare omnes quinque conclusiones essent nimis prolixæ. Et omnes tanguntur in themate. In quo quinque sunt cõditiones. Prima ergo tangitur per primam dictionem. Secũda in secunda. Tertia in tertia & sic de aliis. Dico primò quod ista benedicta natiuitas fuit antiquitus per sanctas personas ardenter desiderata. Et vt melius istam conclusionem intelligatis audite parabolam. Noueritis ꝙ fuit quædam magna & nobilis ciuitas optimè populata, quæ fuit ab inimicis crudeliter obsessa impugnantibus eam omni genere armorum, intantũ quod iam eis deficiebant cibaria tantũ durauit obsidio, nec inimici volebant eos recipere ad vitam, nec misericordiam facere aliquã, imò occidebant eos statim. Sciens autem hoc rex & dominus ciuitatis secretè misit nuntios & literas ciuitati, eis intimãdo quòd ipse veniret ad eos personaliter & liberaret eos cùm esset potẽs. De quo ciues fuerunt multum gauisi, & ardenter quotidie expectabãt eius aduentum. Rectè ita fuit de isto mundo. Ciuitas ista magna & nobilis fuit, & est natura humana. ô & quis posset numerare quot ciuitates fuerunt & habitatores in ea. Ab Adam vsque ad natiuitatem Christi, cum trãsierunt secundum aliquos doctores vltra. 5000. annorum, quæ fuit obsessa quotidie à crudelibus inimicis. s. infinitis demonibus impugnantibus eam diuersis tentationibus, cum balistis,

ftis,miſeriis & afflictionibus, intantũ ꝙ iam deficiebant victualia ſpiritualia. de quibus dicit Chriſtus, Non in ſe ſolo pane viuit homo,ſed in omni verbo quod procedit de ore Dei. Mat.4.Licèt haberent doctrinã Moſaicam,ſed nõ dat vitam æternã.nec habebant potum.i.promisſionẽ ſpiritualium,quæ refrigerat animas.Et quãdo aliquis exibat de ciuitate.ſ.per mortẽ, ſtatim ſine miſericordia capiebatur, & in carcere inferni incarcerabatur.Deus autẽ Dominus huius mundi volens conſolari ciues,ſecretè miſit eis nuntios.ſ. ſanctos Patriarchas & Prophetas cum literis ſuis nunciando eis ꝙ ipſemet perſonaliter veniret ad liberandũ eos.De quo multũ gauiſi ciues & habitatores ciuitatis mittebant ſibi ſupplicationes.ſ.deuotas orationes vt veniret & liberaret ciuitatẽ. Primò venit Moyſes dicẽs Deo patri,Obſecro Domine mitte quem miſſurus es.Exod.4. prout promiſiſti.Secundò Dauid ex parte ciuitatis totius di. filio, Domine excita potẽtiã tuã & veni vt ſaluos facias nos.Pſal.79.Tertiò Salomõ di.ſpiritui ſancto, Mitte illã de cęlis ſanctis tuis,& à ſede magnitudinis tuę,vt mecũ ſit & mecũ laboret.ſ. cõtra inimicos. Sap.9.No.mitte illã.ſ.perſonã Chriſti in carne humana,quæ mittitur à patre & ſpiritu ſancto quantũ ad humanitatẽ. Quartò Eſa.dicẽs,Vtinã diſrumperes cœlũ & deſcẽderes.Eſa.64.Alij dicebãt,Veni Domine & noli tardare,relaxa facinora plebis tuæ Iſraël,&c.Rex autẽ,auditis his ſupplicationibus,miſit ſecretè vnũ nuntiũ ciuitati qui diceret ex parte ſua ,Apparebit in finẽ,nõ mẽtietur.Si morã fecerit expecta illũ,quia veniens veniet & nõ tardebit. Abac.2.Ecce quão ardẽter deſiderabatur,& dicebãt ſecundũ Aug. Quãdo veniet, quãdo naſcetur,quãdo apparebit.Putáſne videbo,putáſne durabo, putas hic me inueniet illa natiuitas.O ſi oculi mei videbũt,per quẽ oculi cordis reuelabuntur. O ſi oculi mei videbũt ꝙ credo in ſcript. Dei. Et quantò magis appropinquabat, tãtò magis deſiderabatur. Viã veniendi incœpit ipſe in die ſuæ cõceptionis.Ideo feruẽtisſimè deſiderabatur à B.virgine matre ſua & ſancto Ioſeph qui quotidie computabant dietas cupiẽtes videre diẽ ingreſſus ſui id hunc mũdũ.Virgo ipſum portauit.9.mẽſibus &ſex diebus qui ſunt.277.dies. Ideo in perſona Chriſti dicit ſcriptura ſancta. Sũ,inquit,& ego mortalis homo ſimilis omnibus & in vẽtre matris figuratus.ſ.figura hominis ſiue caro.10. menſiũ tẽpore. Sap.7. Propter hoc virgo Maria & Ioſeph ſcientes ſuũ aduentũ propè properabant ſe ad ipſum deuotè recipiendũ.Virgo autẽ præparabat panniculos de lana & de lino,ſicut faciunt mulieres quãdo ſunt iuxta partũ.Ioſeph autẽ emerat vnum vitulũ vt facerẽt illa die natiuitatis magnũ feſtũ.Sed interim dicit.Lu.ꝙ exiit edictũ à Cęſare Aug.vt deſcriberetur vniuerſus orbis.Lu.2.Ideo voluit deſcribere mũdũ Aug. quia voluit ſcire quot eſſent ꝓuinciȩ,quot ciuitates,quot homines.No.magnã triſtitiam

Miſsio filii Dei in carnem.

tiam Ioseph, quãdo audiuit edictum Imperatoris quod sub pœna mortis singuli proficiscerentur in ciuitatẽ natiuitatis suæ. Ioseph, qui erat de ciuitate Bethleẽ, de genere Dauid, incœpit flere dicẽs, O miser si vado Bethleem, nõ videbo istam benedictã natiuitatẽ à sanctis patribus tandiu desideratam, si nõ vado, ero inobediens & occidar, nec etiam videbo dictam natiuitatẽ, sic tristis venit ad domũ. Virgo autẽ Maria cõsolabatur eũ, ita debet facere vxor, dicẽs, O pater quid habetis modò, quia deberetis gaudere, quia saluator est nasciturus in breui. Tunc Ioseph narrauit virgini Mariæ edictũ Imperatoris & caussam suæ tristitiæ. Ad quod virgo respõdit. Pater nõ ploretis, quoniã ego pro cõsolatione vestra vadã vobiscum, quia etiã sum de progenie Dauid. Ioseph ex vna parte lætabatur quod virgo vellet ire, ex alia parte dubitabat quid dicerẽt sibi gentes, quod duceret secũ mulierẽ iuuenẽ grauidã & partui propinquã. Itẽ, quid si pareret in via? Ad quẽ virgo, Pater nõ curetis de locutione gentiũ ex quo intẽtio est bona. Volũtas Dei est quod vadam⁹ Bethleẽ, quoniã nascitutus est ibi saluator. Iuxta prophetiã Mich. 5. Et tu bethleẽ effrata paruulus es, scilicet, locus, in millibus Iuda, ex te enim egredietur qui sit dominator in Israel. Virgo autẽ Maria melius sciebat bibliã quã prophetæ, vt dicit Origenes. Et parauerũt se & recesserũt de ciuitate Nazareth Ioseph cũ virgine in asino equitãte, Ioseph præcedẽte vinculum asini & bouis quem ducebat trahendo. Ecce regina paradisi qualiter ibat associata. Tunc fuit cõpleta prophetia Aggęi de hac mutatione dicẽtis, Adhuc vnũ modicum est & ego cõmouebo cœlum & terrã & mare & aridã, & mouebo omnes gentes, & veniet desideratus cunctis gentibus. Aggęi 2. Nota vnũ modicũ, quia modicum tempus fuit à prophetia Aggæi vsque ad Christũ, & ego commouebo cœlum, vbi loquitur de cœlo empyreo immobili. Dicit S. Tho. in prima parte, quod quando aliquis angelus habet à Deo aliquã reuelationẽ, statim ille reuelat aliis ita quod ibi nihil teneatur secretum. Ideo archangelus Gabriel in cõsistorio sanctę trinitatis quãdo habuit reuelationẽ incarnationis & natiuitatis filij Dei, de qua ipse erat nuntius, statim ipse reuelauit omnibus aliis, & sic cœlum fuit commotum ad gaudiũ & lætitiã & tripudiũ propter eorũ ruinæ reparationẽ. Item, ego cõmouebo terram, terra virginea dicitur virgo Maria, quæ debuit producere fructum vitæ quę fuit mota in angeli salutatione, cũ turbata cogitabat qualis esset ista salutatio. Lu. 1. Item, cõmouebo mare, & aridã quãdo ex edicto Imperatoris gentes profitebantur in ciuitatibus suis, quædã per mare, quædam per aridã. Tunc veniet desideratus cunctis gentibus. Patet prima conclusio. Secunda conclusio dicit quod hęc benedicta natiuitas fuit p Iudeos minus appretiata crudeliter. Dicit historia q quãdo Ioseph cũ virgine fuerũt in ciuitate Bethleẽ

Eximiã diuinarũ literarũ habuit beata Dei genitrix scientiã.

Reuelatio vniã gelo facta, aliis ab eodẽ cõmunicatur.

non inuenerũt hoſpitiũ nec aliquam domũ nec hoſpitale vbi vellẽt eos recipere. Ad hoc asſignãtur tres rationes. Prima quia venerunt de vltimis & habuerũt ire lẽtè per viã. Ideo qui venit extremus iratũ ſæpè videmus. Secũda licèt illa ciuitas Bethleẽ eſſet parua, abundabat tamẽ multũ in militibus & ciuibus & nobilibus, qui erant de genere Dauid qui fuit natus in illa ciuitate qui miſerãt nũtios pro habendis hoſpitiis. Tertia ratio fuit auaritia hoſpitalariorum, qui quãdo videbãt Ioſeph pauperẽ cum muliere grauida, cogitabant ꝙ occuparent vnã domũ & quòd modicũ lucrarentur cũ eis. Ideo, &c. Ad practicã etiã poteſtis cogitare quomodo fuit quãdo Ioſeph cum virgine in aſino equitãte intrauit per portã ciuitatis. ſtatim diuertit ad primũ hoſpitiũ ne haberet diſcurrere per ciuitatẽ quærens ſi poſſet ibi hoſpitari. Cui dixerũt & quot eſtis, &c. & quãdo videbãt quod erãt ſolũ duo & cũ boue & cũ aſino, cogitãtes, modicũ habere-mus, dixerunt ſibi tranſeatis vltra, quia hîc nõ eſt locus pro vobis. Qui iuerũt ad aliud hoſpitiũ. Reſponderũt quod totũ erat plenum. Cogitate hîc triſtitiã Ioſeph & verecundiam virginis Mariæ ſic ire oſtiatim. Sed virgo patiẽter ſuſtinebat & cõſolabatur Ioſeph. Deinde iuerunt ad aliud hoſpitiũ vbi dixerunt quod totũ erat plenũ pro tali domino & pro tali vẽturis, &c. Vidẽs Ioſeph quod pro pecuniis nõ inueniebat hoſpitiũ, quærebat amore Dei vt in aliqua domo illa mulier grauida partui propinqua reciperetur, nec inuenit in tota ciuitate, imò dicebãt ſibi, O antique bene videtur certè quòd eſtis zelotipus de vxore veſtra, & quare poſuiſtis ipſam grauidã in via. Et pauper homo flebat. Ad quẽ virgo. Pater habeamus patientiã & perquiramus aliquod hoſpitale, & ſic iuerũt ad vnũ hoſpitale, quærendo ſi poſſent ibi recipi amore Dei. Reſpõdit hoſpitalarius: Vos ſani eſtis, & domus iſta eſt pro infirmis, nec poteſtis ibi recipi, ideo parcatis. Cũ autẽ hora iã eſſet tarda nec inuenirẽt aliquod hoſpitiũ, dicebat Ioſeph. O Domine hæc ſunt peccata mea. Cumq; inueniſſent vnã porticũ in via publica in qua erat præſepe in qua forenſes quandoq; ponebant animalia ſua, dixit virgo. Pater hîc poterimus ſtare, quia nõ eſt honeſtũ ire per villã tali hora. Dixit Ioſeph, O miſer. & nũquid inueniemus aliquã domũ. Dixit virgo Maria. Pater totus mũdus, eſt domus Dei, ideo ſtemus hîc. Tunc Ioſeph cũ maxima reuerẽtia depoſuit virginẽ de aſino & intrauerunt porticum, & Ioſeph poſuit vnã flatiatam quã portauerat in aſino pro cortina ne viderẽtur, & iuit ad emendum paleã & carbones propter frigus. Et de modica palea fecit lectũ reginæ cœli di. O Domine quid dicetis mihi quòd in tali lecto collocauerim matrem veſtram, & in illa porticu ſteterunt ad minus 13. diebus, quia dicit gloſ. ſuper Mat. 2. quòd reges orientis adhuc inuenerũt regem Chriſtum in illa porticu. Ecce palatium reginæ Paradiſi, ecce quomodo illa natiuitas

In præſepio adorauerũt Chriſtũ Magi.

L glo-

gloriosa fuit à Iudæis minùs appretiata. Hoc reuelauerat Deus Hiere. prophetæ qui flens dicebat in persona Iudæorum, Tibi peccauimus expectatio Israël, saluator noster in tẽpore tribulationis. Quare quasi colonus futurus es in terra, & quasi viator declinãs ad manendum. Quare futurus es sicut vir vagus & fortis qui non potest saluare. Hier. 14. Tunc ista prophetia fuit completa. patet secunda conclusio. Moraliter. quilibet vestrûm modò in corde suo dicit. O si ego fuissem tũc ibi & cognouissem eum, ego recepissem eum in domo mea, &c. Vtinã vos non sitis in eadem condemnatione vel crudelitate cũ Iudæis. Et nũquid hodie vidistis virginem grauidam in ista villa cum Ioseph, & tamen non recepistis eos. Virgo grauida de filio Dei est hostia consecrata quam ducit sacerdos vt Ioseph. Quis vestrûm recepit eã communicando deuotè? credo quod nullus. De bono cõsilio debebatis sibi præparare domum cõscientiæ per contritionẽ, confessionẽ, & satisfactionẽ. sed multæ excusant se vt Iudæi dicentes: Ego habeo recipere vnũ magnum militẽ. s. dominum Caponẽ, dominum Hœdum, dominũ Porcum. Alius dicit. Ego habeo recipere magnã dominã nobilem. s. dominã Gallinã, alius dominã Perdicẽ, &c. sed nolunt recipere Dominum Iesum Christum. De quibus dicit Ioannes in Euange. In propria venit, & sui eũ non receperunt. Quotquot autẽ receperunt eum, dedit eis potestatẽ filios Dei fieri. Ioan. 1. Tertia conclusio dicit φ ista benedicta natiuitas fuit per Deum celebrata potenter. Virgine Maria existente in illa porticu vt dixit in medio paramentorum circa mediã noctem venit hora partus, quã sensit virgo Maria, nõ sicut cęteræ mulieres, quia priusquã sentiunt partum, habẽt dolores, miserias & tristitias in corpore, & facies mortificatur. Sed virgo Maria habuit alia signa scilicet illuminationes singulares, consolationes & dulcedines cordis & delectationes maximas magis quàm cęteræ, & facies eius resplenduit, Quod vidẽs Ioseph dixit. Benedicta quid est hoc. Respõdit. Pater, modò venit hora partus mei. Ioseph surrexit subitò vt vocaret obstetrices, sed virgo prohibuit eũ di. Pater sicut in conceptione nulla creatura fecit aliquid, sic nec etiam in natiuitate. cogitate quomodo dixit Ioseph, Benedicta vos non estis super hoc experta neque ego, &c. Et virgo, pater non cureris, quia pater cęlestis prouidebit, id est Deus. Ideo liber de infantia saluatoris qui ponit quod ibi fuerũt mulieres, est reprobatus ex decreto Pelagij Papæ Hiero. Nulla ibi obstetrix, nulla muliercularum sedulitas interfuit, sed subitò sicut radius solis transit per fenestram vitream sine fractione, sic Christus sol iustitiæ transiuit per portã vteri virginalis sine aliqua fractione, & corruptione tanquã sponsus de thalamo suo. Quem virgo recepit manibus propriis genibus flexis cũ maxima reuerentia, & veneratione adorando ipsum, & dicẽdo: O Domine

Ad instar radii solaris per fenestrã exeuntis peperit virgo Iesum.

mine vos bene veneritis de celo in terrā pro saluatione hominum. O Domine desiderate à sanctis Patriarchis, & Prophetis adoro vos, quia inquantum Deus estis creator meus, inquantum homo estis filius meus, & osculabatur eum modò in pedibus tāquam Deū, modò in ore tanquam filium, modò in manibus tanquam creatorem omnium rerum, modò in fronte tanquam filium suum dicens: O Domine tantam gratiā mihi fecistis, adorauitq́ eum centū vicibus. Et vt quidam dicunt ait, Tu es dominus Deus meus, tu es redēptor meus, tu es filius meus dilectus. Ambro. O beata virgo quis nobis posset arcana tui cordis referare, cùm hinc adorares natum tuum vt Deum, & hinc osculareris vt filium. Ioseph autem flens præ gaudio dicebat, Benedicta permitte mihi adorare filium tuum, & filiū Dei tandiu desideratum, &c. Dic quomodo adorabat eum dicēs. O Domine tātam gratiam mihi fecistis, quod Reges, & Prophetæ voluerunt vos videre, & non viderunt, & mihi peccatori fecistis tantam gratiam vt vos videam. Tunc infans propter frigus incœpit flere. Statim Ioseph calefecit panniculos, & virgo inuoluit. Deinde Ioseph voluit vocare aliquam mulierem quæ lactaret, &c. sed virgo prohibuit. Ad quam Ioseph, Benedicta quid facietis, quia non habetis vos lac. Dicunt Medici quod ab eadem radice procedunt lac, & proles. Ideo mulier quæ non cognouit virum non habet lac. Respondit virgo. Pater, Deus prouidebit. Tunc virgo flexis genibus orauit Deum patrem dicēs: Deus pater vos & ego habemus vnum filium cōmunem, ideo vos qui prouidetis omnibus creaturis prouideatis sibi de lacte. Tunc subitò vbera virginis fuerunt plena lacte, de cœlo sibi misso. Ideo dicit ecclesia. Nesciens virgo virum peperit sine dolore saluatorem sæculorum. Ipsum regem angelorum sola virgo lactabat vbere de cœlo pleno. patet tertia conclusio.

Eadem est causa in matre lactis, quæ prolis.

Quarta conclusio dicit quod illa benedicta natiuitas fuit per virginem abscondita humiliter. Dic historiam quod statim quando Christus fuit natus corpus suum resplenduit sicut sol quando oritur, & nox facta est vt meridies, & ita claruit. Cogitate quomodo multi qui non dormiebant admirantes de tanta claritate voluerūt videre fontem luminis, & concurrentibus eis ad tam magnum spectaculum luminis virgo sentiens tumultum gentis, filium posuit in præsepio. Iudæi autem venerunt, & viderunt vnde lumen procedebat. Dixerunt aliqui, propheta dicit quādo Messias nascetur, nox sicut dies illuminabitur. Dixerunt alij, si esset fortè iste. Dixerunt quidam, taceatis non curetis, si Herodes sciret, interficeret nos. Ita quod timore Herodis non fuerunt ausi recipere regem Messiam. De isto lumine propheta, Populus qui ambulabat in tenebris vidit lucem magnam: habitantibus in regione vmbræ mortis, scilicet peccati ingratitudinis, lux orta est eis. Multiplicasti

gentem.s.ad videndũ lumen,non magnificasti lætitiã,quia nullum xenium sibi miserunt nec virgini. De quo lumine loquitur,ostẽditur cùm dicitur,& sequitur.Paruulus natus est nobis,& filius datus est nobis non pater,nec spiritussanctus.Esa.9. Et hîc quæstio quare virgo beata posuit filium suum in præsepio inter bestias. Quid si bos cornibus & asinus dẽtibus impetissent? Beatus Lucas vult excusare virginem dicens:Reclinauit eum in presepio, quia non erat ei locus in diuersorio.i.in ista porticu.Sed hîc posset homo B.Luce respõdere.Et nunquid virgo quæ sine dolore,& miseria peperit,poterat ipsum ponere siue tenere in gremio vel brachiis,quare posuit eum inter animalia?Respondetur quod triplex fuit ratio.

Prima ad complendum veritatem scripturalem.

Secunda ad subleuandum necessitatem corporalem.

Tertia ad docendum nos bonitatem moralem.

Quantum ad primum fuit prophetatũ quod inter animalia debebat poni, & p ea adorare humiliter.Cogitate quale gaudiũ habuit beata virgo quãdo vidit filiũ suum adorari à boue,& asino.Et qualẽ tristitiã quando videbat ipsum à Iudæis refutari. Et fuit impleta prophetia Esa.dicẽtis. Audite celi,& auribus percipe terra,quoniã Dominus locutus est:Filios enutriui,&exaltaui,ipsi autẽ spreuerũt me.Cognouit bos possessorem suum, & asinus presepe domini sui, Israël autem me non cognouit Esa.1. Quantum ad secũdam rationem,iã videtis quomodo viget frigus in isto tempore. Cogitate si virgo Maria habebat frigus,quia non legitur quod portaret vestes foderatas.propter hoc posuit filium suum in præsepio vt animalia calefacerent eum cum anhelitu prout fuit reuelatum Abacuc Prophetæ,qui de hoc dixit,Domine audiui auditũ tuum,& timui.Domine opus tuum cõsideraui.in medio duorum animalium cognosceris.Abacuc.3.secundũ 70. Quantum ad tertiam rationẽ hoc fecit virgo vt nos instrueret in bonitate morali. Bos est animal magnũ habens duo cornua,que significant dominos temporales,& rectores cõmunitatũ. Asinus qui portat onus significat vasallos, & subditos.Et virgo posuit filium suum in medio,ostendẽs quod omnes possunt bene saluari,Domini saluando iustitiã,quod nec odio nec amore nec timore nec munere faciant contra iustitiã,vasalli etiam seruando fidelitatem,obedientiam,& reuerentiã dominis,Secũdò bos est animal mundum qui antiquitùs sacrificabatur Deo.Ideo significat sacerdotes qui offerunt sacrificiũ Deo. Asinus rudis significat laicos.virgo posuit filium suum in medio innuẽs quòd omnes possunt saluari. Tertiò bos q nõ portat onus significat diuites qui manibus non laborant.Asinus significat laboratores si sint patientes. Quartò bos qui habet cornua significat personas deuotas, & sanctas. Duo cornua sunt vera prudẽtia siue credẽtia ad fidẽ,& prompta

pta obedientia ad mãdata. Asinus acidiosus, significat peccatores, si sint pœnitẽtes possunt saluari. Quintò bos qui ruminat, & diuidit vngulã significat literatos magistros, & doctores qui ruminãt studẽdo, & diuidunt vngulã. i. habẽt scientiã veteris & noui testamẽti. Asinus significat ignorãtes, Christus ponitur in medio, &c. & verificatur illud Dauidicum. Homines, & iumenta saluabis Domine, quemadmodũ multiplicasti misericordiã tuã Deus. Psal. 35. Nota homines tam potentes q̃ impotentes, tam sapiẽtes q̃ diuites, & iumenta. i. peccatores rudes, & ignorantes saluabis Domine. Quinta cõclusio dicit quod hæc benedicta natiuitas fuit per sanctos angelos patẽter publicata quando apparuit pastoribus dicẽs optima noua. Natus est vobis hodie saluator qui est Christus dominus in ciuitate Dauid. modũ narrat B. Lucas. dicatur historia breuiter de angelis in natiuitate Christi quod Deus pater misit de cœlo, vbi fiebat magnum festum de natiuitate Christi ad terram vt etiam fieret ibi festum. Hæc benedicta natiuitas fuit reuelata pastoribus vigilantibus nõ imperatori Octauiano dormiẽti, nec in Hierusalem magistris & doctoribus, nec sacerdotibus, sed pastoribus carmina cãtantibus. Quare hoc dicit Bern. quod pastores habebant quinq; conditiones, in quibus ostenditur quibus personis Deus reuelat sua secreta, & dat suam gloriam. Primò pastores vigilabãt super gregem &c. In quo ostenditur quod pastores tam tẽporales quàm ecclesiastici debent vigilare super gregem eis cõmissum, ne à lupis peccatorum maximè notoriorũ deuorẽtur, quia ex peccatis secretis non punitur cõmunitas, talibus pastoribus reuelat Deus suã gloriam, & gratiã. Secundò sonabant cõcorditer fistulas, in quo ostenditur ꝙ personis deuotis, & pacificis quæ sonant per orationes, & supplicationes, Deus reuelat suã gratiã & gloriã. Tertiò, quia erant in deserto in asperitate pœnitentię, &c. vbi malè comedebãt & bibebãt, & dormiebãt, &c. In quo ostẽditur ꝙ personis quæ viuunt in asperitate pœnitentiæ, &c. Quartò quia erant homines pauperes, &c. Ideo Christus. Væ vobis diuitibus qui hîc habetis consolationem vestrã, &c. Luc. 6. Quintò, quia erant homines simplices, neminem despiciebãt. talibus dat Deus suam gratiã. Auctoritas Christi. Confitebor tibi pater Domine cœli, & terræ, quia abscondisti hæc à sapientibus, & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Mat. 11.

Dominica infra oct. natiuitatis Christi. Sermo. I.

E*cce positus est hic in signum cui contradicetur.* Luc. 2. Certum est, & per sanctam scripturam probatum est, & clarum quod ante aduentum, & natiuitatẽ Christi nullus quantumcunq; sanctus potuit inuenire viam paradisi vt posset gloriam habere. Ratio, quia si præcedentes ductores errant in via, oportet etiam sequẽtes deuiare. Sic à principio Deus dedit humano generi duos

 ductores,

ductore, Adam, & Euam, qui in prima dieta errauerunt à via gratiæ, & consequenter à via gloriæ. Ideo oportuit sequentes ipsos errare, & deuiare per desertum huius mundi inter lupos, & feras infernales qui deuorabant omnẽ hominem. De hoc dicit Dauid. Errauerunt in solitudine in inaquoso, viam ciuitatis habitaculi non inuenerunt. Psal. 106. Nota in solitudine, id est, in deserto. Quare hoc, cùm tamen in mundo essent multæ gentes? Quare ergo dicit in solitudine in inaquoso? Responsio quod nisi homo habeat Deum secum per gratiam, ipse est solitarius, & desertus, quantumcunque sit multis gentibus associatus. Et quia tunc mũdus nõ habebat Deum incarnatũ, nec aquas doctrinarũ euangelicarũ, ideo vocat mundum desertũ, & inaquosum. Si dicatur ab aliquo Iudæo, Nunquid fons doctrinarũ Moysi rigabat totũ mundũ, &c. Dico quod nõ fuit fons aquæ, sed arenæ terrenorũ. Patet ergo quomodo totus mundus errauit à via Paradisi. Sed modò iã possumus ire viam rectã ad paradisum, quia in Christianitate inuenimus viã, quia sicut peregrini qui vadunt ad aliquã notabilem peregrinationem, in biuiis inueniunt aliquod signũ, vel crucis, vel lapidis. s. monstrans viã rectam ne errẽt in via, sic Deus pater nobis viatoribus, & peregrinis misit filium suũ quẽ nobis dedit in signum certum ne erremus viã Paradisi. Ideo de eo dicit Luc. in themate, Ecce positus est hic in signum, s. viæ paradisi. Patet thema. Deinde dicit euangelium, Cui cõtradicetur. Nota in Christo nouiter nato triplex signum pro eundo ad paradisum, & cuilibet signo contradicitur à multis quę signa dedit angelus pastoribus dicens, Hoc vobis signum. Inuenietis infantem pannis inuolutũ & positũ in præsepio. Luc. 2. Vbi dicit tria signa. s.

De integra puritate, cùm dicit inuenietis, &c.
De voluntaria paupertate, cùm dicit pannis, &c.
De vera humilitate, cùm dicit positum in præsepio.

Pro quolibet triũ dicit thema, Ecce positus est hic in signum. Dico primò quod primũ signũ quod habemus in Christo nouiter nato est integra puritas. Puritas dicitur integra, quãdo cõsistit tã in corpore q̃ in anima, quia anima nõ est homo, nec corpus est homo, sed totum simul, corpus & anima est homo. Sic quãdo homo seruat puritatẽ in corpore à prauo opere, nõ dicitur propriè purus, nisi etiã pręseruet puritatẽ in anima, expellẽdo ab ipsa malas cogitationes, & desideria pro suo posse. Hinc est ꝙ Dominus dans legẽ dedit duo præcepta puritatis: vnũ pro corpore dicẽs: Non mœchaberis aliud pro anima dicens: Non cõcupisces vxorẽ proximi tui, quasi dicat, nõ sufficit seruare corpus purũ, sed etiam animam. Hoc signum puritatis dedit angelus de Christo dicens: Inuenietis infantem. Noluit Christus nasci iam adultus vt Adã, sed infans paruulus vt cęteri, & hoc in cõmendationem puritatis, quia infantes nullã habent corru-

corruptionẽ luxuriæ, nec in corpore, nec in anima. Dic exemplũ de euãgelio quod recitatur à tribus euãgelistis. Mat. 19. Mar. 10. & Lu. 18. de gentibus quæ ex deuotione portabãt infantes ad Iesum Christum, vt tangeret ipsos, quos discipuli prohibebant, sed Iesus indignè tulit decẽs: Sinite paruulos venire ad me, & nolite ꝓhibere eos, taliũ enim est regnum cœlorũ: quasi dicat, quod magni, & luxuriosi vadunt ad infernum. Dicit Marc. quod amplexabatur infantes de vno ad alium imponẽdo manus super illos. Quo facto dixit. Amen dico vobis, quicunque nõ receperit regnũ Dei sicut puer, nõ intrabit in illud Lu. 18. Nota vt puer. i. purus. Patet ergo quod signum in Christo nobis datum est integræ puritatis, cùm dicitur, Inuenietis infantẽ. Hoc signum secretè fuit ostensum Raab meretrici, vt legitur Iosue. 2. quando filij Israël debuerant intrare terram promissionis vt caperent ciuitatem Hierico, & miserunt exploratores. dixit Raab meretrix exploratorib⁹ Iudæorum. Noui quod Domin⁹ tradiderit vobis terrã hãc. Etenim irruit in nos terror vester, & elãguerunt omnes habitatores terræ. Dominus enim Deus vester ipse est Deus in cœlo sursum, & in terra deorsum. Detis mihi verum signũ vt saluetis patrẽ meum, & matrẽ, fratres ac sorores meas, & omnia quæ illorum sunt, & eruatis animas nostras à morte. Qui dederunt sibi funiculum coccineum, vt ipsum poneret in fenestra appensum, & hoc signo saluata est. Talis est persona luxuriosa. Deus ordinauit, & restrinxit illud op⁹ne fiat nisi inter virum, & vxorẽ matrimonialiter coniunctos. Hæc mulier Raab nomine, & etiã officio significat personam luxuriosam. Raab enim interpretatur dilatata, sed luxuriosus vult dilatari, & ampliari dicens: O vxor mea est senex vel infirma, turpis, vel sterilis, vel dimisit me, ideo, &c. Ecce hæc Raab dilatata meretrix de qua dicit Dauid in persona Christi. Memor ero Raab, & Babylonis. i. personæ luxuriosæ, & confusæ, quæ nullũ ordinẽ seruat nec modum, de qua memor est Christus in die mortis, & iudicij. Signum quo poterit saluari est suspendere funiculũ coccineum in fenestra. Funiculus iste est castitas, & est de tribus filijs, quia qui vult viuere castè, oportet quod seruet tria, scilicet,

Orationem spiritualem.
Afflictionem corporalem.
Vitationem socialem.

Oratio spiritualis est quãdo fit deuotè flexis genib⁹, mẽte eleuata, cogitãdo quod videatis Christũ iratũ cõtra vos, &c. hoc modo anima retinetur à malis cogitationib⁹, & desideriis. Quãtũ ad secundũ necessaria est afflictio corporalis, ne caro ſaltet siue rebellet quoniã sicut oratio eleuat animã, ita afflictio corporalis deprimit carnem. Tertiũ necessariũ est vitatio socialis sine qua nihil valẽt alia duo prima. Cauere ab omni cõsortio mulierum, ab omni mala societate, &

opportunitate isto modo seruatur castitas. Ecce funiculus triplex de quo Salomon. Funiculus triplex difficile rumpitur. Eccle.4. Secus si sit solũ simplex vel duplex. Quare dicit quod erat coccineus? ego dicã, quia castitas debet seruari in memoriã passionis Iesu Christi qui erat totus coccineus, id est sanguineus in die suę passionis dicendo intra se, Christus ita pro me fuit passus, & ego dabo corpori delectationẽ, absit. Ideo dicit Apostolus. Recogitate eum qui talem sustinuit à peccatoribus aduersus semetipsum contradictionem, vt non fatigemini animis vestris deficientes. Nondũ enim vsq; ad sanguinẽ restitistis aduersus peccatum repugnantes. Heb.12. Quare dicitur quod appendatur ad fenestram? nunquid sufficeret ipsum tenere in foramine? Dico quod quilibet debet se taliter habere in sua conuersatione in incessu, statu & habitu, quod omnes dicant, verè persona casta est ista. Ecce qualiter funiculus castitatis appenditur in fenestra conuersationis. Aliqui tenẽt ipsum absconditum in foramine, & quando redarguũtur dicũt, sufficit mihi, Deus hoc scit, sed nihil valet, oportet enim quod sit in fenestra. Ideo dicit Apostolus. Prouidentes bona non tantùm corã Deo, sed etiã corã omnibus hominibus. Ro.12. Vt omnes dicant, verè bonus homo vel bona mulier & casta videtur in omnibus. Ecce signũ puritatis. de quo dicit thema. Ecce positus est hic in signũ. Huic signo cõtra dicitur à multis. O & quot cõtradictiones fiunt quotidie Christo in isto signo tã à religiosis personis & clericis ꝙ laicis, demonstrando & aliis, quia totus mundus est corruptus. De ista cõtradictione dicit Propheta. Væ qui cõtradicit factori suo, testa de samiis terræ. Esa.45. Samia dicitur à quadã insula sic vocata Samos, in qua fuit primo inuẽta operatio de terra. personam luxuriosam vocat testam de samiis terrę. i. filius terræ, quia ad instar operis terræ luxuriosus ad extra est tot⁹ pictus siue ornatus, sed intus est totus corruptus & prauus, & hoc de primo signo. Secundũ signum est voluntarię paupertatis. Si dicatur quid est paupertas volũtaria? Ego dicã, Nota hic primo tres gradus paupertatis voluntarię. Primus est ex principio, Secundus ex fine, Tertius ex medio. Primus gradus in principio, est quãdo homo dimitit diuitias voluntariè habitas & habẽdas, & amore Christi vult viuere in paupertate. Iste gradus est maior. & istũ habuerũt apostoli sancti dicentes. Ecce nos reliquimus omnia. Mat.19. nõ dicit omnia dereliquerũt nos, sed nos reliquimus omnia. Si nõ habebãt omnia quomodo reliquerũt omnia? Respõsio, reliquerunt omnia quæ habebãt, & etiã omnia illa quæ poterãt habere, & voluntatẽ habendi. Ad istũ gradũ paupertatis volũtariæ tenẽtur religiosi ex obligatione voti. Secũdus grad⁹ paupertatis volũtarię dicitur ex fine quãdo diues quouis modo dimisit omnia & displicet sibi, sed pòst cogitãs intra se dicit, quare tristor? quia etiã habebã dimittere & amittere

Fiebant saltẽ in hac insula fictilia vasa egregiè ex creta fabricata.

Et si tres sint paupertatis gradus, primus ac præcipuus tamẽ est, nõ ea solũ relinquere propter Christũ quæ habes, sed & volũtatem habendi.

tere hodie vel cras, & sic facit de necessitate virtutē, se cōsolando & acceptando quod Deus fecit, talis paupertas bona est, sed prima est melior. In isto gradu fuit Iob qui omnia perdidit & displicuit sibi à principio, & scidit vestimēta sua, & tōso capite corruit in terrā. Sed postmodū consolando se dixit. Nudus egressus sum de vtero matris meę, & nudus reuertar illuc. Dominus dedit, Dominus abstulit, &c. sit nomen Domini benedictū. Iob. 1. Nota nudus egreditur homo de ventre matris, cū miserabili camisia quæ statim laceratur ab obstetrice, & nudus reuertitur homo cum alia miserabili camisia. s. linteo. Hæc paupertas est etiā bona & meritoria ratione patientiæ, vt dicit Ambro. dist. 47. Sicut hi. non tamen vt prima. Tertius gradus paupertatis voluntariæ non ex principio neq; ex fine, sed ex medio est, quādo homo, licèt habeat multas diuitias & possesiones & reditus, non tamē ponit ibi cor suum, sed de ipsis seruit sibi in necessariis, & de residuo facit magnas & largas eleemosynas. Tales pauperes reputantur. De istis dicit Dauid. Diuitiæ si affluant. s. de bono iusto, nolite cor apponere, licèt possint manus apponere ad licitè congregandū, computandū, distribuēdum. De his tribus gradibus paupertatis volūtariç dixit angelus ad pastores de Christo. Hoc vobis signum, inuenietis infantē pannis inuolutum. Luc. 2. Nota pannis, nō dicit sericis inuoluit eum, sed pānis, quod notat paupertatē, quia pauper dicitur pannosus. De hoc signo habetur figura. Gen. 9. dic breuiter historiā quomodo Noē & filij eius cum vxoribus post diluuium fuerunt quando extra arcam Deus consolando eos, quia timebant ne pluuia rediret, cùm iam per annū integrū stetissent in arca dixit eis, non timeatis. Arcum meum ponā in nubibus cœli, & erit signum fœderis inter me & terram. Gen. 9. No. quod iste arcus cœlestis signat paupertatē voluntariā. Ratio, quoniā arcus est curuus, ita & pauper vadēs humiliter. Secùs de diuite qui incedit totus rectus & superbè. Item arcus dicitur cęlestis, sic ex voluntaria paupertate Deus promittit cœlum. Mat. 5. Beati pauperes spiritu quoniam ipsorum est regnum cœlorum. Item cōmuniter arcus ille est trium colorum. s. dę igneo, de liuido siue blaueo, & de viridi. In colore ignis repręsentatur primus gradus paupertatis qui est ex principio, quia persona inflammata igne amoris & deuotionis Dei nō vult aliquid in isto mundo. In colore liuido ostēditur secundus gradus qui est ex fine quādo persona cōsolatur de. amissis ex desiderio cœli. In tertio colore de viridi repręsentatur tertius gradus paupertatis qui est ex medio, quia sicut arbor viridis facit fructum, ita qui sunt in isto gradu faciunt fructū eleemosynarum & misericordiarum. Diuitibus huius sæculi præcipe non sublime sapere neq; sperare in incerto diuitiarum, sed in Deo viuo qui præstat nobis omnia abundè ad fruendum. Quid ergo est præcipiendum bene agere, diui-

Displicuit quidē Iobo rerū suarum priuatio: nunquā tamen ob id peccauit.

re,diuites fieri in bonis operibus.1.Tim.6.Cùm ergo dicit Dominus,Arcum meum,id est,paupertatē voluntariam ponā in nubibus cœli,id est, in sanctis apostolis & viris apostolicis.Et erit signum fœderis inter me & terram, quia sicut nubes sunt mediæ inter cœlum & terrā à quibus venit pluuia,tonitrua,& fulgura,sic apostoli & viri apostolici sunt medij inter Deum & nos, à quibus descendit pluuia.s.doctrinarum tonitrua cōminationum,& fulgura inflāmationum in amore Dei & proximi. De quibus dicitur.Qui sunt isti qui vt nubes volant.Esa.60.Huic signo cōtradicitur à cupidis & auaris & dominis temporalibus per rapinā,à prælatis per simoniā,à Iudicibus & aduocatis & procuratoribus per calumniam,à diuitibus & mercatoribus per vsurā,à religiosis per proprietatē, &c. intantum quod Christus dicit, Tota die expandi manus meas ad populū non credentē,sed contradicentem mihi.Esa.65.& ad Ro.10.No.tota die expandi manus meas.s.dando pluuiā,rorem,panē,vinum,& omnia necessaria,&c.ad populum non credentem.s.mandatis nec consiliis meis,sed cōtradicētem mihi. Tertium signum veræ humilitatis est quādo gestus corporalis & signa exteriora cōcordant cum corpore,vt si homo habet verba & oculos humiles,quod etiam cor sit humile,aliàs dicit scriptura sancta, Est qui nequiter se humiliat & interiora eius plena sunt dolo.Eccle.19.Propter quod angelus ostendens nobis signum veræ humilitatis dicit.Hoc vobis signum, inuenietis infantem pannis inuolutum positum in præsepio. Ecce hic exemplum infinitę humilitatis.Lu.2.Magna humilitas fuit filij Dei quando voluit humiliari infra seraphinos,cherubinos, thronos & dominationes, virtutes & potestates, principatus, archangelos & angelos vt esset homo. Nusquam angelos apprehendit, sed semen Abrahæ apprehendit.ad Heb.2.Sed maius signum humilitatis fuit quando inter bestias voluit poni in præsepio,qui dicit patri,Vt iumentum factus sum apud te & ego semper tecum Psal.72.Ecce signum veræ humilitatis,& signum saluationis.Nota figurā quę habetur Ezec.9.vbi legitur quod Ezechiel propheta vidit Deum iratum & furiosum volentē destruere ciuitatem sanctam Hierusalem & totam terrā promissionis.Ad quem Propheta, O Domine Deus quare hoc? Cui dixit Deus , Veni & ostendam tibi peccata populi, & videbis rationem quare.Dic historiam de illo homine qui venit cum atramentario scriptoris , & de sex aliis hominibus ipsum sequentibus,quorum quilibet habebat arma in manu sua ad occidendum.Dixit Dominus illi qui portabat atramentarium,Transi per mediam ciuitatem Hierusalem , & signa thau super frontes virorū gementium & dolentium super cunctis abominationibus quæ fiūt in medio eius. Deinde dixit sex hominibus , ipsum sequentibus. Transite per ciuitatem sequētes eum & percutite. Non parcat ocu-

lus

lus vester, neque misereamini. Senē, adolescentulum, & virginem, paruulum & mulieres interficite. Omnem autem super quem videritis signum thau ne occidatis, & à sanctuario meo incipite. No. practicā signationis quomodo fiebat. Quando ille notarius transeundo videbat sacerdotes ridentes, & gaudētes, &c. dicebat eis, de quo ridetis ita & gaudetis? Respondebant, Et nunquid debemus lætari & gaudere, &c. quia habemus tot reditus, &c. Dicebat ille, expectetis modicum; quia alij soluent vobis, &c. Quando videbat aliquos sacerdotes plorantes dicebat. Quare ploratis? Respōdebant. O miseri. Et nunquid debemus flere, quia tot peccata fiunt cōtra Deum? Tunc dicebat, amoueatis capitiū. & signabat eos signo thau in fronte. Idem fecit de militibus, ciuib⁹, & de aliis & de mulieribus. Tunc Propheta incœpit clamare & dicere heu heu heu Domine Deus. Interiectio est dolentis. Ecce historiam. Hoc signum thau significat humilitatē, triplici ratione. Prima quia significat crucem Christi in qua Christus voluit humiliari, & in maximo gradu humilitatis. Apost. Humiliauit semetipsum, factus obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis, ad Philip. 2. Secunda quia thau interpretatur subter. talis est humilitas vera. Tertia quia thau est vltima litera Hebraica: si semper humilis vult esse vltimus in omnib⁹. Notarius est Christus, vt dicit gl. interli. quia ipse signat signo thau, quia ipse dat humilitatē paratis. Ideo Io. Apoc. 7. Vidi alterum angelū ascendentē ab ortu solis habentem signum Dei viui, & clamauit voce magna quatuor angelis quibus datum est nocere terræ & mari dicens. Nolite nocere terræ, & mari neq; arboribus, quousq; signemus seruos Dei nostri in frontibus eorum. No. alterum angelū. s. Christum, nō angelum natura, sed officio: signemus, nō dicit signabo, quia oportet quod homo se iuuet ad signandū, cogitando cū dolore peccata quę fecit, & sic homo se humiliat, Nota in frōtibus eorum, quia magis apparet, vbi notatur quod humilitas debet apparere in incessu, in vestitu, in ornatu & in aliis omnibus, quia qui nō signatur hoc signo humilitatis, venit in posse illorum sex hominum armorum, qui significāt sex ordines sanctorū, qui licèt modò orēt pro nobis, tamē in iudicio armabuntur cōtra nos. Sap. 5. Armabit creaturā ad vltionē inimicorum. Patriarchæ armabuntur, & percutiēt cum gladio de misericordia & liberalitate. Prophetę cum ense deuotionis. Apostolij cum gladio charitatis. Martyres cū scuto patientiæ. Confessores cū balista diligentiæ. Virgines cū gladio munditiæ. Respiciamus ergo thau, id est signū humilitatis, vt dicit Dauid. Fac mecum signum in bonum, vt videant qui oderunt me & confundātur, quoniam tu Domine adiuuisti me & consolatus es me. Huic signo contradicitur à superbis, vanis & pomposis, de quibus Propheta dicit Christo. Hi contradicunt sacerdoti. Oseæ 4. Nota sacerdoti, id est,

id est, Christo, cui dicit Deus pater, Tu es sacerdos in æternũ secundũ ordinẽ Melchisedech. Psal. 109. Ideo dicitur Christus, Discite à me quia mitis sum & humilis corde. Mat. 11. Ecce hic tria signa posita in via paradisi. Sed vtinã nõ cõtingat nobis sicut B. Machario cuius signa arũdinea diabolus sibi amouit de via. Ita Deus pater, filius & spiritus sanctus in nemore huius mundi posuerunt nobis tria signa. s. puritatis, paupertatis & humilitatis, sed diabolus iam amouit. Ideo pater, filius & spiritus sanctus cõqueruntur dicentes Psal. 73. Signa nostra nõ vidimus, iam nõ est propheta, quia iã inter religiosos nõ apparet signum puritatis, paupertatis & humilitatis, nec inter laicos, nec clericos. Ideo Dauid, Posuerũt signa sua signa, & nõ cognouerũt. Psal. 73. quia iam per diabolũ amota sunt de via.

De eadem dominica. Sermo II.

Ecce positus est hic in signum. Luc. 2. Deus pater fecit nobis de filio suo sicut solet fieri euntibus ad S. Iacobũ vel ad notabilem peregrinationem. Nam in biuiis occurrentibus ponitur aliquod signum, vel crucis, vel lapidis in via directa ne erretur, maximè quãdo est stricta & vix apparens, & alia via est patens & lata. Sic in proposito iuxta illud Mat. 7. Spatiosa est via quę ducit ad perditionem, & multi sunt, qui intrant per eam, quã angusta porta & arcta est via quę ducit ad vitam, & pauci sunt qui inueniunt eam. Ideo ne erremus in eundo. Deus pater posuit nobis in via directa pœnitentiæ filium suum in signũ dicens: Hoc signũ vobis inuenietis infantem inuolutum pãnis, positum in præsepio. Ideo dicit thema, Ecce positus est hic in signum. Nota hîc figuram de signo thau, quo soli signati saluabantur à morte. Ezechie. 9. vbi declaranda sunt tria, scilicet.

Primò, de viro induto de lineis.

Secundò, de figuratione quam fecit.

Tertiò, de sex viris interficientibus non signatos.

Quantũ ad primũ, vir lineis indutus est Christus, vt dicit gl. quia quandiu sumus in ista vita, Christus est nobis indutus de lino propter dulcedinẽ misericordiæ quã habet erga peccatores pœnitẽtes. Auct. Apoc. 1. Cõuersus vidi similẽ filio hominis vestitũ podere. s. alba. No. cõuersus, quia quãtumcunq; homo fecerit plura peccata & grauia, & vult cõuerti & facere pœnitentiã, videbit Christũ indutũ scilicet, de lino misericordiæ. Sed post hãc vitam videbit ipsum armatum totum de ferro, vt homo armorum Auctoritas. Accipiet armaturã zelus illius, induet pro thorace iustitiam, & pro galia iudicium certum. Sumet scutum inexpugnabile æquitatẽ acuet autẽ diram iram in lanceam, & pugnabit cum illo orbis terrarum cõtra insensatos, &c. Sap. 5. Nota zelus illius, quia nunquã aliquis homo fuit ita zelotipus de vxore sua, sicut Christus de anima nostra, quam

quam tanto pretio emit & redemit, secundũ illud, Empti estis pretio magno. 1. Cor. 6. Ideo dicit Deus, Ego sum Dominus Deus tuus fortis & zelotes. Exod. 20. Et sicut homo armaret se contra vxorem si recederet ab ipso, & iret ad lupanar cum aliquo ribaldo vel lenone, ita Christus qui in baptismo despõsat animam. Oseę. 2. Sponsabo te mihi in fide. Ecce qualis honor. Sed quanda peccat mortaliter, recedit à sponso suo Christo, & vadit ad lupanar. Et sunt septẽ lupanaria & septẽ lenones. Primum lupanar est de superbia, cuius leno est Leuiathan. Quando ergo Christus quærit à scutifero. s. angelo, vbi est spõsa mea? Respõdet angelus, Domine recessit & iuit ad lupanar cum Leuiathan, propter quod Christus armatur. Et cõcordat Esa. 9. dicens, zelus domini exercituum faciet hoc. Et sic de aliis lupanaribus. Christus armat se primò thorace vel lorica de iustitia. Nunc ipse portat camisiam lineã, intãtum quod si mittis sibi irato vnam sagittam deuotæ orationis, vt dimittat tibi peccata, statim vulneratur. De hoc ipsemet dicit, Vulnerasti cor meum soror mea sponsa, vulnerasti cor meum in vno oculorum tuorum, & in vno crine colli tui. Cant. 4. Nota quomodo oratio fit duobus modis, siue duplex est oratio. Quædam est intellectualis, de qua Exo. 14. de Moyse qui orabat & tamen ore nihil dicebat, & talis oratio vocatur ictus oculi, & sagitta quæ vulnerat cor Christi. Ideo dicit, Cor meũ in vno oculorũ tuorũ. Alia oratio est vocalis, quę fit ore, & ista exit per collum, & vocatur telum quod mouetur cum põdere, & de ista dicit in vno crine colli tui, & ista oratio vocatur crinis, quia mouetur vna sufflatione. Sed post hãc vitã in alio mundo Christus est ita armatus, intantũ ꝙ si homo moritur impœnitens, nõ potest Christus ab eo vulnerari nec tangi. Ratio, quia est armatus de thorace rigoris iustitiæ. Vnde legitur Luc. 17. de illo diuite qui nõ potuit obtinere guttã aquæ quã petebat orãdo dicẽs: Pater Abrahã, &c. Et in capite accipiet ꝓ galea iudiciũ certũ. Modò videtur surdus & cęcus. Surdus quia videtur quod nõ audiat iuramẽta & blasphemias quas facitis. Et cęcus, quia videtur quod nõ videat tot peccata quæ fiunt, quia nõ facit iustitiã. Videtur quod nullũ habeat iudiciũ, sed post mortem accipiet pro galea iudicium certum, quia sicut galea stat in capite, ita ibi erit sapientia iudicij. Tunc dicet, Non es tu ille, qui fecisti talia, &c. O Domine credebã quod essetis surdus, & cæcus. dico autem vobis, quoniam omne verbum otiosum quod locuti fuerint homines reddẽt rationẽ de eo in die iudicij. Mat. 12. Hieremias; Regnabit rex, & sapiens erit, & faciet iudicium, & iustitiam in terra. Hiere. 23. Item sumet scutum inexpugnabile, nõ de asseribus, sed scutum forte de cornu cum venis, &c. Inexpugnabile cum quo fugabit omnes sagittas supplicationum, & orationum, etiam omnium sanctorum si orarẽt pro aliquo impœni-

Septem lupanaria sepũtéque lenones spirituales.

Oratio altera mẽtalis, altera vocalis.

pœnitente, quia non possunt scutum penetrare. Secùs modò, quia si tuipse mittis sibi vnã sagittã, siue vnum telum orationis deuotè dicendo, Deus propitius esto mihi peccatori, statim penetrat. Item, in manu dextra accipiet lanciã, quę vno ictu penetrabit omnes peccatores impœnitẽtes, dãdo sententiã definitiuã dicens: Discedite à me maledicti, &c. Mat. 5. Ab illa lãcea custodiat nos Dominus. Patet ergo quis est iste homo indutus de lino. Nunc ergo cõuertimini ad dominum Deum vestrum, quia benignus & misericors est, & indutus de lino mundo. Quantum ad secundũ, videndum est de signatione, quã fecit tinctor, & significat suã magnã charitatẽ. Calamus suã magnã misericordiã. Tincta siue incaustũ est sua magna gratia erga nos. Signatur persona signo thau .i. cõfessione quãdo confessor absoluit peccatorem ad extra. Similiter Christus signat ipsum in anima intus. De hoc dicit Christus cõfessoribus, Signemus seruos Dei nostri in frõtibus suis. Apoc. 7. Non q̃ sit character indelebilis, sed est quidã ornatus ad instar mulieris pulchrã coronam portãtis, in qua adderetur pulchra stella pro ornatu. Sed nota quibus personis debet dari signum thau, super frontibus virorum gementium & dolentiũ super cunctis abominationibus. Nõ ergo debet dari illis qui veniunt ridẽdo vel excusando se, vel peccata abscõdendo. Tales nõ sunt signandi signo thau, imò damnatus est cõfessor qui tales absoluit, sed debet eis dicere, Vadatis, quia ira Dei soluat, &c. Ideo dicit, Signemus seruos Dei, nõ seruos diaboli .s. nõ cõtritos. Idẽ de mulieribus quæ quando sunt ad pedes confessoris dicunt Pater noster vel aue Maria: vel dicunt nõ recordor de aliquo peccato. Sed si cõfessor esset astutus, & interrogaret & diceret, Quid de tali vicina vestra, ipsa diceret de illa omnia peccata mortalia & etiã venialia, sed de se non recordatur. Dic quomodo confessio est faciẽda, ad instar alicuius, qui habet reddere computum, & cogitat & videt & numerat, idem, &c. Deinde signatur signo thau, contra irã Dei vitandã, & anima portat illud signum in fronte, & quando exit de corpore, dæmones quãdo vident illud signum, turbantur. Auct. Turbabuntur gentes, supple infernales, & timebunt qui habitãt terminos, à signis tuis exitus matutini, & vespere delectabis. Psal. 64. Propter hoc Dauid sciens virtutẽ huius signi orando dicebat Deo, Fac mecum signum in bono, vt videãt qui oderunt me & confundantur, quoniam tu Domine adiuuisti me, cõsolatus es me. Psal. 85. Quantum ad tertium de sex viris armorum interficientibus non signatos. Hi sunt sex ordines sanctorum qui sunt in cœlo, scilicet patriarchæ, prophetæ, apostoli, martyres, cõfessores & virgines, qui modò sunt ad instar Christi induti, sed post hanc vitam armabuntur cum Christo. Auctori. Armabit creaturam, id est, vniuersitatem sanctorum, ad vltionem inimicorum, & pugnabit cõtra insen-

insensatos. Sapien.5. Nota contra insensatos ergo non contra me dicit sapiens. Sed quot sunt qui non credunt, immo putant se esse sapientes. Nota sex cõditiones stultorum. Prima est auarorum, qui totam vitam suã ponunt in pecuniis & bonis tẽporalibus, & non curant de spiritualibus. Cõtra istos insensatos pugnabit Christus in iudicio, quando anima exit de corpore dicens Michaëli, Voca Patriarchas, qui venient armati, quibus dicet Christus, vos qui fuistis misericordes, &cæ. quid vobis videtur faciendum de illo auaro vsurario, &c. Tunc illi gladio liberalitatis percutient dicendo, Iudicium sine misericordia fiet illi, qui non fecerit misericordiam. Iacobi secundo. Isto ictu miser cadit in infernum. Secunda conditio stultorum est indeuotorum, qui non honorãt Deum, nec sanctos, nec ecclesias, nec seruos Dei, immo iurant & blasphemant Deum & sanctos, de ecclesiis faciũt lupanaria, vituperãt seruos Dei. Quãdo tales moriuntur & sunt in iudicio, vocabuntur prophetę qui veniunt armati, quibus dicet Christus, Vos qui fuistis homines deuoti, quid videtur vobis faciendum de his indeuotis, &cæ. Qui lancea deuotionis percutient dicentes, Domine maledicti erunt qui contempserunt, & condemnati qui blasphemauerunt te, Tom.13. Tertia est inuidorum, qui non possunt videre bonum proximi absque dolore cordis, qui percutiuntur ab Apostolis ense charitatis dicentibus, quia non fuerunt charitatiui. Omnes qui odit fratrem suum homicida est. Et scitis quoniam omnis homicida non habet vitam æternam in se manentem. primæ Ioannis.3. Quarta est vindicatiuorum, qui nolunt remittere iniurias propter Christum. Nunquid esset magna stultitia percutere seipsum gladio in pectore? Ita faciunt vindicatiui, qui primò occidunt animam suam, vt possint occidere asinum proximi, id est, corpus. Qui percutiuntur à sanctis martyribus, Georgio, Vincentio, &cæt. qui fuerunt patientes, qui percutiunt cum axa dicentes, Vos Domine dixistis vindicatiuis, Pater meus cœlestis tradet vos tortoribus nisi remiseritis vnusquisque fratri suo de cordibus vestris. Matthæi decimooctauo. Quinta otiosorum, qui volunt laborare in bonis operibus, quibus contingit vt mercatori stulto, qui non vult emere tempore feriæ, sed post, & emet pro floreno, quod poterat habere pro vno denario tempore feriæ, qui percutiuntur à sanctis confessoribus, scilicet, Martino, Dominico, &cæt. Qui fuerunt diligentes, cùm Apostolus dicat, Si quis non vult operari, non manducet & cętera. Thessalonicentium tertio. sed mittentur ad hospitale miserorum, scilicet, infernum. Sexta est luxuriosorum, qui sunt insensati ad instar illius, qui in superiori domo tenebat magnas mercantias, & in domo inferiori tenebat paleam, volebat se calefacere, incendit paleam, & amisit omnes mercęs & cætera. Sic domus supe-

Sex conditiones eorũ quæ sibi videntur sapere nunc, cũ toto cor aberrent.

superior est mens vbi sunt merces meritorum . Domus inferior, vbi sunt paleæ sensualitatis. Quãdo ergo luxuriosus vult se calefacere ascẽdit ignem in domo inferiori, scilicet, in sensualitate, & cõburitur etiam quidquid est in domo superiori, quia amittit omnia merita. per vnũ enim peccatũ luxuriæ puta fornicationis vel adulterij, &c. omnia merita mortificãtur, similiter & per quodlibet mortale. De quo vide S. Tho. pulchrè differentem. Ignis est vsque ad cõsummationem deuorãs & omnia eradicans genimina. Iob. 31. Et loquitur de luxuriosis, qui percutiũtur à virginibus, scilicet Catharina. Vrsula, &c. quæ propter fœtorem claudunt sibi nasum cum manica dic. non intrabit in eam, scilicet, gloriam aliquid coinquinatũ aut abominationem faciens & mendacium. Apocal. 21. Attẽdamus ergo ad signum de quo dicit the. Ecce positus est hic in signum, scilicet virtutum, & in viam rectam, scilicet pœnitentiæ, vt habeamus gratiam in præsenti & in futuro gloriam.

Admisso vno dũtaxat mortali crimine cætera quodã modo iã dimissa reuiuiscunt.

In festo Circuncisionis Christi. Sermo vnicus.

A*pparuit benignitas & humanitas saluatoris.* Ad Tit. 3. & in epistola ad missam. In hac die quæ est caput anni sancta mater ecclesia facit festũ circuncisionis Domini, quem hodie voluit recipere propter tres rationes quas declarabo. Materia erit satis speculatiua, & cõtinet multa secreta. Sed si bene vultis attẽdere, optimè eam intelligetis. Sed primò salutetur virgo Maria, &c. Apparuit benignitas, &c. Dies ista dicitur solẽnis propter tria singulariter, quę hodie fuerunt facta in persona infantis Domini nostri Iesu Christi, quæ tanguntur in themate.

Primum fuit susceptio circuncisionis dolorosæ.
Secundum fuit effusio sanguinis pretiosi.
Tertium fuit donatio nominis virtuosi, quæ notantur in themate.

Primum, ostenditur cùm dicitur, Apparuit benignitas. Secundũ, cum dicitur, & humanitas. Tertium, cùm dicitur, saluatoris, ergo apparuit, &c. Primum, quòd hodie fuit factum in persona infantis Domini nostri Iesu Christi, fuit susceptio circuncisionis dolorosę. Omnes intelligitis quid est circuncisio, scilicet, incisio præputij illius partis hominis verecundæ, quæ cũ magno dolore & periculo dabatur intantũ quod multi pueri ex hoc moriebãtur, hanc circuncisionẽ voluit hodie habere siue recipere Dominus Iesus Christus, octo dierum iuxta præceptum Moysi dicentis, Infans octo dierum circuncidetur in vobis. Omne masculinum in generationibus vestris tam vernaculus quàm emptitius circuncidetur, & quicunque non fuerit de stirpe vestra, eritq; pactum meum in carne vestra in fœdus æternum. Masculus cuius præputij caro circuncisa non fue-

fuerit, delebitur anima sua de populo suo, quia pactũ meũ irritum fecit. Gene.17. idem præcipitur Leuit.12. Mulier quæ suscepto semine peperit masculum, immunda erit septem diebus, & die octauo circuncidetur infantulus, ecce præceptum legis strictum, graue & dolorosum. Hoc præceptum Christus voluit seruare, & complere. In quo videtur mihi, quod Christus tenuit modũ diuitis plures captiuos habentis, qui volens suos captiuos custodiré dat eis signum annuli in tibia. Sic fecit Dominus Deus, qui recepit populum Israël vt seruiret sibi, & ipse esset dominus eius. Dedit eis hoc signum circuncisionis dicens Abrahæ, qui fuit primus qui ipsum recepit, Circuncidetis carnẽ præputij vestri, vt sit in signum fœderis inter me, & vos. Gene.17. Item Dominus Deus, qui tunc præcepit, & dedit illud signũ populo Iudæorũ factus homo, hodie recepit illud signũ, vt captiuos liberaret ab illo signo. Ecce ratio quare Christus voluit hodie recipere circuncisionem, in qua ostendit suam infinitam benignitatẽ. Ideo dicit prima clausula, Apparuit benignitas. De qua benignitate dicit B. Lucas, Ipse benignus est super ingratos, & malos. Luc.6. Ingrati, & mali sunt Iudęi, qui noluerunt Dominũ suum recipere, qui maximam benignitatẽ ostendit volens se subiici legi ad quam non obligabatur, sed vt nos liberaret, & in filios nos adopteret. Hanc rationem tangit apostolus di. At vbi venit plenitudo tẽporis, misit Deus filium suũ ex muliere factũ sub lege, vt eos qui sub lege erant redimeret. i. liberaret, vt adoptionem filiorũ Dei reciperemns. Ad Gal.4. patet per prædicta ratio. No. venit plenitudo temporis. Dominus Deus omnibus rebus mundi huius dedit certũ tempus, & certam durationem. Salomon. Omnia tempus habẽt. s. determinatum, & limitatum, & suis spatiis transeunt vniuersa sub cœlo. Eccle.3. Circuncisioni dedit Deus certũ tẽpus determinatum, & limitatum, & principium, & finẽ, & debuit durare quasi per duo millia annorum. principium eius fuit in patriarcha Abrahã. Finis eius in Domino nostro Iesu Christo. Inter istos duos terminos durare debuit pactum circuncisionis. Auct. Dixit Deus Abrahæ, Ego sum Dominus Deus omnipotens. Ambula coram me, & esto perfectus, ponámque fœdus meum inter me, & te. Infra hoc est pactum meum quod obseruabitis inter me, & vos, & semen tuum post te. Circuncidetur ex vobis omne masculinum. Gene.17. Complementum ergo, & plenitudo temporis denotatur hic. Hic potes cogitare & videre quanta est cæcitas Iudæorum, quos Deus liberauit, & liberos fecit. & ipsi volunt esse captiui. Moraliter. modo nullus vestrum obligatur ad istam circuncisionem materialem, quia finita, & terminata est in Christo. Sed obligamur ad circuncisionẽ moralem siue spiritualem. Sicut enim tunc circuncidebatur superfluum illius partis, & remanebat illud quod erat necessarium, ita moraliter est nũc

Circuncisus est Christus vt ab ipsa circuncisione suos eximeret.

faciendum. Circuncidere oportet superfluum in illis partibus gladio discretionis. Illi qui non sunt de matrimonio non curēt de illo actu, nec cogitando, nec loquendo, nec operādo aliquo modo: imò occasiones, opportunitates & corruptiones vitare debēt. Sed vir cū vxore, hoc quòd est necessariū pro cōseruatione humanæ naturæ, sine peccato cōmittere potest, seruando modum debitum omnibus superfluis circuncisis. Hæc circuncisio est nobis necessaria ad saluationem. Ideo Christus, Sunt eunuchi qui seipsos castrauerunt propter regnum cœlorum. Qui potest capere capiat. Mat. 19. Talibus dicit Apostolus, In Christo Iesu circuncisi estis circuncisione non manufacta in expoliatione corporis carnis, sed in circūcisione Christi, scilicet spirituali, &c. Ad Colloceni. 2. Nota expediēs, quod sicut quælibet persona tenetur ad istam circuncisionem moralem, ita & quælibet cōmunitas debet circuncidere publicas putans seu meretrices quæ stant per vicos ciuitatis, & expellere eas de communitate, & solùm retinere lupanaria ad remedium. Secundū quod hodie fuit factum, In persona infantis Iesu Christi fuit effusio sanguinis pretiosi. Et hoc ostēditur cùm dicitur, Apparuit humanitas. Vera humanitas Christi apparuit in circuncisione, in sanguinis effusione, sine qua non poterat dari. Ideo legitur Exod. 4. de Sephora, Tulit ilicò Sephora petram acutissimam & circuncidit præputium filij sui dicens: Sponsus sanguinum tu mihi es ob circuncisionem. Videtur mihi quòd Christus in sua circuncisione tenuerit modum magni mercatoris venientis ad feriam pro emendo pretiosas merces, quas non soluit, sed dat signum vel arram. Deinde tempore statuto soluit totum pretium. Ita fecit Dominus noster Iesus Christus, qui venit de cęlo in terram, in quam intrauit in die natiuitatis ad emendum pretiosas margaritas, id est, animas in feria huius mundi, dicens mundo. Da mihi animas, cętera tolle tibi. Gene. 14. Pretium emptionis fuit totus sanguis Christi soluendum in die Veneris sancta in mensa cambij, scilicet arboris sanctæ crucis secundum quod erat ordinatum. Sed hodie dedit signum vel arram vt se tenerent pro eo. Ecce hæc est secunda ratio quare Christus voluit hodie recipere circuncisionē, in qua apparuit humanitas. Sciebat Christus esse aliquos hæreticos futuros ex ignorantia dicentes quod non assumpsit veram carnem humanam, sed corpus aëreū, vt angeli faciunt, quando apparent hominibus, hoc est erroneum, & contra articulum fidei dicētis, Qui propter nos homines & propter nostram salutem descendit de cœlis, Et incarnatus est de Spiritu sancto, ex Maria virgine, & homo factus est. Athanasius, Perfectus Deus, perfectus homo ex anima rationali & humana carne subsistens. Et fuit completa prophetia Dauid de ista humanitate dicens: Homo natus est in ea, scilicet virgine Maria, & ipse fun

Ecce quod, quomodo, & vbi, pretium nostræ redēptionis persolutum est.

dauit

dauit eam altissimus, Constructio incipit hic, Ipse altissimus fundauit eã. Fundamentũ redẽptionis humanæ aliud nemo potest ponere præter id quod positum est. 1. Cor. 3. In hoc fundamento passionis Deus fundauit hodie virginẽ Mariã. Et ecce modum quem? quia circũcisio, quæ dabatur antiquitùs, erat figura passionis Christi, ex decem circunstantiis, quæ ibi obseruabantur, quæ etiam seruatæ fuerunt in circuncisione Iesu Christi. Virgo Maria optimè intelligebat quia secundum quod dicit Origenes, omnes prophetias intelligebat mirabiliter. Prima circunstantia quæ etiam iuxta circuncisionem est, fuit quando Ioseph hodie dixit virgini Mariæ, Est voluntas Dei quod filius vester accipiat circuncisionem, quia hodie sunt octo dies à sua natiuitate, hodie ergo debet dari. Respondit virgo Maria, quod erat voluntas Dei. Tunc Ioseph recessit à Christo & à virgine Maria matre, & iuit ad rabinos, &c. Hoc figurabat, quod sic in passione vnus discipulus eius recederet ab eo, & iret ad Iudæos dicens: Quid vultis mihi dare, & ego vobis eum tradam? Quod intelligens virgo plorabat. Secũda fuit, quando Ioseph venit cum multitudine Iudæorum, quia sicut nos cõgregamur in baptismo pueri, ita tunc Iuæi in circuncisione. Hoc figurabat turbam magnam quæ venit cum gladiis & fustibus ad accipiendum Christum in nocte suæ passionis. Tertia fuit quãdo virgo recepit filium suum. Et ipso recepto de præsepio præsentauit ipsum rabinis. Hoc figurabat quod sic in passione Christus præsentaretur Iudicibus Annæ & Cayphæ, Pilato & Herodi. & virgo plorabat continuè. Quarta imponebatur sibi hoc nomen Iesus. Hoc figurabat sententiam passionis irreuocabiliter datam, per quam saluum fecit populum suum à peccatis eorum. Quinta fuit quando Iudæi eleuauerũt sibi vestes, quod figurabat nudationem Christi in passione iuxta crucẽ, quod intelligẽs virgo flebat vberrimè. Et dicebãt sibi Ioseph & rabini, bene videtur certè quòd estis iuuenis. Sexta fuit in circuncisione præputij, tunc ex dolore infans Iesus clamauit flendo, quod figurabat clamorem quem fecit in cruce in passione alta voce. Cogitate fletum virginis Mariæ. Septima, quando virgo in pãno de lino recipiebat sanguinem circuncisionis, quod figurabat quod sic in passione in pede crucis virgo Maria in suo velo reciperet sanguinem eius. Octaua, quando imponebatur sibi vnguentum in vulnere circuncisionis, quod figurabat vnctionem sui corporis in sepulchro siue sepultura. Nona, quando virgo cum Ioseph posuerunt filium in præsepio, quod figurabat quòd sic in passione corpus poneretur in sepulchro per Ioseph ab Arimathia & Nicodemum. Decima quando virgo plorat super præsepe respiciendo filium, quod figurabat quòd sic in passione virgo faceret planctum super sepulchrum. Ecce quomodo altissimus fundauit eam, scilicet

Admirabilis sciẽtia dei genitricis in intelligendis prophetiis.

virginem Mariam in fundamento passionis. Ideo dicit. Fundamenta eius in montibus sanctis. Psal. 86. Nota in montibus sanctis propter altitudinem contẽplationis passionis Christi in dictis circunstantiis. Ex his Leo Papa extrahit moralitatem dicens. Agnosce ô Christiane dignitatem tuã, & diuinæ consors factus naturæ noli in veterem vilitatẽ de genere conuersatione redire. Memẽto cuius capitis & cuius corporis sis membrum. Reminiscere, quia erutus de potestate tenebrarum translatus es in lumen & regnum. Nolite iterum seruituti diaboli subiicere, quia pretium tuũ sanguis Christi est, qui veritate te iudicabit, qui misericordia te redemit. Ergo ex quo pretium nostrę redemptionis est tam magnum & tãti valoris, caueamus ne vendamus nos diabolo modico pretio superbiæ. Superbus vendit se diabolo modico vẽto superbiæ & vanitatis. Auarus vno denario. Luxuriosus modica dilectione. Gulosus vno cibo vel vna tacea vini. Ad cognoscendũ quanta est culpa illius qui peccat mortaliter, nota hîc parabolã de mercatore qui emerat margaritam pretiosam, quã commisit vxori ad custodiendũ in panno inuolutam quam dedit pro folio lactucæ. Quilibet nostrum reputat hanc mulierem fatuam fuisse. Sed vtinam nos non simus in eadem fatuitate. Hic mercator est Christus. Lapis pretiosus seu margarita est anima nostra quæ plus valet quã aliquid corporale, quæ est empta pretioso sanguine Iesu Christi. 1. Pet. 1. Nõ corruptibilibus auro vel argento redẽpti estis de vana vestra conuersatione paternę traditionis. i. vẽditionis, sed pretioso sanguine quasi agni immaculati Christi. Hanc margaritam panno carnis inuolutam Christus cõmisit mihi & tibi & illi. Mulier transiens portãs lactucas vel huiusmodi est tentatio. calor æstatis est ardens desiderium illius rei pro qua peccas mortaliter, tunc tradis diabolo margaritã pro tribus lactucis. s. cogitatione, locutione, & operatione. Ideo caueatis. Aliàs dicit Dauid. Frater nõ redimit, quia nullus purus homo poterat redimere. Dicit S. Tho. 3. par. q. 1. ar. 2. ad 2. quod nulla pura creatura potuit satisfacere pro natura humana. Item 3. scrip. dist. 4. ad nonũ. Sed satisfactio pro tota natura humana debuit fieri per mortem Christi, quia debuit esse vniuersalis & exemplar cuiuslibet alterius, vt dicit sanctus Tho. 3. dist. 2. ad 7. ca. 3. & in de veritate. q. 29. ad 7. Vnde Dauid subdit. Redimet homo. s. Deus, & non dabit Deo placationem animæ suæ. Et sequitur pœna. Laborabit in æternũ & viuet adhuc in finem, quia æternaliter erit in pœna, ergo auisemur ne peccemus mortaliter. Tertium quod hodie fuit factum in persona infantis Iesu Christi, fuit donatio nominis virtuosi: cùm dicitur saluatoris, sicut nos modò imponimus nomen in baptismo. Hoc nomen Iesus est virtuosum, quia omnes virtutes quas Deus posuit in herbis, lapidibus, verbis, planetis, stellis, cõstellationibus, omnes sunt & continentur

Nulla pura creatura pro natura humana satisfacere poterat.

tinentur

tinentur in hoc benedicto nomine Iesus, quod fuit hodie datum Christo. Lucæ 2. Postquam consummati sunt dies octo vt circunci-deretur puer, vocatum est nomen eius Iesus. Circa hoc nota quod nomen Iesus conuenienter Christo impositum est in sua circunci-sione, vt dicit sanctus Tho. 3. par. quæst. 27. ar. 2. quia nomina debēt proprietatibus rerum respondere. Et hoc patet in nominibus ge-nerum & specierum, quia vt dicitur 4. Metaphisicæ. Nomen est ra-tio, quam significat diffinitio quæ designat propriam rei naturam. Nomina autem singularium hominum semper imponuntur ab ali qua proprietate eius cui nomen imponitur, vel à tempore vel à co-gnatione, vel etiam ab euentu vel ex aliqua qualitate. Horum om-nium exempla doctor sanctus vbi suprà in corpore articuli ponit. Sed nomina quæ imponuntur aliquibus diuinitus semper signant aliquod gratuitum donum eis diuinitus datum, sicut Genesi. 17. di-ctum est Abrahæ, Appellaberis Abraham, quia patrem multarum gentium constitui te. Et Matt. 16. Dictum est Petro, Tu es Petrus, & super hanc Petram ędificabo ecclesiam meam. Quia igitur Christo hoc minus gratiæ collatum erat vt per ipsum omnes saluarentur, ideo conuenienter vocatum est nomen eius Iesus, id est, saluator, angelo hoc nomen prænuntiante non solùm matri, sed etiam Io-seph qui erat futurus nutritius. Item sanctus Thomas vbi suprà in solutione ad 2. dicit quod hoc nomen Iesus est nomen proprium Christo inquantum significat spiritualem & vniuersalem salutem, non autem vt particularem & tēporalem. Sic enim his qui fuerunt ante Christum potuit conuenire hoc nomē Iesus, & pluribus ante Christum fuit in veteri testamento impositum, vt patet etiam ex genealogia Christi: vbi dicitur, qui fuit Her, qui fuit Iesu, qui fuit Heliezer. Luc. 3. Item hoc nomen Iesus significat humanam natu-ram, sed Christus naturam diuinam & humanam vt dicit sanctus Thomas 3. parte quæst. 16. ar. 5. in corpore articuli. vbi dicit quod in hoc nomine Christus intelligitur & diuinitas vngens, & humani-tas vncta. Et in tertia scrip. distin. 10. & 11. contra gentiles 4. cap. 24. Hic nota pulchram speculationem. Videtur mihi quod spiritus san ctus tenuerit erga Christum modum quem tenēt doctores vel scri-ptores erga librum, & libro composito imponunt sibi nomen vel titulum de litera rubea iuxta materiam de qua tractat liber, vt de anima, vel de cœlo & mundo, & sic de aliis. Sic etiā spiritus sanctus composuit & scripsit librum, scilicet corpus Christi ipsum forman-do & organizando, & animam cum potentiis creando, in quo scri-psit omnes virtutes theologales, morales, &c. Ideo dicebat Deus pater spiritui sancto. Sume tibi librum grandem & scribe in eo stilo hominis. Esaiæ octauo. Magnus liber fuit Christus, quia existens in terra tangebat cœlum & non habebat titulum, sed hodie cū ver-

Res lata sua proprietates nomina sortiuntur.

Ecce quomodo nomē Iesus sit Christo propriū.

Nomen Iesus humanam naturā designat.

Christus verò etiam diuinam.

milione de illo cornu spiritus sanctus ipsum intitulauit nomine Iesus. Nec habet aliud proprium nomen nisi istud. Ideo quando hoc nomen Iesus nominatur in ecclesia, omnes Christiani debent inclinari, quia idē est quod saluator. Ideo dixit angelus Ioseph, Vocabis nomen eius Iesus, Ipse enim saluum faciet populum suum à peccatis eorum. Mat. 1. Populus eius sunt credentes in eum & sibi obedientes. Nota quomodo Iesus repræsentat nobis modum nostræ saluationis tripliciter,

Primò interpretatione.

Secundò pronuntiatione.

Tertiò repræsentatione.

Primo modo Iesus interpretatur saluator. Secundò in hoc nomine Iesus sunt duæ syllabæ. Prima est Ie, in qua sunt duæ literæ scilicet i & e. Hæc prima syllaba significat humanitatem, quæ consistit in duabus substantiis, scilicet corporis & animę. Non enim anima rationalis est homo, sed homo est aliquid compositum ex anima & corpore, vt dicit sanctus Tho. 1. par. q. 75. articulo 4. Vnde & Augu. 19. de ciui. Dei. commendat Ciceronem, qui hominem nec animam solam nec solū corpus, sed animā simul & corpus esse arbitrabatur. Similiter nec anima est humanitas, quia vt doctoris sancti probabilior est sentētia. In rebus materialibus forma totius sicuti humanitas distinguitur realiter, saltē partialiter à forma partis, vt ab anima rationabili. Sic igitur humanitas Christi in duabus consistit substantiis saltem, scilicet corporis & animæ. Hanc distinctionem B. Tho. ponit 4. distinct. 44. q. 1. ar. 1. Idem in quodlib. 2. q. 2. Hæc litera I significat animam, & litera e significat corpus. Secunda syllaba est sus. Hæc significat vnitatem Christi propter accentum alium. Et habet tres literas significantes triplicem honorem qui Christo debetur secundum quod dicit apostolus, Deus dedit illi nomen quod est super omne nomen, vt in nomine Iesu omne genu flectatur cœlestium, terrestrium & infernorum. Ad Philip. 2. Tertiò repręsentatione. quilibet vult habere tabulā ad imaginē crucifixi. Dico quòd hoc nomen Iesu si subtiliter contempletur, repræsentat crucifixionem Christi, in qua fuit nostra salus siue saluatio. Primò hæc litera h significat crucifixum, quia dicit Priscia. quod h, non est litera, sed asperationis nota. ideo significat Christum in cruce existentē, quia tunc nō fuit litera legibilis, quia vix cognoscebatur. Vidimus eum & non erat aspectus. Esa. 53. Sed fuit asperationis nota, quando clamans voce magna expirauit. Secūdò in hac litera h, sunt tres lineationes. s. linea recta quæ significat animam Christi rectissimam. Secunda est linea retorta quæ significat corpus Christi passibile & retortum in cruce. Tertia linea est titulus desuper, quæ significat deitatem quæ est super omnia. Litera I, significat latronem bonum

ad de-

ad dextram crucifiixi,crucifixum duplici ratione,quia ficut eſt parua litera,ſic latro paruulum ſe reputabat,& humilem,quando cognoſcens ſuos defectus,dixit alteri latroni, Nos quidem iuſtè digna factis recipimus,hic autem nihil mali geſsit. Luc.23. Secunda ratio, quia ſicut hęc litera I,eſt recta,ſic latro fuit rectus quãdo dixit Chriſto,Domine memento mei dum veneris in regnum tuum. Hęc litera S,ſignificat latronẽ à ſiniſtris Chriſti crucifixũ. Ratio,quia ſicut hęc litera S,eſt retorta , ſic ille latro fuit tortuoſus & blaſphemus, quãdo dicebat Chriſto,ſi tu es Chriſtus,ſaluum fac teipſum & nos. Lu.23. Duo puncta quę fiunt in hoc nomine Ieſus,ſignificant virginem Mariam &Ioannem Euangeliſtam,quorum vita ſtabat in puncto propter dolorem paſsionis Chriſti. Ideo hoc nomen Ieſus eſt venerandum,& ſperandum eſt in eo. Dauid,Beatus vir cuius eſt nomen Domini ſpes eius & non reſpexit in vanitates & inſanias falſas. Pſal.39.Ideo beatus Petrus poſtquam in nomine Ieſu curauit vnum claudum,dixit, Non eſt aliud nomen ſub cœlo datũ hominibus in quo oporteat nos ſaluos fieri. Act.4. Nota ſaluas fieri non ſolùm in anima,ſed etiam in ſanitate corporali intelligitur. Dic moraliter cõtra illos qui recurrũt ad diuinos,ſortilegos, coniuratores & huiuſmodi. Ideo Dauid, Si obliti ſumus nomen Dei noſtri,& ſi expandimus manus noſtras ad Deum alienum,nónne Deus requiret iſta,ſcilicet, ad puniendum & vindicandum ? ipſe enim nouit abſcondita cordis. Pſal.43. Deo gratias.

In vigilia Epiphaniæ Domini. Sermo vnicus.

HÆredes ſumus ſecundum ſpem vitæ æternæ. Ad Titum.3.& in epiſtola. In pręſenti ſermone volo vobis declarare quot modis homo poteſt habere hęreditatẽ paradiſi. Sed vt materia ſit Deo acceptabilis & gratioſa,nobis vtilis & proficua, ſalutetur virgo glorioſa. Hęredes ſumus,&c. In ſententia effectus huius verbi eſt,quod habeamus ſpem firmã quod erimus hęredes vitę ęternę. Inuenitur clarè in ſacra ſcriptura quod ad iſtam ſpem habendi hęreditatem vitę ęternę,quę eſt maior ſpes quàm homo poteſt habere,gradatim Deus duxit hominẽ. Verbi gratia Poſt peccatũ Adę homines habuerunt ſpem vitę inferni,non dico ſpem mortis inferni, quia tunc in inferno erat vita & mors. Quia boni & ſancti in limbo ſanctorum patrũ exiſtentes non habebant ſpem vitæ inferni,& nõ habebãt pœnã ſenſus,ſed erant in tenebris, quia non habebant præſentiam Dei , & ille locus erat vita inferni . De iſto loco dixit Iacob patriarcha. Deſcendã ad filiũ meum lugens in infernũ. Gen. 37. Ergo Iacob iam intelligebat ꝙ filius erat in inferno. Ecce ſpem antiquorum tẽpore legis veteris. Ideo dicebat S. Iob,In profundiſſimũ infernũ deſcendet anima mea. Iob.17. Nõ loquebatur de infer-

no damnatorum, sed de limbo patrum sanctorum qui dicitur profundissimus respectu cœli & elementorum. Deinde Deus mutauit spem hominum quando dedit legem scripturæ, quia tunc dedit eis spem vitæ terrenæ pro hęreditate. Quia lex Moysi nō promittebat sanctis personis & deuotis nisi bona terrena & tēporalia huius mūdi. Leui. 26. Si in præceptis meis ambulaueritis, dabo vobis pluuias temporibus suis, & terra gignet germen suum, & pomis arbores replebuntur. Ibidem, Dabo pacem in finibus vestris, dormietis & non erit qui exterreat. ibidem. Comedetis panem vestrum in saturitate, &c. Vide ibi totum capitulum & multum pulchrū. ideo dicebat Esa. populo Israël in persona Dei. Si volueritis & audieritis me, bona terræ comedetis. Esa. 1. de hoc Tho. 1. 2. q. 99. ar. 6. plenè determinat & rationem dicti assignat. Deinde venit filius Dei in carne humana, & dedit legem gratię & eleuauit spem hominum in altum. s. hæreditatis vitæ ętern ę. Quia modò boni qui tenent sanctam vitam & iustā iam non expectant vitam infernalem nec temporalem, sed expectāt vitam æternam. Exaltari oportet filium hominis vt omnis qui credit in ipso non pereat, sed habeat vitam æternam. Io. 3. Propter hoc dicit the. propositum, Hæredes sumus secundum spem. s. legis gratiæ, vitæ æternæ, patet the. Pro dictorū intelligentia nota quod lex diuina distinguitur in veterem & nouam, non sicut in species omnino diuersas, sed sicut in imperfectum & perfectum in eadem specie, vt dicit S. Tho. 1. 2. q. 91. ar. 5. & q. 17. ar. 1. Lex vetus erat bona, quia reprimebat concupiscentias & consonabat rationi, sed erat imperfecta, vt dicit S. Tho. prima secundæ q. 93. arti. 1. nec conferebat gratiam, quia hoc Christo reseruatum fuit à Deo, & assimilatur puero vt imperfecta, sed lex noua viro assimilatur vt perfecta, vt dicit sanctus Thom. 1. 2. quæst. 91. ar. 5. & q. 99. ar. 6. Et lex noua principaliter promittit spiritualia, & ordinat actus etiam interiores. & est lex amoris, ideo est perfectior lege veteri quæ habet opposita, vt dicit sanctus Thom. 1. 2. quæstio 91. ar. 5. & qu. 99. ar. 6. Inuenio quod quatuor conditiones personarum possunt habere spem certam hæreditatis vitæ ætern ę secundum quod in hoc mundo aliqui consequuntur hæreditatem.

Quomodo distinguitur & differt lex diuina noua à veteré.

Primò filii & filiæ legitimè generati,
Secundò parentes sanguine propinqui.
Tertiò amici cordialiter amati.
Quartè pauperes ab omnibus bonis separati.

Christi cohæredes qui sunt.

Et non inuenio plures, ergo hæredes sumus, &c. Dico primò quod in hoc mundo consequuntur hæreditatem filij vel filiæ legitimè generati. Hoc est clarum, & secundum rationem naturalem, & iura imperialia, & pōtificalia, & etiam theologicalia. Legitur ad Gala. 4. de quodam puero de quo erat magna quæstio, an debebat habere hæredita-

reditatem patris,an non.Quidam dicebant quod sic,quidam quod non.Quæstio venit ad Apostolum Paulum legistam, & canonistã, & compromiserunt in eum.Qui non curauit de aliquo alio nisi scire an ille puer erat legitimus.Quo scito statim dedit sententiam dicens.Itaque iam non est seruus,sed filius, quod si filius & hæres per Deum.ad Gal.4.Modò videamus qui sunt filij legitimi Domini nostri Iesu Christi. Dico quod solùm pueri nouiter baptizati, quia licèt nos fuerimus eius filij,tamẽ ex peccatis nostris facti sumus eius inimici,filij legitimi sunt quando sunt geniti de viro, & vxore legitima. Hoc modò Christus sponsus de ecclesia vxore sua, & spõsa legitima generat filios, & filias in baptismo.Io.1.Dedit eis potestatem filios Dei fieri his qui credunt in nomine eius, qui non ex sanguinibus.i.seminibus patris,& matris.neque ex voluntate carnis.ĩ. mulieris,neque ex volũtate viri, sed ex Deo nati sunt. ecce qui sunt filij Dei legitimi.Ergo certum est quod erunt hęredes vitæ ęternæ, si decedant antequam peccent mortaliter. Filij legitimi absq; quæstione,&contradictione intrant domum patris,quasi dicerent illud apostoli.Spiritus sanctus testimonium reddit spiritui nostro quod sumus filij Dei. Si autem filij,& hæredes, hæredes quidem Dei, cohęredes autem Christi.Rom.8.Pro dictorum pleniori intelligentia vide q.69.3.patris Thomæ doctoris.s.in qua ponit varios baptismi effectus,scilicet,spiritualem regenerationem.vt patet ar.8.in corpore articuli.Incorporationem etiam pro effectu baptismi S.Thom. assignat,& illuminationem simul, & fœcundationem.vt patet vbi supra ar.5.De quibus etiam effectibus notabiliter in 4 disti.4.q.2. determinat. Quare isti pueri dicuntur filij Christi legitimi? nunquid habet filios illegitimos seu bastardos?Dico quod sic.Deus habet vnam ancillam seu captiuam, scilicet, carnem siue naturam ex qua generat filios spurios seu bastardos,scilicet,omnes infideles qui veniũt per generationem seu naturalem siue carnalem. Ideo isti nõ consequuntur hæreditatem vitæ ęternę.Auctoritas.Abraham duos filios habuit,vnum de ancilla,aliũ de libera. Qui autem de ancilla secundum carnem natus est, sed qui de libera per repromissionem. Hæc autem per allegoriam dicta sunt.ad Gal.4.Et loquitur de Christo cùm dicit hæc per allegoriam dicta sunt. Dominus noster Iesus Christus habet duos filios,vnum de libera, scilicet,ecclesia sponsa, & vxore sua,ex qua genuit populum Christianũ.Alium de ancilla siue de captiua natura vel carne,scilicet,populo infideli.Sed quid dicit scriptura? Eiice ancillam,& filium eius,non erit hęres filius ancillę.ad Gala.4.Ratio,quia non est filius legitimus,quia quod natũ est ex carne,id est generatione carnali,caro est.ideo non potest cœlum intrare,sed quod natũ est ex spiritu,id est,per genetationẽ spiritualem,spiritus est.ideo,Amen amen dico vobis nisi quis renatus

fuerit ex aqua & spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei. Io.3. Sed Deus tenet modum boni patris: bonus pater filiis bonis, & legitimis dat hęreditatem, malis autem filiis, & in obedientibus nihil dat, immo ipsos flagellat, filiis autem illegitimis, & bastardis nō dat hæreditatem, sed dimittit eis certum quid pro vita. Rectè ita facit Christus qui filiis legitimis bonis, & obedientibus dat hæreditatem Paradisi, malis autem filiis, & inobedientibus sicut sunt infideles, dat pœnam inferni vbi flagellantur, bastardis autem, scilicet, pueris illegitimis sine baptismo solùm cum originali peccato descendentibus dat vitam in limbo. Ideo de filiis bonis, & legitimis dicit Propheta Dauid, Cùm dederit dilectis suis somnum. Ecce hæreditas Domini filij, merces fructus ventris. Psal.126. Ecce notat immediationem, hæreditas Domini quæ est merces filij legitimi, quia est fructus ventris ecclesiæ, sup. sponsæ Christi. Ecce prima conditio. Secundò dico quod in hoc mundo consequuntur hæreditatem parentes ex sanguine coniuncti. sicut sunt germani, parentes, nepotes, & huiusmodi. Hoc patet ad practicam. Et ita volūt iura tā diuina quàm humana. Num.27. Homo cùm mortuus fuerit absque filio, ad filiam eius transibit hæreditas. Si filiā nō habuerit, habebit successores fratres suos. Quod & si fratres non fuerint dabitis hęreditatem fratribus patris eius. Sin autē nec patruos habuerit, dabitur his qui proximi sunt, &c. Modò videndū est qui sunt parentes Christi sanguine ꝓpinqui, Dico quod sancti martyres qui pro fide Christi vel iustitia vel veritate vel virtute quacunque mortui sunt, quia tūc per martyrium quod recipiebant in memoriam passionis Christi ipsi miscebantur. Legitur Apocal.7. quod Deus ostendit beato Ioanni gloriam suam in qua vidit Christum sedētem super thronū, & multi sancti stabāt coram eo in albis cum palmis in manibus suis in signum Victoriæ, & fuit dictum Ioanni, Hi qui amicti sunt stolis albis, qui sunt, & vnde venerūt? Dixit Ioannes, Domine tu scis. Nesciuit respondere. Cui Christus. Hi sunt qui venerunt ex magna tribulatione, & lauerunt stolas suas, id est, virtutes, & dialbauerunt eas in sanguine agni. Et nunquid in sanguine proprio? Dico quod nō, quia sanguis proprius nullam habet virtutem vel efficaciam, nisi misceatur cum sanguine agni per fidem, & memoriam passionis Christi. Nota qui venerunt ex magna tribulatione, Quatuor tribulationes sunt in hoc mundo, & quarta quę est maior facit martyrē. Prima est malorum verborum quādo bonis, & deuotis personis dicitur. Vos estis hypocrita fictus, falsus, & huiusmodi. Magna tribulatio est huiusmodi, licèt respectu aliarum sit modica, quia verba non sunt nisi ventus, & statim transeunt, & est magnum meritum, quando sustinentur patiēter. De quibus dicit Dauid, Verba iniquorum, id est, malarum personarum pręualuerunt super nos. Sed quid

mere-

meremur ex hoc, ostenditur ibi. Et impietatibus nostris tu propitiaberis. Psal. 54. Secunda tribulatio est quando non solùm verbo, sed etiam facto furãtur bona, & officium, &c. etiam parua est, quia bona huius mundi sunt etiã amittẽda, &c. sed meritum est magnũ. Nota exemplũ de heremita cui quidã bonus homo portabat quotidie panem amore Dei. Et quidam iuuenis heremita furabatur medietatem. Quod sciens sanctus heremita patiẽter sustinuit, licèt ex defectu panis efficeretur macer, & impotens. Et quando debuit mori congregati sunt ad eum omnes heremitæ. Qui videns illum qui furabatur sibi panem, vocauit eũ, & osculabatur sibi manus dicens. O benedictæ manus quæ tantum meritum acquisiuerunt. de quo alij mirãtes qui sciebant illum esse indeuotum satis, &c. Ideo Apostolus, Rapinam bonorũ vestrorum cum gaudio suscepistis, cognoscentes vos habere meliorem, & manentem substantiam, scilicet, in cœlo. Hebr. 10. Tertia tribulatio est vulnerum. Ista est modica respectu meriti magni, & præmij, intantum quod dicit Apostolus, Si quid patimini propter iustitiam beati. 1. Petri. 3. De hoc sanctus Thomas. 1. 2. quæst. 114. art. 3. Quarta tribulatio est mors, & hæc est maior, quia omnium terribilium terribilissimum est mors, vt dicit Philosophus. De ista dicit Christus, Hi sunt qui venerũt ex magna tribulatione, & lauerũt stolas suas in sanguine agni. Apoc. 7. Quia prima tribulatio, secunda, & tertia licèt sint magni meriti si patienter suspitiuntur, tamen non faciunt hominem martyrẽ, sed quarta facit hominem martyrem, & quando moriuntur, statim cõsequuntur hæreditatem vitæ æternæ. Auctoritas, & est verbum Christi ad patrem dicẽtis. Quoniam tu Deus meus exaudisti orationem meã, dedisti hæreditatem timentibus nomẽ tuum. Psalmo. 60. Nota exaudisti orationem meam, scilicet, illam quam Christus fecit in nocte suæ pasionis, quando orauit dicens. Pater omnia tibi possibilia sunt, transfer calicem hunc à me. Marci. 14. Quam orationẽ exponens Hylarius dicit, Non dicit quod non veniat calix pasionis, sed orat vt transeant ab eo martyres. Quoniam ex ista oratione Christus dedit fortitudinem, & virtutẽ hominibus, & mulieribus, etiam pueris, & puellis sustinendi martyrium pro ipso. Item dedit hæreditatem timentibus, scilicet, timore filiali, quia potius voluerunt mori quàm aliquid facere cõtra Deum. Iuxta consiliũ Christi dicentis, Nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autẽ non possunt occidere, sed potius timete eum qui potest animam, & corpus perdere in gehennam. Matt. 10. Dico tertiò quod in hoc mundo consequuntur hæreditatem amici cordialiter amati. Sunt multi qui non habent filios nec parẽtes, sed habẽt bonos amicos quibus dimittunt hęreditatẽ quãdo moriuntur. Modò videamus qui sunt amici chari, & cordiales Christi. Illi de quibus di. ipsemet, Vos amici mei

ci mei estis si feceritis quæ ego præcipio vobis. Ioan. 15. Ergo obedientia facit hominem esse amicum Dei: per oppositum, inobedientia & peccatum facit esse inimicum suum. Obedientes verò tanquam amici charissimi Christi consequntur hæreditatem vitę ęternæ, quos ipsemet Christus inuitat di. Transite ad me omnes qui cõcupiscitis me. Eccle. 24. Nota cùm dicit transite. in quo innuitur, ꝙ ipse est in vna parte, & nos in alia. Fluuius terribilis est mors quã oportet transire, & habet duas ripas. Vna est vita æterna in qua est Christus. Alia est vita tẽporalis in qua nos sumus, & Christus vocat nos dicens, Transite ad me. Domine & per quem pontem transibimus, non possumus transire per alium pontem vitæ æternæ, nisi per pontem obedientiæ & præcepta Dei. Mat. 19. Si vis ad vitam ingredi, serua mandata. Hic pons habet decẽ arcus. Primus est cõfidẽtia Dei, vt in omnibus necessitatibus nostris recurramus ad Deũ & non ad dæmones, sed ad Deũ. Non habebis Deos alienos coram me. Exo. 20. Secundus est reuerentia vocalis, vt quãdo homo loquitur de Deo, loquatur cũ reuerẽtia sicut homo loquitur cũ personis honorabilibus reuerẽtialiter. Nõ assumes nomẽ domini Dei tui in vanũ Exo. 20. Tertius est reuerentia realis de modico seruitio quod vult de nobis, vt seruemus festa diligẽter, aliàs, &c. Memẽto vt diẽ sabbati sanctifices. Exo. 20. Quartus est obseruantia parentalis, honorate patrem & matrem corde, ore & opere, iuuando & seruiẽdo eis de omnibus. Honora patrẽ tuum & matrẽ tuam, Exo. 20. Quintus est concordia fraternalis, non recipere vindictam, sed remittere iniurias propter Deũ, & facere pacem. Non occides. Exo. 20. Sextus est munditia personalis, cauẽdo à luto luxuriæ & immunditiæ. Nõ mœchaberis. Septimus amicitia proximalis, non furari, nec proximum in aliquo damnificare. Non furtum facies. Exod. 20. Octauus prudentia vocalis, neminem diffamando, nec verbis iniuriosis seu duris afficiendo. Non falsum testimonium dices, Nonus munditia cordialis, non concupiscere agrum, vineam, hortum & huiusmodi, nec bona proximi. Non concupisces rem proximi tui. Exo. 20. Decimus munditia mentalis, non concupiscere vxorem proximi. Nõ concupisces. vxorẽ proximi tui. Exo. 20. Ecce quare dicit Christus. Transite ad me. No. concupiscitis me. i. diligitis, quia obediẽtia nõ potest bene seruari sine dilectione & generationibus meis. i. virtutibus quas Deus generat in anima deuota, implemini. Spirit⁹ enim meus super mel dulcis, hic tangit gloriam animæ. Et hęreditas mea super mel & fauum, hic tãgit gloriam corporis. Sicut enim in fauo mellis mel est incorporatum cerę, sic in iudicio gloria animæ redũdabit in corpus. Dixi quartò ꝙ in hoc mundo consequuntur hæreditatẽ pauperes ab omnibus bonis separati, vt sunt pauperes, virgines religiosi & huiusmodi. Pauperes sunt peccatores pœnitẽtes qui

fecerunt

fecerunt plura peccata. In quorum persona dicit Dauid, Citò anticipent nos misericordię tuę, quia pauperes facti sumus nimis Argumentum, Diceret hic aliquis, quare pœnitētes dicuntur pauperes? quia quando erant in peccatis, tunc erant pauperes. Sed pœnitētes qui habent thesaurum gratiæ. s. septem dona spiritus sancti, & alias virtutes, quomodo sunt pauperes? Dico quod pœnitentes sunt pauperes, verbi gratia, si aliquis vestrum habet decem millia florenorum, diues est, sed si obligaretur in centum millibus, non diceretur diues, licèt habeat decem millia, certè non imò diceretur pauper propter tam magnam obligationē, imò diceretur, talis nihil habet, pauper est. Idem est de pœnitente. Pœnitens qui habet gratiā Dei & septē dona spiritus sancti, virtutes theologicales & morales, diues est. Sed propter obligationem pauper est. Et primò Deo patri obligatur ex peccatis quæ fecit ex fragilitate, quia Deo patri attribuitur potentia. Et qui peccat per fragilitatem, peccat contra Deū patrem, ergo obligatur sibi, quia ipsum offendit. Soluitur autem ista obligatio per asperam, duram & magnā pœnitētiam. Secundò pœnitens obligatur filio Dei, cui attribuitur sapientia ex peccatis quæ commisit per ignorantiam vel stultitiam ignorans quod tenebatur scire. Soluitur autem ista obligatio audiendo sapientiā diuinam, missas, sermones, bonas lectiones. Tertiò obligatur pœnitens spirituisancto, cui attribuitur bonitas, ex peccatis quæ cōmisit per malitiam & iniquitatem. Soluitur autem ista obligatio per bonitatem faciendo bona opera misericordię, tam corporalia quàm spiritualia, Pro dictorū euidētia nota quod essentialia attributa tribus personis diuinis cōmunia cōuenienter appropriantur & attribuūtur diuinis personis, vt dicit sanctus Thomas. 1. par. q. 39. art. 7. & 8. quia conueniens est vt diuinæ personæ nobis manifestentur, modò attributa essentialia sunt nobis magis nota quàm personę vel personalia vel notionalia, & appropriatio est manifestatio diuinarum personarum per attributa essentialia, ergo cōuenienter fit attributio siue appropriatio, & sic patri attribuitur potētia, filio sapiētia, spirituisancto bonitas. Huius appropriationis, rationē doctor ponit vbi supra, art. 7. Idē dicit primò scrip. di. 31. q. 1. & 2. Quartò obligatur homo Christo ex peccatis quæ commisit ex carnalitate, quia Christus fecit lixiuiā de sanguine suo. Soluitur cum disciplinis, cilicio, ieiuniis, &c. Quintò obligatur virgini Mariæ quæ est aduocata peccatorum quæ continuè aduocat, & multas sententias in curia iustitiæ filij Dei fecit reuocare ex suis allegationibus. Soluitur præsentādo sibi aue Maria. Sextò pœnitēs obligatur omnibus sanctis paradisi, ratio, quia qui offendit communitatem omnibus obligatur, & tenetur ab omnibus petere veniam propter offensam. Sic tota communitas sanctorum offenditur ex peccatis nostris, quia

Attributa personarum in diuinis

fœtor,

fœtor,& fumus peccatorũ nostrorum ascẽdit sursum ad eos. Soluitur per deuotã,& sanctam conuersationẽ. Septimò obligatur sanctis angelis custodibus, sicut discipuli qui resistunt, & cõtradicunt magistro. Soluitur orãdo ipsos,& supplicando,& dicẽdo, Angele qui meus es custos pietate superna, Tu me guberna ne moriar morte æterna,&c. Octauò obligatur animabus purgatorij.s.animabus patris,& matris,&c.quia quandiu homo est in peccato mortali nõ proficiunt eis orationes quas facit homo pro eis. Quod dictum est sanè intelligendum ex parte operis operantis secundũ quod operatio peccatoris suffragia faciẽtis cõsideratur vt est eius .s. peccatoris. Sic enim operatio peccatoris cõsiderata nullo modo meritoria esse potest, nec sibi, scilicet, operanti, nec alijs, vt dicit sanctus Tho. in.4.dist.45.q.2.art.1.q.3.in corpore articuli. Qui quærit vtrũ suffragia per peccatores facta mortuis prosint. Verum dicit idem sanctus Thom. vbi suprà. quod suffragia peccatorum prosunt mortuis ex opere operato sicut est sacrificium altaris, quia nostra sacramẽta efficaciam habẽt ex seipsis absque opere operãtis, quã æqualiter explent per quoscunque fiãt,& sic quantũ ad hoc, scilicet, ipsum opus operatum suffragia per malos facta defunctis prosunt. Prosunt etiã ex opere operante inquantum peccator suffragia faciens gerit personam totius ecclesiæ, sicut sacerdos cùm dicit in ecclesia exequias mortuorum. Et quia ille intelligitur facere cuius nomine vel vice fit, vt dicit Dionysius in.13.cap. cœlestis Hierarchiæ. inde est quod suffragia talis sacerdotis, quanuis sit peccator, defunctis prosunt. Prosunt etiã suffragia per peccatorem facta ex opere operante inquantũ peccator est,& agit vt instrumentũ alterius, vel ex alterius imperio agit. vnum si aliquis in charitate decedens præcipiat sibi suffragia fieri, vel alius præcipiat charitatem habens, illa suffragia valent defunctis, quanuis illi per quos fiunt in peccatis existãt. Magis tamen valerent si in charitate essent, quia tunc ex vtraque parte illa opera meritoria essent. Hæc S. Tho. vbi supra in corpore articuli. Nonò obligatur viuis ex vsuris quas homo fecit de eis. Decimò obligatur proximo si fuit sibi furatus famam. Soluitur sibi famam restituendo. Ecce hîc debita & obligationes pœnitentis. Cui dicet Ioãnes, Dicis quod diues sum & locupletatus,& nullius egeo & nescis, quia tu es miser & miserabilis, & pauper & cæcus & nudus. Apo.3. His pauperibus dat Deus hæreditatem vitæ æternæ si faciunt pœnitentiam. Mat.18. Oblatus est ei vnus, qui debebat ei decem millia talenta. Cùm autẽ non haberet vnde redderet, iussit eũ Dominus eius venundari & vxorem eius & filios & omnia quę habebat & reddi, Procidens autem seruus ille rogabat eum di. Patiẽtiam habe in me,& omnia reddam tibi. Misertus autem dominus serui illius dimisit illum,& debitum dimisit ei. Per pœnitẽtiam ergo solui-

Peccaticula ad custodẽ angelũ.

Opus operãtis et operarum.

go soluitur omne debitum pœnæ, & consequitur hæreditas paradisi. Nónne Deus elegit pauperes in hoc mundo, diuites autem in fide & hæredes regni, quod repromisit Deus diligentibus se? Iac. 2.

In Epiphania Domini. Sermo primus.

P*Rocidentes adorauerunt eum.* Mat. 2. Festum hodiernum vulgariter dicitur epiphania seu apparitio, quod idem est. Quia partus virginis qui fuerat absconditus, & secretus hodie fuit gẽtibus manifestatus. Ideo ecclesiastici dicunt & vocant hoc festum epiphaniã, ab epi, quod est supra, & phanos, quod est apparitio, quia stella desuper gentibus apparuit. Vt ergo Deus velit nobis dare sentimentum dulcedinis huius festi in nostris animabus, salutemus virginem Mariam, &cæt. Procidentes adorauerunt eũ. Verbum propositum declarat nobis breuiter magnam & perfectam reuerentiam quam tres reges orientis fecerunt hodie Domino Iesu Christo procidentes, &cæt. Non solùm dico operuerunt capita, nec fuerũt cõtenti flectere genua, brachia & manus, imò totum corpus flexerunt. Et procidentes adorauerunt eũ. Modò ad dãdum nobis rationẽ huius adorationis, quia ratio dat scientiã, & auctoritas cõfirmat credentiã, inuenio in sacra scriptura quod ad verã, deuotam, & perfectam adorationem requiruntur duo. s. reuerentialis affectus mentis interius, & humilis gestus corporis exterius. De primo quando homo cogitat infinitã Dei incõprehensibilemq́; maiestatẽ, & potentiã eius transcendentẽ, venit timor reuerẽtialis interius in anima, & ex hoc sequitur humilitas exterius in corpore. s. iungendo manus, flectendo genua vel prosternendo se orando Deum. In his enim duobus consistit adoratio diuinalis. Pro intellectu huius rationis, sciendũ quod Deus creauit, hominẽ in esse substãtiali aliter quã aliæ creaturæ sunt creatæ. Quia homo est cõpositus de substãtiali quantũ ad animã, & materiali quantum ad corpus. Nõ sic de angelis, qui solũ sunt substãtiæ spirituales, nec de animalibus quæ sunt substãtiæ materiales, propter quod homo est similis angelis & animalibus, quia habet vtrunq;. Ideo Deus de vtroq; vult adorari s. de anima cogitando maiestatẽ Dei, & de corpore per gestus humiles, sicut dominus qui agrũ & lineã laboratori pro certo cẽsu quo ad vsum cõcessit, qui de vtroq; vult habere cẽsum, aliter recipiet sibi totũ commissum. Ita Deus de nobis, qui dedit nobis vineam. s. animã quę inebriabit cor amore Dei, & agrum corporis, vt faciat fructum pœnitentiæ & misericordiæ. Ideo de vtroque vult habere cẽsum deuotę adorationis. De angelis nõ vult nisi adorationẽ spiritualẽ. s. motus reuerẽtiales mẽtis. De animabus solũ vult gestus corporis reuerentiales, sicut fecerunt bos & asinus quando adorauerunt Christum in præsepio, quoniam solùm flexerũt genua, sed interius nihil cogitabãt. Sed de nobis vult Deus totum,

tum.f.motus reuerētiales mētis,& gestus corporales. Auct. Christi dicētis. Venit hora,& nūc est, quādo veri adoratores adorabunt patrē in spiritu & veritate. Nam & pater tales quærit qui adorant eū. Spiritus est Deus,& eos qui adorant eū in spiritu & veritate oportet adoraret. Io.4. Nota venit hora.f.tēpore legis gratię, quando veri adoratores adorabūt patrem in spiritu quantū ad animam & in veritate quantū ad corpus, quia tunc est veritas quando corpus cōformatur & correspōdet menti. Et assignat rationē di. Spiritus est Deus,& ideo oportet ipsum adorare in spiritu & veritate. Dic miraculum quod legitur Io.9. de cæco à natiuitate illuminato à Christo, cui dixit Christus. Tu credis in filiū Dei? Respōdit ille & dixit, Quis est Domine vt credā in eum? Et dixit ei Iesus. Et vidisti eū, & qui loquitur tecum ipse est. At ille ait. Credò Domine,& procidens adorauit eū. Ecce motus reuerentialis intus in anima,& gestus corporalis exterius, quia procidens adorauit eū. Ita fecerunt isti sancti tres reges quādo viderunt eū, scilicet, infantē Iesum, subitò in animas ipsorum intrauit motus timoris reuerētialis ex præsentia maiestatis diuinę. Ideo corpore procidentes adorauerunt eum. De his tribus regibus declarabo quatuor puncta.

Primum quomodo se parauerunt diligenter,
Secundum quomodo ambulauerunt fortiter,
Tertium quomodò quæsierunt firmiter,
Quartum quomodo adorauerunt firmiter.

Et de quarto puncto loquitur thema, procidentes adorauerunt eum. Primus punctus est ad declarandum quomodo isti tres sancti reges se parauerunt aptè. Pro quo sciēdum quod ex quo Deus promisit Abrahæ,& sanctis patriarchris, quod mitteret filium suum in hūc mundum nasciturum de muliere virgine verum Deum, & verum hominē. De hoc Deus dedit prophetias claras,& signa nō solùm Iudęis in Iudæa, sed etiam in diuersis mundi partibus, in signū quod non solum veniret ad saluandūm Iudæos, vt ipsi falsè credunt, sed etiam omnes in seipsum credentes,& obedientes. Singulariter dedit prophetias in partibus orientalibus, vbi erant magni prophetæ,& sapientes per prophetam Balaam dicentem. Videbo eum sed non modò. intuebor illum sed non prope. Orietur stella ex Iacob,& consurget virga de Israël & percutiet duces Moab.
Balaam prophetia post annos 1500. adimpleta est. Nu.24. Nota videbo eum, scilicet, Christum, quem vidit nō per se, sed per suos successores: intuebor illum, sed non prope, quia secundum textū bibliæ à Balaam vsque ad Christum cōputantur mille & quingenti anni. Sed isti tres reges erāt de suo genere,& dedit ipsis signum di. Orietur stella ex Iacob.i. de terra promissionis & cōsurget virga de Israël, id est, rex Messias saluator,& percutiet duces Moab qui interpretatur ex parte. Et significat diabolum, qui est pater

pater peccatorum, quibus dixit Christus, Vos ex patre diabolo estis, Ioan.8. duces Moab, id est, diaboli seu Luciferi. Et sunt septem principes qui sunt capitanei septem peccatorum capitalium. Primus dux & capitaneus superbiæ dicitur Leuiathan. Iob.41. Ipse est Rex super omnes filios superbiæ. Secundus dux & capitaneus auaritiæ dicitur Mammona, de quo dixit Christus Mat.6. Non potestis Deo seruire & Mãmonæ. Tertius dux & capitaneus luxuriæ dicitur Asmodęus, de quo Tob.6. Dæmõ nomine Asmodæus, occidit eos. s. luxuriosos. Quartus dux inuidiæ dicitur Beëlzebub. Luc.11. In Beëlzebub Principe dæmoniorum eiicit dæmonia. Verbum fuit inuidorum Iudæorum contra Christum. Quintus dux gulæ dicitur Beëlphegor, Psal.105. Initiati sunt Beëlphegor, & comederunt sacrificia mortuorum. Sextus dux iræ dicitur Baalberith. Iudic.9. De fano Baalberith, conduxit sibi viros. Septimus dux acidiæ dicitur Astaroth. 1. Reg.7 Auferte Deos alienos de medio vestri Baalim & Astaroth, & præparate corda vestra Domino. Hos septem duces percussit Dominus noster Iesus Christus virga suæ prædicationis. De qua Dauid, Virgam virtutis tuæ emittet Dominus ex Syon, &c. Psalm.109. Super hanc prophetiam Balaam dicit Chrysostomus, quod eius discipuli, & illi qui erant de genere eius post eius mortem voluerũt obseruare illam stellam. Et ordinauerunt, quod certi de ipsis starent in monte victoriali alto ad melius contemplandum cœlum vbi se lauabant, credentes ex hoc remitti peccata, & orabant dicentes: O Deus cœli, Deus Israel, mitte illam stellam, & quando complebitur illa prophetia, & sic per partes diuidebant sibi tempus. Et in nocte natiuitatis, quòd accidit diuina ordinatione, isti tres Reges Orientis magni Philosophi & Astrologi fuerunt in monte victoriali obseruantes dictam stellam. Et in hora qua Christus exiuit de vtero Virginis stella apparuit eis clarissima & bassa in aëre, nec claritas Solis impediebat eius aspectũ. Et recitat Chrysost. opinionem quod in illa stella erat forma pueri, cum cruce in fronte. Dicunt aliqui quod Magi voluerũt adorare stellam. Sed dicit August quod Angelus Domini dixit eis quod nõ adorarent stellã, sed quod irent adorare creatorem nouiter natum. Tunc Reges tenuerunt consiliũ quomodo irent, qualiter se prępararent, & quid sibi portarent & offerrent dicentes. Iste Rex magnus est & potens, offeramus ei aurũ, & est Deus & creator, quia stellæ sibi seruiũt, ideò offeramus ei incensum, & in hoc signo crucis ostenditur, quod debet pati in cruce, ideò offeramus ei myrrham amaram. Ecclesiast. Magi videntes stellã dixerunt adinuicem. Hoc signum magni Regis est. Eamus & inquiramus eum & offeramus ei munera, aurum, thus, & myrrham. Credo ego, licèt nõ legatur. quod rationabiliter sancti Reges in muneribus significabant, quod de Christo credebant. Credo quod etiam in vestibus, quia Rex qui portabat aurũ, voluit indui

Quomodo stella in victoriali mõte magis in ipso Christi ortu apparuit.

de pāno aureo, & ille qui portabat thus, de purpura alba, & qui myrrham, scarlata rubea. Ecce quomodo parauerunt se aptè tam in muneribus quàm in vestibus. Moraliter inuenio in sacra scriptura quod Deus promisit hominibus duas stellas, vnam in veteri lege, scilicet istam quæ apparuit regibus Orientis, quæ figurabat redemptionem humanalem. Secundam meliorem promiserat in nouo testamento dicens, Qui vicerit & custodierit vsque in finem opera mea, dabo illi stellam matutinam. Apoc. 2. Hæc figurabat saluationem cœlestialem. Nota qui vicerit, scilicet diabolum per humilitatem, carnem, per castitatem, & mundum per paupertatem, & custodierit vsque in finem opera mea, dabo illi stellam matutinam, id est angelum bonū perducentem animam vsque ad Christum. Dic quomodo angeli in sacra scriptura dicuntur stellæ. Ratio, quia sicut cœlum firmamenti decoratur & ornatur stellis, sic cœlum empireum decoratur, & ornatur angelis sanctis, propter quod dicuntur stellæ. Auctoritas. Stellæ dederunt lumen in custodiis suis, & lætatæ sunt, vocatæ sunt & dixerunt, adsumus, & luxerunt ei cum iocunditate qui fecit illas, &c. Baruch. 3. Nota stellæ, id est angeli, dederunt lumen in custodiis suis, id est hominibus quos custodiunt. Dauid angelis suis mandauit de te, vt custodiant te. Ipsi dant in intellectu quid sit credendum, in memoria quid sit timendum & retinendum, in voluntate quid sit sperandum, & in opere quid sit faciendum. Et quando homo recipit lumen instructionis eorum, ipsi lætantur. Et in fine quando homo est in articulo mortis, Deus mittit stellam matutinam, id est angelum qui ducit animam ad Christum, sicut illa stella duxit reges ad Christum. Fiat ergo ratio. Si hæc stella hodierna corruptibilis, quia statim conuersa fuit in præiacentem materiam, ita fuit obseruata, & desiderata, quantò magis nos debemus expectare illam stellam incorruptibilem, lauando nos ab omnibus immunditiis & peccatis? Primò lauando cor ab ira, odio, rancore, & mala voluntate, os à blasphemiis, mendaciis, & detractionibus, manus à furtis & vsuris, & sic de aliis, & totum corpus à corruptionibus luxuriæ & carnalitatis. Nota pro dicti præcedentis euidentia quod illa stella quæ magis apparuit in natiuitate Christi, non fuit vna cœlestium stellarum, quintuplici ratione, quas S. Thom. ponit 3. par. q. 36. artic. 7. Et dicit S. Tho. aliorum narratis opinionibus, De illius stellę quidditate probabilius videtur, quod fuerit stella de nouo creata, nō in cœlo, sed in aëre vicino terræ, quæ secundum diuinam voluntatem mouebatur. Quod & Augustinus sentit, scilicet quod non fuerit de stellis cœlestibus, quia dicit in libro contra Faustum, Non ex illis erat stellis quæ ab initio creatæ itinerum suorum ordinem sub creatoris lege custodiunt, sed nouo virginis partu nouum sydus apparuit. Item sentit Chrysostomus. Secundus punctus est ad declarandum quomodo

Stella in ortu Christi Magos docēs, de numero cœlestiū stellarū nō fuit.

de

do isti tres reges sancti ambulauerunt fortiter, quia de capite mundi, scilicet Oriente venerunt intra tredecim dies vsque ad Iudæam, quæ est in medio mundi. Ad practicam secundum quod inuenio in textu, & in glosis doctorum, ipsis præparatis statim incœperūt viam, & stella præcedebat ostendens eis viam quam debebant facere. Ita quod quando habebant ascendere collem, priùs stella ascendebat, & quando habebant descendere, descendebat. Item quando habebāt transire flumen, stella ostendebat eis locum transitus. Et quando erant in villis in quibus habebant quiescere, stella stabat immobiliter super hospitium. Deinde in recessu stella incipiebat viam & ipsi sequebantur. Nunquid videtur vobis istud fuisse magnum miraculum. Hoc modo venerunt vsque ad terminum terræ promissionis. Et in crastinum quando debuerunt intrare terram Iudeæ, stella disparuit eis. Cogitate qualem tristitiam habuerunt dicentes. O miseri quid est hoc? ex aliquo peccato alicuius nostrûm stella disparuit. quid faciemus? Dicit Sanctus Thomas, quod tenuerunt consilium quid facerent. Quidam dicebant quod redirent, quoniam quærere regem nouum in terra aliena magnum periculum esset. Alij dixerunt quod irent ad minus vsque ad ciuitatem Hierusalem, quia tantus rex in nobili ciuitate deberet esse natus, vel ad minus scirent vbi erat natus, quia ibi erant magni rabini, & doctores, ideo faciamus, quod in nobis est. Et venerunt in ciuitatem Hierusalem. Et tunc fuit completa prophetia Esaiæ, dicentis. Surge illuminare Hierusalem, quia venit lumen tuum, & gloria Domini super te orta est. Quia ecce tenebræ operient terram, & caligo populos, super te autem orietur Dominus, & gloria eius in te videbitur. Et ambulabunt gentes in lumine tuo, & Reges in splendore ortus tui &cæt. Esaiæ sexagesimo. Et loquitur genti Iudaicæ quasi personæ dormienti dicens: Surge, scilicet ciuitas Hierusalem, illuminare scilicet lumine claritatis fidei, quia venit lumen tuum, scilicet Christus. Nota & ambulabunt gentes in lumine tuo, non solùm Iudæi. Moraliter super hoc, quod reges, amissa stella venerunt Hierusalem, vt ibi certificarentur. Sic debemus nos facere quando amittimus stellam gratiæ Dei. Sciendum quod gratia Dei dicitur stella, per stellam regum significata. Ratio, quia sicut illa stella dirigebat, & ducebat reges ad Christum in Iudęam, sic gratia Dei dirigit nos & ducit, & ostendit viam Paradisi illis, qui habent eam. Primò in biuio osten dit viā dextram. O quot biuia sunt in hoc mundo illis, qui nolūt ire ad Christum. Primum est superbiæ, & vanitatis ad sinistram, mansuetudinis, & humilitatis ad dexteram. Stella gratiæ Dei ostendit ire ad dexteram humilitatis, quæ est via recta, plana & bona & absque periculo. Secundum est auaritię & cupiditatis, & misericordię & liberalitatis. Tertium est luxurię & carnalitatis, & munditiæ & puritatis.

Quartum est inuidię & malignitatis ad sinistram,& beneuolentię & qualitatis ad dextram,quam ostendit stella gratiæ. Quintũ est gulæ & voracitatis,& abstinentiæ & parcitatis. Sextum est iræ & seueritatis,& pacis & vnitatis. Septimum est acidiæ & otiositatis,diligentiæ & operositatis:in his stella gratiæ Dei dirigit nos, item stella gratiæ Dei ostẽdit viã,ascendẽdo per viã contemplatiuã,& descendẽdo per viam actiuã ad opera misericordiæ & pietatis. Item,ostendit transitum in flumine delectationum mundi,vbi quàmplures submerguntur vt homo non recipiat de ipsis necessaria,& secundũ legem & non extra,ne submergatur in cibo & potu & vestitu,sopore,&c. Ideò dicebat B. Ioannes, Vnctio quã accepistis ab eo maneat in vobis,& non necesse haberis vt aliquis doceat vos, sed sicut vnctio eius docet vos de omnibus. 1 Ioã 2. Nota vnctionem. Glos id est,gratiam diuinam. Sed quid est à nobis faciendum,quando stella diuinæ gratiæ amittitur,quæ non perditur nisi per peccatum mortale? Dico quod debemus facere sicut fecerunt illi sancti Reges,scilicet ire in Ierusalem,id est,ad Ecclesiã,confiteri peccata nostra,& sic recuperabitur stella gratiæ Dei. Ideò dicit Christus Paulo,qui perdiderat stellam,Ingredere ciuitatem,& ibi dicetur tibi quid te oporteat facere, Act. 9. Nota ciuitatem. s. Damascum,quæ interpretatur sanguinea, & significat Ecclesiam in qua consecratur, & sumitur corpus & sanguis Christi.

Tertius punctus est ad declarandum,quomodo isti tres sancti Reges quæsierunt Christum discretè, siue locum natiuitatis Christi, postquam fuerunt in ciuitate Ierusalem. Dic practicè,quando Reges fuerunt propè ciuitatem. Cogitate qualis commotio fuit in ciuitate, maximè,quia Herodes qui fuit nouus Rex,& extraneus à populo Iudæorum,timebat sibi,& custodiebat se ab eis. Cogitate quod statim Herodes misit ad Reges ad sciendum,qui erant,& quem quærebant, & quare veniebant. Responderunt Reges quod ipsi veniebant quærere Regem Iudæorum nouiter natum. Credatis quod fuit eis dictum,Non dicatis,aliàs Herodes persequeretur vos. Dixerunt,Non negabimus veritatem. Vidimus enim stellam eius in Oriente,& venimus adorare eum. Chrysostomus,Considera deuotionẽ Regum, nondum Christum viderãt,& pro eo mori parati erant. Fuit dictum Herodi propter quod venerant. Cogitate qualis dolor & timor intrauit in cor eius, maximè, quia de hoc iam timebat. Et mirabilia quæ in natiuitate Christi fuerant facta,audiuerat, propter quod reputauit se perditum & destructum. De hoc dicit Euangelista Matth. Audiens Herodes Rex turbatus est, & omnis Hierosolyma cum illo. Sed dissimulauit suam malitiam,ostendendo lætitiam de natiuitate Christi. Et quia Reges Orientis venerũt simpliciter & sine armis,permisit ipsos intrare ciuitatem, & recepit eos honorificè. Postea dixit eis, Domini,quare venistis? Responderunt,Quærimus vbi est

est qui natus est rex Iudęorum. Ecce in quo periculo ponebāt se. Herodes verò dissimulans dixit, Audiui aliquid de hoc, sed nescio an sit certum quod sit natus. Respōderunt reges, Certū est, quia nos vidimus stellam eius in Oriente. Tunc dixit Herodes, Et modo dominī quid vultis. Responderunt, Venimus cum muneribus adorare eum. Tunc Herodes clàm vocatis Magis, diligenter didicit ab eis tempus stellæ, quæ apparuit eis, dicens Regibus, Ex quo vos certificastis me de die & tempore natiuitatis, ego cum Magistris, Doctoribus & Rabinis certificabo vos de loco vbi natus est, vt omnes in ipsum adoremus. O proditor, & ex alia parte parabat iam gladium, vt ipsum iugularet, si posset. Et congregans omnes Principes Sacerdotum & Scribas, sciscitabatur ab eis vbi Christus nasceretur, qui omnes concorditer responderunt, quod in ciuitate Bethleem, secundum prophetiam Micheæ 5. Et tu Bethleem terra Iuda nequaquam minima es in millibus Iuda, ex te enim exiet dux qui regat populum meum Israël. Nota qui regat in virtutibus exemplo conuersationis & prędicationis. Tunc Herodes certificauit Reges de loco, & mittens eos in Bethleem dixit, Ite & interrogate diligenter de puero, & cùm inueneritis, renuntiate mihi, vt & egò veniens adorem eum. O proditor Eccles. hostis, Herodes impie Christum venire quid times? non aripit mortalia, qui regna dat cœlestia. Ecce quomodo sancti reges quęsiuerunt discretè cum magna diligentia. Moraliter, ibi sancti reges antequam venirēt ad Herodē, dirigebantur à stella, sed postquā venerūt ad regem Herodē, habuerunt recurrere ad scripturas sanctas ad se gubernandum, &c. Herodes signat antichristum, quia sicut Herodes volens Christum occidere, occidit innocentes: sic antichristus, volens destruere fidem Christi, occidet Christianos sibi contradicentes. Et illa stella significat scientiam humanam. s. logicā, philosophiā, leges, canones, quibus modò dirigimur & gubernamur. Sed quando erimus in tempore antichristi, oportebit recurrere ad scripturas sacras, quia antichristus non credet logicę, nec philosophiæ, nec poëtriæ, nec legibus, &c. Solùm cum sacra scriptura habebimus stare contra ipsum, ergo quanta culpa est mòdò, quia nullus curat de Biblia. Seculares dant se scientiis lucratiuis. Religiosi qui deberent studere sacram scripturam, vnus dat se Virgilio, alius Ouidio, alius Terentio & sic de aliis. Hoc est signum inter alia propinquitatis antichristi, quia antichristus, ad probandum suum errorem quod est Messias & filius Dei, &c. non allegabit nisi textum Bibliæ & prophetias. Quomodo te defendes ad improbandum eum, si ignoras Bibliam? De hoc habetur prophetia Salomonis dicentis, Cùm prophetia defecerit, dissipabitur populus. Prou. 29. Prophetia notat vetus testamentum, ideo dicebat Christus omnibus, Scrutamini scripturas, quia vos putatis in ipsis vitam æternam habere, & illæ sunt,

quę testimonium perhibent de me. Ioan. 5. Quartus punctus est, quomodo ipsum adorauerunt dignè postquam receperunt congerium siue licentiam recedendi ab Herode, & quando fuerunt ad portam ciuitatis Hierusalem stella apparuit eis. O si quis posset declarare gaudiũ quod ipsi habuerunt. Et hoc dicit Matthęus. Videntes autẽ stella gauisi sunt gaudio magno valdè. Modò apparet ratio, quare stella disparuit eis: vt duplici signo, scilicet stellæ, & scripturæ, essent certificati de veritate, & haberent duplex testimonium. Et stella antecedebat eos, vt prius, & quando fuerunt prope Bethleem fortè ad mediam leucã, iurati, & proceres ciuitatis Bethleem, qui audiuerãt eorũ aduentũ venerunt obuiã eis dicentes: Quid placet, & quæ caussa aduentus? Qui dixerunt, vbi est qui natus est Rex Iudæorum? Vidimus stellam eius in Oriente, & venimus adorare eum. Qui dixerũt. Nos nescimus alium Regem nisi Herodem. O proditores, illa stella illuminauit istos tres Reges, & Sol, id est, Christus non potuit illuminare eos, eorũ culpa impediente, & obicẽ ponente in nocte natiuitatis, quando refulsit. Et stella videbatur ab omnibus, vt dicit Maximus in sermone hodierno. Rectè autem vna stella resplenduit cuius gens perfida, nec radios occultare posset, nec abscondere veritatem, vbi cœlum ipsum vniuersorũ oculis syderio lumine fulgebat. Cogitate quando Iudæi aspiciebant stellã, quę bonis dat deuotionẽ, & malis incutiebat terrorem, quomodo mirabantur, quoniã non extabat multum alta, quam sequebantur Reges, & intrauerunt ciuitatẽ, & finaliter venerunt ad locum vbi erat puer. Dicunt S. Doctores quod adhuc virgo Maria erat in illa porticu cum puero vbi pepererat. Et dicit glos. quod non erat ibi tunc Ioseph ordinatione diuina, ne putaretur pater ipsius pueri. Cogitate quando virgo Maria sensit venire illam militiã quod timuit, & abscondit puerum in præsepio, & ipsa suebat, filabat vel orabat, & totum cor contremebat. Stella autem stetit supra vbi erat puer. Et Reges mirabantur cùm non viderent ibi palatiũ, nec magnam domũ, & aspiciebant se mutuo dicentes. Quid est hoc quod stella non mouetur? Dicit Maximus, quod stella emittebat nouos radios & clariores, q.d. Regibus, Hic est Rex quem quęritis. Reges autem descenderunt ad terram de equis, vel animalibus suis, & vnus eorum veniens ad porticũ eleuauit modicum flaciatum di. Quis est hic? Et vidit virginem filantem, vel suentem. Et accedentes alij duo Reges, quando viderunt virginẽ Mariam, statim habuerunt magnam deuotionem. Quæ dixit eis, Domini quid placet vobis? Qui dixerunt. Scitis vos vbi est, qui est natus Rex Iudæorum, quia volumus ipsum adorare? Virgo Maria non dixit se nescire, sed dixit, Domini, hoc deberent scire magni domini, & rabihi, & rectores ciuitatis. Et verũ dicebat, & interim Reges totaliter in corde fuerunt calefacti. Et inde exeuntes respexerunt stellam quæ stabat superius,

Non desunt hodie, etiã benè de fide sentientes, qui tam de loco quã de tẽpore aliter censeãt.

perius immobilter, & pulchrior. Et iterum redierunt ad virginem, & dixerunt sibi, Vos habetis filium. Quæ respondit, Ita Domini. Et est diu quod peperistis? Respondit, Domini, hodie sunt.13.dies. Dixerunt Reges, Bona iuuencula, si placet vobis ostendatis ipsum nobis. Tunc Virgo sciens quod pro bono veniebant, recepit filium de præsepio, & ostendit eis. Qui dixerunt, Quomodo vocatur? Virgo Maria respondit, Iesus. Quo nomine audito procidentes adorauerunt eum dicentes, O saluator, vos bene veneritis. O Domine, tanta est humilitas vestra quod voluistis venire in stabulum huius mundi miseri. Vos qui estis infinitus in diuinitate, estis restrictus in humanitate. Vos qui estis creator, estis factus creatura. Vos qui estis salus immortalis, & impassibilis, estis factus passibilis, & mortalis. O Domine tanta gratia est ista. Et flentes osculabantur pedes eius: Deinde adorantes matrem, dicebant, O camera Paradisi, templum Dei, sacrarium Spiritussancti. O benedicta, vos portasus nobis saluatorem. Dicit euangelista quod apertis thesauris suis obtulerunt ei munera, aurum, thus, & myrram. Aurum tanquam Regi magno, thus tanquam Deo vero, & myrrham amaram tanquam passuro. Et fuit completa prophetia Dauid de ista die dicentis, Reges Tharsis, & insulę munera offerent, Reges Arabum, & Saba dona adducent. Et adorabunt eum omnes Reges, & omnes gentes seruient ei. Psal.71. Nota seruient ei, scilicet propter lucrum bonum, & remuneratione͂, quam dat suis seruitoribus. Secus qui seruit mundo, qui suis seruitoribus dat mortem, & animam diabolo, qui dat pœnam æternam. Sed Christus suis seruitoribus dat gratiam in hoc mundo, & gloriam in alio. Ideo sibi est seruiendum, ideo Christus, Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli serues. Matthæi quarto. Deinde sancti Reges fecerunt orationem Deo, vt ostenderet eis si redierint ad Herodem. Sed dicit Euangelista, quod responso accepto in somnis, scilicet ab Angelo ne redirent ad Herodem, per aliam viam reuersi sunt in regionem suam. Contemplamini hic modicum, quando venit Ioseph & vidit tantum aurum, thus, & myrrham, quomodo gaudebat, sed ex alia parte tristabatur, quod non fuit dignus interesse tanto festo. Dicit Bernardus quod totum aurum dederunt amore Dei. Moraliter nos exemplo Regum debemus offerre aurum bonæ reformationis, & talis poterit dicere cum Dauid, Dilexi mandata tua super aurum, & topazion, qui est lapis pretiosus. Propterea ad omnia mandata tua dirigebar, omnem viam iniquam odio habui. Psalm.118. Secundo thus deuotæ orationis dicendo, Dirigatur ad te Domine, oratio mea sicut incen. Psalm.140. Tertio debemus offerre myrrham pœnitentialis afflictionis. Et dicere poterit talis, Viuificabis me, ecce in pace amaritudo mea amarissima. Tu autem eruisti animam meam, vt non periret. Esa.38.

Ioseph nõ interfuit Magorum adorationi.

In Epiphania Domini. Sermo II.

V*Bi est qui natus est Rex Iudæorum?* Matth.2. Tota materia huius sermonis erit moralis tam de virtutibus moralibus, q̃ theologalibus. Sed primò salutetur virgo Maria, &c. Vbi est qui natus, &c. Hoc proprium verbum fuit quæstio interrogatiua trium Regũ Orientis, qui cum magna diligentia perquirebant Christum dicentes, Vbi est qui, &c. de isto intellectu pro nunc non curo. Sed tropologicè siue moraliter declarando thema, dico quod hoc nomen Iudæorũ idem est, quod glorificatorũ in gloria. Cùm ergo quęritur, vbi est qui natus est Rex Iudæorũ, id est, glorificatorum, de hoc Rege Dauid fecit quæstionẽ in spiritu prophetiæ dicendo: Quis est iste Rex gloriæ? Cui respondit spiritussanctus, Dominus virtutũ ipse est Rex gloriæ. Sicut Rex est Dominus ciuitatum sui regni, ita Christus est Dominus omniũ virtutũ, quæ dicuntur ciuitates suæ. Si ergo volumus ipsum perquirere cum sanctis Regibus Orientis, quæramus eum in suo dominio, quia Rex cõmuniter moratur in suo regno. Sic Christus Rex gloriæ moratur in suis ciuitatibus virtutum. Cùm ergo dicit thema, Vbi est qui natus Rex Iudæorum, id est, glorificatorum. Respondetur in ciuitatibus suis.s. virtutibus seu virtutum. Patet thema, Vbi autem sit à nobis quærendus ostendit Propheta dicens, Disce vbi sit prudentia, vbi sit virtus, vbi sit intellectus, vt scias simul vbi sit longiturnitas vitæ, & victus, & vbi sit lumen oculorum, & pax Baruc.3. Hic ponit septem virtutes tanquam septem ciuitates siue villas domini Regis Christi in quibus ipse moratur, quarum quatuor sunt morales, & tres theologicales. Morales sunt sitæ in plano, Theologicales verò in montibus altissimis.

Prima est prudentia rationalis.
Secunda fortitudo spiritualis.
Tertia iustitia intellectualis.
Quarta temperantia corporalis.
Quinta, & est prima theologicalis, est spes.
Sexta fides.
Septima charitas.

In his septem includuntur omnes virtutes. Cùm ergo quærit thema, Vbi est qui natus, &c. Respondetur quod in his septẽ virtutibus. Dico primò quòd quærendus est Christus in sua ciuitate plena, quæ dicitur prudentia rationalis, cùm dicitur, Disce vbi sit prudentia. Prudentia autem auisat hominem, vt inter tot pericula huius mũdi tam animæ quàm corporis, famæ & bonorũ sciat regere & gubernare vitam suam cauendo à periculis, maximè à periculis animę. De hac virtute auisauit Christus Apostolos, & per ipsos nos, quando misit eos ad prædicandũ di. Ecce ego mitto vos sicut oues in medio luporum, Estote ergo prudentes sicut serpẽtes. Mat.10. Nota, quod lupos vocat dæmones,

dæmones,& malas personas, & lupinas à quibus prudenter debet se homo custodire. Nota, sicut serpentes. Dicunt Philosophi, qui tractāt de proprietatibus rerum, quod est quædam natura serpentis, qui dicitur aspis multum bona & necessaria pro theriaca,& est talis conditionis,quod non potest capi nisi incantetur, propter hoc si incantatores possunt proferre certa verba, ipso audiente capiunt eum,aliàs non. Ideò quid facit ipse instinctu naturali? quando audit vocem incantatoris ponit vnam aurem super lapidem, & cum cauda claudit aliam ne audiat verba incantatoris,& sic nō incantatur,nec capitur. Dicit Christus,quod ita faciamus nos quod habemus prudentiā serpentis,quando dæmones,vel aliæ malæ personę volunt nos incantare,vel capere,& impedire ne vadamus ad Paradisum,tentantes nos, dicendo aliqua verba ad aures corporis,vel cordis,sicut serpentes facere debemus,& ponere aurem dextrā super illum lapidem. De quo dicit Paulus 1.Cor.10. Petra autem erat Christus,& claudere aurem sinistram cum cauda.s.mortis,quia sicut cauda est vltima pars serpentis,sic mors est vltima pars hominis. verbi gratia. Si diabolus,vel aliqua mala persona vult te incantare de superbia,dicendo, Quare tu non incedis ornatus sicut talis,vel associatus, cùm sis de meliori genere,magis diues,&c. statim ponas aurem in lapide,cogitando quomodo Christus fuit indutus, quia 33.annis portauit eandē tunicam, & cauda mortis claude aliam aurem.s.sinistram, scilicet,cogitando quid portabis tecum,& quid dices Deo de vanitate vestium,&c. Ecce quare dicit,Estote ergo,&c. Item si vult te incantare de auaritia, luxuria,gula,vindicta,&c. Cogita de Christo,& in morte quid eris, & qualis sententia datur auaris, luxuriosis,&c. ergo disce vbi sit sapientia. Secundò disce vbi sit virtus. hîc ostenditur fortitudo spiritualis,quæ notanter dicitur virtus,& non fortitudo. Quoniam fortitudo est duplex,scilicet corporalis & spiritualis : fortitudo corporalis non est virtus in qua Deus sit quærendus, quia animalia bruta sunt fortiora hominibus verbi gratia,Fortitudo est luctari,sed vrsus vincet vos. Idem de cursu,sed vnus equus superabit vos. Item de saltu,sed vnus ceruus saltabit plus. Item fortitudo est portare onus,sed plus portat mulus, licèt ergo fortitudo corporalis sit bona & seruiat quandoque,non tamen est virtus. Sed fortitudo spiritualis sicut est resistere & contradicere peccatis,ita est virtus, non dimittere bonam & sanctam vitam incœptam nec pœnitentiam, ista est virtus. Item tenere & seruare firmiter bonas ordinationes pro vtilitate communitatis,hæc est virtus spiritualis,de qua debet homo gloriari & se appretiari,& non de fortitudine corporali quæ est communis hominibus & iumentis. De ista fortitudine corporali non se appretiabatur Dauid, licèt esset fortissimus, quia adhuc puer sexdecim annorum quando custodiebat oues patris sui,& ad eas veniebat leo vel vrsus,

Aspidis proprietas.

Dauid auferebat ab eis prædam & occidebat eos, vt patet 1. Reg. 17. Nam leonem & vrsum interfeci ego seruus tuus. Sed gloriabatur de fortitudine spirituali de qua dicebat Deo, Fortitudinem meam ad te custodiam, scilicet resistendo & contradicendo peccatis, quia Deus susceptor meus es. Psalm. 58. Ideo sanctus Paulus pro nobis orando dicebat, Det vobis Deus secundum diuitias gloriæ suæ virtutem, scilicet fortitudinis spiritualis, corroborari per spiritum eius in interiori homine. Ephes. 3. Tertiò disce vbi sit intellectus. Ecce iustitia iudicialis siue intellectus quæ pertinet ad Iudices. Dicet aliquis, impropriè loquitur quod virtus iustitiæ dicatur intellectus. Responsio, quod hoc notanter dicit ad ostendendum Iudicibus quod iustitia non est facienda secundum sensualitatem, sed rationabiliter per intellectum. verbi gratia, Si litigant coram Iudice diues & pauper, diues promittit Iudici pecunias, &c. Pauper verò plorat. si Iudex vult iudicare secundum sensum visus, quia videt diuitem promittentem sibi, &c. pauperem flentem, non benè iudicabit. Sed per intellectum examinata prius caussa debet dare iustitiam pro illo qui habet bonum ius siue sit diues siue pauper. Item non debet sensu auditus iudicare. verbi gratia, Si nobilis, baro, miles & rusticus litigant coram Iudice, & nobilis loquitur comminando, &c. Iudex non debet iudicare secundum aures, sed per intellectum dando iustitiam rectam & sententiam pro illo qui habet ius rectum, & nihil debet timere. Item nec sensu tactus. verbi gratia, Si consanguineus Iudicis litigat coram eo cum extraneo vel Iudæo, vbi pater vel frater vel consanguineus tangāt Iudicem in carne vel sanguine, non debet iudicare secundum tactum, sed per intellectum & rationem, quoniam Iudex in iudicio non debet cognoscere nec patrem, nec matrem, nec fratrem, nec amicum, sed extra iudicium faciat eis bonum festum. Item nec sensu olfactus. Nota quod legitur in Talmuth, de illo falso Messia Bartosina incantatore, qui dicebat se per odoratum iudicare quis esset bonus vel malus, quem Iudæi voluerunt probare, & clausis sibi oculis statuerunt corā eo duos homines, & vnus erat bonus, & alius prauus & malus. Qui malè sententiauit, ideò fuit malè sententiatus. Item nec sensu gustus, scilicet propter conuiuia vel dona vel xenia. Dic de illo Rege cui fuit præsentata pulchra anguilla, & quia sapuit sibi, dedit sententiā pro illo qui præsentauerat sibi anguillam. Cùm autem Cancellarius contradiceret, quia contra iustitiam. Respondit Rex, verè anguilla sapuit nobis. Ideò de Iudice dicit scriptura sancta, Nō secundum visionem oculorū iudicabit, neque secūdum auditū aurium arguet, sed iudicabit in iustitia pauperes, & arguet in æquitate pro mansuetis terræ. Isa. 11. Quartò disce vbi sit longiturnitas vitæ. Ecce hic temperantia corporalis. Sed quare vocat eam sic & non proprio suo nomine, quia sicut iustitia ex sua caussa dicitur intellectus, ita temperan-

temperantia ex suo effectu, quia dat longam vitam, ideò vocatur longiturnitas vitæ. Verbi gratia, Dentur duo homines quorum vnus sit abstinens & alter gulosus, naturaliter multò amplius viuet abstinēs. Dicūt medici quod plures interficit cibus quàm gladius, cùm tamen moriātur tot in præliis, in guerris. Ideò temperatè comedere & bibere debemus. Nota quod legitur de Magno Alexādro, qui cùm fuisset Monarcha, & fuisset in Oriente ad Bracmanas, admirans de eorū antiquitate, cogitauit quod aliquā medicinā debebāt habere ex qua eorum vita cōseruabatur, & petiuit vt eam sibi ostenderēt vt ipsa vteretur. Qui dixerūt quod nō placeret sibi Respōdit quod imò. Tunc dixerunt sibi quod eorū medicina erat temperantia, quia semel in die comedebāt de vno solo cibo, & nō placuit ei. De hac dicit scriptura, Noli auidus esse in omni epulatione, & nō te effundas super omnem escā. In multis enim escis erit infirmitas, & auiditas appropinquabit vsq; ad cholerā, Propter crapulā multi obierunt, qui autem abstinens est adiiciet vitā. Eccles. 37. Nota sicut dicunt Medici quod prima digestio debet fieri in olla, secunda in ore, tertia in stomacho. Item non te effundas super omnem escam. Nota cōtra diuites tam laicos quàm ecclesiasticos qui vtuntur multis escis, & de qualibet volūt comedere, & cōfundunt sibi stomachum, quia quilibet cibus habet suam digestionem. Ideò dicit, In multis escis erit infirmitas. Quia sicut in olla in qua decoquitur de boue & de porco & de pullo, &c. quādo vnus cibus est coctus, alius est cōsumptus: propter hoc magni Domini & Prælati viuunt parū, ideò dicit propter crapulā, id est, crudā epulam, secundū etymologiā, multi obierūt. Qui autem abstinens est adiiciet vitā. Quinta, ciuitas in alto monte sita est. quinta virtus quæ est prima theologalis. s. spes quę ostēditur cùm dicitur, Disce vbi sit victus, sed quare dicitur victus, quia tota spes Christiana consistit in victu, quia victus sacræ Eucharistiæ est radix spei nostræ? Ratio, quia sicut totum malum destructionis nostræ humanæ naturę venit ex cibo. s. vetito: sic vult Deus quod totum bonum nostræ saluationis veniat ex cibo Eucharistiæ. Quærit S. Tho. in 4. vtrum sacramentū Eucharistiæ sit ita necessarium quod sine illo nō possimus saluari. Et arguit quod non est ita necessarium, quia pueri absq; cōmunione saluantur. Sed finaliter respondet determinādo quod nullus potest saluari nisi virtute huius sacramenti. Quid ergo de pueris, &c. Respondetur per talem similitudinē quia quādo homo comedit in prandio vel cœna, solum vnum membrū corporis. s. os comedit & recipit cibum, & omnia alia membra reficiuntur. Ita de sacramēto altaris: Tota Christianitas est vnū corpus fide & charitate cōiunctum habens multa membra. Sacerdos est os huius corporis. Cùm ergo Sacerdos cōmunicat, omnia mēbra reficiūtur. Ideò etiā pueri qui sunt mēbra huius corporis. Ideò dicit Ecclesia in collecta, Refecti cibo, potuq; cœlesti Deus noster,

Horū vitā descripsit Bardesanes Babylonius.

Vna cū sacerdote Christum in Missa sumēte spiritualiter communicat quisquis in gratia existit.

noster,

nouer, non dicit refectus de cibo sacerdotis. Si dicatur ex quo iam cõmunicamus ore sacerdotũ audiẽdo Missam, quid ergo oportet nos cõmunicare in Pascha? respõde quod duplex est cõmunio. s. spiritualis & sacramẽtalis. Communio spiritualis fit quotiescunq; homo audit Missam in charitate, tunc homo cõmunicat spiritualiter tanquã membrũ Ecclesiæ. Alia est cõmunio sacramẽtalis quæ præcipitur fieri semel in anno. s. in Paschate, ad quam tenentur omnes vtriusq; sexus, cùm ad annos discretionis peruenerint. De ista virtute spei dicit Dauid, Oculi omnium in te sperãt Domine, & tu das escam illorum in tempore opportuno. s. in Missa, quia illud tempus est ordinatum. Aperis tu manũ tuam, & imples omne animal benedictione. Psal. 13. Sexta est fides, ibi, Disce vbi sit lumen oculorũ. Sed quare nominatur sic? Respõdeo quod sicut corpus habet duos oculos quibus videt, ita anima habet duos respectus tanquam oculos. s. respectum diuinitatis Christi quasi oculum dextrũ, & respectum humanitatis eius quasi oculum sinistrum. In his duobus consistit tota fides catholica quæ habet quatuordecim articulos fidei. s. septem diuinitatis & septẽ humanitatis, & omnes simul continentur in Credo in Deum. Benedictus est ille qui habet istos duos oculos claros & bonos, de quibus dicit Christus. Non turbetur cor vestrũ neque formidet, creditis in Deũ, & in me credite. Ioan. 14. Creditis in Deum. Ecce oculus dexter. & in me credite, id est, in meã humanitatem. Ecce hic oculus sinister. Ideò Dauid orando dicebat, Illumina oculos meos ne vnquam obdormiam in morte, ne quando dicat inimicus meus, præualui aduersus eum. Psalm. 12. Non loquitur de oculis corporis, quia non legitur fuisse cæcus, sed de oculis animæ vt illuminarentur sibi ne peccaret contra fidem, quia si fundamẽtum cadit, totum eius ædificiũ corruet. De hoc S. Tho. 2. 2. q 4. ar. 7. vbi quæritur vtrum fides sit prima virtutum, & ostenditur præcipuè in solutione ad quartum quomodo ipsa sit fundamentum. secus de aliis virtutibus. Sed quidam sunt cæci oculo dextro, vt Agareni, qui non habent fidem Christianitatis Christi, quidã oculo sinistro, vt Manichęi, qui negant humanitatem Christi, sed vtroq; sunt cæci Iudæi miseri. Septima est charitas generalis quæ cõsistit in amore Dei & proximi, quæ ostẽditur ibi, Disce vbi sit pax. Quæ sic vocatur ab effectu quia pacificat creaturam cum creatore quando ipsum diligit super omnia. Et ista pax conseruatur quandiu creatura seruat tria prima præcepta, scilicet, Non habebis Deos alienos. Secundum, Non assumes nomen Domini Dei tui in vanũ. Tertium, Memento vt diem sabbati sanctifices. Ideo Christus Mat. 22. Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua. Secũdò charitas facit pacem cum proximo quæ seruatur seruando alia septem, vt si vis honorari à filiis tuis, honora parentes tuos. Secundò si non vis occidi, non occidas. Tertiò si non

si non vis vxorem tuam tangi ab alio, non tangas vxorem alterius. Quartò si non vis deprædari, non furtum facias. Quintò si non vis diffamari, non falsum testimonium dicas. Sextò si non vis in aliquo damnificari, nulli damnum inferas. Septimò si non vis vt vxorem tuam aliquis concupiscat, non concupiscas vxorem proximi tui. Hæc est charitas generalis Dei & proximi. Ideò dicit Christus de pace Dei & proximi, Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis, &c. Ioan.14. Dauid, Pax multa diligentibus legem tuam, & non est illis scandalum. Psalm.118. Quia in dilectione Dei & proximi vniuersa lex pendet & Prophetæ. Deo gratias.

In Epiphania Domini. Sermo III.

Per aliam viam reuersi sunt in regionem suam. Matth.2. Hoc verbum secundum intellectum historicum declarat viam reuersionis trium Regum, scilicet per aliam viam reuersi sunt in regionem suam, & non per illam per quam venerant, iuxta diuinam ordinationem & Angeli reuelationem, dicentis eis ne redirent ad Herodem, sed iuxta intellectum allegoricum & spiritualem dicitur de nobis quid debemus facere, scilicet ire ad regionem nostram, non per viam per quam venimus, sed per aliam, propter quod oportet declarare tria puncta.

Primus qualis est terra vel regio nostra propria ad quam debemus ire finaliter.

Secundus qualis est via per quam possumus errare vt caueamus ab ea prudenter.

Tertius qualis est via per quam sine errore perueniamus ad patriam securiter.

Quantum ad primum dico quod gloria cœlestis illa est terra propria & regio ad quam debemus ire finaliter quę nostra est triplici ratione & iure, scilicet,

Creationis,
Redemptionis,
Legationis.

Quantum ad primum, quare creditis quod Deus creauit cœlum non pro se? quia iam habebat habitationē latam, scilicet suam æternitatem. & veriùs dicitur quod cœlum & terra stant in Deo quàm quod Deus stat in cœlo vel in terra, quia Deus non indiget sustentamento. Nec cœlum creauit pro Angelis ex necessitate. Ratio, quòd cùm sint creaturæ spirituales, non indigent loco corporali, sed ipsum creauit pro nobis qui sumus corporales, ideò indigemus loco corporali, ergo iure creationis illa regio est nostra. Auctoritas. Annunciat de ea scilicet gloria amico suo quod possessio eius sit, & ad eam possit ascendere. Iob 36. Nota amico suo, quia solùm amici Dei intrant illo. Inimici autem faciunt se indignos intrare illuc. Et ad

eam

eam possumus ascendere, scilicet per scalam virtutum & bonorum operum. Sed est hic argumentum in oppositū, quia dicit Dauid Propheta, Cœlum cœli Domino, terram autem dedit filiis hominum, Psalm. 113. Cœlum, id est gloria cœli Deo. Quomodo ergo dabitur homini iure creationis? Responsio quod per essentiam & naturam gloria cœli soli Deo debetur, quia sua est essentialiter & naturaliter, terra autem competit homini, sed gloria cœli competit homini per administrationem diuinalem. Ideò dicit, annunciat de ea amico suo. Secundò est nostra iure redemptionis, quia Christus emit ipsam nobis magno pretio scilicet sanguine suo. Non enim emit ipsam pro se, quia iam erat sua, sed pro nobis, quia nullus sanguis humanus nec omnium creaturarum factarum & faciēdarum suffecissent ad emendum illam gloriam solùm ad horam vnam. Sed venit filius Dei qui dedit pretium magnum & superabundās. Ideò sancti qui sunt in gloria dicūt Deo, Redemisti nos Deus in sanguine tuo ex omni tribu & lingua, & populo, & natione, & fecisti nos Deo nostro regnum & sacerdotes, & regnabimus super terram. Apoc. 5. Redemisti nos, non dicit emisti, sed redemisti, id est, iterum emisti. Dicūt omnes sancti Doctores concorditer, quod tanta erat virtus sanguinis Christi quod minima eius gutta fuisset pretium sufficiens & superabundans. Cùm ergo tot guttas effuderit, primò in circuncisione, &c. ideò non solùm emit, sed redemit. Et fecisti nos Deo nostro regnum & Sacerdotes. Nota dicit regnum & Sacerdotes, quia omnes qui intrant gloriam Paradisi sunt regnum quantum ad animam, in qua Deus regnat in intellectu per cognitionem, in memoria per beneficiorum recordationem, in voluntate per amorem & deuotionem. Et sunt sacerdotes quantum ad corpus ipsum Deo sacrificando, per pœnitentiam, & sic exponit glo. Et regnabimus super terram, non dicit in terra. Patet ergo quòd illa patria est nostra iure redemptionis. Tertiò est nostra iure legationis, quia Dominus noster Iesus Christus in suo vltimo testamento ipsam nobis dimisit. Deus fecit duo testamenta, scilicet vetus & nouum. In veteri testamento non dimisit illam alicui, sed dimisit argentum, aurum, panem, vinum, cibum & potum, fructus & victoriam inimicorum. Deinde fecit aliud testamentum, scilicet nouum, morte ipsius cōfirmatum, testamentum enim nouum in morte Christi confirmatum est, ergo & primum est cassatum. In nouo autem testamento legauit gloriam cœlestem dicens, Nolite timere pusillus grex, quia complacuit patri vestro dare vobis regnum. Luc. 12. Nos sumus pusilli respectu sanctorum Angelorū. Et ne desperemus dicit, quomodo & nos habebimus regnum Dei? Ideò dicit Christus, Nolite timere, &c. Sed sunt multi in mundo qui magis audiunt & curant de promissionibus veteris testamenti, quàm de promissionibus noui testamenti, quia non curant de gloria æterna & futura, sed de pecu-

Regio cœlestis iure redēptionis ad homines pertinet

En quo modo sit sacerdos quilibet Christianus.

de pecuniis, de honoribus, dignitatib9, & victoria inimicorũ, &c. quę omnia sunt transitoria & temporalia. Ideò de legato æterno debemus curare & ipsum appetere & desiderare. Si aliquis miles dimisisset vobis aliquod castrum in suo testamento, de quo nondum haberetis possessionem, nocte & die laboraretis vt ipsum haberetis, quantò ergo magis de castro gloriæ nobis à Christo dimisso? Sed pauci sunt qui laborant vt obtineant possessionẽ. Ideò dicit Cyprian. in sua epistol. de mortalitate. Patriam nostram Paradisum computemus, parentes, Patriarchas, & Prophetas iam habere cœpimus, vt quid non properamus, vt quid non currimus ad patriam nostram, vt videre & parentes nostros visitare possimus? Magnus illuc charorum numerus nos præcessit, & expectat turba filiorum parentum & amicorum qui iam sunt de sua salute securi, adhuc de nostra soliciti. Patet primus punctus. Secundò videndum est qualis est via per quam errauerunt primi parentes, & nos similiter errare possemus, vt caueamus. Dico quod in principio mũdi via fuit errata per Adam & Euam, qui inuenerunt tres vias tortas, quibus deuiauerunt, & amiserunt Paradisi patriam, & venerunt in hanc vallem miseriæ, & lachrymarum.

Prima fuit via superbiæ.
Secunda fuit inobedientiæ.
Tertia fuit gulæ.

Non credatis quòd peccatum gulæ fuit primum, imò dicit sanctus Thom. in. 1. parte, quod antequam de fructu vetito comederent iam erant in eis peccata superbię, quia quãdo serpens dixit Euæ. Cur pręcepit vobis Deus, vt nõ comederetis ex omni ligno Paradisi. Gen. 3. hæc fuit prima quæstio mundi à diabolo inuenta, qui fuit primus sophista in specie serpentis faciem humanã habentis: vt dicit Magister historiarum. Statim facta quæstione Eua habuit superbiam, & quare non comederemus ex omni fructu? statim cor eius elatum est ex superbia. Ecce deuiatio quomodo incœpit in Eua. Ideò dicit scriptura, Initium omnis peccati est superbia, qui tenuerit eam implebitur maledictis, & subuertet eum in finem. Ecclesiast. 10. Nota subuertet eum, quia superbus vult esse elatus super alios, sed in fine ibit caput subtus in infernum. Secundum peccatum fuit inobedientia, sicut fuit in Adam, quod fuit grauius, quia magis debuit ipse cauere. Sed dicit Augustin. quòd Adam peccauit nolens contristare suas delitias. Primò vxorem quæ erat pulcherrima, & Adam multum diligebat eam, ideò amore ipsius comedit, quia si Adã nõ comedisset ipsa sola fuisset damnata, & non filij, nec fuisset peccatum originale, sed postquã ipsa comedit de fructu, attulit Adę vt comederet, O dixit Adã non comedatis ne moriamini. Respõdit Eua, Ego comedi, & non sum mortua, ideò comedatis. Adam nolens eam contristare, comedit. Ecce hîc secundum peccatum. s. inobedientia. O quot Adam sunt hodie in mundo, qui

Primũ peccatũ fuit superbia.

Edit Adã de ligno vetito, ne Euã contristaret.

In solo Adamo tanquã principio oẽs peccauimus, omnesque morimur.

do, qui volentes complacere mulieribus in vanitatibus suis faciunt vsuras, rapinas, malas aduocationes, falsas sententias, furta, retentiones, & huiusmodi. Ideò Apostolus: Si adhuc hominibus placerem, Christi seruus non essem. ad Galatas 1. Dauid: Deus dissipabit ossa eorum qui hominibus placent, confusi sunt, quoniam Deus spreuit eos. Psalm. 52. Nota quod ossa sunt virtutes, quia sicut ossa sustinent corpus, ita virtutes sustinent animam Sed ossa virtutum illorum qui hominibus placent contra Deum dissipantur, & confunduntur in morte quando remittuntur in infernum. Tertium peccatum fuit secutum quando Adam comedit, ecce peccatum gulæ. Omnis labor hominis in ore eius, sed anima eius non implebitur bonis. Eccles. 6. Nota quod vbi nos habemus, hominis, Iudæi habent Adæ, quia omnes labores ipsius Adæ, & filiorum suorum in ore eius, id est, ex peccato gulæ venerũt, & dum os impleretur illo fructu, anima fuit euacuata virtutibus, & meritis. Ideò dicit anima eius non implebitur bonis, imò euacuabitur. Ecce secunda via deuiationis à Paradisi via. Tertiò videnda est via per quam debemus reuerti directè, quia dicit thema quod per aliam viam reuersi sunt in regionem suam. Iuxta illud Deut. 16. Dominus præcepit vobis, vt nequaquam per eandem viam reuertamini. Item mandatũ est mihi in sermone Domini præcipientis. Non reuerteris per viam qua veneris. 3. Regum 13. Oportet ergo redire per alias vias tribus modis prædictis contrarias, quas Christus ordinauit, & ostendit nobis.

Primò contra superbiam ostendit viam humilitatis.
Secundò contra inobedientiam ostendit viam obedientiæ.
Tertiò contra gulam ostendit viam temperantiæ.

Dico primò quod Deus ordinauit, & ostendit nobis contra viam superbiæ viam humilitatis, quam primò ostendit opere quando descendens de cœlo voluit humiliari nostras miserias assumendo. Deinde ipsam ostendit verbo, quando dixit, Discedite à me, quia mitis sum, & humilis corde. Matth. vndecimo. Ergo dimittatur via Adæ, & Euæ superbiæ, & sequamur Christum per viam planam securam humilitatis. De qua Esaiæ 35 Erit ibi semita, & via sancta vocabitur. Non transibit per eam pollutus, & hæc erit vobis via directa, ita vt stulti non errent per eam. Non erit ibi leo, & mala bestia non ascendet per eam, nec inuenietur ibi. Nota erit, scilicet in nouo testamento via & semita, quia vera humilitas consistit in duobus, scilicet in fundamento, & in ornamento. Fundamentum humilitatis est in corde, non superbire de aliqua gratia perfectione vel dono, sed magis humiliari ad instar bastaxi, qui quantò plus portat maius onus, tantò plus inclinatur nec se appretiat de pretiositate oneris quantumcunque sit pretiosum. Idem si portatis onus deuotionis sanctitatis vel diuitiarum, vos portatis pretiosum scrinium mercatoris

Christi, ideò caueatis ne ipsum perdatis, Qui hoc cogitaret, de nullo superbiret. Hæc consideratio humiliabat beatam virginem Mariam, quę portabat thesaurũ, & clenodium pretiosum cùm esset mater Dei. Talibus considerationibus humiliabantur sancti Apostoli & omnes sanctæ personæ. Secundò ornamentũ humilitatis cõsistit ad extra in operationibus, quia si estis verè humiles in corde, non portabitis vanitates ad extra in corpore. Ecce quare dicit Propheta, Erit sibi semita, scilicet in corpris humilitate ad extra in operibus, ita vt stulti non errent per eam, quia nullus potest excusari quin possit per viam humilitatis incedere. Non erit ibi leo, id est, superbus, nec mala bestia, id est, mulier vana & superba. De euntibus ad Paradisum per hanc viam humilitatis potest dici thema, per aliã viam, &c. Secundò contra viã inobedientiæ Christus ordinauit, & ostendit nobis viam obedientiæ. Primò de facto, & opere, quia fuit in omnibus obediẽs Deo patri, ideò Apostolus, Factus obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis. Ad Philippen. 2. Et nota qualem obedientiam habuit, & ostendit, nõ solũ Deo patri, sed etiam Virgini matri, & Ioseph nutritio, quia erat subditus illis. Luc. 2. Item crucifixoribus quando dixerunt ei, expolia te, & ipse statim obediuit, &c. Ideò amore sui simus obedientes ei, & præceptis Dei. Hanc viam obedientiæ petebat Dauid di. Legẽ pone mihi Domine, viam iustificationũ tuarũ, & exquiram eam semper. Psal. 118. Not. quòd Christus dedit legẽ, & viã obedientiæ sex cõditionibus gentiũ mundi. Prima est dominorũ Prælatorum quibus Christus dedit legẽ & viã iustificationũ dicens, Pascite qui in vobis est gregẽ Dei, Dei prouidentes non coactè, sed spõtaneè secundũ Deum, neq; turpis lucri gratia, sed voluntariè, neq; vt dominantes in cleris, sed forma facti gregis ex animo, & cùm apparuerit Princeps pastorũ percipietis immarcesibilẽ gloriæ coronã. 1. Pet. 5. Not. turpe lucrũ est quando propter simoniã faciunt. Per hanc viam debent ire obedienter domini Prælati. Secunda est dominorũ temporalium, quibus Christus dedit legẽ obediẽtię, & viã iustificationũ dicens, Domini, q iustũ est & æquũ seruis præstate, sciẽtes quomodo & vos dominũ habetis in cœlo. Ad Col. 4. Tertia est religiosorum, dicẽs, Obedite Præpositis vestris, & subiacite eis. Ipsi enim peruigilant quasi rationẽ pro animabus vestris reddituri. Ad Heb. vl. Quarta est simpliciũ clericorũ dicens. Sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus vestris, &c. Luc. 12. Quinta est diuitũ, quibus dedit legem misericordiæ dicens, Estote misericordes sicut & pater vester misericors est, Date, & dabitur vobis, &c. Luc. 6. Sexta est pauperum quibus dedit legẽ patiẽtiæ dicẽs, In patientia vestra possidebitis animas vestras. Luc. 21. Ecce hîc quare dicit, Legẽ pone mihi Domine, &c. De obedientibus dicit thema. Per aliã viã reuersi sunt. Tertiò Christus contra viã gulæ ordinauit nobis viam temperantiæ seu ab-

stinentiæ. Primò de facto, & opere, quia statim baptizatus à Ioãne intrauit desertum, & ieiunauit quadraginta diebus, & quadraginta noctibus quod nihil comedit. Item verbo dicens, Pœnitentiã agite, scilicet abstinendo à delectationibus cibi, & potus, & aliorum. Ideò primum pręceptum quod Deus dedit post diluuiũ fuit abstinentia, scilicet cõtra gulã di. Carnem cum sanguine non comedetis. Gen. 9. ideò dicit Greg. super illo verbo, Per aliã viam reuersi sunt, quia à Paradisi gaudiis per cibum cecidimus, ad hæc per abstinentiam quantũ possumus resurgamus. Ista est via de qua dicit Christus, Arcta est via quæ ducit ad vitam, & pauci sunt qui inueniunt eam. Matth. 7. Certè isti qui tendunt per istam viã, vadunt rectè ad Paradisum. De quibus dicit thema, Per aliam viam reuersi sunt in regionem suam.

In Epiphania Domini. *Sermo IIII.*

O*Btulerunt ei munera, aurum, thus, & myrrham.* Mat. 2. Hoc verbum ad literam loquitur de illis tribus Regibus qui obtulerũt munera, &c. Sed iuxta intellectũ anagogicũ quem volo pertractare, sciendũ quod Deus in hoc mundo fecit creaturas in triplici differentia. Quasdam creaturas fecit omninò spirituales, vt sunt S. Angeli. De quibus dicit scriptura sancta, Qui facit Angelos suos spiritus. Item Luc. vlt. Spiritus carnẽ & ossa non habet. Alias creaturas facit omninò corporales, quia tam corpora quàm animę fiunt de terra. Dicit Philosophus quod anima bruti educitur de potẽtia materiæ, Item dicit tex. Producat terra animã viuentem in genere suo, iumenta, & reptilia, & bestias terræ. Gen. 1. Ideò quando moritur brutum, moritur etiã anima eius. Hoc satis tradit S. Tho. 1. part. q. 5. art. 6. in solu. ad primum. Auctoritas. Cuncta, supple quæ sunt in animali bruto, subiacent vanitati, & omnia pergunt ad vnũ locum: de terra facta sunt, & in terram pariter reuertuntur. Eccles. 3. Tertiò fecit Deus creaturas simul spirituales, & corporales, scilicet, hominem, qui quantum ad corpus est corporalis de terra factus sicut animal brutum. Genes. 2. Formauit Deus hominem de limo terræ quantum ad corpus. Sed quantũ ad animam est spiritualis similis Angelis, quia anima hominis non educitur de potentia materiæ, sed creatur à Deo vt Angelus, & creando infunditur corpori, & infundẽdo creatur ad gubernandum, & custodiendum castrum corporis ad instar militis, cui Rex committit castrum inter inimicos positum. Si benè custodit castrum, præmiatur à Rege: si autem malè, & permittit intrare inimicos Regis, tanquã proditor punitur à Rege. Et ita moritur sicut animal brutum quantum ad corpus. Auct. Vnus est interitus hominis, & iumentorum, & æqua vtriusque conditio, sicut moritur homo, sic & illa moriuntur. Et nihil habet homo iumento amplius, scilicet quantum ad corpus. Ecclesiastic. 3. Sed quantum ad animam homo est similis Angelis, quia anima hominis est immortalis, vt Angelus, quod

Quod anima bruti simul cũ corpore moritur in causa est, quia de potentia materiæ educitur.

Anima hominis simul à deo creatur, & corpori infunditur.

enim

enim anima hominis sit incorruptibilis, probat efficaciter Thomas 1.parte.q.75.art.6.Et in morte corporis anima redit ad Deum,vt reddat computum Deo,& ratione de gubernatione corporis. Auct Reuertatur puluis in terrã suam vnde erat,scilicet quãtum ad corpus,& spiritus redeat ad Deum qui dedit illum. Eccle.vlt. Cui dicet Christus, Redde rationem vilicationis tuę. Luc.16. Apost. Statutum est hominibus semel mori quantũ ad corpus,& post hoc iudiciũ,quantum ad animam. Hebr.9. Modò secundum Augustin. in lib. de cura pro mortuis agenda,tres conditiones sunt defunctorum.

Quidam sunt boni perfectè, & isti offerunt Deo aurum per magnum valorem.

Quidam sunt boni mediocriter, & isti offerunt Deo thus per bonum odorem.

Quidam sunt mali peruerse, & isti offerunt Deo myrrham per amaritudinem.

De his omnibus dicit thema, Obtulerunt ei aurũ,thus,& myrrham. Dico primò quod quidam defuncti sunt boni perfectè,sicut sunt deuoti religiosi,clerici,& laici,qui licèt fecerũt plura peccata,tamẽ pro tempore conuerterunt se ad Deum,& fecerunt magnã pœnitentiam de peccatis suis. Primò habuerunt magnam contritionem. Secundò propositũ non redeundi ad peccata. Tertiò fuerunt confessi. Quartò satisfecerunt. Quintò remiserũt iniurias,&c.orabãt,& ieiunabãt, cõmunicabant,faciebant magnas eleẽmosynas,& multa opera bona, intantum quod si in statera diuinæ iustitiæ ponerentur bona,& mala quę fecerunt,plus ponderarent bona quàm mala:tales sunt aurum purum propter pœnitentiam in hoc mundo factam:ideò quando tales decedunt non transeunt per Purgatorium,quia eorũ animæ iam fuerunt in hoc mundo purgatæ in fornello pœnitentiæ,ideò vt aurum purum bonum statim ponuntur in cofris thesaurorum Dei,scilicet in ordinibus Angelorum. Sicut dicit Ecclesia de B. Magdalena. In thesauro Regis reposita est drachma perdita. Et talibus dicit Petrus Apostolus, Modicũ nunc si oportet cõtristari in variis tentationibus vt probatio fidei vestræ multò pretiosior sit auro quod per ignem probatur,inueniatur in laudem,& gloriam,& honorẽ,& reuelationem Iesu Christi. 1.Pet.1. No. modicum nunc,scilicet in hac vita prę senti,si,pro quia,oportet cõtristari,quia quodlibet opus pœnitẽtię infert tristitiam,& dolorem homini. vnde dolor,& tristitia est cõteri de peccatis quę tantũ placuerunt. Item dolor est recipere propositũ nõ redire ad ea,ad quæ homo inclinatur naturaliter. Idem de cõfessione,quasi se diffamãdo siue diffamare se,& sic de aliis operibus pœnitentiæ,ideò inducuntur variæ tentationes. Sed in morte talis anima inuenitur in laudem,gloriã,& honorem. Vbi tanguntur tria quę fiunt animæ bonę,& perfectæ. Primũ est in mortis articulo, Angelus

custos subitò totus lætus ascendit in cœlum dicens, Christo quomodo sibi talis commissus est in extremis. Et Christus licèt sciat omnia, tamen ad instar iudicis interrogat iustum, & impiũ, & audit relatione angeli qui laudat illum de bona vita, & de pœnitentia quam fecit. Ecce quasi dicit, inueniatur in laudem. Tunc Christus præcipit aliis angelis, vt descẽdant ad associandum illã animã, qui tantum nos diligunt quod quilibet ingerit se, dicẽs. Ecce ego domine mitte me. Item filij petunt mitti qui simul cum angelis descendunt ad associandum animam patris vel matris, &c. Statim anima à corpore separata videt eos & cognoscit eos di. Vnde mihi tantus honor? ideo Iob loquens de persona bona, & perfecta dicit. Si fuerit pro eo angelus loquens vnus de milibus vt annuntiet hominis æquitatẽ, id est, pœnitentiam, miserebitur eius, & dicet. Libera eum, vt nõ descendat in corruptionẽ. Inueni in quo ei propitier, scilicet pœnitentiam condignam. Iob. 33. Ideo Dauid Psal. 32. Exultate iusti in domino, rectos decet collaudatio. Secundò dicit, vt inueniatur in gloriam, quia talis anima sic perfecta sanctis angelis associata, vadit ad instar spõsę in die nuptiarum. O qualis gloria quod tales, & tanti reges, duces, & nobiles, & barones paradisi associãt ipsam. Et qualia festa fiũt ei in qualibet platea Paradisi per sanctos, &c. di. O benedicta anima, &c. Et ipsa inclinando se dicit. Non nobis domine non nobis, sed nomini tuo da gloriam. Propter hoc dicitur, Non sunt condignę passiones huius temporis ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis. Ad Ro. 8. Huius intellectum sanctus Thom. ponit. 1. 2. q. 114 articu. 3. vbi quærit vtrum homo ex condigno possit mereri vitam æternam. Tertiò dicit, vt inueniatur in honorem, & hoc quando sancta anima sic associata venit vsque ad cathedram Christi, vbi à Christo recipit coronam gloriæ. O qualis est gloria coronari à summo Pontifice, qualis honor est Regi quando coronatur ab archiepiscopo, qualis est honor Cæsari Augusto coronari à Christi vicario Romano pontifice, quod tamen nihil est respectu illius coronationis. Sap. 5. Iusti in perpetuum viuent, & apud dominum est merces eorum, & cogitatio illorum apud altissimum. ideo accipient regnum decoris, & diadema speciei de manu domini. De quibus dicit thema. Optulerunt domino aurum. Dico secundò, quòd quidam sunt boni medio modo, sicut sunt illi qui faciunt pœnitẽtiam de peccatis suis, conteruntur quidem de peccatis, sed non tantùm sicut Magdalena, tamen, si est vera contritio non est sine gratia Dei, confitentur semel in anno & seruãt pœnitẽtiam eis datam siue iniunctam, nihil aliud addentes, audiunt missam solùm in diebus dominicis, & festis communicant in paschate, ieiunant pręcise ieiunia ecclesię, & nihil aliud faciũt, nisi illa ad quę tenẽtur. Tales boni sunt, sed quia pœnitentia est modica respectu peccatorũ, ideo modicũ redolet, sed tales quãdo decedunt

Opera pœnalia non sunt quidẽ cõdigna, quantũ ad substantiã operis attinet secùs ratione gratia

dunt offerunt Deo thus in igne purgatorij, vbi tunc ardenter desiderant Deū. De quibus dicit scriptura sacra, Quasi thus redolens in diebus æstatis, quasi ignis effulgens, & quasi thus ardēs in igne. Eccl.50. In dicta Auctoritate sunt tres clausulę. Prima declarat conditionem animarum imperfectarum, cùm dicit, Quasi thus redolens in diebus æstatis. In diebus hyemis thus non redolet propter frigus, sed in diebus æstatis redolet modicum, sed in igne multum redolet. Sic personæ imperfectæ modicum redolent. si seruant illa ad quæ tenentur, & nihil aliud addunt. Vnde si dicatur eis in diebus ferialibus, vt vadant ad Missam, respondent, nō teneor, &c. Idem de aliis bonis operibus. Ideò recipiunt illas bonas delectationes, & solatia quæ possunt sine peccato mortali, & seruant præcepta Dei. Secunda clausula innuit & declarat conditiones Purgatorij, cùm dicit, Quasi ignis effulgens. Non intelligatis quod ille ignis Purgatorij sit de lignis, sed est flamma pura & clara. Secùs de igne inferni, qui est tenebrosus ad ignis sulphurei. Sed ignis Purgatorij est clarus, quia animę quę sunt in Purgatorio, sunt claræ in fide catholica, & in cōscientia per gratiam Dei quam habent secum, sed purificantur in illo igne. Si dicatur iuxtą regulam Philosophiæ. Omne agens præstantius est suo passo. Cùm ergo anima sit præstātior igne, quomodo ergo torquetur illa illo? Responsio, Regula philosophiæ est vera loquēdo naturaliter, sed ignis Purgatorij agit naturaliter, nec virtute propria, quia si sic, tunc non posset animas cruciare, quia nullum corporale potest agere naturaliter in rem spiritualem. Sed ille ignis Purgatorij agit supernaturaliter tanquam instrumentum diuinæ iustitiæ, nec agit tanquam principale agens. Quoniam si Deus vellet, vna formica posset vnum Angelum cruciare. Et virtute diuina ille ignis durabit absq; lignis, ideò dicitur, Quasi effulgens cruciat animam. Vnde de anima quæ vadit in Purgatorium dicit Apostolus, Detrimentum patietur, ipse autem saluus erit, sic tamen quasi per ignem. 1. Cor.3. Tertia clausula declarat modum quomodo portatur anima ad Purgatorium, & ponitur cùm dicitur, Quasi thus ardens in ignē. Dic secundum S. Tho. quod anima portatur ad purgatorium à bono Angelo & non à malo vt dicunt aliqui. quia talis anima exit cum victoria de campo belli huius mundi deuicto diabolo. non est ergo verisimile quod victor capiatur à victo & portetur. Ideò secundū S. Tho. portatur ibi à bono Angelo. Dic practicè quomodo mittitur thus in thuribulo, &c. Sic bonus Angelus recipit thus. s. animā de vasculo corporis, dicens corā summo sacerdote. benedicite. Christus verò dat sententiā, quod sit tanto tēpore in Purgatorio quasi thus in thuribulo, & tunc anima est quasi thus ardēs in igne euaporās sursum fumū laudis, & benedictionis ad Deū, quia euasit pœnas horribiles inferni. Secùs de animabus inferni quæ euaporant sursum ad Deū fumū fœtidum blasphemiarū, & maledictionum.

Ignis Purgatorii nec naturaliter, nec virtute propria agit.

ledictionũ. Nota exemplũ de duobus varletis, vel de seruis, quos dominus vult corrigere, quorũ vnus humiliter petit veniã, alius nõ, &c. De illis de inferno B. Ioannes dicit, Æstuauerunt æstu magno, s. damnati, blasphemauerunt nomen Dei. Apoc. 16. Quæstio. Vtrum animæ Purgatorij possint adiuuari suffragiis nostris quantũ ad diminutionem temporis & pœnarũ. Responsio quod sic. Declaretur hoc iuxta similitudinẽ membrorũ corporis, quia omnia membra corporis coniuncta vno spiritu viuificãtur & reficiũtur cibo ab ore sumpto. Secus de membris ablatis, & à corpore præcisis. Idem de corpore mystico Ecclesiæ cuius corporis animæ Purgatorij sunt membra, quæ eodem spiritu, scilicet sancto viuificantur. Secus de damnatis, quia sunt membra ablata & scissa à corpore Ecclesiæ. Prouer. 11. Mortuo homine impio nulla erit vltra spes. Taliter ergo anima Purgatorij potest iuuari suffragiis parẽtum, & amicorum, quod statim liberabitur, quia sententia quę datur à Christo standi in Purgatorio tanto vel tanto tempore conditionaliter datur. Ideò Apost. ad Rom. 8. Qui secundum spiritum sunt spiritus sentiũt. Dic practicè quomodo facto suffragio pro ipsis, vt dicta Missa, vel oratione, vel absolutione facta, vel eleemosyna data, statim sentiũt alleuiationem pœnæ. Dic quomodo suffragium principale, quod potest fieri pro ipsis, est suffragium Missarum. Seruatis tamen duabus conditionibus. Prima quòd nõ fiat pretium in Missis, &c. Secundum quod sacerdos sit bonus homo & amicus Dei, tantùm quantũ homo potest cognoscere ad extra, ne sit concubinarius, &c. Greg. Cùm is qui displicet ad intercedendum mittitur, irati animus ad deteriora prouocatur. Item Ioan. 9. Scimus enim quòd peccatores Deus non exaudit. Sancta ergo & salubris est cogitatio pro defunctis exorare vt à peccatis soluãtur. 2. Mach. 12. vide de hoc suprà. fer. 4. dominicæ. 4. aduentus. Tertia cõditio defunctorum est quorundã qui sunt mali peruerse. Dic de quolibet statu sicut sunt illi qui sciunt se viuere in peccatis mortalibus, & recta via ire ad infernum, & nolunt dimittere peccata, vt superbiam aut auaritiam vel luxuriam, &c. imò truffando, ridendo, comedendo, bibendo, & delectando, vadunt ad infernum. De quibus dicit scriptura sacra, Ducunt in bonis dies suos & in puncto ad inferna descendunt. Iob. 21. Tales in morte descendunt statim in infernum vbi offerunt Deo myrrham amaram per magnum dolorem. ideò in persona damnati dicit scriptura sancta, Amaritudo mea amar. Esa. 38 Nota mors damnatorum est amara, quia in morte corporali perdunt omnia bona huius mundi. Secundò est amarior quandò datur à Christo sententia damnationis irreuocabiliter. Tertiò est amarissima quando iam cruciantur in inferno, & post iudicium cruciabuntur simul in corpore. Dic quomodo Deus dat gloriam, vel pœnam in alio mundo secundum opera bona, vel mala, quæ homo fecit in hoc mundo. Vbi sciendũ quod

Ostenditur similitudine, animas in purgatorio posse nostris suffragiis adiuuari.

sicut

sicut in æterna vita siue beata diuersæ mãsiones secundũ verbũ Christi sunt, quia quidã clarius, quidã minus aliis vidẽt diuinã essentiam: ita etiã sunt inæquales gradus in tormẽtis infernalibus. Nam & si omnes damnati in pœnis infernalib⁹ quo ad durationẽ siue quo ad perpetuitatẽ sint pares, sunt tamen impares, quo ad acerbitatẽ. Sicut etiã omnes beati sunt pares in æternitate, supple participata diuinæ visionis, & fruitionis, sunt tamen inæquales, & impares quo ad gradũ visionis secundũ diuersam mensurã facultatis quam sortiũtur ex diuersa participatione luminis gloriæ. Qui enim plus abundauerit in lumine gloriæ, clarius & limpidius videbit diuinã essentiã & intensius fruitione fruetur, &c. Hoc veritas est, & Doctoris sancti sententia in plerisq; passibus eiusdẽ resolutoriè determinata. Nota quomodo opera bona vel mala per prius fiũt ab anima cogitãdo, deliberãdo, ordinando, proponẽdo, ideò anima per prius meretur, vel demeretur, sed in executione operis corpus cooperatur. Verbi gratia, de aliquibus operibus propter quæ anima prius habet gloriã vel pœnam. Deinde post iudicium corpus etiã habebit gloriam vel pœnam. Deo gratias.

Sicut est gloria essentialis & accidentalis, habetque gradus, ita pœna apud inferos.

De eodem. Sermo V.

AB Oriente venerunt Hierosolymam. Matth. 2. Hoc verbum ad literam declarat terminum à quo venerunt Reges, cùm dicitur, Ab Oriente venerunt Reges, non tracti violenter, sed liberè, cùm dicitur venerunt, supple liberè, & terminũ ad quẽ, cùm dicitur Hierosolymam. de isto intellectu non cura amplius, sed iuxta intellectum spiritualem intendo declarare quomodo Gentes, quæ sunt in peccatis possunt venire ad illam cœlestem Hierusalem. De hoc Dauid in Psalm. 106. Qui redempti sunt à Domino quos redemit de manu inimici, de regionibus congregauit eos, A Solis ortu & occasu ab aquilone & mari. Itẽ Luc. 13. Venient ab oriente & occidente & aquilone & austro, & accumbent in regno Dei. Ex his patet quòd à quatuor partibus mundi gentes veniunt ad cœlestem Hierosolymam quadruplici ratione vel modo, scilicet,

Ab oriente iuuentutis,
Ab occidente senectutis,
Ab aquilone aduersitatis,
A meridie siue austro prosperitatis.

De primis dicit the. Ab oriente venerũt. Dico primò, ꝙ aliqui veniũt ad Deum in hoc mundo per gratiã, & in alio per gloriã ab oriẽte iuuẽtutis, & isti veniũt tracti per amorẽ sicut sunt homines, & mulieres iuuenes, qui in flore iuuẽtutis dant se deuotioni, & bonæ vitæ & seruitio Dei orãdo, ieiunãdo, nõ iurãt, nec mentiũtur, nec nocẽt alicui, sed audiunt Missas, & sermones deuotè, tales veniunt ad Deum ab oriente iuuẽtutis. Iam videtis quomodo claritas diei in oriente incipit. Sic in talibus claritas bonæ vitæ incipit in oriente iuuentutis.

Si tu haberes in manu tua rosam pulchrā recentē, & Rex peteret eam à te, & ex alia parte peteret eam cloacarius, & ex alia vnus captiuus, nunquid esset prius danda Regi antequā aliis? imò. Idem de rosa seu flore iuuentutis, quam à te quęrit Rex Christus, & ex alia parte vnus cloacarius, scilicet mundus qui non curat, nisi de fumo transitorio, & & ex alia parte petit ipsam captiuus, scilicet dæmon. Cui ergo est danda clarum est, quod Regi Christo. Ideò Threno. 3 Bonū est viro cùm portauerit iugum ab adolescentia sua. Patet hic stultitia illorum qui dicunt, Non placet mihi equus faleratus, nec iuuenis, volens videri deuotus. Tales veniūt ad Deū ab Oriente tracti amore, quos Dominus vocat. Auctoritas. Esaias. 46. Ego sum Dominus vocans ab Oriente auem, & de terra longinqua virum voluntatis meæ. Auis dicitur iuuenis duplici ratione. Prima est, sicut auis confidit in alis ad volandum. Iob. 5. Auis nascitur ad volatum, & homo ad laborem, &c. sic iuuenis confidit de iuuentute sua ad ambulandum. Secunda, quia sicut auis nutrita quando esurit, statim venit quando vocatur: secùs si habet stomachum plenum. sic iuuenis, quādo vocatur à Deo in aliqua bona prædicatione, statim venit, maximè si videt rubricaturam passionis Christi. Nota quomodo venator vocat falconem tripliciter. Primò ostendendo sibi rubedinem. Secundò partem de carne. Tertiò clamando. Sic Christus nos vocat primò ostendendo rubedinem. s. crucem, in qua eius caro fuit pro nobis suspensa, rubea, & sanguinolēta, & quādo iuuenis cogitat Christi passionem, & dolorem, statim venit ad eum per deuotionem, quia adhuc nō est intricatus cum mundo. Secundò vocat nos Christus, vt venator gustanto de venatione, quādo iuuenis audit Missas, sermones libenter, & cogitat delectabiliter gaudia Paradisi, dicit iuuenis, O tam bonū est illud, & sequitur Christum per bonam vitam. Ideò Dauid Psal. 33. Gustate, & videte quoniam suauis est Dominus. Tertiò vocat clamando ore prædicatoris. Mat. 10. Non enim vos estis qui loquimini, sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis. Iuuenis statis venit, secùs de senibus qui sunt vt falco qui habet stomachum plenum, qui licèt à Domino vocetur, nō venit, sed fugit. Idem de senibus qui sunt pleni diuitiis quādo audiunt Deum clamantem ore prædicatoris, dicunt cras, in quadragesima sequenti, vel in alio anno. & interim venit mors, &c. Sed iuuenis statim venit, ideò dicit Iob in persona iuuenis, Vocabis me, ego respondebo tibi. Iob. 14. Secundò dixit de terra longinqua, duplici ratione, scilicet naturali & morali. Ratio naturalis est, quia iuuenis secundum cursum naturæ longè est à morte, licèt in macello mactentur tot vituli quot boues. Secunda ratio moralis est, quia iuuenis multum est longè à Deo quando non vult ieiunare, nec orare, &c. Dauid, Longè à peccatoribus salus. Tertiò dicit virum voluntatis meæ. Nota virum, id est, virtuosum, quia talis placet Deo.

Dic exemplũ quod narratur à tribus Euangelistis.s.Mat.19.Mar.10. Luc.18. De pueris qui portabantur ad Christum vt ipsos tangeret,& benediceret quos Apostoli prohibebãt, quod Christus indigne tulit & dixit Apostolis, Sinite paruulos venire ad me, talium est enim regnum cœlorum. Dixit Marcus quod amplexebatur eos. Dico secundò, quod aliqui veniunt ad Deum ab occidente senectute, & isti veniunt tracti per timorem. Sicut sunt illi qui totam suam iuuẽtutem dederunt mundo in vanitatibus superbiæ, luxuriæ, auaritiæ,&c. & quando sunt sedes absque moralibus, iam non possunt ire, nec comedere, nec dormire, nec iam vult ipsos mundus, tunc ipsi dant se Deo. Tales dicũtur venire de occidente, quia iam sunt in fine.s.iuxta mortem,& veniunt timore mortis, Deus non deberet tales recipere in seruitium octogenarium, vel nonagenariũ, quia non faciunt, nisi comedere & dormire, sed Deus est pius,& benignus,& ideò recipit ipsos, quasi diceret, O vos stulti & tardi ad credendum. Luc.24. De talibus deberet facere Deus, sicut fecit quidam Rex de suo seruitore, qui dimisso Rege iuit ad inimicos Regis cum quibus expẽdit totam suam iuuentutem, faciẽdo guerram pro domino suo. Et quando fuit senex rediit ad Regem qui suspendit ipsum in furca vt merebatur, Non sic facit Deus cùm sit totus pius de his, qui veniunt ad ipsum ab occidente timore. De quibus dicitur Esa.59. Timebunt qui ab occidente nomen Domini,& qui ab ortu Solis gloriam eius, cùm venerit quasi fluuius violentus quem spiritus Domini cogit. Nota timebunt qui ab occidente, supple veniunt, nomen Domini, non dicit nomen creatoris, vel redemptoris seu saluatoris, sed dicit nomen Domini. Quoniam ista nomina faciunt quàm plures stare in peccatis, cogitantes, quod Christus est creator,& non in vanum creauit nos, sicut argentarius non in vanum facit cupã argenteã vt ipsam proiiciat,&c. Idem de nomine redemptoris, quia redemit nos,&c. Et de nomine saluatoris, quia cùm sit saluator, saluabit nos. Idem de nomine gubernatoris, ideò gubernat nos. Sed timebunt nomẽ Domini quod est nomen iustitiæ. Ideò Hiere.10. Non est similis tui in Diis, Domine magnus es tu,& magnum nomen tuum in fortitudine. Quis non timebit te, ô Rex gentium. Hoc nomen Dominus tangit cor quando homo cogitat, quod Deus est Dominus,& ego sum seruus. Ideò si non facio sibi bonum seruitiũ ipse damnabit me. Isto modo venit timor Domini, sed timor solus modicum valet, ideò oportet, quod ibi sit amor. Secundò dicit quasi fluuius violentus quem spiritus Domini cogit. Si dicatur, quando senex timebit nomen Domini? Respõdeo cùm venerit quasi fluuius violentus.s. cõtritio. Quando senex videt se propinquum morti & cogitat pœnas inferni, & quid erit de ipso, tunc sicut oliua conteritur inter duas molas, sic senex. Mola superior est rigor diuinæ iustitiæ. Mola inferior est pœna inferni, tunc venit

quasi fluuius violẽtus, scilicet cõtritio cum lachrymis, de quo multũ gaudet Deus & sancti. Dauid, Fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei. Psal. 45. Luc. 15. Gaudiũ est Angelis Dei super vno peccatore pœnitentiã agẽte. & Ezech. 3. Abij amarus in indignatione spiritus mei, manus enim domini erat mecũ cõfortans me. Nota quomodo manus Domini habet quinque digitos. Pollex est cordis contritio. Index oris cõfessio. Medius debitorũ restitutio. Medicus iniuriarũ remissio. Auricularis Eucharistiæ communio. Fiat manus tua vt saluet me. Dauid, Dico tertiò, ꝙ quidã veniũt ab aquilone aduersitatis per dolorẽ, sicut sunt illi qui in aduersitate cõuertuntur ad Deũ, & veniũt ad ipsum tracti per dolorẽ. Quia sicut aquilonaris ventus est frigidus, & stringit homines, ita aduersitas vel tribulatio stringit hominem cum Deo. Iob. 37. Ab Aquilone venit aurũ. i. ex tribulatione venit homo ad Deũ, quia sicut aurũ purgatur in furnello, ita peccator purificatur in tribulatione. Sunt multi qui quãdo sunt in prosperitate nõ curãt de Deo, sicut mulieres pulchrę & iuuenes, sed curant de ornamentis, tripudiis, &c. sed quando Deus mittit eis tribulationes, aduersitates, infirmitates, diuisiones cum viris suis, tunc veniũt ad Deũ, ieiunãt, deponunt vanitates, &c. Item homines luxuriosi, auari, superbi, parum curant de Deo. Nota similitudinẽ, Luc. 14. de illo qui fecit cœnã magnam, & vocauit multos, qui cœna parata noluerunt venire, &c. Qui misit seruum dicẽs, Compelle eos intrare. s. per aduersitates, dolores, & tribulationes, &c. Item de hominibus mundanis, qui se excusant de cœna gloriæ, nec curant ire per bonã vitam seu viam quam nobis parauit Christus. De qua dicit Ioan. Apoc. 19. Beati qui ad cœnã nuptiarũ agni vocati sunt. A qua aliqui se excusant dicentes, Villã emi, ecce superbiã. Quidã dicunt, Iuga boum emi quinq;, ecce auaritiam. Quidã dicunt, Vxorẽ duxi, ecce luxuriã, sed cõpelluntur venire aduersitatibus, tribulationib⁹, infirmitatibus, &c. & sic veniũt ab Aquilone. Greg. Mala quæ nos hic prę munt, ad Deum ire cõpellunt, sicut puer cõpellitur à patre, vt vadat ad scholã percutiẽdo. De istis potest dici illud, Ab Aquilone venit aurũ. Iob. 37. Dico quartò quod quidã veniunt ad Deũ à meridie prosperitatis. Isti veniunt tracti per rigorem. Meridies quæ est regio rigida, & fertilis, significat prosperitatẽ, quæ est habere abundantiã bonorũ temporaliũ, honorũ, dignitatũ, diuitiarũ, sanitatũ, &c. quę retrahũt homines ne veniãt ad Deũ. Auct. Incrassatus, impinguatus, dilatatus, dereliquit Deũ factorẽ suum, & recessit à Deo salutari suo. Deut. 32. Sed quãdo tales, qui sunt in prosperitate cõuertuntur ad Deũ, vt Dauid & Patriarchę, dicuntur, venire à meridie prosperitatis ad Deũ. Auct. Deus ab Austro veniet, & sanctus de mõte Pharam, Pharam. i. abundãs. De his quatuor simul vna auctoritas, Ab Oriente adducam semen tuũ, & Occidẽte cõgregabo te, Dicã Aquiloni, da; & Austro, noli prohibere. Esa. 44. No. ab Aquilone

Ione adducam semen tuum.s. non violenter, sed per amorem, & libere ab Occidente congregabo te. Dic de sacco tritici in agro dispersi quomodo non potest cõgregari nisi à Deo, sic nec homines mundani qui habent cor dispersum hincinde in diuitiis, & honoribus omnes radices cordis ponunt hîc inferius. Dicam Aquiloni, id est, tribulationi, da: & Austro, id est, prosperitati, noli prohibere.

In Epiphania Domini. *Sermo VI.*

A*Mbulabunt Gentes in lumine tuo*. Esa. 60. Pro declaratione, &c. Sciendum quòd Dominus noster Iesus Christus volẽs ostendere, & declarare differentiam inter tempus ante suam incarnationem, & tempus post, dixit, Si quis ambulauerit in die, non offendit, quia lucem huius mundi videt. Si autem ambulauerit in nocte, offendit, quia lux non est in eo. Ioan. 11. In ista auctoritate Christus cõparat tempus ante incarnationem nocti, & tempus post incarnationem diei. Ratio, quia sicut dicitur dies, quando Sol lucet, & dicitur nox absentia Solis. Idem de Christo Sole iustitiæ de quo dicitur virgini Mariæ, Felix nanque es, sacra virgo Maria, &c. Hic Sol iustitiæ ex peccato Adæ fuit absens generi humano. Volens Adã plus complacere vxori quàm Deo, comedit de cibo vetito, &c. Aug. Adã peccauit nolẽs cõtristari suas delicias. Quia sic Adã interposuit mulierem inter se & Deũ, quemadmodũ terra interponit inter nos, & Solẽ quãdo occidit, &c. Ideò Dauid, Sol cognouit occasum suũ, posuisti tenebras, & facta est nox. Psal. 103. Sol. s. Christus iustitię cognouit occasum suum, quãdo Adã peccauerat, interponẽdo vxorem, &c. Posuisti tenebras. s. peccatorũ, miseriarũ, & dolorũ, & facta est nox quæ durauit quinq; millibus annorum & vltra. Ideò tunc temporis entes quæ ambulabant per istũ mundũ, cadebant in errores, &c. quia nõ habebant claritatẽ scientię euãgelicę. Ideò dicit Christus illo tempore. Si quis ambulauerit in nocte, offendit, quia lux non est in eo. Sed orto Sole iustitiæ super terrã in die natiuitatis, incepit dies clara dans claritatem doctrinarũ Euangelij, & instructionũ moraliũ. De isto die dicit Christus, Si quis ambulauerit in die nõ offendit. i. non cadit in errorem, vel dubitationẽ, vel falsam opinionem, imò credit fidem catholicam à Christo prædicatam, quia non fallit, nec fallitur, nec decipit, nec decipitur. ideò Apost. Nox præcessit, dies autem appropinquabit. Rom. 13. De isto die dicit Propheta spiritu prophetico Domino nostro Iesu Christo. Ambulabunt Gentes in lumine tuo. Patet the. Modò ad eundum ad Paradisum ne cadamus, sunt nobis necessaria quatuor lumina, quæ habemus à Domino, scilicet,

Lumen intelligentiæ naturalis,
Lumen doctrinæ spiritualis,
Lumen exempli virtualis,
Lumen gratiæ diuinalis.

De quo-

De quolibet istorũ luminum dicit thema, Ambulabunt gentes in lumine tuo &c. Primum lumen nobis necessarium pro eundo ad paradisum ne cadamus, est lumen de intelligentia naturali ne homo sit stultus. Vnde intellectus seu ratio naturalis nihil aliud est quã quoddam lumen illuminans cameram cõscientiæ quemadmodum cereus accensus illuminat domum ad dirigendum in agendis. De isto lumine loquitur Dauid Deo dicens. Signatum est super nos lumẽ vultus tui domine, dedisti lætitiam in corde meo Psal. 4. Nota super nos nõ dicit infra nos, scilicet in sensualitate, sed super nos, scilicet in mẽte, Cum isto lumine homo potest regere se benè, & gubernare in tribus singulariter, scilicet in credendis, in faciendis, & in sperãdis. Primò in credẽdis, quia sicut ille qui viget intellectu naturali, quãdo intrat magnã domũ, vel palatium, intellectu naturali cognoscit potentiam Domini, qui illud fecit, &c. Sic persona quę viget intellectu naturali, quando videt palatiũ huius mundi, cuius cameræ sunt in cœlo vbi sunt filij, & amici Dei. Stabulũ est hîc vbi sumus nos cum bestiis. Carcer inferni est inferius in corde terrę pro malefactoribus. Ex aspectu ergo Palatij huius mundi potest cognosci potentia Domini, qui talem domum creauit solo intellectu naturali absque Magistro & Doctore, quia nulla domus fit à seipsa. Item in ordinatione, & motu corporum cœlestium intellectu naturali potest cognosci sapientia Dei. Item ex eorum vtilitate, quia influunt hîc quotidie, & continuè potest cognosci bonitas Dei, hoc dicit Apostolus ad Romanos primo, Inuisibilia Dei à creatura mundi per ea quæ facta sunt intellecta conspiciuntur, ita vt sint inexcusabiles. Nota inuisibilia Dei sicut sunt attributa diuina, vt potentia, sapientia, bonitas, &c. à creatura mundi, scilicet, ab homine intellectu vigente per ea quæ facta sunt, &c. ita quod sunt inexcusabiles, scilicet illi qui non credunt.

Præcepta decalogi lumine rationis naturali intelliguntur.

Secundò lumine intellectus naturalis possumus nos gubernare in faciendis, vnde dato quod Deus non dedisset nobis decem præcepta moralia, per intellectum naturalem possent sciri, & teneri. Quoniam intellectu naturali scitur, & ostenditur, & seruatur quod nullus fidelis seruus, & bonus debet pro aliqua re recurrere ad inimicos domini sui, nec cum illis aliquid tractare contra Dominum suum qui dat sibi vitam, & prouisionem, sed quod in suis necessitatibus debet recurrere ad Dominum suum potentem, & bonum, ecce primum præceptum, Non habebis Deos alienos. Secundò, intellectus naturalis ostendit, & indicat quod serui, & subditi debent loqui de Domino suo cum reuerentia. Ecce secundum, Non assumes nomen Dei tui in vanũ. Tertiò, intellectus naturalis dictat quod serui faciant aliquid & tenentur facere aliquod seruitium Domino suo, ex quo ipse prouidet ipsis de victu. Ecce tertiũ, Memento vt diem sabbati sanctifices. Quartò intellectus naturalis dictat quod quilibet Dominus vult

quod

quod in domo sua iuuenes honorent senes. Ecce quartum, Honora patrem & matrem tuam, &c. Quintò nullus dominus vult quod in domo sua aliquis recipiat vindictam de iniuria sibi facta, sed quod petat ab eo iustitiam. Ecce quintum, Non occides. Sextò nullus dominus vult quod in domo sua aliquis cum filiabus, vel ancillis suis carnaliter conueniat, nisi ipse dederit in coniugium. Ecce sextum, Non mechaberis. Septimò nullus dominus vult quod in domo sua aliquis recipiat aliquid ab eo, vel ab alio, sed quod sit cōtentus de parte sua quam dominus sibi dedit. Ecce septimum præceptū, Non furtum facies. Item quod nullus diffamet alterum, & sic de aliis. Patet ergo, quod lumē intellectus naturalis dictat nobis quid faciendum. Auct. Cùm gentes quæ legē non habent naturaliter ea quæ legis sunt faciunt, eiusmodi legē non habētes ipsi sunt lex qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis, testimoniū reddente illis cōscientia ipsorum. Rom. 2. Tertiò lumen intellectus naturalis sufficit ad ostendendum nobis quid à Deo sit sperandum. Quoniam ratio naturalis dictat quod quilibet bonus dominus potens, sapiens, & iustus det retributionē suis bonis seruitoribus, & malis seruitoribus det punitionem Cùm ergo Deus sit summe bonus, iustus, potens & sapiēs, ideò oportet dicere de necessitate, quod præmiat suos bonos seruitores qui seruiunt sibi iuxta suam voluntatē, & quod punit malos, &c. Hęc autem retributio bonorum, vel punitio malorum seruitorum nōn fit in hoc mundo, ergo oportet dicere, & necessariò credere quod est alia vita in qua præmiat bonos, & punit malos, vel Deus esset iniustus, quod absit. De hoc Apostolus, Sine fide impossibile est quenquam placere Deo. Credere enim oportet accedentem ad Deum, quia est, & quod inquirentibus se remunerator sit. ad Hebr. 11. De isto lumine intellectus naturalis dicit thema, Ambulabunt gentes, &c. Dico secundò quod secundum lumen nobis necessarium est lumen de doctrina spirituali. Ratio, quia primum lumen, scilicet, intellectus naturalis solùm nobis declarat quod habemus credere vnum Deum, & quid faciendum, & quid sperandū, sed non declarat nobis, nec ostendit quod ille Deus vnus sit in essentia, & trinus in personis, quia intellectus naturalis non sufficit ad hoc declarandum, vt pulchrè ostendit sanctus Thomas 1. parte. quæst. 32. art. 1. Huius rationem superius in quodam sermone reperies. Ideò fuit nobis necessarium lumen, doctrinæ spiritualis ab ore Dei incarnati, dicens, Tres sunt qui testimonium dant in cœlo, pater, verbum, & spiritussanctus. Et hi tres vnum sunt. 1. Ioan. 5. Item lumen intellectus naturalis non sufficit nobis ad declarandum qualiter de illis tribus personis diuinis, nec pater, nec spiritussanctus, sed filius fuit incarnatus, sed ostenditur lumine doctrinæ, cùm Apostolus dicat, Qui cùm in formo Dei esset non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo, sed semetipsum exinaniuit,

formam

formā ferui accipiens, in similitudine hominū factus, & habitu inuentus est vt homo. Phil. 2. Item nō sufficit intellectus naturalis ad declarandū quomodo virgo cōcepit, & peperit, & quomodo post partū virgo permāsit. Sed hoc nobis ostēditur lumine doctrinæ spiritualis dicentis, Ecce virgo cōcipiet & pariet filiū, nō patrē nec spiritū sanctū, & vocabitur nomen eius Emanuel. Esaiæ. 7. Item quod Christus sit passus in cruce non inquantum Deus, sed inquantum homo non sufficit intellectus naturalis ad declarandum. Ideo fuit necessarium lumen doctrinæ spiritualis, quod ostendit quomodo Christus voluit suspendi in cruce, ne aliquis sibi credens & obediens suspendatur in furca inferni, & ipse diues voluit soluere pretium redemptionis pro nobis pauperibus. Ad Philip. 2. Humiliauit semetipsum factus patri obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis. Item, non sufficit intellectus naturalis declarare quomodo Christus in sacramento altaris verus Deus, & verus homo, & perfectus, imò fuit necessarium lumen doctrinę spiritualis ab ore Dei incarnati dicens. Caro mea verè est cibus, & sanguis meus vère est potus. Ioan. 6. No. verè est potus non similitudinariè. Si dicatur, Et si sacerdos est malus ribaldus, &c. nunquid verè conficit? Respondeo quod sic. Ita verè sicut sacerdos bonus & sanctus, quia non fit virtute sacerdotis, quia solum est instrumentum, sed fit virtute verborum Christi. Sed est ibi talis differētia, quia missa boni & deuoti sacerdotis est in saluationē sui & aliorum. Missa autem mali sacerdotis est in damnationem sui & aliorū, vel illorum qui ipsam audiunt, si publicus fuerit. dist. 32. Nullus, &c. seq. præter hoc nihilominus consecrat, sed ad sui damnationem, &c. Greg. de conse. dist. 2. Quid sit sanguis. Quis enim fidelium dubium habere possit in ipsa immolationis hora ad sacerdotis vocem cœlos aperiri, & in ipso Iesu Christi mysterio Angelorū choros adesse, qui recommendant Christi bonum sacerdotem, malum verò detestantur petentes à Christo licentiam ipsum occidendi? Quibus respondet Christus, Nolo mortem peccatoris, sed vt magis conuertatur & viuat. Ezech. 18 Item, non sufficit lumen intellectus naturalis ostendere omnia quæ debemus facere, vt quod debeamus baptizari, & quod ibi mundemur à peccatis, à culpa & pœna. Ideo fuit necessarium lumē doctrinę spiritualis di. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, nō potest introire in regnū Dei, &c. Io. 3. Itē non sufficit intellectus naturalis ad intelligendū, quòd si post baptismū peccamus quòd per pœnitentiā iterū sanctificemur, sed necessariū est lumē doctrinę Christi di. Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, & quorū retinueritis, retenta sunt. Io. 20 Itē nō sufficit lumē intellectus naturalis ad sciendū quid sperandū est in alio mūdo quantū ad gloriam animę, vel quid horrendum & timendum, quantum ad damnationem, & de resurrectione, quantum ad corpus, ideo necessarium est

est lumen doctrinę spiritualis dicens. Venit hora in qua omnes qui in monumẽtis sunt audient vocẽ filij Dei, & procedẽt qui bona fecerũt in resurrectionẽ vitæ, qui verò mala egerunt in resurrectionem iudicij. Ioan 5. Licèt enim intellectus naturalis sufficiat intelligere quod habeamus à Deo retributionem, non tamen declarat qualẽ. De isto lumine doctrinę spiritualis Auct. Esaiæ. 2. Domus Iacob, id est, Christiani, venite & ambulemus in lumine Dei nostri. Nota, non dicit in lumine intellectus nostri. Ideo dicit Christus aliquibus qui erãt contenti de primo lumine. s. intellectus. Adhuc modicum lumẽ est in vobis. Ioan. 12. Tertium lumẽ nobis necessarium, est lumen de exemplo virtuali, ratio, quia viatores qui habent ire per longam viam & periculosam, necesse est vt habeant ductorem, qui eis ostendat viam, nec sufficit doctrina, scilicet dicere eis verbo, sed opus est etiam facto, maxime cum in via sint plures viæ, sicut in via abhinc vsque ad cœlum, in qua primi ductores fuerunt Adam & Eua, qui in prima dieta errauerunt in via, & consequenter omnes ipsos sequentes, Psalmo, Ipsi verò non cognouerunt vias meas, quibus iuraui in ira mea, si introibunt in requiem meam. Psalm. 94. Sed venit alius ductor, scilicet Christus, qui nunquã errauit viam. Io. 1. Pet. 2. Sequamini vestigia eius qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius. Et cùm in dicta via siue via Paradisi sint multa biuia, non oportet respicere nisi per quã Christus ductor vadit. Primum biuium est ad sinistram superbiæ & vanitatis. At dextram mansuetudinis & humilitatis, & per istam viam iuit Christus. Ideo dicit ipse, Discite à me, quia mitis sum & humilis corde, &c. Mat. 11. Secundum est auaritia & cupiditas, & misericordia & liberalitas. Per primum vadũt ad infernum auari, vsurarij, raptores, fures, &c. Respicite per quam viam iuit Christus ductor, qui dicit Luc. 6. Estote misericordes sicut & pater vester misericors est. Tertiũ est luxuriæ & carnalitatis per quam vadunt luxuriosi ad infernum & munditiæ, & puritatis per quã iuit Christus. Ideo dicit scriptura sacra. Hæc est voluntas Dei sanctificatio vestra, vt abstineatis vos à fornicatione, vt sciat vnusquisque vas suum possidere in sanctificatione. 1. ad Thessalonicen. 4. Quartum est inuidiæ & malignitatis, & ad dextram est via amoris & charitatis per quam iuit Christus, De quo Ioan. Apocalip. 1. Dilexit nos & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo. Quintum est gulę & voracitatis, per quod vadunt gulosi, & aliud est abstinentiæ & puritatis, per quod iuit Christus. Ideo dicit ipsemet Luc. 21. Attendite ne grauentur corda vestra crapula & ebrietate, & sic de aliis. Vnde possumus dicere Christo illud Genesis. 33. Præcedat Dominus Deus, & ego paulatim sequar. De isto lumine dicit iste sanctus senex Simeon, Viderunt oculi mei salutare tuum. Lumen ad reuelationẽ gentium. Luc. 2. De isto dicit thema, Ambulabũt gẽtes in lumine tuo. Quartũ

lumen

lumen est de gratia diuinali. Vnde sunt multi qui habent tria prædicta lumina, non tamen vadunt ad Paradisum, quia non habuerunt istud quartum lumen propter eorum malam vitam & defectum. De quibus dicit Iob 34. Ipsi fuerunt rebelles lumini, scilicet gratiæ diuinæ. Ideò necessarium est illud de gratia diuinali, scilicet gratia gratum faciens, quæ est quoddam lumen à Deo infusum in anima. Cuius effectus sunt illuminare intellectum de credendis, inclinare voluntatem in faciendis, & inflammare affectum in desiderandis. De isto lumine Esaiæ 60. Surge illuminare Ierusalem, in persona Christiani tropologicè, quia venit lumen tuum, & gloria Domini super te orta est, quia ecce tenebræ operient terram & caligo populos, super te autem orietur Dominus, scilicet lumen gratiæ. Ex his sequitur quòd Deus reputat nos personas nobiles, & vult quod cum quatuor luminibus, id est, quatuor cereis accensis vadamus ad Paradisum, cùm tamen nos simus vermes putridi, & vult quod honorabiliter vadamus ad Paradisum. Ideò dicit thema, Ambulabunt gentes, scilicet ad Paradisum, in lumine tuo, &c.

Dominica infra octa. Epiphaniæ. *Sermo I.*

V*Oluntas Dei bona, benè placens, & perfecta.* Rom. 12. & in Epistola. Iuxta motiuum thematis in sermone volo vobis declarare breuiter quid vult Deus à nobis, quia hoc est nobis multum necessarium ad sciendum pro habendo hìc diuinam gratiam & in futuro gloriam Dei. Sed primò salutetur virgo Maria. Voluntas Dei bona, &cæt. Pro huius verbi declaratione & materiæ prædicandæ introductione, sciendum quod inter omnia nobis multum necessaria ad gubernationem vitę est scire quid vult Deus de nobis. Ratio, quia nullus seruus potest benè seruire domino suo, nisi sciat eius voluntatem, quæ sunt illa quæ sibi placent, & illa quæ sibi displicent, aliàs credens sibi seruire benè, malè seruiret. sic nos omnes Christiani sumus seruitores Christi, in domum cuius intramus ad seruiendum sibi in baptismo in quo promittitur nobis vita æterna siue salarium vitæ æternæ, quando sacerdos quærit quid petis, &c. Respondet, vitam æternam, ergo abrenuntia satanę & pompis eius. Respondet, abrenuntio. Ideò oportet nos scire quid vult Deus de nobis de quolibet statu, quid vult à religiosis, quid à clericis, quid à dominis, quid à Prælatis, quid à diuitibus, quid à pauperibus, quid à sanis, quid ab infirmis, vt quilibet gubernet se iuxta voluntatem Dei. Propter hoc Dauid orando dicebat & quærebat à Deo vt sibi ostenderet quid volebat, dicens, Domine ad te confugi, doce me facere voluntatem tuam, quia Deus meus es tu. Psal. 142. Nota, Domine, ad te confugi, scilicet ad tibi seruiēdum, ideò doce me facere voluntatem tuam, quæ non potest sciri nisi ab eo reueletur. Quis enim hominū poterit scire consilium Dei, aut quis poterit cogitare quid velit Deus? Sap. 11.

Arguendo à minori. s. si voluntas hominis non potest sciri nisi reueletur ab homine, quomodo sciretur voluntas Dei, nisi ab ipso reueletur? Ideo modò in nouo testamēto reuelauit nobis clarè quid vult à nobis, propter hoc deuotè dixit Apostolus in themate. Voluntas Dei bona beneplacēs & perfecta. Vbi ostendit Apostolus quod Deus vult à nobis tria principaliter ad quæ omnia sunt reducibilia.

Vult enim à nobis primò conuersionem pænitentialem, ideò dicit voluntas Dei bona.

Secundò durationem virtualem, ideò dicit voluntas Dei beneplacens.

Tertiò saluationem cœlestialem, ideò dicit voluntas Dei perfecta.

Dico primò quod Deus vult à nobis conuersionem pœnitentialem, quia omnes sumus peccatores, nec aliquis potest se de peccato excusare. 1. Ioan. 1. Si dixerimus quoniam peccatum nō habemus, ipsi nos seducimus & veritas in nobis non est. Ideò vult Deus de peccatoribus cōuersionem pœnitentialem, quia peccando quilibet vertit dorsum Deo, & faciem ad bona huius mundi. Verbi gratia, Superbus vertit dorsum Deo & faciem ad honores & dignitates & officia, &c. Idē de aliis peccatis auaritiæ, luxuriȩ, &c. vult ergo Deus vt peccator conuertat se, scilicet vt vertat dorsum bonis huius mūdi, honoribus, dignitatibus, &c. & cōuertat faciem ad ipsum Deum ad seruiendum sibi & obediendum, amandum & desiderandum, &c. Istam cōuersionem pœnitentialem vult Deus à nobis. Auctor. Nunquid voluntatis meæ est mors impij dicit Dominus Deus, & non vt couertatur à viis suis & viuat? Ezech. 18. De ista voluntate Dei dabo vobis vnam pulchram rationem. Sicut argentarius postquam fecit vnā pulchram cupam vel taceā de auro vel argento quæ cadit in terram, vel lutum & frangitur ac deturpatur, propter hoc argentarius nō proiicit illam cupam vel taccam, cùm sit de materia pretiosa: secùs de vase modici valoris, de vitro, terra vel ligno, sed vult ipsam cupam vel taccā reformare iterum & renouare in fornace vel incude. Sic Deus ab initio fecit diuersa vasa vel taccas de stanno vel de plumbo, de argento & auro. s. diuersas creaturas, sed solùm hominē fecit de auro, quia est ad imaginem Dei. Ideò de aliis creaturis corporalibus si cadant & frangantur, Deus non multum curat, sed de homine quādo cadit in peccato mortale superbiȩ & auaritiæ, &c. multum curat, quia materia est pretiosa. & nō vult vt perdetur vel annihiletur per mortem, sed vult quòd reformetur & renouetur ad instar vasis auri vel argenti in fornace pœnitētiæ. Nota ꝙ sicut cupa reformatur tripliciter. s. in fornace vel incude. vel aliàs, sic peccator tripliciter reformatur. Primò in fornace contritionis conterendo & dolendo de peccatis suis, &c. Secundò in incude confessionis confitendo peccata feriendo cum martello accusationis, accusando seipsum fortiter seruata veritate. Tertiò reformatur seruando pœnitentiam iniunctam à confessore. Hæc est

voluntas Dei bona. Ideo apostolus. Hoc bonum est & acceptum coram saluatore Deo nostro qui vult omnes homines saluos fieri & ad agnitionē veritatis venire. 1. Tim. 2. No. qui vult omnes homines, scilicet. peccatores saluos fieri per conuersionē pœnitentialē, & ad agnitionem veritatis venire quantum ad infideles. Si dicatur, quare ergo nō omnes saluātur ex quo ipse Deus vult, &c. Respōdeo quod tu nō vis fieri. Si dicatur nūquid volūtas Dei est maior, & efficatior quàm mea? Respondeo quod imò, sed dimittit ipsam in libertate. Dico secundò quod post cōuersionem pœnitentialē vult Deus à nobis durationem virtualē & perseuerantiam in bona vita incœpta, non cōtentatur Deus de sola inchoatione bonæ vitæ imò vult durationē. Sunt multi qui subitò conuertūtur ad deum quando aliquā audiunt bonā prædicationem, & proponunt benè viuere, sed paulatim desistūt. Hoc nihil valet, ideo vult Deus durationem virtualē. Ratio, quilibet mercator vult vt bene conseruētur & custodiantur merces prætiosę quas ipse emit, & quantò sunt meliores & prætiosiores, tātò magis vult vt diligentius custodiantur. Idem de domino nostro Iesu Christo optimo mercatore, qui optimè cognoscit merces, & iocalia pretiosa, qui venit ad nundinas huius mūdi ad emendum animas nostras, dicens mundo, Da mihi animas, cætera tolle tibi. Gen. 14. Modò in hoc mūdo nullæ aliæ merces nec iocalia sunt ita pretiosa sicut est anima hominis vel mulieris. Vnde si omnes creaturæ corporales. s. sol, luna, aurū, &c. essent simul in vna statera, plus ponderaret vna sola anima in valore, quā omnes tales creaturę corporales. Ideo Christus bonus mercator non auro nec argento emit animas nostras, quia nō fuisset pretiū sufficiens, sed emit eas pretiosissimo sanguine infiniti valoris, 1. Pet. 1. Non corruptibilibus auro vel argento redempti estis. sed pretiosissimo sanguine Christi Iesu. Anima est tam pretiosum iocale & tanti cōstitit Domino Iesu Christo, quod vult ꝙ nō perdatur nec furetur à latrone. s. diabolo, sed quod cōseruetur & duret in bona vita. Dauid. Psal. 29. Domine in volūtate tua pręstitisti decori meo virtutē . i. animę meę virtutē. s. duratiōis virtualis. Modò cogitate quod malū est peccare mortaliter & perdere animā tā pretiosum iocale à Christo tam carè emptum. Nota ad propositū parabolā illius mercatoris qui in nundinis emit pretiosissimam margaritā pro qua dedit quidquid habebat, quā commisit vxori custodiendam in quodam panno rudi inuolutam. Quæ nesciens eius valorē ipsam dedit pro duabus lactucis, propter quod iratus vir occidit eam gladio. Hic mercator est Christus qui emit pretiosissimam margaritā. s. animā meam & tuam &c. pro qua dedit totum sanguinem, cuius vna gutta plus valet quā quidquid creauit. Quam animā committet Christus vxori. s. personæ Christianę quę est spōsa Christi. Ozeę. 2 Sponsabo te mihi in fide &c. Dicit Christus personæ Christianæ, Ego teneo meā, tu tuam, & ille

Non pugnat voluntas dei, qua omnes homines vult saluos fieri cū libero arbitrio neque est hic sermo de volūtate beneplaciti, sed de voluntate signi.

fille suam in corpore, & venit lactuca.i.tentatio diabolica tẽpore ęstatis, quando persona est calida per concupiscentiã de muliere, vel beneficio, vel de honore, vel de dignitate, &c. Et venit tentatio lactucã portans, & loquitur imaginationi di. Tu poteris habere quod vis si facias hoc, &c. si das tantum &c. & vis recreari, consentisq; tentationi, tunc tradis margaritã diabolo.i.animam tuã. Item emẽdo vel vẽdendo cũ vsura, tũc das animã diabolo. Idẽ de quolibet peccato mortali potest dici, quando mercator Christus venit.s.in morte vel in iudicio quęrens à te margaritã, quid dices? Cogita quid tũc faciet Christus de te, faciet sicut mercatur fecit de vxore sua stulta. Ideo vult Deus vt feramus & perseueremus in bona vita custodiendo diligenter animam nostrã, dicente Christo de quolibet quod dicit Iesus de Ioanne. Sic eum volo manere.s.in bona vita, donec veniã. Io. vlt. quę exstitit in gratia Dei dicitur Ioannes.i.cui data est gratia. Ideo dicit Christus de ipso, sic eũ volo manere, &c. Beatus qui potest respõdere Christo. Domine ecce animã meã quã custodiui vobis diligẽter. Hęc est voluntas Dei beneplacẽs. De qua Dauid. Beneplacitũ est Domino super timentes eum Psal.146. quoniam timor custodit virum. Dicito quomodo mulier timeret adulterari cogitãdo quod vir eius respiceret eam per fenestram. Sic nihil possumus facere in hoc mundo quin totum videat Deus per fenestrã suæ cõscientiæ. Ideo timere debemus ad instar mulieris quæ nõ audet loqui cũ amasio suo respiciente viro. Quia timor domini expellit peccatũ, & qui sine timore est non poterit iustificari. Eccl.1. & Eccl.27. Si non in timore Domini tenueris te instãter, citò subuertetur domus tua. Tertiò vult à nobis Deus saluationẽ cœlestialẽ. Post conuersationẽ pœnitentialẽ & durationem virtualem, vult de nobis Deus saluationẽ cœlestialẽ. Ratio, quia quęlibet persona prudẽs & discreta vult ducere opus suũ ad finẽ propter quẽ fit illud opus, aliàs esset defectus vel potẽtię, vel sapientię, vel iustitię. Modò videamus propter quem finem fecit nos Deus vt non habitemus in hoc mundo finaliter, quoniã mũdus iste non est nisi via quã intramus per portã natiuitatis, & eximus per portã mortis. ver.gra. vbi sunt illi qui erant modò, sunt tot anni? Nec fecit nos Deus isto fine, vt congregemus pecunias nec reditus, &c. quia omnia sunt dimittẽda in morte, quia tam Reges, Domini quã etiam Papa & Prelati dimittunt suas dignitates, &c. Nec fecit nos Deus vt demus nos delectationibus carnalibus, &c. ad instar animalium brutorum, quæ etiam habẽt illas delectationes. Sed fecit nos Deus isto fine vt habeamus vitam æternam. Ad Romanos 6. Finem verò vitam æternam, scilicet habere. Si ergo quælibet persona vult quod opus suum veniat ad finẽ, multò magis Deus. Ideo vult Deus de nobis saluationem cœlestialẽ quę est finis noster. Auct. Luc.19. Venit filius hominis quærere & saluũ facere quod perierat. Subditur, Nõ est volũtas ante

patrem vestrũ qui in cœlis est, vt pereat vnus de pusillis istis. Mat. 18.

Quæstio. Diceret aliquis, si voluntas Dei est vt omnes saluentur, quare tot damnantur cum sua voluntas sit omnipotens? Quare ergo damnantur tot infideles, Iudæi, Agareni, & tot mali Christiani? Si Deus vult vt omnes habeãt saluationẽ cœlestialem, quare ergo tot vadunt ad damnationem. Responsio, Voluntas Dei est vt omnes saluentur, sed tu non vis saluari. Sed dices, volo saluari. Responsio, verum est verbo, sed non de facto. Vnde qui dicit se velle ire ad Nusciã verbo, & recepit facto viam versus Magunciam, mentitur. Item superbus dicit verbo, quod vult saluari & ire ad Paradisum, sed facto recipit viam inferni. Idem dicatur de quolibet peccato. Vnde non est voluntas, sed velleitas, vt dicit S. Tho. in his qui volunt per viam peccatorum ire ad paradisum. Patet ergo quod tu non vis saluari voluntate propriè dicta, dum intendis in peccatis permanere. Nota de Rege similitudinem, qui vult quod omnes de ciuitate habeant bonum & viuant, si dicatur ergo quare suspendis illum. Responsio, quia fecit contra ordinationem meam. Ego ordinaui propter bonum ipsorum ne furentur aliquid, sed iste fecit oppositum, ergo, &c. Idem de aliis peccatis. Idem de Deo qui vult quod omnes habeant bonum saluationis cœlestis. Ideò ordinauit quod omnes infideles veniant ad fidem & baptizentur, & ipsi nolunt obedire, ideò damnantur, quia Deus non vult cogere liberum arbitrium. Ideò de Christianis ordinauit decem præcepta, &c. & nolunt facere. Idem de religiosis & clericis ordinauit vt viuant honestè, &c. & nolunt. Sicut enim bonus dominus & iustus vult quod omnes sibi subditi habeant bonum seruando suas ordinationes, ita & Deus, quia ista est Dei voluntas perfecta. De qua dicit Apostolus, Qui cœpit in vobis opus bonum perficiet vsque in diem Iesu Christi. Ad Philip. 1.

Aliud volũtas est, aliud velleitas

Dominica infra octa. Epiphaniæ. Sermo II.

R*eformamini in nouitate sensus vestri.* Ad Romanos. 12. Et in epistola Dominicæ currentis. Pro declaratione, &c. Sciendum quod inter omnes creaturas quas Deus fecit, singulariter aliquid fecit in homine. Quoniam aliæ creaturæ aut sunt purè spirituales vt Angeli, aut purè corporales vt iumenta, sed homo habet vtrunque. Habet autem animam spiritualem per quam participat cum Angelis, corpus cum animalibus. Deus fecit vt Doctor qui fecit aliquem librum, & post in fine libri totum epilogat in vno capitulo. Ita fecit Deus qui fecit vnum magnum librum, scilicet istum mundum. In quo qui vult legere, potest ibi legere diuinam potentiam in creatione, Dei sapiẽtiam in ordinatione, Dei misericordiam in conseruatione. Fecit omnes creaturas corporales & spirituales, & vltimò hominẽ qui participat cum omnibus creaturis, tam spiritualibus quàm corporalibus, cum lapidibus in esse, cum plantis in esse & viue-

Cũ vniuersis creaturis homo participat.

& viuere, cum iumentis in esse, viuere & sentire, cum Angelis in esse, viuere & sentire, & intelligere. Illud videtur dicere scriptura sacra Gen. 2. Formauit Deus hominem de limo terræ quantum ad corpus. Et factus est homo in animam viuentem. Et hoc sequitur contradictio in homine, quia homo est ex duabus naturis contrariis. s. corporali & spirituali. Corpus naturaliter vult descendere ad delectationes, &c. Anima autē vult ascendere per contemplationem, &c. Ecce contradictio. Auct. Ad Gal. 5. Caro concupiscit aduersus spiritum, spiritus autē aduersus carnē, &c. Angelo nihil contradicit, nec iumentis, sed homini, quia quando vult facere aliquod bonum, statim sequitur contradictio, hoc bellū portamus nobiscum. Et quia ex hoc sunt multi inordinati in hoc mundo, propter hoc dicit nobis Apost. in themate: Reformamini in nouitate sensus vestri. non dicit carnis, sed sensus. i. animæ. Ego quæsiui amore vestri per quas virtutes homo potest reformari, & inueni quod per tres. Prima ordinat hominem erga Deum. Secunda erga proximum. Tertia erga corpus proprium.

Constat homo ex duabus naturis inter se inuicem pugnantibus, idque vt victrici parti palma tribuatur.

Prima est vera humilitas,
Secunda liberalis pietas,
Tertia vera castitas.

Ex his dicit thema, Reformamini in no. &c. Dico primò quod prima virtus qua homo potest reformari est vera humilitas quæ ordinat hominem erga Deum. Nota quod quasi totus mundus secutus est doctrinam illius mali magistri, scilicet Luciferi qui docuit superbiam. Dic quomodo in serpente venit ad mulierem ad patrem debiliorem, scilicet & legit sibi lectionem superbiæ, quando dixit quod essent sicut Dij scientes bonum & malum, quæ statim superbiunt. Sicut enim habemus carnem nostram ab Eua, sic etiam inclinamur ad superbiam. Sed vide qualiter Deus reformauit mundum cum tanta humilitate, quod non potuit esse melior, docens & prædicans quod non sequantur doctrinam illius falsi magistri Luciferi, sed quod discant ab ipso dic. Discite à me, quia mitis sum & humilis corde, & inuenietis requiem animabus vestris. Matth. 11. Scutifer vel miles non vellet ire equitando, si Rex suus iret peditădo, nec sedere in scamno, si Rex sederet in terra. Ideò Christus qui est forma humilitatis dedit nobis exemplum eius. De quo Apostolus ad Philip. 2. Qui cùm in forma Dei esset, semetipsum exinaniuit, formam serui accipiens. humiliauit semetipsum, ergo reformamini iuxta formā, & exemplum à Christo vobis datum. No. ad propositum experimentū quod dicunt naturales de aquila, quando ex antiquitate propter nimiam curuitatem rostri non potest cibum capere allidendo rostrū ad petram renouatur. De hoc di. Dauid Psal. 102. Qui replet in bonis desideriū tuum renouabitur vt aquilæ iuuentus tua. Aquila antiqua, persona est superba, curuitas rostri est quædā consideratio propriæ excellentiæ vel

generis, quia miles est vel nobilis, &cæ. quia Magister vel Doctor in scientia, vel quia diuites sunt, & possent emere omnes istos, vel quia iuuenis vel fortis est, & sic despicit alios, ex tali consideratione venit superbia. Item de mulieribus quando mulier cogitat, ego sum pulchrior de villa, scio tripudiare, cantare, &c. Venit superbia in corde. Idem etiam de excellentiis spiritualibus de quibus deberent Deum laudare, curuant rostrum ad propriam excellentiam. Nota ad hoc exemplum quod habetur Lucę 18. de Pharisæo qui dicebat, Deus gratias ago tibi, quia non sum sicut cæteri hominum raptores, iniusti, adulteri. Ieiuno bis in sabbato, decimas do omnium quæ possideo: Ecce quomodo curuabat rostrum ad seipsum. Ex quo sequuntur duo mala. Primum quod non potest sumere cibum, scilicet spiritualem, quia ex illa superbia perdit consolationes, & dulcedinem animæ, & clausa est ianua per superbiam. Ideò 1. Petri 5. Humiliamini sub potenti manu Dei. & pauló antè, Quia superbis Deus resistit, humilibus autem dat gratiam. Secundum malum quod sequitur, quia persona superba ad instar aquilę tota est pomposa. Primò, in magnis manicis. Secundò in caudis. Ecce aquila. Istis clausa est ianua Paradisi. Rostrum habent curuum, dicendo, Ego sum de magno genere. Ego portaui tantum. Salomon, Vanitas vanitatum & omnia vanitas. Eccles. 1. Remediū quod habemus ad instar aquilæ quæramus lapidem fortem. iste lapis est Christus, de quo Dauid, Lapidem quem reprobauerunt ædificantes, hic factus est in caput anguli. Psalm. 117 In isto lapide percutiamus rostrum, considerando humilitatem Christi practicè. Si quis habet desiderium ascendendi ad dignitatē, regimen, &c. Cogita si Christus voluit habere regimen, dignitatem, honores, & inuenies quod non: Idem de desiderio ornandi. Respice si Christus voluit ordinari & vestiri, & inuenies quod trigintatribus annis portauit eandem vestem pauperrimam. Idem de superbia in equis, mulis, &c. Percute rostrū ad petram qui nunquā voluit equitare nisi pro necessitate in asino. Zach. 9 & Matth. 21. idem de superbia recipiendi vindictā, Christū respice, & videbis quod noluit se vindicare de inimicis, licèt esset magnus, imò dixit, Pater, dimitte illis, quia nesciunt quid faciūt. De hoc aucto. Dauid Psal. 136. Beatus qui tenebit. s. humilitatem, & allidet paruulos suos. s. motus superbiæ, ad petram, id est, ad Christum. Tunc poterit recipere cibum animæ. Secunda virtus necessaria ad reformationem vitæ est liberalis pietas, quę ordinat hominem circa proximum, quādo de gratiis sibi à Deo factis facit partem proximo. verbi gratia. Si Deus facit tibi gratiam de intellectu, iuua ignorantem ne erret, vel decipiatur. Si es deuotus, & timens Deum, & proximus est peccator, dulciter corrige ipsum. Si habes bonam eloquentiam, loquere pro proximo qui nescit loqui, &c. Si facis partem sibi de bonis spiritualibus, idem facias de bonis temporalibus,

bus,& corporalibus. Si tu es fortis, & proximis fit violentia,defende. Si tu es nobilis vel miles potens in villa, defende viduas & pupillos qui persecutionem patiuntur. Idem de pecuniis da pauperibus. Ecce quid est liberalis pietas,benedictus qui sic reformatur. Auctor. Vnusquisque sicut accepit gratiam in alterutrum illam administrantes sicut boni dispensatores multiformis gratiæ Dei.1.Petri 4. Nota de hoc experimentum in natura de serpente probatũ à Philosophis. Nam quando serpens propter duritiam pellis non potest se bene mouere,abstinet per multos dies, tandem transit ad strictum foramen, & dimittit pellem duram. Hic serpens significat personam auaram. duplici ratione. Prima,quia Deus dedit serpenti terram ad comedendum. Ait Dominus Deus ad serpentem. Terram comedes cunctis diebus vitæ tuæ.Gen.3. Sic auarus comedit terram,quia semper habet farinam,vel terrena in ore suo loquendo de nundinis,foris,&c. Secunda ratio, quia serpentes non incedunt rectè, sed serpendo tortuose. Item de diuite auaro quando pauper homo venit ad eum, vt mutuet sibi amore Dei decem florenos. Si respondet,certè libenter amore vestri,modò incedit rectè. Sed quando dicit. Ecce quando veniet notarius dices,quod sint duodecim, & ita ponetur in charta.Ecce tortuosus. Vel quando recipit possessiones in pignore,& interim recipit fructus.Ecce iniquitas. Vel quando vendit pluris propter solutionis dilationem,vel quando emit pro minori pretio propter denarios promptos,vel solutionis anticipationem . ecce dolum,vel quando obligat ad molendum in suo molendino,&c. De tali dicit scriptura sancta,Cor tuum non est rectum coram Deo, in felle amaritudinis,& obligatione iniquitatis video te esse. Act.8. Ecce serpens cum duritia pellis qui non potest se mouere ad opera misericordię,& pietatis. Remediũ ergo ad instar serpentis qui facit duo. Primò abstinet, & caro restringitur. Secũdò transit per arctũ foramen,& dimittit pellem. Ita debet facere vsurarius. Primò debet abstinere ne decætero faciat vsuras,iuxta consiliũ Apostoli,Qui furabatur iam nõ furetur, magis autem laboret manibus suis quod bonũ est,vt habeat vnde tribuat necessitatem patienti. Ad Ephe.4. Secũdò oportet ipsum transire per strictum foramen restitutionis. Dicunt aliqui,Non habeo de quo restituam.credunt quod ex quo nõ habent pecunias superfluas, quod non teneantur restituere : vendatis agrum,domũ,vineam,seu vasa argentea. Quoniam regula est theologorũ,& etiã legistarum, quod non dimittitur peccatum nisi restituatur ablatum.14.q.6. Si res. de restitutione. S.Tho.pulchrè,& salubriter determinat 2 2.quæst. 62.qui in articul.dicit quod restituere est de necessitate salutis, sicut etiam seruare iustititiam. Alius dicit,Ego ponam in testamento,&c. Iterim tu ibis ad infernũ. Illi autem qui faciũt restitutionem,saluantur solũ.Restituatis,& eritis reformati ad instar serpẽtis in via vestra.

Casus in quibus cõmittitur vsura.

De hoc auct. Expoliantes vos veterem hominem cum actibus suis, & induentes nouum hominem qui renouatur in agnitionem Dei secundum imaginem eius qui creauit eum. Ad Colossen. 3. Tertia virtus quæ facit reformare creaturam, est pura castitas, quæ ordinat hominem ergà corpus proprium. Si quis vixerit luxuriose, decetero corrigat, & emendet se. Dic quid est luxuria. Vir & vxor seruantes modum debitum, non faciunt luxuriam quæ sit peccatum mortale. Sed omnes alij qui volunt gustare, &c. peccant mortaliter. Ideò Apostolus, Obsecro vos per misericordiam Dei, vt exhibeatis corpora vestra hostiam viuentem; sanctam, Deo placentem, rationabile obsequium vestrum. Et nolite conformari huic sæculo, sed reformamini in nouitate sensus vestri. Rom. 12. Nota ad propositum aliud experimentum in natura de terra. Nam cùm in hyeme sit lutosa, & sterilis, tandem in æstate mundatur, & fructificat. Idem de persona luxuriosa, quãdo perdit calorem ignis diuini amoris, & bonorum operum, amittit delectationes Angelorum, & dat se delitiis porcorum. Sed quando venit æstas scilicet calor amoris Dei, persona mundatur, & fructificat. Auct. Emitte spiritum tuum, & creabuntur, & renouabis faciem terræ. Psalm. 103. Deo gratias.

Dominica infra octa Epiphaniæ. *Sermo III.*

DEus diuisit mensuram fidei. Rom. 12. Sciendum quod Apostolus Paulus volens nobis declarare dignitatem, & excellentiam fidei Christianæ super omnes alias doctrinas dicit, Tantam nos habentes impositam nubem testium, deponentes omne pondus, & circunstans nos peccatum, per patientiam curramus ad propositum nobis certamen, aspicientes in auctorem fidei, & consummatorem Iesum. Ad Hebræos. 12. Nota nubem testium, id est, multitudinẽ testium. Ex hac auctoritate habetur, quod licèt sint multi testes fidei catholicę, tamẽ est vnus Magister solus, & Doctor principalis, scilicet Christus. Sicut in schola vnus est Magister principalis, & Doctor, & alij Baccalarij, & repetitores. Sic in schola Christianitatis vnus est Doctor, & Magister. s. principalis Christus. Ideò dixit ipse, Nolite vocare Rabbi, id est, Magistri, scilicet, in fide Catholica, vnus est enim Magister vester, Mat. 23. Apostoli autem solùm fuerunt Baccalarij, & repetitores fidei. Ideò dicit, Aspicientes in auctorem fidei, id est, inuentorem, & consummatorem, quia Christus declarando fidem ipsam consummauit seu perfecit, & confirmauit per miracula quæ à solo Deo possunt fieri & non per creaturam. Omnes aliæ scientiæ seu doctrinæ mœchanicæ habent inuentorem purum hominem, vt sunt septem artes liberales. Idem de medicina, & de cæteris legibus. Item de arte politica, & œconomia.

cipia. Sed fides catholica est à solo Christo primo inuentore, & principalior est fides catholica, & sacra doctrina, & theologia omnibus aliis scientiis humanitus inuentis, vt di. S. Tho. 1. par. q. 1. art. 5. quòd probat de speculatiuis, & practicis. De speculatiuis probat tum propter certitudinem, tum propter materiæ dignitatem. De practicis verò probat ex parte finis. Et ita concludit doctrinam sacrã secundum omnem modum digniorẽ esse aliis scientiis, sup. humanitus inuẽtis. Quod cõfirmat arguendo in oppositũ, quia aliæ scientię dicũtur ancillę huius. Prouer. 9. Misit ancillas suas vocare ad arcem. Non incongruè, vel irrationabiliter, quia omnes aliæ scientiæ, & doctrinæ sunt sub intellectu humano. sed fides catholica, & eius veritates sunt supra omnem intellectũ humanũ. Ideò oportebat quod à Deo qui mentiri non potest nec falli reuelaretur. Ideò securè, & firmiter possumus credere. propter hoc scrip. sacra di. Quæ. s. fides catholica cùm initiũ accepisset enarrari per Dominum ab eis qui audierunt, in nos cõfirmata est, contestante Deo, signis, & portentis, & variis virtutibus, & spiritus sancti distributionibus secundũ suam voluntatẽ. Hebr. 2. Patet ergo quomodo fuit à Christo inuẽta tanquam ab auctore, & doctore, & magistro principali, & per Apostolos fuit repetita in prædicationibus. Ideò di. the. Deus diuisit mensuram fidei No. Deus, nõ Patriarcha, nec Propheta, nec Apostolus, nec Philosophus, nec aliqua pura creatura, sed Deus diuisit, &c. Patet the. Inuenio in sacra script. quod quatuor sunt quæ Deus diuisit, & dat nobis ad mensuram. s.

Credentia Euangelicalis,
Gratia spiritualis,
Pœna infernalis,
Gloria cœlestialis.

De primo dicit thema, Deus diuisit mensuram fidei. De secundo potest dici, Deus diuisit mensuram gratiæ spiritualis. Idem de tertio, & de quarto. Dico primò, quod deus diuisit, & dat nobis ad mensuram credentiam Euangelicalem, scilicet fidem Catholicam, quia non plus nec minus. Quoniam veritates fidei supra intellectum naturalem sunt. Ideò si homines mensurassent fidem, multum errassent. Vnde antiqui Philosophi multas veritates cognouerunt de Deo, & habuerunt, sed cum multis erroribus. Dicebant quod erat vnus solus Deus, & verum dicebant, sed errabant quia dicebant quod erant tria principia, scilicet materia, forma, & priuatio. in. 1. Physicorum. Item dicebant verum, quod Deus est æternus, sed errabant cùm dicebãt quod esset idea, scilicet materia prima, & æterna. Item dixit Plato de ideis. Item dicebant verũ quod mundus gubernatur à Deo, sed errabãt dicendo, quod mundus non habuit principiũ, nec habebit finem. Sciens ergo Christus, quod intellectus hominũ nõ est sufficiẽs ad habendũ plenã cognitionẽ de Deo, noluit dimittere iudicio ho- *Errores circa primũ principium.*

 minum

minum mensuram fidei, sed eam reuelauit Apostolis, quam expresserunt Apostoli in 12. articulis fidei, sicut ipsam audiuerant à Christo. Sunt enim 12. articuli fidei si eorũ accipietur numerus ex parte Apostolorum qui ipsos articulos posuerunt. quamuis sint 14. si eorũ sumatur numerus ex parte credibilium, vt dicit S. Tho. 3. sent. dist. 25. art. 2. & hi 12. articuli ab Apostolis expressi in Credo in Deũ, siue in Symbolo Apostolorũ sunt contenti. Dicatur semel Credo in Deum. Ecce hîc mensuram fidei 12. conclusionibus. Omnes libri sanctorum Doctorum sunt ad declarandum has 12. conclusiones, & ad istam mensuram oportet nos venire, nec aliquis quantumcunque subtilis debet aliquid addere, nec quantumcunque rudis debet aliquid diminuere. Moraliter nota hîc cõtra subtiles præsumptores qui hanc mensuram volunt transcendere dicentes, Quomodo est Christus in hostia. si frangitur, vtrum diuiditur Christus. Hæ sunt quæstiones diaboli loquentis imaginationi, vt nescias respondere, & dubites, & damneris. Ideò in talibus quæstionibus diabolicis debet homo respondere per illum articulum fidei, Credo in sanctam Ecclesiã catholicam, &c. id est, credo determinationes Ecclesiæ quæ errare non potest in his quæ fidei sunt. Ideò nõ plus sapere, quàm oportet sapere. De hoc dicit Apostolus Corinthiis disputantibus, quod locus, & locatũ debent proportionari, &c. di. Timeo ne sicut serpẽs Euã seduxit astutia sua, ita corrumpantur sensus vestri, & excidant à simplicitate, scilicet fidei quæ est in Christo. 2. Corinth 11. No. practicè quomodo Eua fuit decepta à diabolo quæstionando, siue quęrendo, Cur præcepit vobis Deus, vt nõ comederetis ex omni ligno Paradisi. Gen. 3. Ecce hîc prima quæstio mundi. Eua autem quæ debuit viriliter respõdere, & diabolum expellere dicendo, Et tu vis mecum disputare de voluntate Dei, &c. non fecit, sed voluit disputare cum diabolo di. Ne fortè moriamur, id est, dubitando, quia Deus non dixit, Fortè moriemini, sed moriemini. Ideò nolite disputare cum diabolo. Deus fecisset gratiam multis si fuissent rudes, qui confidentes de ingenio, & subtilitate intellectus intra se disputant de fide. Ideò dixit Christus Iudæis disputantibus. In iudicium in hunc mundum veni, vt qui non vident, videant, & qui vident, cæci fiant. Ioan. 9. Nota in iudicium, scilicet discretionis, vt qui non vident, scilicet per scientiam videant, & qui vident, cæci fiant, Qui respõdentes dixerunt Christo, Nunquid & nos cæci sumus? Dixit eis Iesus. Si cæci essetis, id est, ignorãtes, peccatum, scilicet infidelitatis non haberetis. Nunc verè, quia dicitis videmus, peccatum vestrum manet. Qui vident, supple per præsumptionem, & scientiam acquisitam, cæci fiunt per minus credẽtiam. Dic etiam contra simplices, & rudes, ne deficiant minuendo fidem catholicam, quia nesciunt Credo in Deum, nec excusantur, quia benè addiscũt, & sciũt cantilenas siue carmina huius mundi, &c. Dic quomodo Christus in iudi-

Si fidei articuli cũ Apostolis cõferẽtur, sunt 12. Si cum illis quæ credere oportet, sunt 14.

in iudicio interrogat quemlicet cuius conditionis est prout fuit reuelatum beato Hieronymo. Si aliquis dicit se esse Christianum, si nesciat Credo in Deum, est ridiculum, sicut si ego dicerem, Ego sum frater, sed nescio cuius ordinis. Ideò Apostolus, Dico enim per gratiam quæ data est mihi, omnibus qui sunt inter vos non plus sapere quàm oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem, & vnicuique sicut Deus diuisit mensuram fidei. Ad Romanos 12. Nota, dico per gratiam, scilicet Apostolicã. Et loquitur subtilibus nõ plus sapere quàm oportet sapere, quia caderetis in errorem. Deinde dicit simplicibus. Vnicuique sicut Deus diuisit mensuram fidei, illam scilicet velitis tenere, nihil minuere. Ideò est optimum consilium bis in die, scilicet manè, & serò, actualiter mensurare mensuram fidei genibus flexis dicendo, scilicet Credo, ad instar militis homagium facientis Regi, & attendatis benè si cor vestrum adhæret cuilibet articulo, & sic salui eritis. Rom. 10. Si confitearis in ore tuo Dominum Iesum Christum, & in corde tuo credideris quod Deus illum suscitauit à mortuis, saluus eris, &c. Quia omnis scientia acquisita obliuioni datur nisi repetatur actuali cõsideratione, & verbali: quantò magis scientia infusa? Ideò Apostolus, Vosmetipsos tentate si estis in fide, ipsi vos probate. 2. Corinth vltimo. Secundò Deus dat ad mensurã suam gratiam spiritualem, quia quidam habent plus, quidam minus. Ratio, quia datur secundum dispositiones creaturarum. Nota exemplum de duobus pannis vel vitris, scilicet quorum vnus est benè mundus, alius immundus, quoniam mundus recipit maiorem claritatem & fulgorem ad Solem quàm immundus, licèt ambo æqualiter sint ad Solem. Item si vultis in vobis recipere claritatem gratiæ spiritualis, attendatis, quod cor vestrum sit benè mundum & purum ab inuidia, odio, rancore, & mala voluntate, à malis desideriis, & cogitationibus immundis. Sic enim illuminabitur à Sole iustitiæ Domino nostro Iesu Christo, qui quantũ in eo est, ęqualiter illuminat omnem hominem. Si autem cor vestrum sit rubiginatum rubigine odij, inuidiæ, rancoris, &c. non illuminabitur. Patet ergo ratio, quando dispositio est caussa materialis. Eadem ratio potest dari de cholericis, & plegmaticis ad Solem æqualiter existentibus, quoniã cholerici magis sentiũt calorem Solis quàm phlegmatici. Idem de Sole iustitiæ Christo, qui magis calefacit cholericos, id est, siccos à delitiis & delectationibus mundanis, quàm phlegmaticos vitiosos, & delitiosos. ideò dicit scriptura ad Ephe. 4. Vnicuiq; nostrum data est gratia, secundum mensuram, id est, secundum dispositionem cuiuslibet personæ. de ista materia dicit Christus Mat. 25. per modum parabolæ, Homo quidam peregrè proficiscens vocauit seruos suos, & tradidit eis bona sua. Et vni dedit quinque talenta, alij autem duo, alij verò vnum. vnicuique secundum propriam virtutem. Exponunt Doctores, i. secundum propriam

Docetur similitudine quare nõ æqualis gratia omnibus à Deo infunditur

propriam dispositionem. In qua parabola Christus comprehendit omnes status, qui sunt tres communiter, scilicet,

Religiosorum,
Clericorum,
Laicorum.

Religiosi recipiunt à Christo quinque, in quibus consistit dispositio ipsorum pro habendo gratiam Dei in hoc mundo & gloriam in alio. Primum est paupertas Apostolicalis. De qua Christus Mat. 10. Nolite possidere aurum neque argentum neque pecuniam in zonis vestris. Non peram in via, neque duas tunicas neque calciamenta, neque virgam. Dignus est enim operarius cibo suo, &c. Ecce hic regula paupertatis Apostolicæ. Secundum est castitas Angelicalis, non curando de illa materia, nec corde cogitãdo, nec ore loquendo, nec oculis inspiciendo, nec manibus tangendo, nec opere faciendo, &c. Tertium est obedientia generalis, secundũ regulam & non contra. Nota hic differentiam inter dispensationem & dissipationem, &c. Quartum est afflictio pœnitentialis seu corporalis: quia aliàs non possumus viuere castè & honestè. Quintum est deuotio diuinalis in cæremoniis seruandis. In his quinque consistit dispositio seu mensura gratiæ diuinalis. Status autem Sacerdotum recipit à Christo duo: primum deuotè officiare, secundum dignè celebrare. De primo nota quomodo septem horæ canonicæ dicuntur in memoriam passionis Christi, quam repræsentãt primò matutinæ in memoriam captionis, &c. Quantum ad secundũ dignè celebrare est primò confiteri sacramentaliter cum proposito non redeundi ad peccata, &c. Status autem secularis recipit à Christo vnum tantum, scilicet obedientiam ad decem præcepta legis. Dic historiam Mat. 19. de laico à Christo quærente, Magister bone, quid boni faciam vt habeam vitam æternam? Cui respondit Christus, Si vis ad vitam ingredi, serua mandata Dei, taliter quod pro nullo lucro vel periculo vitãdo homo faciat contra mandatũ Dei. Vnicuiq; ergo Deus diuisit gratiam secundum mensurã, &c. Tertiò dat Deus pœnam infernalem ad mensuram, nõ credatis quod in inferno omnes damnati habeant pœnam æqualẽ, imò secundũ mensurã culparũ est mensura pœnarũ. Deut. 25. Pro mensura peccati erit & plagarum modus. Quod verbum dicit S. Tho. 4. di. 46. q. 1. ar. 3. non est intelligendum, de quantitate durationis, pœnæ pro culpa inflictæ, quia iusto Dei iudicio pro temporali peccato pœna infligitur æterna. Cuius quadruplicẽ vbi suprà sanctus Tho. reddit rationem. Sed hoc verbum præmissum de quantitate pœnæ secundum intentionem acerbitatis intelligendum est & verificatur. Duplex enim quantitas pœnæ existit, scilicet secundũ intentionẽ & secundum durationẽ temporis. Quantitas pœnæ respondet quantitati culpæ secundum intentionem acerbitatis, vt secundum quod

gra-

grauius peccauit secundũ hoc ei grauior pœna infligitur. Vnde Apocalip.18. Quantum glorificauit se & in delitiis fuit, tantum date illi tormentum & luctum. Non autem respondet duratio pœnæ durationi culpæ, vt dicit Aug.21.de ciui.Dei. Hæc S.Tho.vbi supra.Item, idem S.Tho. dicit vbi supra in solutione ad secundum argumentũ, in quo sic arguit, duorum peccatorum mortalium, vnum est grauius & maius altero, ergo vnum debet maiori pœna quàm alterum puniri, &cæ. Soluit quod quantitati peccati respondet quantitas pœnæ secundum intensionem. Et ideo peccatorum mortalium inæqualium erunt pœnæ inæquales intensione, æquales autem, duratione. Idem dicit 3.li.contra gentiles.cap.104. vel secundum aliam quotationem. c.42. Dic quomodo secundum Aug.in quolibet peccato sunt duo scilicet auersio ab incommutabili bono, & conuersio ad bonum commutabile.s.ad temporalia & terrena. Ideo sunt in inferno duæ pœnę correspõdentes, scilicet pœna damni & pœna sensus.vt dicit S.Tho. 4.contra gentiles. c.90.vbi sic dicit, Peccatum quod in Deum committitur, non solùm pœna damni, sed etiam pœna sensus debetur. Pœna enim sensus respondet culpæ quantum ad conuersionem inordinatam ad commutabile bonũ, sicut pœna damni respondet culpæ, quantum ad conuersionem ab incommutabili bono. Hæc ille in forma. Prima scilicet damni est nunquam videre Deum, secunda est torqueri & pati à creaturis. Verbi gratia, de peccato superbiæ vbi est auersio & conuersio, quia Deus præcepit nobis & ostendit in se humilitatem, & superbus auertit se nolens Deo obedire, & conuertit se ad superbiam, pompam, &c. Ideo superbus in inferno nunquam videbit Deum, nec habebit honores Paradisi, sed erit in inferno in cacabis de plumbo liquefacto. Ratio, quia superbus est omnibus onerosus, ideo, &cæ. Item, Deus præcepit ne homo faciat auaritiam. Luc. 12. Videte & cauete ab omni auaritia. O dicit auarus, non curo de præcepto Dei, &c Ego non essem diues. Ideo in inferno habebit pœnam damni, & nihil poterit habere de his quæ desiderat, vt patet de diuite epulone, &c. Et pœnam sensus, quia erit in auro & argento liquefacto Ideo quia propter aurum & argentum fecit contra Deum, Idem de peccato luxuriæ Deus præcepit ne illud fiat nisi inter virum & vxorem. Sed luxuriosus non curat de præcepto Dei. ideo punietur pœna damni, quia non habebit delectationem paradisi, &c. Et pœna sensus in veru ad instar cyrologri, &cæ. quia hic voluit ita calefieri per luxuriam. Idem de peccato inuidiæ. Deus præcepit vt diligamus inuicem, &cæ. sed inuidus non curat, imò inuidet proximo, ideo punietur pœna damni, quia non sentiet delectationes nec amorem paradisi. Et pœna sensus in feruẽti pice, quia habuit cor nigrũ per inuidiã. Idẽ de peccato gulæ di. Attendite ne grauentur corda vestra crapula & ebrietate. Luc. 21. sed gulosus non curat, ideo punietur

nietur pœna damni, quia nõ gustabit de escis Paradisi. Et pœna sensus in calce vbi semper esuriet & sitiet. Idem de peccato iræ, de vindicatiuis & iracundis, quia nolunt remittere iniurias, &c. punietur pœna damni, quia nunquam habebunt pacem Paradisi. Et pœna sensus, quia semper erunt guerra in inferno. Idẽ de acidiosis, qui nunquam habebunt quietẽ gloriæ. De qua Io. Amodò iam dicit spiritus, vt requiescant à laboribus suis, opera enim illorũ sequuntur illos. Apoc. 14. Et habebunt pœnã sensus, quia semper laborabunt inter serpentes, qui non permittent ipsos quiescere. Ecce quomodo pro mensura peccati erit & plagarũ modus. Ideò Esa. 27. In mensura contra mensuram cùm abiecta fuerit, iudicabit eam. No. in mensura. s. culpæ, cùm abiecta fuerit. s. anima à corpore de hoc mũdo, iudicabit eam. De ista potest dici the. Deus diuisit mensurã. s. pœnæ. Quartò dat Deus ad mensurã gloriam cœlestem, quia non omnes beati qui sunt in Paradiso habent æqualem gloriã, sed quidã maiorẽ, quidã minorẽ secundum mensurã bonorum operum quæ fecerunt in hoc mundo. Auct. Mensuram bonam & consertam & coagitatam & superfluentem dabunt in sinũ vestrũ. Eadem quippe mensura qua mensi fueritis, remetietur vobis. Luc. 6. de hoc S. Tho. tractat in 4. di. 49 q. 1. ar. 4. q. 2. vtrũ beatitudo ab omnibus æqualiter participabitur. Respondet quod non æqualiter beatitudo participabitur ab omnibus beatis ex parte subiecti siue operantis, quia vnus beatus erit magis perfectus lumine gloriæ, secundum gradum charitatis suæ, & sic erit potẽtior ad illam visionem diuinæ essentiæ quàm alius: & sic operatio in vno peccato erit perfectior & delectatio maior. Et hoc confirmat per illud quod dicitur 1. Corinth. 15. Stella differt à stella in claritate: sic erit resurrectio mortuorum, ergo vnus resurgentium maiorem gloriam habebit, quàm alius. Item ad idem, Præmium debet respondere merito, sed quidam sunt excellentioris meriti aliis, ergo cùm beatitudo siue gloria cœlestis sit virtutis præmiũ, vnus potest habere maiorem gloriam & beatitudinem, & gaudebit si fuerit perfectus maiori lumine gloriæ quàm alius. Idem dicit eadem di q. 2. quæ est de diuisione diuinæ essentiæ, ar. 4. Et. 1. par. q 12. ar. 6. Sed ex parte obiecti erit æqualis gloria & beatitudo in omnibus beatis: quia obiectũ operationis, in qua beatitudo consistit, est omnino vnũ & idem. s. diuina essentia, ex cuius visione omnes erunt beati. Et ex hac parte non erit aliquis gradus in beatitudine, quia Deus omnibus beatis se vt obiectum beatificans ostendet. Et sic valet intellectus dictæ auctoritatis, eadẽ quippè mensura qua mensi fueritis, remetietur vobis. Luc. 6. In dicta auctoritate ponuntur quatuor cõditiones, secundum quod quadrupliciter meremur in hoc mundo, scilicet,

Ratione subiecti non est beatitudo omnibus æqualis: est autẽ ratione obiecti.

Benè cogitando,

Benè loquendo,

Benè

Benè operando,

Et aduersa patienter tolerando.

Cogitando meremur expellendo statim malas cogitationes de corde, tanquam prunas ignitas de manu, quia licet imaginatio sensualis sit aperta diabolo, qui potest ibi ponere prunas ardentes malarũ cogitationum, tamen in libertate nostra est comburi delectabiliter, vel non comburi viriliter expellendo. Verbi gratia, Si diabolus ponit in nostra sensualitate malam cogitationem de superbia, &c. vos potestis ipsam expellere cogitando Christi humilitatẽ. Idem potest dici de aliis peccatis. Isto modo meremur mensurã bonã, quia bonæ personæ iam in hoc mundo consolantur. Bern. Multi vident cruces nostras qui nõ vident cõsolationes nostras. Secundò meremur ore, cauendo à falsis & enormibus iuramentis, à mendaciis & diffamationibus, sed affirmare debemus per aduerbia dicendo, ita, non, &c. Hoc modo meremur mensurã confertam, imò plenã in fine, quãdo Angelus à dextris, & diaboli à sinistris expectant animæ exitũ de corpore, quæ si bona fecerit, recipitur à bono Angelo. Ecce hîc mensuram confertam. Tertiò meremur, benè operando in operibus misericordiæ, pœnitentiæ & iustitiæ à peccatis cauendo, festa deuotè seruando. Isto modo meremur mensuram coagitatam, id est, calcatã, & hoc quando anima intrat Paradisum & salutatur cum gaudio ab animabus beatis, &c. Quartò meremur, patienter aduersa & mala tolerando: isto modo meremur mensuram superfluentem, i. superius effluentem, hoc erit post diem iudicij quando gloria animæ redundabit in corpus, ecce quare dicit, Eadem quippè mensura qua mensi fueritis, remetietur vobis, de ista potest dici, Deus diuisit mensuram, scilicet gloriæ.

Dominica infra octauam Epiphaniæ. *Sermo IIII.*

P*Roficiebat sapientia, ætate & gratia.* Luc. 2. Sanctum Euangelium cõtinet in effectu tria singularia de Domino Iesu Christo, quæ sunt magnæ difficultatis.

Primum est crementum corporale,

Secundum documentum spirituale,

Tertiũ exemplũ virtuale, quæ ostenduntur clarè in themate proposito.

Primum, cùm dicitur, proficiebat ætate. Secundum, cùm dicitur, proficiebat sapientia. Tertium, cùm dicitur, proficiebat gratia. Primum quod ostenditur in sancto Euangelio de Domino nostro Iesu Christo, est augmentum corporale, ibi, proficiebat ætate. Sciendum quod Dominus Iesus Christus exiens de vtero matris, noluit subitò magnus apparere, cùm potuisset ita magnus nasci, vt fuit Adam in principio mundi, qui exiuit de vtero matris suæ, scilicet terræ iam magnus & homo perfectæ ætatis 30. annorum. Hoc tangit textus

textus di Formauit Deus hominem, non dicit puerum vel infantem, sed hominem de limo terræ, & inspirauit in faciem eius spiraculum vitæ, & factus est homo, non dicit infans in animam viuentem. Gen. 2. Certum est quod ita potuisset facere Christus de seipso, sed noluit, imò voluit, vt cęteri, paulatim crescere. Primò voluit esse infans vt cęteri, non loquens nec ambulans. Secundò, voluit esse puer. Tertiò, adolescens, Quartò, iuuenis, & tandem vir perfectus, vnde debuit per omnia fratribus assimilari, Hebr. 2. Ratio, ad ostendendum quòd veniebat pro saluatione omnium. Venit enim saluare. Primò, infantes per innocentiam. Secundò, adolescentes per generalem obedientiam. Tertiò, iuuenes per sacramentalem pœnitentiam. Ideo debuit per omnia fratribus assimilari qui vult omnes homines saluos fieri. 1. ad Tim. 2. Si dicatur, Non videtur venire ad saluandos senes, quia noluit esse senex, sed voluit mori in flore iuuentutis & dare vitam suam in ætate in qua magis vita diligitur. Iuxta prophetiã Hiere. 12. in persona Christi dicẽs, Reliqui domum meam, dedi dilectam animam meam, id est, vitam in manus inimicorũ meorũ. Respondeo quod imò venit etiam saluare senes. Licèt ipse non fuerit senex, tamen à senibus voluit benedici, s. à Simeone & Anna. Ideo postquam sancta mater ecclesia festinauit de infantia saluatoris in festis transactis, modò incipit facere officium de eius pueritia, quando fuit. 12. annorum. De hoc dicit principium Euangelij. Cùm factus esset Iesus annorum 12. ascendentibus illis Hierosol. secundum consuetudinem diei festi consum. quæ die. cùm redi. reman. puer Iesus in Hier. & non cogno. paren. e. Exist. autem illum esse in comitatu ve. iter diei, &c. Nota post triduum inuenerunt eum in templo in medio doctorum. Dic quomodo virgo Maria ibat ad templum Domini in Hierusalẽ in festiuitatibus ordinatis, secundum legem quia in tota Iudæa non erat nisi vnum templum, scilicet, in ciuitate Hierusalem, in quo possent offerre sacrificium. propter quod Iudæi ter in anno tenebantur venire ad templum in Hierusalem. s. in festo Paschatis, Pentecostes & Zenopegiæ, id est, tabernaculorum fixionis ex præcepto legis. Virgo Maria in dictis festiuitatibus, etiam volebat venire de Nazareth, quæ distabat à Hierusalem per 40. miliaria. Et ex magna dilectione nolebat dimittere filiũ suum Iesum, sed ipsum portabat in brachiis, quando erat infans: sed quando fuit puer, ducebat ipsum per manũ. Nota hic contemplando quomodo virgo Maria ibat cum filio aliquando cum calore, aliquando cum frigore, pluuia, niue, vento, ad templum. Si fuisset sibi dictum, Virgo benedicta quò vaditis modò cum tali tempore, respondisset virgo Maria, Vado ad templum Domini in Hierusalem. O virgo benedicta, & nunquid vos estis templum Dei magis sanctum quàm illud de quo dicit Ecclesia, Templum repente fit Dei intacta nesciens virum, verbo concepit filium

lium. Et nunquid filius vester est templũ diuinitatis. Hoc autẽ dicebat de templo corporis sui. Ioã. 2. Sed respõdisset Virgo finaliter, hoc facio in exemplũ Christianorũ, vt quãdo audierint hoc, nullus, quantumcunq; delicatus excuset se, ne vadet ad Ecclesiam ratione caloris seu pluuiæ, frigoris, &c. Hoc dicit expresse Beda in homil. hodierna, quod virgo Maria vt daret exemplũ, ibat ad templũ, ideò memento, vt diem sabbati. i. quietis sanctifices. Exod. 20. A negotiis temporalibus quiescẽdo, & in spiritualibus se occupãdo. Nota me. In nullo alio præcepto dicit memento, nisi in isto vt postquã laborasti in negotiis temporalibus feria 2. 3. &c. De dominica dicit memẽto, &c. Exemplo etiã Virginis parẽtes debent ducere filios, & filias ad Ecclesiam. Nota cõtra malam consuetudinẽ de puellis, quæ nõ vadũt ad Missam, ideò sunt tot malæ, quia tunc habẽt opportunitatẽ faciendi malum, quod non possunt intra hebdomadã, quia parentes sunt in domo. Inde veniunt aliquæ grauidæ ad nuptias, vel iam pepererũt bis vel ter. Ideò ducendæ sunt ad ecclesiã vt habeant deuotionẽ, quia nisi deuotio retineat mulierẽ, &c. Ideò filij sunt ducendi ad ecclesiã per patrem, vel matrem, &c. Completo autẽ festo septẽ diebus, consummatisq; diebus cùm redirent remansit puer Iesus in Ierusalẽ. Non per parentum negligentiã, sed per diuinã prouidentiã. Et non cognouerũt parẽtes eius. Ratio, quia erat cõsuetudo Iudæorum ex honestate, vt homines hoc est viri irent per vnam viam, mulieres autem per aliam, vel homines præcedebant, & mulieres sequebãtur. Pueri ergo poterant ire cum patre, vel matre. Quãdo ergo Maria recessit de templo, & non vidit iuxta se filium suum Iesum, credidit quòd esset cum Ioseph, & veniret cum eo. Idem credidit Ioseph, quando non vidit Iesum, cogitauit quòd esset cum matre. Hoc tangit Euagelista breuiter dicẽs, Cogitãtes eũ in comitatu esse, venerũt iter diei. Credo quod Ioseph aliis vicibus fuit priùs in Nazareth, quia homines vadunt velociùs, & vt pararet cœnam, & quando Virgo intrabat domũ, filius occurrebat sibi, quoniã veniebat priùs cum Ioseph, & faciebat sibi magnum festum. Sed nunc quando Virgo intrauit, & non vidit filiũ suũ, dixit Ioseph, Vbi est filius meus? Respondit Ioseph, Et nõ erat vobiscũ? O miser, ego credebã ipsum esse vobiscũ. Tunc Virgo plangens dixit, O misera, quid est de filio meo, & statim magnus clauus intrauit in cor, quia diligebat ipsum plus quàm omnes matres. Ratio, quia aliæ matres diligũt filios suos tanquã creaturas suas, sed Virgo diligebat ipsum etiam tanquã suum creatorẽ. Item aliæ matres perdunt virginitatẽ propter filios, sed ipsa non. Item aliæ matres dolent in partu, sed Virgo nihil. Et Virgo plorãdo intrauit cameram dicẽs, O fili mi, vbi estis vos modò, vtinã non in manibus Archelai filij Herodis. O fili, vbicunque sitis vos, scitis modò benè dolorem meum, & timorem. Tunc cor Virginis erat inter duas molas. Ex vna parte cogitabat

vt um aſcenderit in cœlum ad patrem. Ex alia parte dicebat. Quomodo receſsiſſet quod nihil mihi dixiſſet, nec prædicaſſet euangeliũ, nec inſtituit ſacramenta. Ex alia parte cogitabat ne ipſum teneret filius Herodis, qui tunc regnabat. Ioſeph ex alia parte plorabat dicẽs, O miſer quid dicet mihi Deus pater, quia tam malè cuſtodiui filium ſuum. O miſer, quid dicam de tanta mea negligẽtia. Secùs de multis matrimonio cõiunctis. Nonnunquã dum quid aduerſitatis turbationisq; occurrit in domo, contendunt vir, & vxor dicentes. Vos feciſtis, immò vos feciſtis. Sed virgo, & Ioſeph mutuò ſe conſolabantur. Dicebat virgo Ioſeph. Pater comedetis, quia ego non poſſum comedere, niſi vos comedatis. Dixit virgo Ioſeph. Pater perquiramus filium meum inter vicinos & apud notos, & amicos. Dic quomodo ibant de nocte cum laterna plorantes, & ipſum quærentes, & omnes mirabantur. Et multæ mulieres aſſociebantur eis per Naſareth, & ipſo non inuento redierunt ad domum. Et virgo intrauit cameram ſuam, & flexis genibus lachrymando dicebat. O Deus pater vos ſcitis vbi eſt filius veſter & meus, virtute cuius concepi, velitis me conſolari. O fili, vbi eſtis modò? iam amplius non poſſum pati. Idem faciebat Ioſeph ex alia parte, nec de tota nocte dormierunt. In craſtino bono mane redierunt in Ieruſalẽ, & fuerunt ibi in ſero. Cogitate quomodo in nocte circuibant per ciuitatẽ cum laterna. ſ. per ciuitatẽ Ieruſalẽ quærentes ipſum inter cognatos, & notos, de quo gentes mirabantur quod tali hora iret per viliã cùm eſſet famoſa de maxima honeſtate, & ſanctitate vitæ. Cogitate quando inueniebatur per vigiles, quomodo dicebant. O quis vadit illuc, &c. Tranſactis tribus diebus dixit virgo. Vadamus ad templum Domini, & oremus, vt ipſum inueniamus. Dicit euangelium, Et factum eſt poſt triduum inuenerunt illum in templo ſedentẽ in medio Doctorũ. Statim virgo aſcendens ad eum dixit. Fili quid feciſti nobis ſic? ſcilicet nobis ignorãtibus. Sed nõ fuit increpatio, ſed quæſtio. Ecce pater tuus, ſcilicet putatiuus, & ego dolentes quærebamus te. Cogitate quomodo Chriſtus cõſolabatur matrem ſuã dicẽs: Quid eſt, quod me quærebatis, neſciebatis, quia in his quæ patris mei ſunt oportet me eſſe? De tota iſta materia, vel ſpeculatione, ecce propheta loquens in perſona virginis Mariæ. Adiuro vos filię Ieruſalem, quæſiui quem diligit anima mea, quęſiui illum, & non inueni, ſurgam, & circuibo ciuitatem per vicos, & plateas, quæram quem diligit anima mea, tenui eum, nec dimittã. Ca. 3. Moraliter nota quantũ dolere debemus cùm Ieſum perdimus. Virgo Maria in feſtiuitate perdidit filium ſuum, tamen ſine peccato perdidit. Et nos in feſtiuitatibus perdimus Chriſtum propter peccata. Quia in diebus feſtis plura peccata mortalia committuntur. Dic de quolibet ſtatu ad libitum. Ideo dicit Chriſtus nobis. Feſtiuitates veſtras odiuit anima mea. Eſaiæ 1. Nota, & poſt triduum inuenerunt

runt eum in tēplo, quare post triduū, & nō ante? Ratio, quia qui perdit Christum ex peccato, nō potest ipsum inuenire nisi post triduum, id est post tria opera pœnitētialia. Primum est cordis cōtritio, quæ dicitur dies naturalis, includens noctē culpæ, & diem gratiæ, quia vera contritio non est sine claritate diuinæ gratiæ, ex quo dolet de culpa præterita. Secundum est oris cōfessio quæ etiam dicitur dies naturalis, cuius nox est prolatio peccatorum quasi se diffamando. dies clara est remissio peccatorum, quę fit in absolutione, & oritur claritas gratię, quam iam habebat ex contritione, augmētatur ex confessione, & absolutione. Tertium est vitæ correctio, cuius nox est labor correctionis, & mutatio malæ inclinationis, dies verò claritas conscientiæ, & bonæ famæ. Correctio fit, quia si fuisti superbus, vanus, pomposus, &c. de cætero sis humilis, & sic de aliis vitiis & virtutibus. hoc modo post triduum inuenitur Christus in templo in manibus sacerdotis ad dignè communicandum. Auctoritas allegoricè. Ibimus via trium dierum in solitudinem, vt immolemus Domino Deo nostro. Exo. 3. Patet primus punctus. Secundum est documentum spirituale, cùm dicitur, proficiebat sapientia. Hoc verbum habet magnam difficultatem in theologia. Nam omnis doctrina theologorum, singulariter magister sentē. in 3. dicit quod Christus non solùm inquantum Deus, sed etiam inquantum homo in primo instanti creationis animæ habuit tantam sapientiam, quantā habet modò in cœlo. Auctoritas. Esa. Butyrum, & mel comedet, vt sciat reprobare malum, & eligere bonum. Esa. 7. Nota, vt pro quanuis Christus in primo creationis instanti sciret reprobare malum, & eligere bonum, tamen vt cæteri pueri voluit comedere butyrum & mel. Item Iere. 31. Creauit Dominus nouum super terrā, fęmina circundabit virū, scilicet statim perfectum in omnibus. Quomodo ergo dixit euāgelista quod Christus proficiebat sapiētia? Respondeo quod hoc potest dupliciter intelligi, quia proficiebat sapientia habitualiter, vel effectualiter. Habitualiter autem Christus non profecit in sapientia, sed profecit effectualiter, quia quantò magis crescebat in corpore, tantò maiores effectus ostendebat sapientiæ. Exemplum de sole, qui licèt tantam claritatem habeat hora prima quantam hora tertia habitualiter, & tantam hora tertia quantam hora meridiei, tamen sol effectualiter proficit in claritate, quia maiorem claritatem ostendit hora tertia quàm hora prima, & maiorem in meridie. Ita etiam est de Iesu Christo sole iustitiæ. Licèt in instanti creationis haberet tantam claritatem sapientiæ quantam habet modò in cœlo habitualiter, tamen effectualiter in sapientia crescebat, & profecit. Quoniam in aurora, scilicet antequam virgo ipsum pareret, nondum ortus erat super terram, & iam dabat aliquos radios claritatis, scilicet virgini Mariæ, Ioseph, & Elizabeth. Sed maiores dedit hora prima, scilicet in na-

Quis sit effectus cōfessionis post veram cōtritionē & cōfessionē in votis.

Christus quatenus homo mox in primo instāti à sua creatione tāta fuit præditus sapiētia, atque hodie est, habitualiter: secus effectualiter seu experimentaliter.

tiuitate per tot mirabilia. Sed adhuc maiores dedit hora tertia, scilicet quādo fuit.12.annorū disputādo cum doctoribus. Sed multò maiores emisit adhuc in meridie, scilicet quando fuit triginta annorū in prædicatione euangelica, & miraculorū operatione. Ecce quomodo Christus proficiebat sapientia effectuali. De hoc Propheta in persona Dei patris loquentis de Christo homine dicens, Ecce intelliget seruus meus, & exaltabitur, & eleuabitur, & sublimis erit valdè. Esa.52. Vbi ponūtur quatuor gradus exaltationis effectualis. Primus ibi. Ecce intelliget seruus meus, scilicet statim in instanti conceptionis, & exaltabitur scilicet hora tertia, & prima in natiuitate, & eleuabitur, scilicet disputando cum doctoribus, & sublimis erit valdè scilicet in prędicatiōe euāgelica. Modò videamus de radiis sapiētię quos emisit quādo fuit.12.annorum, de hoc dicit Euangelista, Inuenerunt eum in templo sedentem in medio doctorum audientem illos, & interrogantem. Stupebant autē omnes, qui eum audiebant super prudentia, & responsis eius. Ego amore vestri quæsiui de modo sedendi quomodo Christus sedebat in medio doctorum, & de materia de qua disputabant. Modum sedendi declarat Beda in homilia hodierna dicens, quod Christus tenuit formam discipuli, quod fuit magnæ humilitatis indicium, immo eximium discendi humilitatis exemplum. Quidam dicunt quod Christus sedebat in cathedra in medio doctorū, & ita pingunt pictores, & malè. Dic quomodo in angulo tēpli doctores habebant scāna circulariter posita pro consiliis, & disputationibus, vbi erat rota tota libris plena, & quando doctores disputabant, pueri maximè ingeniosi ponebant se in medio doctorum in terra sedēdo, & doctores audiendo, & de dubiis ipsos interrogando, sed non contra doctores arguendo. Hunc modum aliorum puerorū voluit tenere Christus. Ideo dicitur, inuenerunt eum sedentē in medio doctorū audientem illos, & interrogantem, non dicit arguētem. Materiam autē de qua tunc doctores, & rabini disputabant inueni in epistola gloriosi Hieron. ad Paulinum cap.4. vbi dicit, Duodecim annos saluator impleuerat, & in templo sedens de quęstionibus legis interrogans, non dicit disputans, vel arguens, magis docet dum prudēter interrogat. Nota de quæstionibus legis practicè quomodo fuerunt rationabiliter quæstiones legis, & quæ tunc maximè disputabantur erāt de aduentu Mesiæ, omnes doctores nullo discrepante sciebāt tēpus aduētus Mesię esse completū ex prophetia Iacob Gen. 49. Non auferetur sceptrū de Iuda, & dux de fœmore eius, donec veniat qui mittendus est. Quia tunc regnabat Herodes. Itē ex hebdomadibus Danielis. Modò ponamus disputationes in forma. Cùm essent ibi doctores multi, & magistri, & rabini sedentes in scamnis, & pueri in medio eorū, vt dictū est, inter quos erat Christus, vnus doctor proposuit quęstionem dicens, Quid vobis videtur de aduentu

Mes-

Mesſiæ? Responderunt alij. Pro certo aduentus Mesſiæ est completus, tamen si habeatis aliquam ratione, vel prophetiã in opposito dicatis. Respondit alius doctor dicẽs, Bene videtur mihi, quod aduẽtus sit completus secundũ prophetias, sed tamẽ dubito ex quadã prophetia Aggęi.2. di. in persona Dei, Hæc dicit dominus Deus. Adhuc vnũ modicu, & ego commouebo cœlũ, & terrã, & mare, & aridã, & mouebo omnes gentes, & tunc veniet desideratus cũctis gẽtibus. Aggęi.2. Modò Domini mei reuerẽdi nondũ vidimus ista signa, quia non vidimus nouũ motum in cœlo, nec in terra. Verum dicitis dicebant alij. Ideo cogitemus super hoc. Et nesciebant aliud dicere. Tunc surrexit Christus in forma discipuli manibus plicatis, & obtenta licentia loquendi dixit. Domini si recordamini, modò sunt duodecim anni quod cœlum fuit motum per nouã stellã, quę duxit tres reges Orientis secundum quod ego audiui à parentibus meis. Si videtur vobis, quod iste motus fuerit nouus. Itẽ terra fuit tunc commota, & mare, quando ex præcepto Imperatoris quilibet ibat, vt profiteretur in ciuitate sua, si fortè esset hoc. Ecce interrogans, sed verba sua veniebant ad cor cum lumine prout sibi placebat. O dixerũt ipsi, verũ dicit, pro certo ego recordor quod tunc fuit magnus motus in cœlo, & in terra Dixit Christus. Domini, parcatis si pueri quærunt. Ecce quomodo quæstionibus legis interrogans magis docet dum prudenter interrogat. Deinde alius dixit. Domini aliud signũ dedit Esa di. Populus qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnã habitãtibus in regione vmbrę mortis, lux orta est eis, &c. Paruulus natus est nobis, & filius datus est nobis, & factus est principatus super humerum eius &c. Esa 9. Hoc signũ debuit esse in natiuitate Regis Mesſię. Sed hoc signũ non vidimus. Dicebant alij. Verũ dicitis. Et voluebãt, & reuoluebant libr. Dixerunt Christo. Quid dicitis vos hîc fili. dubitatis in aliquo? Et resurrexit humiliter & loquẽdo cũ magna reuerẽtia dixit. Audiui quod in ciuitate Bethleem in media nocte modò sunt 12. anni apparuit magna claritas, intãtum quod nox videbatur meridies, iuxta illud Psal. Nox sicut dies illuminabitur. Et audiui quod angeli apparuerũt pastoribus cum magna claritate, inter quos loquebatur vnus dicens, Euãgelizo vobis gaudiũ magnũ, quia natus est vobis hodie saluator, &c. Dicebant doctores. Respondit benè. Recordor quod talis fama fuit publica. Nũquid recordamini quomodo fuit scriptũ vobis de hoc? Mi fili, bonas gratias dicimus vobis, quia ita clarificatis intellectus nostros. Ecce quomodo de quæstionibus legis interrogans magis docet, &c. Alius doctor dixit suspirans. O Domini dubito quod totũ nostrũ gaudium, & spes sit perdita, & nunquid dicit propheta quòd statim veniet ad templũ suũ dominator quem vos quæritis, & angelus testamenti quẽ vos vultis. Malac. 3. sed nondum venit. O fatui, & inscij cùm habebãt ipsum pręsentem, & propter hoc

dixit eis Ioannes, Medius vestrûm stetit quem vos nescitis. Ioan. 1. Et interrogauerunt eum quid diceret. Qui respondit, O Domini quid possunt dicere pueri inter vos. Audiui à parentibus meis, quod post miraculũ de lumine in media nocte in ciuitate Bethleem apparente, in. 40. die vna mulier iuuenis cum puero in brachiis eum baiulans venit ad templum, & S. Simeon, & Anna prophetissa prædicauerunt eum dicẽtes, q̃ ille erat verus Mesias, & saluator mundi. Dixerunt ipsi, Per Deũ verũ dicit, Simeon erat consanguineus meus, & amicus meus, à quo ego audiui. Dixit alius, & ego audiui ab Anna cõsanguinea mea, O benedicaris fili, & addiscas bene. Deinde rabi Samuel suspirãs, & quasi flens dixit, Et nunquid recordamini quomodo Herodes Rex occidit omnes pueros, ergo & illum, ergo domini detis rationes, & erant tristes, & nõ poterãt respondere. Qui dixerunt Christo, quid dicitis vos hîc fili? qui cum magna humilitate respondit, ne notaretur de præsumptione. Domini reuerẽdi ego legi Exod. 23. Non coques hædũ in lacte matris suę. Modò domini pueri possent hîc dubitare, nõ dixit q̃ ipse dubitaret, an Deus vellet ostendere quomodo esset decoquẽdus hœdus, vel an esset prophetia de Mesia, ne in lacte matris moreretur dum esset puer. Moyses in tribus locis dicit, Non coques hœdũ, &c. quia tripliciter fuerunt innocentes ab Herode occisi, quidam gladiis, quidam lanceis, aliĳ balistis, ne parentes, &c. vel dicas sic, quidam gladiis, quidam suffocati siue strangulati, quidam fuerunt percussi ad parietes, vel quia Herodes voluit occidere Christum ter. s. in natiuitate, in aduentu Regum, & purificatione, &c. Sed Christus, nec sic, nec fuit ab Herode interfectus. Ideò dixit sibi Moyses, Non coques hœdũ, id est, Christum, &c Hoc intellexerunt Doctores & Magistri dum Christus loqueretur virtute diuina dicẽtes, Verum dicit, quia pro certo illud fuit prophetia de Mesia. Ideò sine dubio non fuit ab Herode occisus. Et dum essent sic consolati, venit virgo Maria dicens, Fili quid fecisti nobis sic, &c. Cui dixerunt Rabini, Est filius vester iste? Respõdit virgo Maria, Ita Domini. O tam bonum, & tam gratũ filiũ habetis, addiscat, quia adhuc erit magnus rabinus. Non ostendatis ei officium viri vestri. O quales stulti, habebãt Christum præsentem, & non cognoscebant. De ista sapientia Christi prophetia fuit tunc completa, Ego sapientia habito in consilio, & eruditis intersum cogitationibus. Prouerb. 8. Ecce quomodo proficiebat sapientia effectualiter. Tertius punctus est de exemplo virtuali, cùm dicitur, Proficiebat gratia. Similis difficultas est de profectu gratiæ, sicut de profectu sapientiæ. Et similiter respondetur quoniam Christus in instanti suæ cõceptionis habuit tantam gratiam habitualiter quãtam habet nunc in cœlo. Sed sicut dixi de claritate Solis quę magis oritur hora tertia quàm prima, &c. ita etiam potest dici de claritate gratiæ, quoniam Sol habitualiter habet tantam claritatem hora

prima

prima quantam habet hora tertia,&c. Sed effectualiter Sol magis ostendit claritaté suam hora tertia quàm hora prima, & magis hora meridie quam tertia, quia dicit Philosophus, quod lux est vehiculum caloris. Item de Christo Sole iustitiæ. Ideò Apostolus, Apparuit gratia Dei & Saluatoris nostri omnibus hominib⁹, erudiens nos. ad Titum 2. Nota, apparuit gratia, nõ dicit creuit gratia, sed apparuit, s. effectualiter, erudiens nos, scilicet dando exemplum virtuale nobis, de quo dicit Euãgelista in tertia parte, descendit cum illis in Nazareth, & erat subditus illis vsq; in finem. Moraliter super hoc quod dicit, & erat subditus illis, non legitur quod in domo virginis Mariæ esset aliquis nisi ipsa cum Ioseph sponso & Christo eius filio, quis faciebat seruitium domus, quia vbi sunt tres personę, multis seruitiis indigét. Dicit Lucas de Christo quod erat subditus illis. Ideò ipsemet Christus dicit, Filius hominis nõ venit ministrari, sed ministrare. Mat. 20. Ecce quomodo proficiebat gratia seruiendo parentibus. Dicam vobis vnum seruitium vt Magister historiarũ expresse dicit, quod Chrĩstus cum aliis pueris ibat ad portandum aquam de fonte. Dic practicè quomodo Virgo de mane volebat recipere amphoram vt portaret aquam. Nota hîc contra mulieres quæ dicunt, ego portaui bonam dotem, ideò non intrabo coquinam, nec portabo aquã, habeat vir meus ancillã vel captiuã. Et vos quid facietis? vidẽs Ioseph quod Virgo volebat portare aquam & recipere amphoram, dixit, Ego ibo, &c. Cùm autem sic piè cõtenderent Virgo & Ioseph, veniebat Christus & recipiebat amphoram dicens, Ego ibo. Dicit Ioseph, O Domine, vos non ibitis. Dicebat Christus, Ibo vt dem exemplum aliis filiis. O si quis dixisset sibi quando redibat de fonte. O Domine, quare facitis hoc? Quare non facitis vos Michaël, Gabriël, &c. Respondissent Angeli, Nos sumus parati, sed ipse vult facere. O Domine, quare facitis hoc? Respondisset, vt quando filij Christianorum audient hoc seruitium quod ego facio parentibus meis, huiusmodi exemplo ipsi seruiant & ministrent parentibus suis. Dic aliquid contra filios inobedientes parentibus suis. Ideò Apostolus. Filij obedite parentibus vestris in Domino. Hoc enim iustum est. Honora patrem tuum & matrem tuam, quod est mandatum primum in promissione, vt benè sit tibi, & sis longæuus super terram. ad Ephes. 6. Filij autem inobedientes, sunt paruę vitæ, & faciunt malum finem. Nota ad hoc quod contigit Valentiæ de quodam sententiato ad suspendium ex quadam morte de qua fuit iniustè infamatus. Qui quando vidit furcam in qua debebat suspẽdi nouiter factã in illo loco, clamauit, Domine, iustè morior, & non ex crimine mortis huius mundi imposito, sed quia in hoc loco verberaui matrem meam, quæ genibus flexis orauit dicens, Vtinam in isto loco in quo me percussisti sis suspensus, & ita factũ fuit. Ecce quẽ finẽ faciũt. Ideò dicit Christus in Euág.

Honora patrem tuum, & matrem tuam. Qui maledixerit patri vel matri, morte moriatur. Matth.15.

In octaua Epiphaniæ. Sermo vnicus.

EGo à te debeo baptizari. Mat.3 & in Euangelio hodierno, Sancta mater Ecclesia hodie facit festum & officiũ de baptismo Christi, de quo loquitur Euangelium hodiernum quomodo Christus fuit baptizatus à B. Ioanne. Et de hoc erit sermo noster & habebimus multas bonas doctrinas speculatiuas ad illustrationẽ intellectus, & morales ad correctionem vitæ. Sed primò salutetur virgo Maria, &c. In præsenti sermone cogitaui tenere modũ Iuristarũ, qui in suis scholis quando volunt legere vel disputare, primò ponũt casum legis. Deinde quid iuris. Sic primò recitabo casum legis diuinæ & historiam Euãgelij sancti. Deinde mouebo aliquas quæstiones speculatiuas & morales. Dic historiam Euangelij quomodo Christus de ciuitate Nazareth venit ad Ioannem ad Iordanem vt baptizaretur ab eo, & spiritus sanctus reuelauit Ioãni quod ille homo erat saluator mundi, verus Deus & verus homo. Propter quod Ioannes admirans, dixit reuerenter thema, Ego à te debeo baptizari, & tu venis ad me? Cui dixit Christus, Sine modò. Sic enim decet nos implere omnem iustitiam. Non loquebatur Christus pompaticè vt isti domini, sed loquebatur de se & de Ioanne dicens: Sic, scilicet per humilitatem decet nos implere omnem iustitiam. Christus autem humiliauit semetipsum, factus obediens vsque ad mortem. Philip.2. Ecce hîc omnis impletio iustitiæ redemptionis humanæ. Gregor. Nihil enim nobis nasci profuit, nisi redimi profuisset. Ecce Ioannes etiam humiliatus est ad implendum præceptum Christi iniunctionis baptismi: & totus tremens baptizauit Christum. Ecclesia, Baptista contremuit & non audet tangere sanctum Dei verticem, sed clamat cum tremore, sanctifica me saluator. Hanc formam tenuit Ioannes baptizando Christum. Moraliter instruimur hîc in hoc quod Ioannes tam sanctus, de quo dicit Christus, Inter natos mulierum nõ surrexit maior Ioanne Baptista, non audebat tangere Christum. Nota hîc quãta debet esse puritas & bona vita Sacerdotum, quia habent tangere Christum in Sacramento Altaris. Ideò dicit scriptura sancta, Sacerdotes qui accedunt ad Dominum sanctificentur ne percutiat eos. Exod.19. Itẽ ne laici appropinquent Altaribus, &c. Num.1. & 3. Homo qui non est de genere Aaron, id est, Sacerdos, & accesserit, occidetur. Si dicatur lex est antiqua verum est si dignius & sanctius est Altare nouæ legis quàm veteris. Quantò magis enim Christus est maioris dignitatis qui immolatur in Altari noui testamenti quàm agnus qui immolabatur in Altari veteris testamenti, tantò magis Altare noui testamenti est maioris dignitatis. Modò arguo per locum à minori. Si tunc erat pœna mortis qui accederet ad Altare appodiãdo se ibi vel

confitēdo, &c. Si dicatur, Nunquid homo potest osculari Altare, &c. Respōdeo quod imò reuerenter, sed melius esset osculari terram iuxta Altare vbi steterunt pedes Sacerdotis. 1. Petri 5. Humiliamini sub potenti manu Dei, vt vos exaltet in tempore visitationis. Dic quomodo manus diuinæ personæ seu potentiæ humiliat & deprimit superbos & exaltat humiles. Modò posito caso legis Euangelicæ, mouendæ sunt aliquæ quæstiones quid iuris. Et ponam quinque quæstiones quas declarabo. Prima super hoc quod dicit Euāgelium, Venit Iesus à Galilæa ad Ioannem vt baptizaretur ab eo. Quæritur quare Christus voluit baptizari. Ratio huius quæstionis est, quia Baptismus datur contra peccatum originale primordialiter, & etiā contra alia peccata actualia, si sint. Sed Christus non habuit peccatum nec originale, nec actuale. 1 Petri 2. Peccatum non fecit, ergo videtur quod non debuit baptizari. Respondeo quod Christus voluit baptizari, non vt aliquid reciperet à Baptismo, sicut nos qui recipimus à Baptismo dona spiritualia, scilicet, remissionem peccatorum, sanctificationem, virtutes & gratias, & dona Spiritus sancti, & virtutes morales infusas, sed Christus nihil horum recipit à Baptismo. Sed voluit recipere Baptismum vt daret Baptismo vim regeneratiuam, vt dicit Beda in homilia hodierna. Venit filius Dei baptizari ab homine in aquis Iordanis qui mundus erat à sordibus cunctis, vt abluens nostrorum sordes scelerum omnium fluēta sanctificaret aquarum. Nota propriam similitudinem & experimentum de vnicorni qui tactu sui cornu purificat aquam. Deinde bibunt animalia expectantia, &c. Hoc propriè significat Baptismum Christi. Vnde in sacra scriptura dicitur Christus vnicornis. Psalm. 91 Et exaltabitur sicut vnicornis cornu meum, & senectus mea in misericordia vberi. & loquitur Propheta in persona Ecclesiæ, dicens, Exaltabitur, scilicet Christus, sicut vnicornis. Quia diuinitas & humanitas in Christo non faciūt nisi vnū cornu id est, vnā personā. Et senectus mea. Nota, sicut ætates hominis sunt. 7. ita etiam sunt. 7. ætates naturæ humanæ. Infantia fuit ab Adam vsque ad Noë. Pueritia à Noë vsque ad Abraham. Adolescentia ab Abraham vsque ad Moysen. Iuuētus à Moyse vsque ad Dauid. Virilitas à Dauid vsque ad transmigrationem Babylonis. Senectus à transmigratione Babylonis vsq; ad Christum. Decrepita ætas à Christo vsque ad finem mundi. Ecce quare dicit, Senectus mea in misericordia vberi. id est, abundanti, quia modò abundat Dei misericordia, quia Iudæo remittuntur omnia peccata quantum ad culpam & quantum ad pœnam in Baptismo. Item alia auctoritas. Lu. 1. Et erexit cornu salutis nobis. Cornu salutis nostrę est corpus Christi. Hodie iste vnicornis tetigit aquas vt tactu suæ mundissimę carnis vim regeneratiuā conferret omnibus aliis. Dic quomodo Christus terminauit & finiuit purificationem veteris legis quæ fie-

En quare placuit Christo baptizari.

Christi baptismus circumcisioni finem dedit.

Q 5 bat

bat per circuncisionem, & inchoauit purificationem nouæ legis quæ fit per baptismũ, ideò Christus dicitur Alpha & Omega, initium & finis. Apoc. 22. scilicet principium nouæ legis, & finis veteris. Propter hoc nos Christiani solum recipimus baptismũ & non circuncisionẽ, quia in Christo sacramenta legalia habent suam finẽ & terminum. Gen. 17. Dixit Deus Abrahę, Abraham ambula coram me & esto perfectus, ponamq; fœdus meũ inter me & te, quia inter istos duos terminos seu moles, scilicet, Abraham & Christum debuit durare pactum circuncisionis quod durauit per duo milia annorum. Apostolus, Ecce ego Paulus dico vobis, quoniam si circuncidamini, Christus nihil proderit vobis. ad Galat. 5. Qui ergo exemplo Christi vellet circuncidi, iudaizaret & peccaret grauiter. Secunda quæstio est super hoc quod dicit thema quod Ioannes dixit Christo, Ego à te debeo baptizari. Quæritur quare B. Ioãnes dixit hoc cùm esset in vtero matris sanctificatus. Luc. 1. Spiritu sancto replebitur adhuc ex vtero matris suæ, dixit Angelus Zachariæ patri Ioannis. Quare ergo dixit Christo, ego à te debeo baptizari? Responsio secundum determinationes sanctorum Doctorum, quod baptismus dat characterem in anima, scilicet quoddam signum pulchrum ad instar coronæ regalis, quod signũ nullus potest habere in Paradiso nisi fuerit baptizatus. Vnde nec Abraham, nec Isaac, nec Iacob, nec Dauid, nec aliquis veteris testamenti habent illud signum, nec etiam illi. 50. Rhetores beatæ Catharinæ qui mortui fuerunt sine baptismo aquæ, licèt sint baptismo sanguinis saluati. De isto signo dicit Apostolus, Credentes signati estis spiritu promissionis sanctę qui est pignus hęreditatis nostræ. Ad Ephes. 1. Pignus est arrha hæreditatis vt dant mercatores. Licèt ergo B. Ioannes fuisset sanctificatus in vtero matris, tamẽ non habebat characterem, propter hoc ipsum haberet, dixit Christo, Ego à te debeo baptizari pro isto signo habendo. Et quia dixit debeo, habemus pro certo quod Christus baptizauit beatum Ioannẽ, & etiam Apostolos & Discipulos. De Apostolis auctoritas, Venit Iesus & discipuli eius in terram Iudæam, & illic morabatur cum eis & baptizabat. Ioan. 3. Et dicitur Ioan. 4. quasi contrarium, quanquam Christus non baptizaret, sed discipuli eius. Augustin. & glosa super illud concordant, cùm dicit Ioan. & baptizabat, Dicit glosa, scilicet Discipulos & Apostolos. quanquam Christus non baptizaret, glosa, scilicet alióssed discipuli baptizabãt alios. Eadem ratione creditur quod Christus baptizauit virginem Mariam, vt haberet illud signum coronæ. Dic differentiam quæ est inter coronam & crinale. Sic signum characteris est, vt corona & antè habet monile, scilicet hoc nomen Iesus. Apocalyp. 14. Ecce agnus stabat supra montem Sion, & cum eo centum quadraginta quatuor millia habentes nomen Iesus, & nomen patris eius scriptum in frontibus suis. Moraliter ex quo nos

Christia-

Christiani portamus nomen Iesus scriptum in frontibus nostris, cauere debemus ne portemus nomen diaboli in ore dicendo, In nomine diaboli quare fecisti sic vel sic. Nota de latrone clamante Iesus, & de diabolo clamante latrones, latrones. Nota contra illos qui nesciunt aliud dicere nisi diabolum nominando. Dauid Psal. 39 Beatus vir cuius est nomen Domini spes eius, &c. non dicit nomen diaboli. Tertia quæstio super hoc. Spiritus sanctus descendit sicut columba in ipsum. Quare hoc? quoniam certum est quod Christus inquantum homo ab instanti suæ conceptionis recepit Spiritum sanctum, & nunquam ab ipso recessit. Esa. 61. & Luc. 4. Spiritus Domini super me, eò quòd vnxerit me, scilicet per gratiam in conceptione. Responsio, quod spiritus descendit sicut columba in ipsum, non acsi iam prius non habuisset vel non fuisset in eo, nec vt sibi conferret tunc nouam gratiam, sicut venit in Apostolos in die Pentecostes. Actuum secundo, & Lucæ primo. Superuenit in virginem Mariam. Sed ad ostendendum nobis quod Spiritus sanctus descendit in illo qui baptizatur, & ibi recipit habitationem tanquam in proprio templo. Cùm quilibet ante baptismum saltem vel habitu, vel re, vel voto sit habitatio dæmonũ: ideò baptizandi exorcizãtur ad expellendos de ipsis dæmones. Moraliter ex quo Spiritus sanctus semel recepit habitationem in creatura, nunquam recedit ab ipsa nisi irreuerentiam sibi exhibeat per peccatum mortale, quia propter veniale non recedit. Sed quando homo peccat mortaliter, tunc expellit à se Spiritum sanctum, & introducit diabolum. O qualis iniuria expellere Regem & introducere ribaldum lenonem. Ideò dicit scriptura, Melius erat illis non cognoscere viam iustitiæ quàm post agnitionem retrorsum conuerti ab eo quod illis traditum est sancto mandato. Contingit enim eis illud ver. Prouerbij, Canis reuersus ad suum vomitum & sus lota in volutabro luti. 2. Petri 2. Ideò instruendi sunt pueri & nutriendi ne dent congerium Spiritui sancto qui habitat in ipsis. Dic quomodo parentes debent informare filios, &c. Quarta quæstio super hoc, Vox de cœlo facta est, Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui. Quæritur quare hæc vox facta est, quia certum est quod Christus non incœpit tunc esse filius Dei, quia Christus æternaliter est filius Dei. Auctoritas. Dominus dixit ad me, filius meus es tu, ego hodie genui te Psalm. 2. Nota, cùm dicit, hodie, hîc sunt plures dies ex interpositione noctis, quia si Sol staret semper supra nos non esset nisi vna dies. Sic non est in cœlo, nunquam est ibi nox, quia Deus semper inuariabiliter illuminat. Apocalyp. 21. Ciuitas illa non eget Sole neque Luna, vt luceant in ea. Nam claritas Dei illuminabit eam, & lucerna eius est agnus, cùm ergo dicitur, Hodie genui te, id est, in æternitate, quare ergo venit illa vox. Responsio, quia illa vox nõ venit propter Christũ, sed propter nos ad ostendendum

dendum quòd in Baptismo efficimur filij Dei: quoniam sicut vir de vxore sua generat filios & filias legitimas, sic Christus de Ecclesia sponsa sua. Semen est verbum Dei. Luc.8 Ideò Christiani omnes sumus filij Dei Regis Christi & Reginæ, scilicet Ecclesiæ. Secùs ante Baptismum, sed post Baptismum parentes debēt se reputare nutrices filij regis Christi. 1. Tim.2. Saluabitur autē mulier per filiorū generationem, id est, nutritionē, si permanserit in fide & dilectione & sanctificatione Ideò Ioan. Videte qualem charitatem dedit nobis Deus pater vt filij Dei nominemur & simus. 1. Ioan.3. Moraliter instruimur, quòd sicut filij Regis non vadunt ad lupanar, nec ad tabernas, nec ad loca vbi luditur ad taxillos, &c sic nec Christiani, aliàs degenerant nec consequuntur hæreditatem Paradisi, &c. Quinta quæstio super hoc quod dicitur, Et aperti sunt cœli. Quæritur quare hoc, quia Christo semper fuerunt cœli aperti. Omnia nuda & aperta sunt oculis eius. Ad Heb.4. Responsio, quòd non propter ipsum fuerunt cœli aperti, sed ad ostendendum quòd cœli aperiuntur illis qui nouiter baptizantur: secùs ante aduentum Christi, quia vltra quinque millia annorū cœli fuerunt clausi generi humano. Ecclesia, Paradisi porta per Euam cunctis clausa est, & per virginem Mariam iterum patefacta est, &c. Ideò pueri qui decedunt post Baptismum antequam peccent mortaliter, statim euolant via recta ad Paradisum, & statim inuenient cœlum apertum. De quibus dicit Christus portariis Paradisi, Sinite paruulos venire ad me, talium enim est regnum cœlorum. Matth.19. Dic contra errorem mulierum dicentiū quòd primò transeunt Purgatorium propter dolores matris, &c. Ezech 1. Cùm essem in medio captiuorum iuxta fluuium Cobar, aperti sunt cœli Cobar dicitur Baptismus. Moraliter instruimur ne ploretis pro talibus filiis quando decedunt, sed debetis gaudere acsi Rex faceret filiū vestrum de curia sua, &c. sed flendi sunt filij adulti, ribaldi, &c. Apost.1. Thes. 4. Nolumus vos ignorare de dormientibus, id est, innocēter quiescentibus, vt non contristemini, sicut cæteri qui spem non habent, scilicet resurrectionis, &c.

Dominica prima post octauam Epiphaniæ. *Sermo I.*

C*rediderunt in eum discipuli eius* Ioan.2. & in Euangelio hodierno sancta mater Ecclesia facit mentionem de illis nuptiis in quibus fuit Dominus noster Iesus Christus & eius benedicta mater virgo Maria, & aliqui Apostoli & discipuli. In sancto Euāgelio ostenduntur & declarantur nobis tria, de quibus poterimus recipere pro nobis materiam bonæ instructionis. Primò ostenditur in virgine Maria misericordia maternalis. Secundò in Christo potentia diuinalis. Tertiò in Apostolis credentia virtualis. De tertio dicit thema, Crediderunt in, &c. Dico primò quod in sancto Euangelio osten-

ostenditur de virgine Maria eius misericordia maternalis. Iam videtis quomodo matres sunt misericordes erga filios, quia cùm filij aliquando non petant ea quibus indigent, bona mater dat. Talis est virgo Maria erga suos deuotos filios, quos semper oculis apertis respicit. Et si indigent aliquo, dat: ideò Ecclesia dicit, Maria mater gratiæ, mater misericordię, &c. mater gratię, scilicet peccatoribus. tu nos ab hoste protege, & hora mortis suscipe. Hæc misericordia maternalis virginis Mariæ ostenditur in Euangelio cùm dicit, Nuptiæ factæ sunt in Cana Galilææ, & erat mater Iesu ibi. Vocatus est autem ibi & Iesus & discipuli eius ad nuptias. Et deficiente vino, dicit mater Iesu ad eum, Vinum non habent. Nota, Cana est quædam villa parua sita in prouincia Galilææ. Et sponsus cum parentibus venit ad virginem Mariam quę tunc erat 45. annorum. & ab omnibus reputabatur sancta. Ideò sponsus & amici eius reputabant se beatos si ipsa esset in nuptiis eorum, & iuerunt ad eam, quæ promisit eis venire, sed non essent ibi dissolutiones nec superfluitates, &c. Et de consilio Virginis inuitabant Christum qui prædicabat ibi propè, qui fuit etiã ibi cum discipulis eius. O benedictæ nuptiæ & nobiliores mundi, quia nunquam in mundo fuerunt similes. Moraliter dic quomodo in nuptiis quæ fiunt modò in mundo, non est Christus neque virgo Maria nec discipuli Christi, sed dæmones propter peccata qui ibi cõcurrunt. s. septem peccata mortalia. Primò in nuptiis cõcurrit peccatũ superbiæ in ornamẽtis & vanitatibus, &c. Ideò non venit ibi Christus, sed Leuiathan qui Rex est superborũ. Iob. 41. Leuiathan ipse est Rex super omnes filios superbię. Secundò, concurrit peccatũ auaritię, quia propter expensas quas faciunt excessiuas, expendunt dotem, &c. Ideò oportet vos facere vsuras, furta, retentiones, &c. propter hoc non venit Christus sed Mammona. Mat. 6. Tertium peccatum est luxuriæ, quia intrat per omnes sensus corporales, per oculos respiciendo mulieres pictas, &c. per aures audiendo cantationes inhonestas, per nares sentiendo odores de musco, &c. Ideò non venit Christus, sed dæmon nomine Asmodæus, qui occiderat septem viros S. Saræ, de quo Tob. 3. Quartò peccatũ inuidiæ, quãdo vident alios melius indutos, & mulieres melius ornatas. Item inuidia de loco sedendi honorabiliori. Ideò nõ est ibi Christus, sed dæmõ qui vocatur Beelzebub. Luc. 11. Quintò peccatum gulæ, &c. Ideò venit illò Beelphegor. Psal. 105. Initiati sunt Beelphegor. &c. Sextò peccatũ iræ, quia veniunt, & consurgunt ibi rixæ, & indignationes de nihilo. Dic exemplum de sancto homine qui vidit Luciferum sedentem in cathedra ad quem veniebant dæmones dando computum de malis que fecerunt, &c. Ideò non venit eò Christus, sed Baalberith Iudic. 9. Septimò, peccatum acidiæ, quia dimittunt opera spiritualia, ideò nõ est ibi Christus, sed Astaroth. 1. Reg. 7. Et ideò, quia nuptiæ vestræ habent malũ initium,

pro-

propter hoc diabolus ponit ibi disturbium, guerram, diuisionē, &c. Si vultis ergo vt in nuptiis vestris sit Christus, faciatis sicut fecit ille S. Tob. de quo dicit scriptura sancta. Accesserunt ad cõuiuium, sed cum timore Domini nuptiarum conuiuium exercebant. Tob. 9. Et quia tales fuerũt istæ nuptiæ in Cana Galilææ, ideò fuit ibi Christus, virgo Maria & discipuli eius. Et in medio prādij vinum eius defecit. Quod sentiens virgo Maria dixit intra se, O isti confundentur in præsentia filij mei, & sciens Virgo quod filius erat verus Deus & homo, sciensq; eius potentiam, quia conuerterat vxorem Lot in statuam salis, & aquas Ægyptij in sanguinem, & virgā in serpentem, sciensq; quod poterat conuertere aquam in vinum, dixit tanquam vero Deo filio suo, corā quo sedebat in mensá, Vinũ nõ habent. Respõdit Christus, Quid mihi & tibi mulier? quasi dicat, quid ad nos, quia hoc pertinet ad sponsum, tamen expectetis, quia nondum venit hora mea. Nota diuersitatem voluntatum: virgo Maria desiderabat, vt faceret miraculum antequā defectus vini cognosceretur, ne sponsus confunderetur. Per oppositum Christus volebat, vt ante defectus ab omnibus cognosceretur, vt in hoc miraculo honor Dei manifestaretur, quilibet ipsorum habebat sanctam intentionem. Tunc Virgo vocatis ministris dixit eis, Quodcunq; dixerit vobis, scilicet filius meus, facite, scilicet sine contradictione. Moraliter patet hîc misericordia maternalis virginis Mariæ, quia non legitur quòd aliquis ipsam rogasset quòd rogaret filiũ, vt prouideret de vino, sed ipsa habuit cor pium & dulce, & benè expedit nobis. Quantò ergo magis subueniet nobis si ipsam inuocauerimus deuotè, & veniet ad nos, & domos nostras, si ipsam deuotè salutauerimus, dicen. sibi, Aue Maria, humiliter genibus flexis. Nota miraculum de illo pessimo peccatore, qui nullum bonum faciebat nisi q deuotè virginē Mariam salutabat. Accidit quòd citò obiret sine cõfessione, & statim fuerunt ibi dæmones, vt acciperent eius animam, sed Angelus bonus ipsam defendit, eò q erat deuotus virgini Mariæ. Dic quomodo iuerunt ad iudicium, & positus fuit in statera, & cùm peccata magis ponderarent quàm bona, virgo Maria posuit manũ in statera, & oẽs dęmones ex alia parte, sed virgo Maria obtinuit vt anima rediret ad suum corpus, &c. Ideò dicit Ecclesia, Monstra te esse matrem, sumat per te preces, &c. Secundò, in sancto Euangelio ostenditur de Christo potentia diuinalis, quæ ostenditur operibus miraculosis. Videbant enim corpus suũ sicut & in eius natiuitate, sed non videbāt diuinitatem, quam debebant credere per miracula quæ faciebat, quæ non poterant fieri nisi à Deo. Ideò dicebat ipse Iudæis, Si mihi non vultis credere, operibus credite, opera enim quæ facio testimonium perhibent de me. Ioan. 5. & 10. Hæc potentia diuinalis ostenditur in Euangelio hodierno, vbi dicitur q erant ibi, scilicet in nuptiis illis lapideæ hydriæ sepositæ secundũ purificationẽ

Iudæo-

Iudæorũ. Et vocatis Iesus ministris dixit eis, Implete hydrias aquæ. Et impleuerunt eas vsq; ad summũ. Et steterũt coram Iesu sicut filius coram patre, qui non dicit ego peto carnē, sed iam habeo panem. Ita illi expectabāt corā Christo, vt faceret miraculũ. Quibus dixit Christus, Haurite nunc & ferte architriclino. Et tulerunt amphoras plenas optimo vino ex aqua facto. Nunquā tale vinũ natura produxit, quia illud quod faciebat Christus per miraculum, erat melius quàm quod fecit natura. Vt autē gustauit architriclinus aquā vinũ factũ, & nō sciebat vnde esset. No. architriclinus erat maior domus, & vocauit sponsum dicēs ei, Omnis homo primũ bonum vinũ ponit, & cùm inebriati fuerint, tunc id quod deterius est, tu autem seruasti bonum vinum vsq; adhuc. Dic quomodo miraculum fuit diuulgatũ testimonio ministrorũ. Moraliter, sex hydriæ significāt sex opera quæ Christus ordinauit ad lauationē animarũ, vt purificatæ possint intrare ad nuptias Paradisi. Prima hydria est ablutio baptismalis. Ezech. 36. Effundam super vos aquā mundā, & mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris, &c. Secunda est cōfessio sacramentalis, 1. Ioan. 1. Si confiteamur peccata nostra, fidelis & iustus est Deus, vt remittat nobis peccata nostra, & emūdet nos ab omni iniquitate. Tertia est afflictio pœnitentialis. Psal. 118. Feci iudicium & iustitiā, nō tradas me calumniantibus me. Quarta est oratio spiritualis. Dic exemplũ quod habetur Luc. 18. de illo Publicano dicente: Deus, propitius esto mihi peccatori, &c. Quinta est donatio misericordialis. Mat. 5. Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiā consequentur. Sexta est remissio iniurialis. Mat. 6. Si enim dimiseritis hominibus peccata eorũ, dimittet & vobis pater vester cœlestis delicta & peccata vestra. Si autē non dimiseritis hominibus, nec pater vester dimittet vobis peccata vestra. Et Esa. 1. Lauamini, mundi estote, auferte malum cogitationum vestrarum ab oculis meis. Subdit, Si fuerint peccata vestra vt coccinum, quasi nix dealbabūtur: & si fuerint rubra quasi vermiculus, velut lana alba erunt. Tertiò, ostenditur in sancto Euāgelio de sanctis Apostolis credentia virtualis. De hoc dicit the. Crediderunt in eum discipuli eius quando viso miraculo adorauerũt eum tanquā verum saluatorē. Ideò dicit, Hoc fecit Iesus initiũ signorũ in Cana Galilææ, & manifestauit gloriam suam, & crediderunt in eum discipuli eius. Nota, Christus cœpit facere miracula in nuptiis: non priùs, ne humanitas phātastica videretur, vt dicit S. Tho. 3. par. q. 36. 4. 3. Chrys. enim dicit super Ioan. quòd Christus nō fecit miracula antequā aquā conuertit in vinum, secundũ quod dicitur Ioan. 2. Et habetur in præsenti Euang. hoc fecit initiũ signorũ Iesus. Si enim secundũ primā ætatem miracula fecisset, non indiguissent Israëlitę alio manifestāte eũ. Cùm tamen Ioannes Baptista dicat, Ioannis. 1. vt manifestetur in Israël, propterea ego veni in aqua baptizans, subdit S. Thomas vbi suprà.

Eum significat qui apparādo cōuiuio præficitur.

Decen:

Decenter autẽ nõ incœpit facere signa in prima ætate. Existimassent enim phantasma esse incarnationẽ, & ante opportunũ tempus cruci eum tradidissent liuore liquefacti. Nec obstat quòd in libro de infantia Saluatoris legitur, quod Christus in sua pueritia multa miracula fecerit. Quia, vt dicit S. Thom. vbi suprà liber de infantia Saluatoris est apocriphus. Nota quomodo Deus antiquitus nullis seruitoribus suis manifestauit gloriã suam sed omnes quantumcunq; sancti ibant ad infernũ. Sed modò hanc frigiditatem cõuertit in vinum in cruce quæ aperuit ianuã cœli merito suæ passionis. Ideò modò boni seruitores statim quando moriuntur hîc habent gloriam.

Sermo secundus de eadem Dominica.

M*Anifestauit gloriam suam* Ioan. 2. Thema dat mihi motiuum declarandi quot sint cõditiones personarũ bonarum in hoc mundo, quibus Deus manifestat gloriã suam in alio mũdo. Sed primò salutetur virgo Maria, &c. Manifestauit gloriã suã. Doctrina est cõmunis & certa in sancta Theologia, quod à principio mundi vsq; ad aduentũ Christi Deus nunquã vlli homini manifestauit gloriã suam, & tamen transierunt de mundo vltra quinque millia annorũ, in quo tempore fuerunt multi sancti amici, quibus dabat & manifestabat multa alia bona, sicut suã potentiã dando legem in multis miraculis, & suã sapientiã, dando suam misericordiã, & clementiã, dando eius plures gratias, sed nunquã eis manifestauit suam gloriã. Auct. Legitur Exod 33. de Moyse qui loquebatur cum Deo, tamen non videbat Deũ, imò petiit à Deo per gratiã spiritualẽ, vt ostenderet sibi suam gloriã dicens, Domine, si inueni gratiã in conspectu tuo, ostende mihi gloriam. Respondebat sibi Deus, Posteriora mea videbis, faciem autem meam videre non poteris. Nota quod dictum est quod nullis vidit ante Christi aduentum gloriam Dei siue diuinam essentiam, piè intelligendum est, scilicet permanenter & plenè beatificè. Dicit sanctus Thomas in plerisque passibus, scilicet in 4. distinctione 49. & in quæst. de veritate. quæstio. 13 de raptu. & etiam in secunda secundæ. quod Paulus & Moyses viderunt in raptu diuinam essentiam, scilicet transeunter. quia eis fuit lumen gloriæ collocatum, non per modum habitus permanentis, sed per modum passionis transeuntis. Vnde nec simpliciter fuerunt beati, sed potius rapti. Et hoc fuit eis spirituali priuilegio & gratia concessum. Nota quomodo Deus habet quædam principia, scilicet, beatitudines Paradisi: & quædam media, scilicet, gratias Euangelicas, & quædam posteriora signacula, & gratias quæ fecit tempore Moysi. Sed quando moriebantur omnes descendebant ad limbum inferni, scilicet, Adam, Noẽ, Abraham, Moyses, nulli eorum Deus dedit gloriam pro illo tempore, nec etiam sanctis innocentibus, nec Ioanni Ba-

Ecce quomodo cõceditur Mosem & Paulum diuinam essentiã vidisse.

ni Baptistæ, imò descenderunt omnes ad infernũ, quia humana redẽptio nondum erat completa. De hoc auctoritas. Psal. 88. Quis est homo qui viuet, & non videbit mortem, eruet animam suam de manu inferi? quasi dicat nullus. Sed ex quo venit dominus noster Iesus Christus, & compleuit opus misericordiæ nostræ redemptionis, dicit thema quod manifestauit gloriam suam quam tenuerat absconditam vltra quinq; millia annorum. patet thema. Amore vestri quæsiui in sacra scriptura quibus, & quot conditionibus personarum deus manifestat gloriam quando descendunt. Et inueni in quadã authoritate quod solum tribus conditionibus personarum manifestat gloriã suam dicẽte, Gloria Libani data est ei decor Carmeli, & Zaron. Ipsi videbunt gloriã domini, & decorem dei nostri Esa. 35. Nota gloriam Libani, id est, candoris siue albedinis, significat personas innocentes. Decor Carmeli, id est tenelli, Ecce personæ purè obedientes. Zaron, id est, principes merentium. Ecce personæ pœnitentes. His tribus cõditionibus personarum Deus manifestat gloriam suam quando decedunt, scilicet.

Innocentibus purè,
Obedientibus plenè,
Pœnitentibus condignè.

De quolibet istorum dicit thema, Manifestauit, &c.

Dico primo quod Deus manifestat gloriã suã infantibus innocentibus purè, sicut sunt pueri post baptismũ qui sunt ab originali peccato purificati, tales autẽ sunt innocẽtes, id est, nõ nocẽtes, quia nũquã nocuerũt alicui. Dicũtur pueri, quia sunt totaliter ab originali peccato purificati. Dic q̃ño peccatũ originale est quædã macula existens in anima ad instar mappæ quæ caderet in peluim plenam incausto, &c. Dicit enim sanctus Tho. 1. q. 82. ar. 1. quod peccatum originale est habitus. s. languor naturæ, id est inordinata dispositio ex dissolutiõe harmonię originalis iustitię. Est enim peccatũ originale habitus corruptus nõ pura priuatio, quia dicit priuationẽ originalis iustitiæ, & ordinatã dispositionẽ partiũ animæ. Ita quod formale eius, vt dicit S. Tho. 2. dist. 30. q. 1. art. 4. & etiam dist. 31. & etiam prima 2. q. 82. ar. 3. est priuatio originalis iustitiæ, materiale verò est concupiscẽtia, id est, inordinatio partium animæ. Vnde scrip. Quid est homo, vt immaculatus sit, & vt iustus appareat natus de muliere Iob. 15. Nullus nisi sit in vtero sanctificatus. Sed purificatur, & mundatur in lixiuio baptismi, nec est alius modus mundãdi, & hoc dicitur gloria Libani, id est, cãdoris siue albedinis, si tales decedũt antequã peccent statim euolãt, & Deus manifestat eis suã gloriam. Dic cẽtra vetulas quę dicunt quòd imò trãseunt purgatorium propter dolorẽ matris, &c. De his dicit the. Manifestauit gloriam suam scilicet innocentibus: De hoc Auctoritas, Gratiã, & gloriã dabat dominus

Quid sit originale peccatum.

minus, quia primò iã datur gratia in hoc mũdo.s. in baptismo quoniã maximã gratiã faceret rex si filios rustici adoptaret in filios, vt possent obtinere hæreditatẽ regni. Hãc gratiã facit Deus qui filios illius rustici Adę in baptismo adoptauit in filios, vt cõsequãtur hęreditatẽ paradisi. Ideo baptism⁹ vocatur regeneratio in scriptura sancta, quia sicut vir, & vxor sua generãt filios legitimos, &c. ita Christus de spõsa sua.s. ecclesia regenerat filios. Et baptizat⁹ est effectus filius regis Christi. Auct. Videte qualẽ charitatẽ dedit nobis De⁹ pater vt filij Dei nominemur & simus. 1. Ioã. 3. Ideo dicit primò, gratiã dabit dominus. Secundò dicit, gloriam dabit dominus, quia si filij, ergo & hæredes. Primò ergo dat gratiã baptismalẽ prędictis, & secundo nõ priuabit bonis, scilicet & gloriæ fruitionis, qui ambulãt in innocẽtia. Ideo Tit. 3. Aposto. in persona illorũ innocentũ dicit, Nõ ex operibus iustitiæ quæ fecimus nos, sed secundum suã misericordiam saluos nos fecit. Quæstio est hic. Quid est de pueris a bsq; baptismo decedẽtibus, & nũquid habebunt gloriã? Respõsio ꝙ nõ. Si dicatur quare, quia nũquã peccauerũt, nec corde, nec ore, &c. Personis simplicibus videtur cõcludere hæc ratio, quæ tamẽ nihil valet, imò esset, similis stultitia quęrere à rege, quare nõ dat regnũ suũ filio rustici, qui nunquã fecit aliquid cõtra eũ, &c. quia regnũ nõ datur extraneis, sed filiis legitimis. Ioan. 3. Amen amen dico tibi, nisi quis renat⁹ fuerit ex aqua & spiritu sancto, nõ potest introire in regnũ Dei. Sed quia nihil fecit cõtra Deũ, ideo non habet pœnã sensus, sed solũ pœnã dãni, nec displicet eis, quia non habẽt gloriã, nec habebunt, sciẽtes quòd nõ pertinet ad eos, sicut nõ displicet rustico quòd nõ habet regnũ Frãciæ, quia sibi nõ cõpetit, sed displiceret filio regis, si non haberet regnum. Item quia non displicet tibi quod tu nõ habes alas, quia non competit tibi, sed displiceret aquilæ vel falconi quibus cõpetit habere alas. Idẽ de illis pueris, qui gaudẽt & disputãt inter se. Moraliter habetis hic duas doctrinas, prima quod illi pueri qui decedunt statim post baptismum non sunt flendi, quia certi sumus ꝙ sunt in paradiso, nullus vestrũ fleret de filio quẽ rex reciperet de curia, & ipsum faceret magnũ dominũ, imò gauderetis. Idẽ de regina si reciperet filiam vestrã. Ideo apostolus. 1. The. 4. Nolumus vos ignorare de dormiẽtibus. i. innocenter in Christo quiescẽtibus. Sed flendi sunt filij adulti, superbi, auari, luxuriosi, ribaldi &c. sed filius innocẽs, quãdo decedit potest dicere parẽtibus. Nolite flere super me, sed sup vosipsos flete, & super filios vestros Lu. 23. Secũda doctrina est quòd auisetis vos, ꝙ nõ ex culpa vestra pueri moriãtur sine baptismo, quoniã in die iudicij resurgẽt in ætate triginta annorũ, petẽdo iustitiã, &c. Dic quomodo mascul⁹ in quadragesima die à conceptione habet animã. Femina verò in. 80. die, vt dicit glosa ordinaria super Leuit. 12. Ideo auisentur mulieres, ne quando

sunt

unt grauidæ saltem, cursēt, equitēt, vel trepudient. Ideo Christus, a
Videte ne cōtemnatis vnū ex his pusillis. Dico enim vobis, quia angeli eorum in cœlis semper vidēt faciem patris mei qui in cęlis est. Matt.18. Dico secundò quod Deus manifestat gloriā suam personis obediētibus plenè, de pueris innocētibus nō vult Deus, nisi purificationē baptismalē, sed de adultis vult Deus obediētiam generalem. Hoc ostēdit nobis Christus quando post sermonē quem ipse fecit de gloria paradisi, venit ad eū quidā doctor di. Magister, quid boni faciā vt vitam habeā æternam? Mat.19. Respondet sibi Christus, Si vis ad vitā ingredi, serua mandata Dei. At ille, Quæ? tunc Christus fecit mentionē de decē præceptis, in quibus reductiuè stāt & includuntur omnia præcepta. De his decē præceptis dedit Deus decem digitos in manibus qui maximè vidētur ad memorādum, sicut sunt decē digiti quibus operamur, ita sunt decem præcepta quibus meremur. Primum præceptū ordinat cor, quia primum, & principale quod requirit à nobis Deus, sicut dominus à subditis, est fidelitas cordis, ne curramus ad suos inimicos, pro aliqua re mundi. Secundā ordinat os vt cū reuerentia loquamur de Domino, non iuremus falsè pro aliqua re mundi, nec enormiter, nec infideliter. Non assumes nomen domini Dei tui in vanū, etiam dicendo veritatē absq; B
vtilitate, vel necessitate, multo minus in falsum, &c. Tertium ordinat opus circa diligentiā habendā in seruitio diuino faciendo, quia ipse dat nobis prouisionem, &c. Dic quomodo dominica est seruanda quiescendo ab omni opere, & missam audiēdo seruatis quatuor conditionibus. Alia tria ordināt personā circa proximos, quorum primi & principales sunt parētes. Ideò dicit. Honora patrem tuum, &c. Et vt ad hoc magis filij inclinentur facit promissionem dicens. Et eris longæuus super terram. Et Apostolus ad Ephe.6. Filij obedite parētibus vestris in Domino, quod est primū mandatum in promissione, & eritis longæui super terram. Nota in domino, non contra dominum. Proximi minus principales sunt inimici. Etiam vult Deus, quod circa inimicos habeamus patientiam, ne sumamus vindictam. Ideo præcepit Deus, Non occides, scilicet causa vindictæ, quia mihi vindictam, scilicet reseruaui, & ego retribuam. Deute.32. & ad Romano.12. De aliis proximis di. Non furaberis, nec per rapinam, nec per vsuram, nec per retentiones. & sic de aliis. Alia quatuor præcepta ordinant hominem circa seipsum. Primum ordinat proprium corpus, vt sit castum. Sicut quilibet vult quod equus suus castè viuat, ideo dicit. Non mœchaberis. Nota quomodo præter matrimonium totum est luxuria & peccatum, &c. Secundum ordinat animam, quia modicum valeret corpus castum & anima putana per desideria mala & cōcupiscentias. Ideo di. Non concupisces vxorem proximi tui. Tertiū ordinat vt os nō mentiatur,

maximè in damnũ proximi in iudicio, nec in terra. Ideo dicit, Non falsum testimonium dices. imò oportet restituere famã. Quartum ordinat cor di. Non cõcupisces rẽ proximi tui. 1. Tim. 6. Radix omnium malorũ est cupiditas. Seneca. Si ista duo pronomina meum, & tuũ, &c. Ecce hic ordinatio totius bonæ vitæ erga Deũ & proximũ, & seipsum. Auct. Si audierint & obseruauerint cõplebunt dies suos in bono & annos suos in gloria Iob. 36. ergo manifestauit gloriã suam personis plenè obedientibus. Dico tertiò, quod Deus manifestat gloriã suam peccatoribus dignè pœnitentibus quod bene expedit nobis qui totiens peccamus faciẽdo contra Dei præcepta. Ideo dicit Christus in primo sermone quẽ fecit Pœnitentiã agite. Mat. 4. Exinde scilicet post ieiuniũ cœpit Iesus prædicare & dicere. Pœnitentiã agite, Ecce primũ thema Christi. Iterum. Mat. 3. inquit Ioannes. Facite dignum fructum pœnitentię. Digna pœnitentia in quatuor cõsistit, quę possunt iterari, scilicet toties quoties. Primum est cordis cõtritio respectu mundi vel famæ vel honoris siue periculi. Recogitabo tibi omnes animæ. in ama. a. meæ. Esa. 38. Secundum est emẽdandi propositũ, quia nullus rediret libenter ad emendum cibum potionatũ siue venenatũ si euaderet semel. Sic omnia peccata mortalia sunt potiones animæ. Ideo Io. 8. Vade & iã amplius noli peccare. Tertiũ est oris confesfio, quasi ad vomitũ se prouocando, vt eiiciatur extra cibus potionatus de stomacho animæ, cõfitendo peccata sua, &c. Prou. 28. Qui abscõdit scelera sua nõ dirigetur, qui autẽ cõfessus fuerit & reliquerit ea, misericordiã Dei consequetur. Quartũ pœnitẽtiæ iniunctæ obseruatio, aliàs nihil valet cõfessio. Ideo scriptura sancta. Qui humiliatus fuerit &. s. ad faciendũ pęnitentiã, erit in gloria. Iob. 22. Cor humiliatur per contritionẽ, os per confessionem, bursa per restitutionem, corpus per pœnitentialem afflictionem. Talibus Deus manifestat gloriam suam. Deo gratias.

De eadem Dominica. Sermo III.

HYdriæ sex positæ secundum purificationem. Ioan. 2. hoc thema dat mihi motiuum, & rationẽ declarãdi quæ sunt illa quæ Deus ordinauit ad purificandũ animas nostras, vt possint intrare Paradisum: sed primò salutetur virgo Maria, &c. Hydriæ sex positę, &c. secundũ. i. propter purificationem. Iuxta intellectum spiritualẽ quẽ volo pertractare, sciendũ quòd in incarnatione domini nostri Iesu Christi fuit factũ matrimoniũ inter filiũ Dei & nostram humanitatẽ, quia sicut vir & vxor nõ sunt duo, sed vna caro. Mat. 19. Ita Christus Deus & homo non sunt duæ personæ, sed vna. Itaq; iã non sunt duo. s. supposita, sed vnũ tantum. Spõsalia fuerũt facta in aula vteri virginalis. Ideo Dauid loquens de Christi diuinitate dicit. Ipse autẽ tanquam sponsus procedens de thalamo suo. Psal. 18. Sed nuptię fiunt nõ de hoc mundo, quia nõ est locus aptus, nec

nec sufficiens pro tãtis nuptiis, sed fiunt in cœlo empireo. Auct. Simile est regnũ cœlorũ homini regi q fecit nuptias filio suo. Mat. 22. Sicut enim in nuptiis architriclini nullus intrabat, nisi prius lauaretur, & propter hoc erãt ibi sex hydrię, vt dicit the. ad literã, sic nec in nuptiis paradisi potest aliquis intrare, nisi prius mũdetur & purificetur in hoc mũdo, quia nõ intrabit in eã. s. gloriã aliquid coinquinatum aut abominationem faciens. Apo. 21. propter quod Christus sponsus posuit in hoc mundo sex hydrias, id est sex opera pœnitentialia ad lauandum & purificandum animas nostras.

Prima est contritio cordialis,
Secunda confeßio sacramentalis,
Tertia afflictio pœnitentialis,
Quarta oratio spiritualis,
Quinta donatio misericordialis,
Sexta remißio iniurialis.

Prima hydria est primum opus pœnitẽtiæ, quæ est cõtritio cordialis, quando persona cogitat sua peccata & vitia & mala quæ fecit, & conteritur di. O miser quid erit de me, quia tot feci peccata. Verbi gratia, De quolibet statu. Primo de religioso, qui nõ seruauit regulã, nec constitutiones, nec ordinationes sui ordinis, sed vixit ad libitũ, quando reducitur ad se, conteritur dicẽdo, O miser quid erit de me, &c. In ista hydria mũdatur, & purificatur anima maximè quando est ibi aqua lachrymarũ, de hoc in planctu regis. Ezec. Ecce in pace amaritudo mea amarissima. Esa. 38. Dic quomodo peccator semper est in guerris cum Deo, sed cõtritio peccatorum facit pacẽ inter Deum & peccatorẽ, ideo dicit. Ecce in pace amaritudo mea amarissima. Pax enim causatur ex amaritudine. i. contritione. Vel quia ex pace. s. mundana amaritudo causatur. Hęc enim pax est amara, amaritior, amarissima ex amaritudine. i. contritione. Amara, quia perdidit gratiã Dei, Amarior, quia perdidit hæreditatẽ paradisi. Amarissima, quia est sentẽtiatus ad damnationẽ infernalẽ. Secunda hydria est cõfessio sacramẽtalis. No. ꝙ cõfessor debet sedere tanquã iudex, & peccator ad ei⁹ pedes debet cõfiteri omnia peccata sua accusando se, &c. Et in fine cõfessionis, quãdo cõfessor absoluit, anima purificatur ab omnibus culpis mortalibus, de hoc figura. 4 Reg. 5. vbi habetur, quòd quidã nobilis homo qui erat leprosus venit ad Heliseũ vt purificaretur ab eo à maculis lepræ. Cui dixit propheta. Vade & lauare septies in Iordane & recipiet sanitatẽ caro tua atq; mũdaberis. Et sic fuit factũ, hic fuit figurata confessio, vnde flumẽ Iordanis idẽ est quòd flumen iudicij. Ecce hic confessio in qua confessor est iudex, ideo debet sedere. peccator est re⁹ qui debet lauari ibi septies id est, confiteri de septem peccatis mortalibus ad quæ omnia alia peccata reducũtur. Primò cõfiteri de peccato superbiæ, nõ solum in

Pedes veniens dr. Naamã princeps militiæ regis Syriæ.

genere quia nō sufficit, sed in spē. Idē de aliis peccatis, & sic anima purificatur. O magna gratia est ista ꝙ ex cōfessione peccator absoluitur. Oppositū fit in iudicio humano in quo facta cōfessione criminū peccator sentētiatur, & condēnatur, &c. Ideo est maxima culpa illorū q noluūt cōfiteri, imò stabūt per tres vel 4. annos, &c. Si cōfiteamur peccata nostra, fidelis & iustus est Deus vt remittat nobis peccata nostra. s. virtute cōfessionis, & emūdet nos ab omni iniquitate. 1. Io. 1. Propter hoc est ordinarū ab ecclesia vt quilibet ad minus semel in anno confiteatur. s. in 40. & cōmunicet in pascha, aliàs debet priuari ecclesiastica sepultura. Iuxta decretalē, Omnis vtriusq; sexus, extra de pœni. & remi. Tertia hydria est afflictio pœnitētialis. Ratio est, quia occasione carnis nostræ facim⁹ omnia peccata, qa anima ex sua propria cōditione semper vellet contēplari, vt angeli, sed caro trahit ipsam modò ad superbiā, modo ad auaritiā, modo ad luxuriā, & sic de aliis. Caro concupiscit aduersus spiritum, &c. Gal. 5. Ideo caro est corripiēda & castiganda afflictionibus, & ieiuniis, &c. quoniā melius est ꝙ corrigat filiū vel filiam, quàm ꝙ vadat ad furcā. Sic corp⁹ est filius, caro est filia: meli⁹ est ꝙ corrigatur à te quàm à sagionibus inferni. i. à dæmonibus. Aucto. Si nosmetipsos diiudicaremus, non vtiq; à domino iudicaremur. 1. Cor. 11. Sed defectus est noster, quia pro sanitate corporis abstinemus libenter, & pro sanitate animæ nolumus aliquid facere. Homines armorū pro nihilo sustinēt tot labores, esuriunt, sitiūt, portant arma ferrea, &c. sed prò anima nihil. Ideo faciet Deus iustitiā & punitionē in inferno. Auct. Dico vobis, ꝙ nisi pœnitentiā habueritis, oēs simul peribitis, sicut illi 18. super quos cecidit turris Siloë & occidit eos. Luc. 13. No. decimūoct. peccatū. s. impœnitētia finalis dānat hominē. Quarta hydria est oratio spiritualis. Quidā faciūt solū orationē corporalē, q solū ore dicūt verba, sed cor cogitat aliud, siue de coquina, siue de foro, siue de taberna. Sed oratio spiritualis est, quādo quis cogitat corde, ꝙ loqtur ore. Au. in regula. Psalmis & hymnis cū oratis Deū, hoc versetur in corde quod profertur in ore. Sic ad hoc innuē: dum coniungūtur duæ manus, quę significant cōiunctiones oris & cordis, & tunc est oratio spiritualis, verbi gratia. Quādo homo dicit pater noster, vel aue Maria, cor debet tūc cogitare cū quo loquitur, quia qui cū Papa, vel Rege loquitur, cū magna reuerētia loquitur non se agitādo, vel induēdo. Sic homo in oratione loquitur cū summo Pōtifice, & Rege Christo, quare cū magna reuerentia aliàs, &c. ideo Apost. Si orē lingua. s. tantū, spiritus meus orat, mēs autem mea sine fructu est. Quid ergo? Orabo spiritu, orabo & mēte: psallam spiritu, psallā & mente. 1. ad Cor. 14. Talis oratio spiritualis purificat animā secundū quòd declarat Christ⁹. Lu. 18. de illo Publicano qui ascēdit ad tēplum, vt oraret dicens, Deus propitius esto mihi pec-

hi peccatori, nesciebat aliam orationem. De quo dicit ibidem Christus. Amē dico vobis, descēdit hic iustificatus in domum suam. ideo oportet semper orare. Lu.18.f. mane & sero non desistere. Quinta hydria est donatio misericordialis, quia Deus est liberalis, & maximè liberalis, ideo dicit ipse, Quod super est date eleemosynam, & ecce omnia munda sunt vobis. Luc.11. Nota, quod super est, scilicet, facta restitutione date eleemosynam de bono iusto, & ecce omnia, scililicet, peccata sunt vobis mūda. Si dicatur quid faciā, quia multa furatus sum & nihil habeo. Responsio secundū ius. Qui non potest soluere cedat bonis, & est liberatus. Quia dicit regula iuris. 14. q.6. capit.1. Si res aliena, propter quam peccatum est reddi possit & non redditur, pœnitentia non agitur, sed simulatur. Si autē veraciter agitur, non remittetur peccatum nisi restituatur, ablatum si restitui potest. plerunque enim quod aufertur amittitur, nec aliud habet vnde restituat, huic certè non possumus dicere, Redde quod abstulisti. Hęc Aug. Sic cedere potestis, & seruire Deo in aliquo bono statu, & orare pro illis quibus tenemini, & sic nullus potest excusari à restitutione, vel corporali, vel spirituali. Tob.4. Ex substantia tua nō aliena fac eleemosynam, Quomodo poteris, ita esto misericors. Si multum tibi fuerit, abundanter tribue, si exiguum tibi fuerit, etiam exiguum libenter impartiri stude. Sexta hydria est remissio iniurialis, si vis vt Deus tibi remittat iniurias, quas tu fecisti cōtra Deū, remitte inimicis iniurias quas tibi fecerūt. In pūcto enim quo remittis inimico tuo, in eodē puncto Deus tibi remittit, quia Deus nō potest superari à creatura in bonitate, quod tamen fieret si tu remitteres, & ipse nō remitteret tibi. Dic quomodo in iudicio particulari, vel vniuersali Deus ostēdet animæ plagas suas dicens, Ecce ergo quid sustinui pro te, videamus, quid fecisti pro me, Benedictus qui tunc poterit dicere cū veritate, Et si ego nō tantum feci pro vobis, quantū vos fecistis pro me, tamen amore vestri remisi talē iniuriam, &c. Deus est cōtentus, ideo dicit ipsemet. Si dimiseritis hominibus peccata eorū, dimittet & vobis pater vester cœlestis delicta vestra. Si autē nō dimiseritis hominibus, nec pater vester dimittet vobis peccata vestra. Matth 6. Ecce quare dicit thema, hydriæ sex positę secundum, id est propter purificationem. Deo gratias.

De eadem dominica. Sermo IIII.

Quodcunque dixerit vobis facite. Ioan.2. Pro introductione sciendum quod inter omnia opera & vtiliora quæ possumus facere pro nostro salute principalius, & maius est obedire mādatis Dei, & non existimet alquis hominū, quod aliter possit intrare Paradisum, nec per dominū, vel potestatē secularē, nec spiritualē, nec per pulchritudinem corporalem, sed per humilē obedientiā. Et ideo cōtra sensus corporis, & inclinationes carnis, & tētationes dæmonū requiritur quod teneāt mādata Dei. Et cōstat cla-

rè per experientiã quotidianã quod persona quæ vult consequi aliquod bonũ finale quod per seipsam habere nõ potest, oportet, quod sit placida, & conformis voluntati illius à quo illud bonũ habet cõsequi, & quod secundum voluntatẽ illius se regat, & hoc apparet in triplici bono.s.in bono corporis, in bono animæ, & in bono vitæ, Primò in bono animę certũ est, quod si homo desiderat habere sciẽtiam, quod est vnũ magnum bonum, & perfectio animę quã per suũ ingenium habere non potest, oportet quod habeat magistrũ, & stet ad regimẽ voluntatis illus. Vnde Philosophus dicit, Oportet addicentem credere. Nam si magister diceret discipulo dicas à, Si diceret discipulus magistro cõtra probo quod est b, bene esset malign⁹, nec esset in gratia magistri. Secũdò apparet in corpore. Si est aliquis habens infirmitatẽ, & nescit quomodo curabitur, oportet quod teneat ordinem medici, & cõsilium ad hoc, vt sanitatẽ cõsequatur. Vnde Aug. Semetipsum interficit, qui præcepta medici seruare contemnit. Nam si medicus diceret vobis, quod comederetis caponẽ, & comederitis bouem, nõ consequeremini sanitatem. Tertiò apparet in vita nostra, vnde figurã, & exẽplum habemus, Gene. 41. vbi legitur, Transactis septem annis vbertatis qui fuerant in Ægypto, cęperunt venire septẽ anni inopię quos prædixerat Ioseph, & in vniuerso orbe pręualuit fames, in cuncta etiam terra Ægypti fames erat. Sed Ioseph filius Iacob præsciebat istã aduersitatem, & caristiam futurã, & factus fuit gubernator per Pharaonẽ in toto suo regno, qui fecit in septem annis vbertatis præcedentibus magnã prouisionẽ, & cũ populus Ægypti veniret ad regẽ dicens, Domine & nos, & filij nostri morimur fame. Respondebat rex. Ite ad Ioseph, & quodcunq; dixerit vobis facite, quasi dicat si vultis liberari ab hac fame, nõ regatis vos secundum voluntatem vestram, sed secundum regimen Ioseph, Nunc ergo gloriã Paradisi nõ possumus cõsequi per nosipsos. Nũquid est aliquis, ita leuis qui possit ascendere ad cœlũ? certè nõ, sed si habet ascendere oportet quod ascendat per manum Christi saluatoris. Nam esse naturę, per nos nõ habemus, quia tu nõ fecisti te quãtũ ad corpus, nec te creasti quantũ ad animã. Vnde Psa. 99. Scitote quoniã Dominus ipse est Deus, ipse fecit nos, & non ipsi nos. Similiter esse gratiæ non possumus habere nisi à Domino Iesu Christo. ad Ephes. 2. Gratia enim estis saluati per fidẽ, & hoc non ex vobis. Dei enim donum est, non ex operibus ne quis glorietur. Similiter esse gloriæ non possumus habere nisi à Deo. vnde Psal. 33. Gratiã, & gloriam dabit Dominus. Oportet ergo, quod postquam desideramus habere gratiã, & gloriã à Deo, quod simus ei obedientes in mandatis, & quod regamus nos secundum voluntatẽ eius. Sic enim exemplum habemus Luc. 10. Nã cum quadã die Christus prædicaret multas excellẽtias gloriæ Paradisi, O quomodo sciebat illas perfectè.

Qui

Quidam legiſlator in amore illus gloriæ fuit inflammatus, dicens Chriſto, Magiſter quid faciẽdo vitam æternã poſsidebo? cui Chriſtus, in lege quod ſcriptũ eſt, quomodo legis? Qui ait, Diliges Dominũ Deum tuũ ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex totis viribus tuis, & ex tota mente tua, & proximũ tuum ſicut teipſum. Dixitq́; illi, Rectè reſpõdiſti, Hoc fac, & viues. Et ideo virgo Maria mater gratiæ ſciens, quod qui vult ſalutẽ cõſequi, oportet ꝙ ſe regat ſecundũ voluntatẽ filij ſui. Dixit nobis thema. Quodcunq; dixerit vobis facite. Modò ſum in materia quã intendo prædicare. Sciendũ ꝙ inter omnia alia quæ Chriſtus mandauit Chriſtianis ad gloriã habendã eſt, quod ſuã ſanctã, & benedictã vitã imitemur, quæ repręſentatur in miſſa. Aut. 1. Cor. 11. & Luc. 22. Hoc facite in meã commemorationẽ. nõ dicit in memoriã paſsionis, ſed ſimpliciter in meã cõmemorationem, quia nõ ſolũ paſsio, ſed etiam tota vita Chriſti à die natiuitatis vſque ad diẽ aſcenſionis ibi repræſentatur. Sed diceret aliquis quod hoc mãdatum fuerit ſolum datũ presbyteris. Sed dico quòd hoc mandatum à presbyteris ad laicos dirigitur, presbyteris, vt memorentur vitã Chriſti celebrando. laicis, vt memorẽtur deuotè audiẽdo. Et propter hoc dicit thema, Quodcunq; dixerit vobis facite, ſcilicet hoc memorando vitã Chriſti, presbyteri deuotè celebrãdo, & laici deuotè audiendo. Nunc ſum in materia prędicanda. Et ſciatis quòd à die qua Chriſtus deſcẽdit de cœlo per incarnationẽ vſq; ad diem quo aſcẽdit in cœlum, tota vita ipſius repræſentata eſt in miſſa ſolenni per triginta opera principalia. Vnde credo ꝙ ſunt multa alia opera quę neſcimus, ideo Io. pęnit. & vlt. Multa quidem, & alia opera fecit Ieſus quę nõ ſunt ſcripta in libro hoc quæ ſi ſcribãtur ꝑ ſingula, nec ipſum arbitror mundũ capere poſſe eos qui ſcribẽdi ſunt libros. Ita ꝙ mundꝰ nõ poſſet ea capere, vel cõprehẽdere, aut lingua hominis dicere quantũ eſt de ſecretis. Nã ita ſunt ſparſa, ac multiplicata ſecreta in miſſa ſicut atomi in radio Solis, & non poſſunt exprimi, nec ſciri, nec dici. Nã nõ ſe mouet presbyter in miſſa, quin ibi ſit ſecretum. Sed nunc dicã vobis principalia, & ſunt triginta. Ideo attendite cũ attẽtione. Primũ eſt incarnatio. Secundũ natiuitas. Tertiũ circũciſio. Quartũ apparitio. Quintũ in tẽplũ pręſentatio. Sext. in Ægyptũ deſcẽſio. Septimũ de Ægypto receſsio. Octauũ inuẽtio in tẽplo. Nonũ baptiſmi ſuſceptio Decimũ ieiunij inchoatio. Vndecimũ vera prędicatio. Duodecimũ miraculorũ oſtẽſio. Tredecimũ cũ apoſtolis cęnatio. Decimũquartum in horto oratio. Decimũquintũ ſua captio. Decimũſextũ ſua crucifixio. Decimũſeptimũ in cruce oratio. Decimumoctauum lateris perforatio. Decimumnonum ſeptẽ verborum locutio. Vigeſimum humanitatis diuiſio. Vigeſimumprimum populi illuminatio. Vigeſimumſecundum ad inferna deſcẽſio. Vigeſimumtertium de cruce depoſitio. Vigeſimũquar-

tum syndonis inuolutio. Vigesimum quintum resurrectio. Vigesimũ sextũ apparitio. Vigesimũseptimum panis comestio. Vigesimũ octauum ad prędicandum missio. Vigesimumnonum Papatus institutio. Trigesimum & vltimum in cęlum ascensio. Primũ opus Christi fuit eius incarnatio, quando descẽdens de cœlo se posuit in vẽtre virginali induẽs humanitatẽ, & dico pro tãto quod induit humanitatem, quia diuinitas erat secretè occultata sub humanitate. Et debetis scire quod incarnatio fuit facta per totam trinitatẽ, quia opera trinitatis ad extra, vt est magistralis regula, sunt indiuisa, sed tamen solus filius remansit indutus humanitate. Sicut per operationẽ trium hominum, qui vestiunt vnam tunicam alicui eorum, certum est quod omnes induunt, sed vnus remanet indutus, & non alij, & sic pater, & spiritus sanctus induerunt humanitatem filio, sed tamen solus filius remansit humanitate indutus. Et hoc dico, quod hoc repręsentatur in missa solenni, & non in alia. Nam quãdo presbyter intrat sacristiam, & ibi tres induunt eum, scilicet, diaconus, & subdiaconus, & ipsemet se induit aliis adiuuãtibus: tamẽ ipse solus remanet indutus. Sic saluator noster Christus summus sacerdos fuit indutus in illa gloriosa sacristia, scilicet, vteri virginalis beatæ Marię plena reliquiis virtutũ, & gratiarũ, & si vultis altius contẽplari, sicut in sacristia reliquię, & ornamẽta, & alia pretiosa custodiuntur, sic in illa pretiosa, & gloriosa sacristia beatæ virginis plena virtutibus, & gratia conseruabãtur iocalia nostræ salutis, scilicet, saluator mundi. Ista ornamẽta fuerũt humanitatis, & pontificalibus fuit indutus in die veneris stando in altari crucis, & si adhuc altius vultis contemplari, sicut presbyter sęcretè induit se in sacristia, nam nullus de populo videt sacerdotẽ se induere, sic quando Christus summus pontifex induit se humanitate in sacristia beatę virginis promissa dicenda in altari crucis, nullus de populo Iudaico vidit, nec sciuit ipsum, tamen fuit incarnatus. Et si vultis plus contemplari, sicut presbyter in sacristia induit septem vestimenta Primum est, si est episcopus sandalia, secundum amictus, tertium alba lõga, quartũ cingulũ, quintũ manipulus, sextũ stola, septimũ casula. Sic Christus summ⁹ sacerdos indutus fuit in vtero virginis Marię septẽ indumẽtis, quę sunt 7. dona spirit⁹ sancti. De quib⁹ Esa. 11. Egredictur virga de radice Iesse, & flos de radice ei⁹ ascẽdet & requiescet sup eũ spiritus domini, spiritus sapiẽtiæ, & intellectus, spiritus cõsilij, & fortitudinis, spiritus scientiæ, & pietatis, & replebit eum spiritus timoris domini. Item. Esai. 4. Apprehendent septem mulieres virum vnum in die illa, scilicet, incarnationis. Nota septem mulieres sunt septem dona spiritus sancti, quæ accipient virum vnum, scilicet Christum. Ecce quomodo ista septem dona spiritus sancti quibus Christus fuit indutus, repræsentantur per istas septem vestes, quibus sacerdos

Habes, sacerdos in his 30 peragraphis significationẽ cæremoniarũ quæ in missa fiunt.

cerdos induit se. Ecce primũ opus Christi. bene ergo dicitur. Hoc facite in meã cõmemorationẽ. s. incarnationis. Secundũ opus fuit ei⁹ natiuitas, quia voluit nasci in diuersorio palã, & manifestè. Etiã nox claruit sicut dies. Itẽ voluit nasci inter Ioseph, & virginẽ Mariã, & iacere inter bouẽ, & asinũ. Itẽ audita fuit, & visa multitudo angelorũ dicentiũ, Gloria in altissimis Deo. Lu. 2. itẽ pastores dicebãt. Transeam⁹ vsq; Bethleẽ, & videamus hoc verbũ qđ factũ est, ꝙ fecit dominus, & ostendit nobis. Ecce ergo qui stabat in illa sacristia gloriosa secretè, postea in natiuitate se manifestauit publicè. Et hoc repręsentat presbyter, quãdo exit de sacristia. Nã presbyter repræsentat Christũ, diaconus beatã virginẽ, subdiaconus Ioseph, qui erat collateralis Christo. Duo autẽ acoliti repręsentant bouẽ, & asinũ, Lux quã portant acoliti in cãdelabris, repræsentat illã claritatẽ quæ resplẽduit in nocte illa. Chorus canẽs gloria patri repręsentat chorũ angelorũ canentiũ. in exitu presbyteri de sacristia cãtatur introitus per quẽ repræsentatur gaudiũ pastorũ sonantiũ fistulas. Itẽ sacerdos exit de sacristia bene ablut⁹ facie, & manib⁹ cũ casula aurea, & totus mũdus sine macula cũ lætitia magna. Hoc fit ad designãdũ ꝙ ita Christ⁹ fuit nat⁹ absq; macula de virgine. Vnde Dauid in spiritu sciẽs natiuitatẽ Christi esse immaculatã dixit. Psal. 18. In sole posuit tabernaculũ suũ, & ipse tanquã spõsus procedẽs de thalamo suo, quia exiuit tot⁹ formosus tanquã sponsus qui exit cũ annulo, & hoc repræsentat episcopus qui induit annulos. Tertiũ opus quãdo. 8. die voluit circũcidi, & qui diligẽter meditaretur quare dabatur circuncisio; videret excellentiã huius operis qũo Christus se humiliauit. Nã sicut latroni datur cauteriũ igneũ, vel scinditur in aure in signũ furti, vt cognoscatur. Sic De⁹ in signũ illius furti, ꝙ fecit Adã faciebat homines circuncidi in illa parte verecundosa. Et tamẽ licèt Christus nõ teneretur ad circuncisionẽ, nec ad incisionẽ cũ nõ venisset per illã generationẽ corruptã. s. Adę sed erat purus sine macula, voluit tamẽ circũcidi. Et hoc repræsentat presbyter, quãdo inclinatus corã altari dicit, Confiteor, &c. Nã licet presbyter fuit cõfessus sacramẽtaliter, aliàs in damnationẽ suã accedit ad altare si habeat cõscientiã peccati mortalis, & copia adsit cõfessoris, & facta cõfessione quãuis nõ habeat peccatũ mortale tamẽ tenetur se dicere peccatorẽ etiã si esset ita S. sicut Ioãnes Baptista. Et hoc ad ostendendũ & significandũ ꝙ Christus qui est initiũ & plenitudo totius sanctitatis ostẽdit se peccatorẽ subiiciẽs se legi circũcisionis. Auct. Misit Deus filiũ suũ factũ ex muliere, factũ sub lege, vt eos qui sub lege erãt redimeret, ad Gal. 6. Quartũ opus fuit apparitio quãdo de fine mũdi à parte oriẽtali, duxit reges per signũ stellæ, & ibi in præsepe inter bestias iacentẽ eũ adorauerunt, & obtulerunt ei aurum, thus, & myrrhã. Hoc præsentat presbyter,

quando post confessionē inclinat se profundè, & sic capite inclinato adorat, & dicit, Aufer à nobis domine, &c. Et sicut reges obtulerūt tria. s. aurū, thus & myrrhā, sic presbyter inclinatus offert thus per deuotā orationē dicens, Aufer à nobis. Offert aurū cū adorat altare cū reuerenti adoratione. Offert myrrhā amarā, quando facit signū crucis ad absolutionē & remissionem, &c. & etiā signando, se memorando dolorose amaram passionē Christi, quasi dicēs illud Tre. 3. Memoria memor ero, & tabescet in me anima mea. Et hæc memoria dolorosa repræsentat amaritudinē myrrhæ. Quintum opus quod fecit saluator noster fuit, ꝙ voluit præsentari in tēplo, & beata virgo inter brachia sua portauit eū ad templū, & obtulit eū sacerdoti, & erant ibi Simeō & illa sancta Anna prophetissa laudantes Deū. Et hoc repręsentat presbyter, quādo vadit ad cornu altaris ante librū dicens introitum missæ. Diaconus & subdiaconus existentes ad latera repręsentāt Simeō & Annā: & acoliti & alij qui audiunt officiū, qui nō debent accedere ad altare, repræsentāt quo modo virgo Maria & Ioseph stabant à lōge humiliter audiēdo. Et licèt potuisset accedere ad altare virgo Maria cùm esset sanctissima, tamē voluit nobis relinquere exemplū ꝙ nō debemus accedere ad altare. Nu. 1. & 3. Quisquis externorū accesserit, occidetur. Et quando Symeō accepit Christū in vlnis suis cantauit, Nūc dimittis, &c. In quo sunt quatuor versus. Ideo presbyter in repręsentatione huius facit quatuor opera. Primò cātat introitū. Secūdò, Kyrieeleyson. Tertiò, Gloria in excælsis. Quartò, orationē. Sextū opus Christi est, quādo aufugit de terra promissionis in terrā Ægypti dās locū furori Herodis, & stetit ibi & sua mater sanctissima & Ioseph septē annis, quibus trāsactis, redierunt tanquā exules. Et hoc repræsentatur in missa quādo subdiaconus vadit ad dicendū epistolā, & presbyter remanet cū diacono, & fugit separās se ab altari, & sedet in cathedra, & ibi sedēdo facit septē opera repręsentātia illos septē annos quibus Christ⁹ cū matre & Ioseph fuit exulat⁹. Primò enim legit epistolā. Secūdò responsoriū. Tertiò alleluia. Quartò ꝓsam. Quintò administratur sacrificiū corā eo. s. aqua & vinū. Sextò benedicit incensum. Septimò dat benedictionē diacono. Hęc Septem repræsentant ꝙ saluator fuit septē annis in Ægypto. Septimū opus fuit, cum de Ægypto recessus. s. quādo postea redierunt de Ægypto in terram promissionis post mortem Herodis regis. Et post eorum reditum mater eius & Ioseph duxerunt eum ad templum in Ierusalem, & ibi fuit amissus, & post triduum fuit repertus inter doctores de rebus legis interrogans, vt dicit Hiero. in prologo Bibliæ. Hoc repræsentat presbyter, quando surgit de sede & venit ad altare, & ibi eum magna diligentia considerat & audit euangelium, & magis docet cū considerat. q. d. Christus in tēplo audiebat Iudæos

& interrogabat. ficut dicitur Luc.2. & sic illa cōtemplatio quā facit presbyter audiendo euangeliū, non est nisi quædā interrogatio ad ostendendū quod Christus prudenter interrogans instruebat doctores in fide. In fine euangelij cantat. Credo in vnū Deū, &cæ. vbi sunt principia fidei catholicę, de quib⁹ Christus instruxit Iudęos. Octauum opus fuit inuentio domini nostri Iesu Christi in tēplo, scilicet, cùm beata virgo Maria inuenit eum in templo, & tale gaudium habuit quod nō poterat lachrymas continere. Videatis quid fecit Christus, statim vt vidit matrē suā, ad eā recurrit confortādo & osculando, & tunc ingressus est cum illis in Nazareth, & quanuis esset dominus mundi, tamē voluit esse subditus illis, vt dicitur Lu.2. & has cōsolationes repræsentat presbyter quādo, dicto Credo, vertit se ad populū, & dicit dominus vobiscum, & osculatur librū euangelij. Et post hoc administratio, quā facit in altari, parādo corporalia, & calicē & ea quę ad sacrificiū pertinēt, repræsentat illud ministeriū & seruitiū, ꝙ dominus noster faciebat suę sanctissimę matri. Et ideo ipsemet dicebat. Mat.20. Filius hominis nō venit ministrari, sed ministrare. Iuuabat enim Ioseph patrē suū putatiuū in officio carpentarij. Rō, quia propter senectutē nō poterat ducere terram, nec secare ligna grossa, ideo iuuabat eum. Et ideo dicit magister Nicolaus de Lyra super illo passu, Nónne hic est faber filius Mariæ Mar.6. ꝙ Ioseph cum Christo, vtebatur suo officio, & ideo dicebant, Nónne hic est filius fabri, quia Christus iuuabat Ioseph, credebāt Iudęi quod esset filius eius. O quā stulti. Nonū opus fuit baptismi susceptio, quādo fuit in ætate.30. annorū venit ad baptismum: & licèt nō fuit ei necessarius, tamen hoc fecit vt sanctificaret aquas in nostrā saluationem. Et hoc repræsentatur in missa, quando presbyter abluit manus. Nónne iam abluit conscientiam per confessionem sacramentalem & manus ante missam, certè sic, sed ideo presbyter lauat manus, non vt lotione indigeat, sed ad repræsentandum quod Christus non indigebat baptismo, cùm esset in eo plenitudo sanctitatis, tamen propter humilitatem & nostrā vtilitatē voluit baptizari, vt daret virtutē aquis ad abluendū nos. Et presbyter, non obstante quod sit cōfessus sacramentaliter, etiā quantumcunq; sit sanctus & sine aliqua macula peccati, debet tamen lauare manus suas. Ideo dicit presbyter. Lauabo inter innocētes manus meas, quasi vellet dicere, quāuis sim purus & mūdus à macula peccati, propter quod sum computatus inter innocētes, tamen domine pro repræsentatione illius ablutionis, lauabo, sicut vos quāuis essetis plenitudo sanctitatis, tamē voluistis lauari. Decimum opus est, quod postquā baptizatus fuit, intrauit desertum & ibi ieiunauit 40. diebus &.40. noctibus. Matth.4. in quibus nullam refectionem corporalem sumpsit, sed stetit semper in oratio-

ne,non pro seipso,cùm nõ indigeret, sed pro nobis peccatoribus. Et hoc repræsentatur in missa quãdo sacerdos se ponit ad altare & ibi in medio iunctis manibus se humiliauit dicẽs, In spiritu humilitatis & in animo cõtrito suscipiamur domine à te,&c.ad ostẽdendum humiliationẽ & prostrationes quas Christus saluator noster faciebat in deserto orando,Et post hæc sacerdos se vertit ad populũ dicẽs,Orate pro me fratres,&c. ad ostendendũ ꝙ Christus pro nobis orabat.Et significat orationẽ quã Christus faciebat in deserto,quæ erat multũ secreta,quia nõ audiebatur ab aliquo.Ita debet sacerdos tunc secretè orare,quia nõ debet audiri ab aliquo.Vndecimũ opus fuit,ꝙ postquã ieiunauit in deserto,incœpit prædicare, & clamare alta voce,Pœnitentiã agite, appropinquabit enim regnum cœlorum.Mat.4.Et ante ieiuniũ nõ sic se manifestauit clarè, sed voluit occultè agere pœnitentiã in deserto,instruẽdo homines occultè agere pœnitentiã, & qualiter debeãt peccata & vitia vitare.& hoc faciẽdo discurrebat per villas & castra, &c.& sicut verbo docebat,ita etiã per opus ostẽdebat. Ideo dicitur Act.1.Cœpit Iesus facere & docere.Notate hoc gẽtes,ꝙ esset magna benignitas & humilitas in imperatore vel rege, si ipsemet iret ꝑ regnũ suũ in plateis publicãdo & pręconizãdo legẽ nouã. Sic fecit Christus,nec parabatur sibi sedes ad prædicandũ,sed ascendebat super aliquem lapidẽ,monticulum siue colliculum, & sic prædicabat fidẽ. Nam in principio nõ habebatur in tanta reuerentia à Iudęis ꝙ pararẽt sibi locum,imò deridebant eũ.Et hoc repræsentat presbyter quãdo dicit alta voce præfationẽ . Et ad ostendendũ ꝙ sicut Christus ea quæ prædicabat ore,opere ostẽdebat,ideo presbyter debet semper tenere in præfatione manus altas,ad ostendendũ ꝙ illi qui prædicant verbũ Dei,debent exẽplo & opere demõstrare illud quod verbo prædicant & loquũtur. Ideo dicebat Apostolus ad Rom.15. Nõ enim audeo aliquid loqui eorũ quæ per me non efficit Christus in obedientiam gentium verbo & factis. Duodecimum opus est miraculorum ostensio,quia nõ solũ ostendebat per opera ea quæ prędicabat, sed etiã per miracula suã doctrinã cõfirmabat quæ nullus nisi Deus potest facere illa perficiendo & percipiẽdo tanquã Deus. Cæcos enim illuminabat, paraliticos sanabat, surdis auditũ restituebat,mutis loquelam,mortuis vitã. Et hoc repræsentat sacerdos quãdo dicit Sãctus,sanctus,&c. Ter dicitur sanctus ad denotandũ quod miracula quæ faciebat,nõ faciebat virtute humana,sed virtute diuina,quæ vna numero existẽs est in tribus diuinis personis.s. patre & filio & spiritusancto.Et vlterius dicitur Osanna, id est,obsecro salua nos. In quo ostendit quod Christus faciebat miracula pro salute nostra. Decimumtertium opus fuit cum Apostolis cœnatio. Christus enim postquã prædicabat prædicationẽ cõfirmabat

bat per opera virtuosa & miraculosa, & cũ appropinquaret tẽpus suæ passionis, venit ad cœnam faciẽdam cum discipulis suis. Ibiq; secretè fecit eis magnum sermonem, quem nullus euangelistarũ nisi sanctus Ioannes scripsit. Et hoc repræsentatur in missa, quãdo sacerdos canonem ita secretè dicit quod nullus audiat nisi qui sunt prope eũ. Sic illum sermonẽ quẽ fecit Iesus, nullus audiuit nisi apostoli. Decimũquartũ opus fuit in horto oratio. Christus enim post dictum sermonem exiuit in hortum Gethesemani ad orandum & ibi tribus vicibus orauit Deum patrem dicẽs, Pater si possibile est, transeat à me calix iste. Mat. 26. Spiritus promptus est, caro autem infirma, propter amaritudinem passionis, quantum ad sensualitatẽ. In tertia vice quãdo orauit, factus est in agonia, & guttę sudoris factę sunt quasi guttę sanguinis decurrentis ad terrã, & tunc venit angelus confortans eum, non quod indigeret, sed sicut seruus confortat dominum suum, quamuis sit robustus, dans sibi bonum cor dicens: Confortamini, quia modò habebitis victoriã de inimicis: sic angelus domino nostro dicebat, Domine, modò animę sanctorum patrum quę expectant vos in sinu Abrahę, iam sentiunt redẽptionẽ tuam esse paratam, & sic cõfortamini in vestra humanitate. Tunc clementissimus dominus fecit orationẽ pro seipso & pro nobis: pro seipso rogans Deum patrem de sua resurrectione, non quod esset de ea incertus vel impotẽs ad resurgendũ, tamen hoc faciebat inquantum homo. Item orauit pro nobis, vt sicut ipse constanter & voluntariè recipiebat mortem pro nobis, sic nos ardentes & fortes essemus ad sustinendum mortem & labores pro ipso, & quod resurgeremus gloriosi. Et hoc repræsentatur in missa quãdo presbyter facit super calicem tres cruces di. Benedictam, ascriptam, ratam, &c. signando illas tres orationes quas fecit in horto. Postea facit duas super hostiam & calicem particulariter, ad ostendendum quòd pro duobus rogabat, scilicet, pro seipso & pro nobis. Quintumdecimum opus fuit sua captio. Postquam enim orauit, ecce venit magna multitudo Iudæorũ cum gladiis & fustibus, & Christus benignissimus voluit capi ab eis & ligari, & duxerunt ipsum ligatũ cum magno vituperio & magnis iniuriis ad Annã, deinde ad Caiphã, ad Pilatum, ad Herodẽ, & finaliter ad Pilatum qui dedit sententiam vt crucifigeretur, à qua sentẽtia noluit appellare, sed baiulans sibi crucẽ in qua debuit crucifigi, duxerunt eum ad montem Caluariæ. Et hoc repræsentatur in missa, quãdo sacerdos tenet hostiam in manibus volens consecrare dicẽs, Benedixit, fregit, &c. signum crucis quod facit sacerdos signat sentẽtiam mortis datã à Pilato super Christo. Decimũsextũ opus fuit sua crucifixio, quia post latã sententiã mortis ductus fuit ad mõtẽ Caluarię, & ibi inter duos latrones suspẽsus fuit ita altè q̃ totum corpus pẽdebat

debat in duob⁹ clauis fixis in manibus. Et hoc repręsentatur quãdo sacerdos leuat hostiã inter manus suas. Per dextrã intelligitur bonus latro à dextris, & per sinistram malus latro à sinistris,& hostia in medio duarum manuum repræsentat Christum pendẽtem in medio duorum latronũ.Albedo hostiæ significat corpus Christi album & discoloratum propter emissionẽ & effusionẽ sanguinis. Post hoc elauat sacerdos calicẽ,quasi diceret,Pater omnipotẽs offerimus tibi pretium nostrę redẽptionis.Et hoc significat quod Christus in cruce obtulit suum sanguinem Deo patri in redẽptiones humani generis.Decimũseptimũ opus fuit in cruce oratio,quia quãdiu fuit viuens in cruce nõ cessauit orare.Vnde dixit,Heli,Heli lamaza bathani:quod est dictum latinè, Deus meus, Deus meus vt quid dereliquisti me.Dicit beatus Hieronymus ꝙ oratio,quam dixit,continet centum & quinquaginta versus psalterij,quæ incipit ab illo Psalm.Deus,Deus meus respice in me,vsque ad versum, In manus tuas cõmendo spiritũ meũ.Ita quod versus,quos Christus dixit existẽs in cruce,fuerunt tot in numero quot sunt psalmi in psalterio.Et maledicti Iudæ,quamdiu stetit in cruce,non cessauerunt ei facere iniurias & vituperia dicentes. O tu maledicte qui decepisti mundũ.O tu incantator qui alios saluos facis,salua teipsum.Alij dixerunt.O proditor qui dixisti quod destrueres tẽplum Dei & reædificares illud in triduo,&c. Et Christus benignissimus nihil respondebat èis,sed cõtinuabat suã orationẽ.Et hoc repręsentat presbyter quando extendit brachia sua dicens,Vnde & memores,&c.tenendo brachia sua ad modum Christi in cruce pendẽtis. Decimumoctauũ opus fuit lateris perforatio, quia licèt sic esset totus vulneratus,& haberet illas quatuor plagas terribiles in manibus & pedibus, tamen etiam amore nostri sustinuit quod corpus suum aperiretur lancea,vnde exiuit sanguis & aqua.Magnum miraculũ fuit,quia iam sanguis suus dispersus fuerat in sudore,flagellatione,spinarum coronatione,& manuum & pedum perforatione.Et hoc repręsentatur quando presbyter cum hostia facit quinque cruces dicẽs,Per ipsum,&c.quæ significãt quinq; plagas Christi principales.Decimumnonum opus fuit verborũ prolatio,quoniam sic pendẽs Christus in cruce dixit septem verba principalia. Primum quãdo orauit pro suis crucifixoribus. Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt,&c. Crediderũt enim se suspẽdere vnũ peccatorem & suspenderunt Christum.Secũdò fuit quãdo latroni dixit,Amẽ dico tibi,quia hodie mecũ eris in paradiso.Tertiò quãdo aspexit matrem in angustia & dolore ad pedes crucis, ita mirũ erat quòd non scindebatur cor eius præ dolore, quæ sibi dicebat: O fili dilectissime loquimini latroni & nõ matri,&c. Tunc ait mulieri,Ecce filius tuus. Et ad Ioannẽ, Ecce mater tua. Quartũ dixit,

Heli

Eli Eli lamazabathani. Hoc est Deus meus, Deus meus, vt quid dereliquisti me. Non fuit derelictus à deitate, sed ab amicis & apostolis. Quintū, sitio, Sextū, consummatū est. i. opus nostræ redemptionis. Septimū. Pater in manus tuas cōmendo spiritū meū, & inclinato capite emisit spiritū. Et hoc repræsentatur in missa quando presbyter dicit alta voce. Pater noster, &c. In qua septē sunt petitiones, secundū 7. verba quæ Christus dixit in cruce, & propter hoc sacerdos dicit illud alta voce, Vigesimū opus fuit humanitatis diuisio. Postquā enim mortuus & plagatus fuit voluit in tres partes partiri. Prima pars fuit corpus sanctissimum, quod remāsit in cruce. Secunda pars fuit sanguis qui fuit effusus in terra ad pedes crucis. Tertia pars fuit anima quę descēdit ad inferos, & hoc modo Christi humanitas fuit diuisa. Et hoc repręsentat presbyter quādo frāgit hostiā in tres partes, nō tamē diuinitas ab aliqua earum partiū fuit separata, sed tota erat cum corpore & etiam cū anima, sicut si pomū diuidatur in plures partes, tamē in omni parte erit odor, sic licèt humanitas Christi fuit diuisa, tamē tota in qualibet parte eius personaliter & suppositaliter erat diuinitate plena, sicut quælibet pars vitri est plena sole hoc est lumine solis. Vigesimumprimū op⁹ fuit populi illuminatio quādo cōuertit multas cōditiones personarū. Volebat enim quod appareret fruct⁹ suę passionis, ideo primò cōuertit latronē qui fuerat malæ vitæ. Secūdò cōuertit Centurionē qui dixit. Verè filius Dei erat iste. & verè hic homo iustus erat. Tertiò conuertit populū inimicum, quia vt dicitur. Luc. 23. Omnis turba eorū qui simul aderāt ad spectaculū istud, & videbāt quæ fiebāt, percutientes pectora sua reuertebātur. No. quod nō omnis turba cōuertebatur, quia malitia Scribarum & Pharisæorū nō cōuertebatur, sed gentes simplices & ignorātes reuertēdo dicebāt, O miseri credo quod redēptor noster crucifixus est. Et quia Christus in passione conuertit has tres cōditiones personarum, ideo presbyter dicit ter Agnus Dei, &c. Nam primò dicimus Agnus Dei pro quolibet peccatore, vt sicut Deus pepercit latroni, sic & nobis peccatoribus. Secundò dicimus Agnus Dei petēdo, sicut Domine pepercisti Centurioni & eū illuminasti, sic illumines & parcas cuilibet habenti regimē populi vel animarū vt salutē cōsequatur. Tertiò dicimus Agnus Dei petendo, ô Domine sicut populū inimicū conuertisti, ita cōuertas populū cōmunem Christianū, & illū conseruare digneris in pace & miserere peccatis eorū. Vigesimūsecundū opus fuit quod noluit ascēdere recta via in cœlū, sed sua humanitate prius multum secretè descēdit ad inferos ad dandū gloriā sanctis patribus, qui statim videntes eum habuerunt gloriā. Nam expectauerant eū in sinu Abrahæ cū desiderio magno quasi per quinq; millia annorū. Et hoc repræsentatur quando presbyter vnam partem hostiæ dimittit secretè cadere in calicem, & ibi

Quod Christus semel assumpsit nunquam amisit.

S inebria-

inebriatur ad deuorandum quod in Christi descensu ad inferos intantum fuerunt animæ sanctorũ patrum inebriatæ gloria Christi quod nesciebant quid agere debebãt, & cum ista dulcedine amoris laudabant Deum dicentes illud. Luc.1. Benedictus Dominus Deus Israël, quia visitauit & fecit redemptionẽ plebis suæ. Vigesimũtertium opus fuit quãdo post suã benedictã mortem voluit deponi de cruce per manus Ioseph ab Arimathia & Nicodemi, qui de licentia Pilati eum amouerunt de cruce. Tunc B. Virgo cũ Maria Magdalena, & aliis erãt in circuitu plorantes. Nã B. Virgo osculabatur oculos eius di. O oculi gloriosi qui vident corda hominũ & abscõdita cordium. Deinde aures di. O aures sacratę quæ audiũt melodias angelorum. Deinde nares di. O nares benedictæ quę sentiunt odorem paradisi. Deinde faciem. O facies iocũda quæ das angelis gloriam. Deinde vulnus lateris di. O porta gloriosa per quã habemus ingressum in paradisum. O fideles Christiani qui desideratis gaudiũ paradisi, iã est porta aperta quã filius meus vobis aperuit. Deinde manus di. O manus quæ formauerũt omnia. Deinde pedes di. O pedes benedicti qui sustinẽt totum mundum & mensurant gloriã paradisi. Tunc Maria Magdalena & alij fideles appropinquabãt Iesu festinãtes pro adorãdo eum osculãdo. Et hoc repręsentatur in missa quãdo dat pacẽ & per modicũ spatiũ tenet corpus Christi in manibus ante cõmunionem. Tunc enim presbyter vel sacerdos si bonus est, debet cogitare dolorẽ quẽ habebat beata virgo Maria cùm tenebat Iesum Christum Dominum nostrum in gremio, & etiã dolorẽ Marię Magdalenę & aliorum iuxta corpus Christi contemplando vulnera & plagas quas pro nobis sustinuit, &c. Vigesimumquartum opus fuit quando voluit vngi balsamo & myrrha & inuolui in sindone munda. Deinde poni & includi in monumẽto, id est sepulchro nouo lapideo sine aliqua fractione. Et hoc repræsentatur in missa quando videlicet sacerdos sumit corpus Domini nostri Iesu Christi. Nam corpus presbyteri est monumẽtum nouũ Christi, dico nouum, quia in corpore presbyteri aut sacerdotis nõ debẽt esse sordes vel maculę peccati, sicut in monumẽto Iesu Christi vbi nondum quisquã positus fuerat, sic debet esse nouum per pudicitiã & castitatem. Et sicut monumentum erat lapideũ & firmũ, sic presbyter debet esse fortis & firmus in fide & bona vita. Et sicut corpus Christi fuit inuolutũ in sindone munda, sic corpus presbyteri debet esse mundũ per castitatẽ, quia intus habet reponi corpus Christi. Et sicut corpus Christi fuit balsamatũ, sic corpus presbyteri debet esse plenum virtutibus, vt iustitia, pœnitẽtia, &c. Itẽ credere possumus piè. Licèt tex. bibliæ nõ dicat quod beata virgo Maria Magdalena & alij fideles credẽtes quod Christus resurgeret tertia die, collegerunt sanguinẽ qui sparsus fuerat ad pedes crucis, & cum magno honore fuit positus in aliquo

quo vase mundo & repositus in sepulchro cum corpore. Nam sciebat beata virgo Maria quod cum corpore tertia die resurgeret. Ideo presbyter tanquã sepulchrum Christi accepit sanguinẽ. O cor presbyteri, Tu es sepulchrũ Christi sanctius & pretiosius quã sepulchrũ Hierusalẽ. Nam illud est lapideum, & tu es ad imaginẽ Dei & similitudinẽ. Item corpus presbyteri vel sacerdotis est vnctum & consecratum. & ideo magis sanctum, &c. Item in sepulchro fuit corpus Christi mortuum, sed in corpore sacerdotis viuum. Item ibi fuit semel positum, hîc autem toties quoties sumitur. Item corpus Christi non tetigit sepulchrum lapideum eò quòd fuit inuolutum linteaminibus, & tamen dicitur sanctũ. quãtò magis corpus presbyteri debet dici sanctum, quia corpus Christi nõ in eo ponitur inuolutum, sed, &c. O presbyter cogita bene de istis. Vigesimumquintum opus fuit quando resurrexit de vita mortali ad vitã immortalem, tunc repertum fuit monumentũ apertum. Et repræsentatur in missa quando presbyter vadit de medio altaris ad cornu, & significat quod illud corpus fuit mutatũ de vita mortali ad immortalẽ. Item in altari ostendit publicè calicem vacuum, ad ostendendum quod monumentum fuerit repertum vacuum, & apertum. Item diaconus plicat corporalia ad denotandum quod in sepulchro fuerunt reperta linteamina plicata, & inuoluta. Vigesimumsextũ opus fuit apparitio quando post gloriosam resurrectionem apparuit Mariæ Magdalenæ, & discipulis. Tunc piè credendum est quod primò apparuit beatæ virgini cum sanctis, & angelis. O cogitate quantam consolationem habuit beata virgo Maria quando vidit filiũ suum cum tanta multitudine sanctorum, & sancti patres reuerenter eam salutantes dixerunt, Regina cœli lætare, de cætero cessa flere: quia quẽ meruisti portare, resurrexit sicut dixit. Et hoc repræsentat presbyter in missa quando dicit communionem, quæ significat verba consolatoria, quæ beata virgo habuit cum filio suo. Vigesimumseptimum opus fuit quando apparuit discipulis stãs in medio eorum, & dicens: Pax vobis, Et repræsentat hoc presbyter quando vertit se ad populum dicens, Dominus vobiscum. Vigesimumoctauum opus fuit ad prædicandum missio, quando voluit ascendere in cęlum: vocauit apostolos dicens eis. Euntes in mundum vniuersum, prędicate euangelium omni creaturę. Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit. Marci vltimo, & Matthæi 18. Euntes, scilicet in mundum vniuersum, docete omnes gentes baptizantes eos in nomine patris, & filij, & spiritus sancti. Et hoc repræsentat in missa quando presbyter dicit, Ite missa est, quasi dicat populo, Ite ad prãdium, quia perfectum est sacrificium, sicut Christus dixit, Ite in mundum vniuersum. Ita sacerdos completo seruitio dicit, Ite, &c. Vigesimumnonũ opus fuit Papatus institutio quando promissum sancto

Petro,& aliis apostolis copleuit ponens eũ in possessione.Papatus: Per ista verba,Io.21.Pasce oues meas.tunc institutus fuit Papa.Etiã aliis dixit,Accipite spiritum sanctum,quorum remiseritis peccata, remittuntur eis,& quorum retinueritis retenta sunt. Ioã.20.Et hoc repræsentatur quãdo in fine missæ presbyter se humiliat inclinando,& dicit. Placeat tibi sancta trinitas, &c. Tunc reddit gratias osculando altare,& significat humilitatẽ,& misericordiã infinitam per quas Deus voluit se tantũ humiliare dando hominibus tantam potestatem,scilicet dimittẽdi peccata,quod soli Deo cõuenit.Quis enim potest dimittere peccata nisi solus Deus?Et ideo presbyter inclinat se ad denotandum quod antequã Deus se inclinasset, vt esset homo,homines non habuerũt tantam potestatẽ. Deinde signat se, & populũ signo crucis ad denotandum absolutionem peccatorum quæ fit virtute sanctæ crucis. Trigesimũ opus fuit in cœlum ascensio quando videnre matre sua cũ apostolis,& aliis discipulis, ascendit ad cœlos,& eleuatis manibus benedixit eis. Luc.vlt. Et hoc repræsentat presbyter in missa quando dat benedictionẽ. Vnde ex illo ecclesia duxit in cõsuetudinem quod episcopi in fine missæ dent benedictionẽ,& etiã sacerdotes. Et quod Christus posteà ascendit cęlũ significatur in hoc quod presbyter reuertitur ad sacristiã vnde exiuit. Ecce quomodo vita Christi repræsentatur in missa solenni. Ideo dicit thema. Quodcunque dixerit vobis facite,scilicet repræsentando in missa totam vitam Christi, & nõ solùm passionem. Et ideo bonæ gentes hoc facite in meam commemorationem, scilicet quod vos presbyteri deuotè celebretis memorando vitam Christi, & vos laici deuotè audiatis,non loquendo in missa,nec appropinquãdo ad altare,sed tacitè orando,ita quod nõ turbetis alios astantes.Ideo virgo Maria dicebat,Quodcunq; dixerit vobis facite Vos Christiani qui estis dilecti audite iudicium patris.s.missam,vt salui sitis.ideo missa vocatur iudiciũ,vt in maiori reuerẽtia habeatur.Nã presbyteri debẽt esse multũ inflãmati in isto sacramẽto. Etiã populus cũ magna deuotione,& reuerẽtia debet audire missam,& cõcordat scriptura dicens.Iudicium patris audite filij,id est vos Christiani qui filij Dei estis.1.Ioã.3.Videte qualẽ charitatem dedit nobis pater,vt filij Dei nominemur,& simus,& sic facite,vt salui sitis.Ecclesiast.3.Quod vobis concedat omnipotens Deus. Amen.

Domica I I.post octa.Epipha. Sermo I.

S*Ecutæ sunt eum turbæ multæ*.Mat.8.In præsenti sermone intendo declarare modos quibus possumus ire ad gloriã, credo quod erit materia Deo acceptabilis & gratiosa,nobis vtilis,& proficua,sed primò salutetur virgo gloriosa,&c. Secutæ sunt eũ, &c. Pro huius verbi declaratione sciendum quod est vna auctoritas quæ videtur esse contra thema. Quis est homo,vt sequi possit

regem factorē suum.Eccle.2.Ita quod videtur imposſibile ipſum ſequi.Et dicit thema, Secutæ ſunt eum turbæ, &c.Et concordatur ſic. Quoniã ſequi Chriſtũ poteſt intelligi dupliciter.ſ. per æquiparantiã, & ſimilitudinē. Primo modo imposſibile eſt ipſum ſequi, quoniã ſicut ſtellæ dicuntur ſequi ſolē non per æquiparantiã, ſed per ſimilitudinē ab Oriente in Occidente, ita de Chriſto qui dicitur ſol in ſcriptura.Malach.vlt.dicit Deus pater. Orietur vobis timētibus nomen meũ ſol iuſtitiæ, Sol iuſtitię canit eccleſia Chriſtus Deus noſter.Et nos Chriſtiani dicimur ſtellæ.Daniel.12. Qui ad iuſtitiam erudiunt multos, erunt quaſi ſtellæ in perpetuas æternitates. Sicut enim ſtellæ ſequuntur ſolē non per æquiparantiã, quia imposſibile eſt, ſed per ſimilitudinē, ſic Chriſtiani dicuntur ſequi Chriſtũ non per æquiparantiam, quia illud eſt imposſibile, & ſic intelligitur illa auctoritas, Quis eſt homo, &c.ſed per ſimilitudinē ſeruãdo doctrinas ſuas, & fidem catholicam, tenendo eius mandata, & cauendo à peccatis.Hoc modo eſt neceſſariũ ſequi Chriſtũ, & iuxta hunc modũ dicit thema.Secutæ ſunt eũ turbæ multæ. Et ideo iuxta motiuũ thematis oportet declarare quot modis, & quibus debemus, & poſſumus ſequi Chriſtum per ſimilitudinem, & inueni in ſacra ſcriptura quatuor modos quomodo debemus ſequi Chriſtum.

Primò ſicut lumen reſplendens,
Secundò ſicut ductorem præcedentem,
Tertiò ſicut patrem reuerendum,
Quartò tanquam principalem excellentem.
Pro quolibet iſtorum dicit the. Secutæ ſunt eum, &c.

Dico primò quod debemus ſequi Chriſtum ſicut lumen reſplendens, quoniã illum qui vult de nocte bene incedere, oportet lumen præcedere ne homo cadat. Sic qui vult benè, & rectè ambulare in nocte huius vitæ, debet ſequi Chriſtum qui eſt vera lux, quia ſicut in lucerna ſunt tria.ſ.cera mollis, & fragilis, bombix, & lux, ſic in Chriſto ſunt tria, ſcilicet, caro mollis, & fragilis ſimilis in ſpecie carni noſtræ. Et ſicut cera ſine maſculo procedit ab ape, ſic caro Chriſti à virgine Maria, quia non ex virili ſemine, ſed myſtico ſpiramine verbum Dei factum eſt caro. Secundum eſt bombix.ſ.eius anima ſanctisſima, albisſima per puritatem. Tertium eſt lumen.ſ.diuinitas ſancta. Et iſta tria non ſunt niſi vna lucerna, id eſt, vna perſona Chriſti, quoniam in lucerna humanitatis eſt lumen diuinitatis ad illuminandum ſe, & omnes alios, quod nō poſſet niſi eſſet Deus. Sequamur ergo hoc lumen ſeruando eius doctrinas ne cadamus deuiantes in erroribus, & falſis opinionibus. De iſto lumine prophetia Eſaiæ 9. Populus qui ambulabat in tenebris, vidit lucē magnam, habitantibus in regione vmbræ mortis lux orta eſt eis. Nota populus qui ambulabat in tenebris, ſcilicet, errorum, & falſarum opi-

Tria in candelæ cera ſignificata.

opinionum quantum ad intellectum. In istis tenebris fuit mundus quousq; venit lumen.s.Christus Dominus Deus noster, non solùm quãtum ad simplices ignorantes,sed etiã quantum ad magnos philosophos,qui licet ponerent vnum primum principium,&c. tamen statim cadebant in errorem dicentes quod etiam erant alia principia.s.materia, & forma & priuatio. Sed populus qui ambulabat in tenebris vidit lucẽ magnam.s.doctrinã euangelicã habitantibus in regione vmbræ mortis.s.per malam vitam,& vitiosam,lux orta est eis. Tenebræ dicuntur esse in intellectu propter errores intellectus. vmbræ verò mortis dicuntur peccata. Ideo dicit Zacharias Luc.1. Visitauit nos oriẽs ex alto. Illuminare his qui in tenebris cõtra errores intellectus,& in vmbra mortis sedent.s.contra peccata,& malam vitam ad dirigendum pedes nostros.s.in intellectu, & affectu, in viam pacis. Dic quomodo Christus illuminauit nos duodecim conclusionibus fidei. Ecce magis illuminata est modò vna vetula, & plus scit de Deo quàm sciuerint antiquitùs omnes philosophi. Prima conclusio est, Credo in Deum patrem omnipotentem creatorem cœli & terræ. Nunquam philosophi sciuerunt istã conclusionem. Idem potest dici de aliis articulis fidei. Dicatur semel Credo. inducendo vt ipsum dicant qualibet die de mane, & sero genibus flexis,ad instar militis homagium facientis,&c.ad Rom.10. Si confitearis in ore tuo Dominum Iesum,& in corde tuo credideris,&c. saluus eris. De hac sequela luminis ipsemet Christus,Ego sum lux mundi,qui sequitur me non ambulat in tenebris,sed habebit lumẽ vitæ.Ioã.8.Ergo secutæ sunt eum,&c.Dico secundò quòd debemus sequi Christum,sicut ductorem precedentem,quoniam qui habent ire per longam viam ignotam & periculosam, oportet eos habere ductorem quem sequantur.Deus in principio huius mundi præsentis vitę dedit duos ductores humano generi,scilicet Adã, & Euam, qui in prima dieta errauerũt viam. Adam recessit ad sinistram,Eua autem ad dextram,Quoniam sicut in corpore est dextra,&sinistra, sic etiam in affectu. Amor dicitur dextra, timor autem sinistra.Eua peccauit amore,scilicet habendi sciẽtiam vt Deus. Adam autẽ peccauit timore ne contristaret suas delicias,vt dicit Augustinus.Nota practicè quomodo Eua portauit de fructu vetito Adæ,& sic contra totum genus humanum errauit viam,peccando amore vel timore. Deinde Deus dedit multos ductores alios,scilicet Patriarchas,Prophetas,& etiam omnes errauerunt. Vnde dicit Aug.in lib.de natura & gratia. Si omnes sancti,& sanctæ dum hîc viuerent interrogati fuissent, vtrum sine peccato essent, omnes vna voce clamassent, Si dixerimus, quia peccatum non habemus ipsi nos seducimus,& veritas in nobis non est,excepta hac virgine Maria de qua propter honorem Domini cùm de peccatis agitur, nullam volo prorsus

Peccauit Eua amore, & Adã timore.

Aug. de natura & gratia.

quæ-

quæstionem habere. Item Esai.53. Omnes nos quasi oues errauimus,& vnusquisq; in viam suam declinauit,&c. Propter hoc Deus pater misit nobis alium ductorem, scilicet, filium suum benedictum,qui vt esset visibilis recepit humanitatem, qui sequendus est non solùm tanquam lumen, sed etiam tanquam ductor qui nunquam errauit viam.1.Pet.2.dicit scriptura, Sequamini vestigia eius qui peccatum non fecit. Necessitas sequendi hunc ductorem potest declarari secundum biuia, & pericula, quæ sunt in via abhinc vsq; ad cœlum, in qua sunt septem biuia, scilicet, septē peccata mortalia,& septem virtutes oppositæ. Qui ergo vult ire ad Paradisum, sequatur ductorem Christūm, attendendo per quam viam iuit ipse. verbi gratia. Primum biuium est de superbia,& vanitate ad sinistram per quam vadunt plures, vt domini, & prælati ad infernum, & de mansuetudine,& humilitate ad dexteram, per quam iuit Christus ductor noster. Et ipsum sequuntur humiles,& mansueti. Ideo dicitur Matth.11. Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde, & inuenietis requiem animabus vestris,&c. Secundum biuium est de auaritia,& cupiditate per quam vadunt auari ad infernum, scilicet, vsurarij,&c. cum Iuda. Et de misericordia,& liberalitate ad dexterā per quam iuit Christus,& omnes qui ipsum sequuntur, scilicet, misericordes. Ideo Luc.12. Videte & cauete ab omni auaritia. Tertium est de luxuria,& carnalitate per quam vadūt ad infernum luxuriosi concubinarij,&c. Et de munditia, & puritate per quam iuit Christus, virgo Maria,&c. & virgines,& casti qui ipsum sequuntur. de quibus dicit ipse, Sunt eunuchi qui seipsos castrauerunt propter regnum cęlorum. Mat.19. Castratur homo vitando occasiones, opportunitas, & malas societates, & non scindendo aliquod membrum à corpore, Quartum est inuidia,& malignitas quæ est via tenebrosa, per quam vadunt ad infernum inuidi,& de amore,& charitate per quam iuit ductor noster Iesus Christus, quia quidquid fecit pro nobis, totum fecit amore, quem sequūtur charitatiui. Ideo dicit ipse, In hoc cognoscent omnes, quia discipuli mei estis, si dilectionem habueritis ad inuicem. Ioann.13. Quintum est de gula, & voracitate. via est aquosa per quam vadunt ad infernum omnes gulosi,&c. Alia est de abstinentia, & parcitate per quam Christus iuit tota vita sua, & ipsum sequuntur abstinentes. Lucæ.20. Attendite ne grauentur corda vestra in crapula,& ebrietate, & curis huius vitæ,&c. Sextum est de ira, & iniquitate, via est petrosa per quā vadunt ad infernum omnes iracundi,& vindicatiui. Alia est de patiētia,& benignitate, per quam iuit ductor noster Iesus Christus. Nota eius patientiam circa eius crucifixores di. Pater dimitte illis, non enim sciunt quid faciunt, &c. Lucæ.23. Et ipsum sequuntur pacifici quibus dicit, Pacem relinquo vobis, pacem meam do

vobis.Io.14.Septimum est de acidia,& otiositate per quam vadunt ad infernum omnes otiosi. Alia est de negligentia,& operositate per quã iuit Christus qui fuit diligẽtissimus in omnibus, & ipsum sequuntur diligẽtes di. Dum tempus habemus operemur bonũ ad omnes. Ad Gal.6.Ecce quomodo sequendus est Christus tanquam ductor præcedens. Hinc Iacob ait fratri suo Esau. Præcedat Dominus meus ante seruũ suũ,& ego paulatim sequar vestigia eius Gen. 33.Benedictus qui potest dicere cũ sancto Iob.23.Vestigia eius secutus est pes meus,viã eius custodiui,& nõ declinaui ex ea. Dico tertiò ꝙ debemus sequi Christum tanquam patrem reuerendum.Dic quomodo boni filiĳ sequuntur corpus patris quãdo ducitur ad sepeliẽdum plorãdo,&c.Pater omniũ Christianorũ est vnus.s. Christus. Auct.Omnes vos fratres estis .Dicit Christus Christianis. Et patrem nolite vocare super terrã.Ideo illi qui leuant infantẽ dicũtur patrini diminutiuè.Vnus est enim pater vester qui in cœlis est. Mat.23.No.patrẽ nolite vocare super terrã, sed in hac generatione spirituali ecclesia est mater,Christus autem est pater , qui in cruce pro nobis mortuus est,cuius mors,& passio debet nobis esse recẽs, & quolibet die pręsens in memoria,ipsum sequendo per pœnitentiã,vt boni filĳ.Ideo dicit ipse . Si quis vult me sequi,abneget semetipsum,& tollat crucem suã,& sequatur me Mar.8.No.abneget semetipsum.i.sensualitatẽ , quoniã oẽs sensus corporales,& membra declinant ad malum. Gen.8. Sensus & cogitatio humani cordis prona sunt ad malũ ab adolescẽtia sua. Ideo oportet abnegare semetipsum.i.sensualitatẽ,& tollere crucẽ pœnitẽtiæ,quę ad instar crucis Christi habet quatuor brachia.i.quatuor opera pœnitẽtialia.Brachiũ inferius quod figitur in terra,significat cordis contritionẽ quę est secreta intus in corde.Brachiũ superius est emendãdi propositũ iuxta voluntatẽ Dei viuẽdo, altè ad Deũ respiciẽdo.Dextrũ significat confessionẽ oris, quia ad dextrã confessoris se ponere debet,ne videatur à confessore,& verecundetur,vel si est mulier ne confessor tentetur. Brachiũ sinistrũ significat iniunctæ pœnitentię obseruationẽ.Si quis vult post me venire abneget semetipsum.i.proprias inclinationes,& sensualitates, & tol.crucẽ suã,& se.me.Lu.9. Quartò sequi debemus Christũ tanquam principalẽ excellentẽ qui suis militibus ipsum sequẽtibus dat magna pręmia, & salaria.s.gloriã cœli.ideo Eccle.23. Gloria magna est sequi Dominũ,lõgitudo enim dierũ assumetur ab eo.Si homines armorum modico salario sequuntur ad bellum principẽ cum tot periculis,& laboribus,quãtò magis nos Christiani debemus sequi principẽ nostrum Iesum Christum qui dat nobis magnũ salarium .s. regnum cœlorũ sine tantis periculis:ideo perseuerãdo in bona vita sequamur ipsum in præsenti per gratiã,& in futuro per gloriã.Deo gra.

De ea-

De eadem dominica. Sermo II.

Ecce leprosus veniens adorabat eũ. Mat.8. Pro huius verbi declaratione iuxta intellectũ spiritualem quẽ volo pertractare, sciẽdum quod Christus in sacra scriptura nominatur multipliciter, secundũ diuersas excellentias. Inter cætera dicitur medicus. Ratio, quia sicut bonus medicus primò studet theoricã, deinde practicã. Sic Christus theoricam medicinæ in studio trinitatis per æternam generationem de patre, intantum quod dicitur fons sapientiæ. Eccle.1. Fons sapiẽtię verbũ Dei in excelsis. Et quando voluit practicare venit in hunc mundum, quia in cœlo non est aliqua infirmitas peccati, quia ibi nullus peccat, nec corde, nec ore &c. Sed in hoc mũdo sunt infirmi, quia nullus sine crimine viuit. Ideo Christus motus pietate venit ad curandum infirmos. Augu. Magnus de cœlo ad nos venit medicus, quia magnus per totum mundum vbique iacebit ægrotus. Et patet ratio suæ benedictę incarnationis. De ista materia habetur Mat.9. & Mar.2. & Lu.5. Nota quod semel quidam sanctus homo inuitauit Christũ ad prandiũ. Et dicit textus euangelij, quòd accesserũt publicani & peccatores, & discumbebant cum Iesu & discipulis suis. Quod videntes Pharisæi inimici Christi murmurauerunt, & dixerunt discipulis Christi, Quare cum publicanis, & peccatoribus manducat magister vester? Respondit Christus di. Non est opus valentibus medicus, sed malè habentibus. Patet ergo quomodo Christus dicit se esse medicum, qui venit ad curandum infirmos, ideo dicit euangeliũ hodiernum, quòd quidam homo leprosus venit ad eum, vt sanaretur ab eo, hoc dicit thema. Ecce leprosus veniens, scilicet, ad Christum medicũ, &c. Patet thema. In quo themate ostenduntur nobis duo.

Primò nostra malitia criminalis, ibi,

Ecce leprosus.

Secundò vera medicina virtualis, ibi,

Veniens adorabat eum.

Quantũ ad primũ nota, ꝙ lepra est terribilis & horribilis infirmitas secũ afferẽs.7. defectus magnos. Ideo signat.7. peccata mortalia, ideo peccator dicitur leprosus. Primus defectus est, quia inflat hominẽ. ideo signat peccatũ mortale superbię, quæ nõ est nisi inflatio cordis quando persona cogitat genus suũ honores vel dignitates, officiũ vel scientiã cor inflatur ad superbiã ad intra, & statim sequitur põpa & vanitas ad extra. Cõtra tales dicit scriptura.1.ad. Cor. 5. Et vos inflati estis, & nõ magis luctũ habuistis. Humiles autẽ & simplices & pauperes gaudere possunt, quia in iudicio statim cõputabunt cũ Christo. Sed inflati sunt magni domini & pręlati qui habẽt magnũ cõputum dare. Sap.6. Iudicium durissimum in his qui præsunt fiet. Exiguo enim cõceditur misericordia. Potẽtes autem po-

Septem defectus septẽ vitia capitalia designantes.

potenter tormenta patientur. No. quomodo cuilibet quando moritur fit iudicium durum, quãdo dicit Christus. Redde rationẽ villicationes tuæ. Luc. 16. Primò de cogitationibus cordis, de omnibus malis desideriis, inuidiis, odiis, &c. Idem de omnibus verbis otiosis, horis de cibis, & idem de omnibus operibus. Sed iudicium duriùs fit, quando nõ solùm de persona sua, sed etiam de domo & familia habet dare rationẽ, si sustinuit ribaldos, si fecit superfluitates, qualiter nutriuit filios, & filias. No. 1. Reg. 4. de Heli sacerdote, quia nõ corripuit filios suos fuit plagatus cum filiis & populo, & fuerunt interfecti. 30. millia & vltra. arca Dei fuit capta, filij Heli in prælio occisi, ipse verò morte præuentus. Exhortare pro correctione puerorum. Sed iudicium durissimum fit quando non solũ habet dare rationem de persona sua Domino, sed etiam de omnibus vasallis & subditis, de animabus sibi cõmissis. Ideo Domini & magni prælati magis deberẽt flere quã gaudere & superbire. Ideo dicit, & vos inflati estis. Secundus defectus lepræ est quod prouocat sitim. Ideo signat peccatum auaritiæ, quoniã auarus semper sitit, nec potest satiari pecunia. Declaretur iuxta similitudinem esurientis, qui videt mensam abundantem, & nõ potest comedere qui nõ satiatur ex solo visu, quia esca nõ intrat intus, vbi est esuries. Idem de esurie diuitiarum, quæ est in corde quo nõ intrat pecunia, sed ponitur in bursa vel tacea quę satiatur, sed nõ satiatur cor auari, sed si auarus biberet vnã grandem mensuram de auro vel argento liquefacto, tunc satiaretur ne ampliùs sitiret. Ideo dicit scriptura. Eccl. 5. Auar9 nõ implebitur pecunia, licèt impleatur bursa, vel tacea auari. Et qui amat diuitias, fructũ. s. satietatis, nõ capiet ex eis, quia nõ intrat intrò vbi est sitis. Ista est ratio, quare maiores domini sunt etiam maiores raptores, & prædones, sed si pauper homo recipit aliquid, dicitur latro & punitur. Dic historiam de pirata capto ab Alexãdro magno. Cui dixit, Ego qui paruo nauigio victũ quæro vocor latro, sed tu qui cũ magna classe capis totũ mũdũ vocaris imperator, Qui cũ fuisset dominus totius mundi & audisset opnionem Democriti philosophi quod erãt. 1000. milia mundorum, dixit Alexander, Heu miser & adhuc nõ acquisiui, nec possedi, nisi vnum. hoc dixit, quia nõdum erat satiatus. Sed illi satiãtur qui nolunt aliquid de mũdo, nisi Deũ, ideo Ioan. 4. dixit Christus, Omnis qui bibit ex aqua hac, scilicet, terrenali superbię sitiet iterũ. ideo de auaro potest dici thema, Ecce leprosus, &c. Tertius defectus lepræ est, quia inficit cohabitãtes, quia morbus est cõtagiosus, ideo leprosi separantur. Ideo significat peccatũ luxurię, quia vna persona luxuriosa inficit & corrumpit aliã, quia vna mala mulier vellet, quod omnes essent tales. Idem de ribaldo religioso, presbytero vel laico. Idẽ de meretrice secreta, quando sustinetur in vico. Nota de illo qui intra annũ 70. mulieres bonas

bonas fecit putanas. Quæstio est vtrū sine peccato possint sustineri à rectoribus cōmunitatū lupanaria. Respōdet Aug. quod sic di. Aufer meretrices de mundo & totū turbabis libidinibus, quod intelligitur de lupanaribus cōmunibus. Secùs de lupanaribus particularibus, quę nō sunt in remediū, sed in laqueū. Ideo pręcipitur Num. 5. cuilibet domino & rectori. Locutus est Dominus ad Moysen, di. Præcipe filiis Israel vt eiiciant de castris omnē leprosum, & qui semine fluit pollutusq; est super mortuo. Tam masculū quā fœminā eiicite de castris ne contaminent ea cū habitauerint vobiscū. Nota quomodo pręcipit separari tres cōditiones personarū. s. leprosorū, & quę semine fluit, vt est meretrix, & pollutū super mortuum, sicut sunt lenones ruffiani, omnes isti sunt eiiciēdi. 24. q. 3. resecādę. Aliàs rectores puniātur cū ipsis 17. q. 4. omnes. vbi dicitur, quod pari pœna sunt puniēdi faciētes, & cōsentientes, & prima allegata caussa & quæstiones. Resecandę sunt carnes putridę, & scabio a ouis è caulis repellēda. ne. s. alię inficiātur & intereāt, &c. Quartus defect⁹ lepræ est, quod cōsumit humidū radicale in quo cōsistit vita humana. s. in humido, & calido, vt dicit Philo. Sicut in lāpade lumē durat quādiu durat oleū quod paulatim cōsumitur à lumine. Sic lepra inuidię paulatim cōsumit humidū radicale. s. charitatē in qua cōsistit vita gratię inuidēdo proximo de honore, dignitate, & officio. Ideo. 1. Ioan. 3. Nos scim⁹ quoniā trāslati sumus de morte ad vitā, quoniā diligimus fratres. Qui nō diligit manet in morte. Hoc peccatū est valdè magnū in tantū quod solū hoc peccatū est in dęmonibus. non est in eis superbia, prout est ambitio honoris mūdani, nec auaritia nec luxuria, & sic de aliis. Sed inuidēt nobis, & tristātur quod nos possidebimus illas cathedras glorię quas ipsi amiserūt, hac sola de caussa tentat nos, vt cū ipsis dānemur. Vnde sicut Christus de virtute charitatis dicit Christianis. In hoc cognoscēt omnes, quia discipuli mei estis, si dilectionem habueritis ad inuicē. Ioā. 13. Sic diabolus potest dicere, In hoc cognoscent omnes, quia discipuli mei estis si inuidiā habueritis ad inuicem. De inuido potest dici thema. Ecce leprosus, &c. Quintus defectus lepræ est quod reddit anhelitum fœtidū. propter hoc præcipit Deus, quod leprosus habeat os veste contectū. Leuit. 13. Ideo significat peccatū gulæ. Gulosus ex nimia comestione, vel comessatione habet anhelitum fœtidum, quia crudum super indigestū corrumpitur. Si cibus debet proficere, debet tres digestiones habere, primam in olla, secundam in ore masticādo, tertiam in stomacho, aliàs corrūpitur intus, & generat multas infirmitates, non solùm in corpore, sed etiam in anima. Nota, quomodo ab Adam vsque ad Noë transiuerunt mille & quingenti anni, & gentes non comedebant carnes, neque pisces, sed solùm fructus bibendo aquam, & cū isto viuebant longo tempore. Nongentis,

Scorta cōmunia licitè tolerantur.

tis, videlicet sexaginta nouē annis, vt Mathusalem. Noë vixit nōgentis quinquaginta annis. Deinde post diluuium quod destruxit fructus & aquas, gentes incœperunt comedere carnes & pisces, & bibere vinum, & gentes non comedebant nisi semel in die. s. in meridie. Tunc fuerunt dies hominis. 300. ann. Gen. 9. Deinde tempore Dauid incœperūt cœnare, & tunc diminutiua est vita hominis, dies annorum nostrorum in ipsis. 70. anni, &c. Et paulatim pluries in die comedendo diminuitur vita hominum. Ideo iuxta cōsilium Christi dic. Attendite ne grauentur corda vestra crapula & ebrietate. Lu. 21. No. crapula secundum etymologiam. i. cruda epula. . auid loquens de gulosis dicit, Sepulchrum patens est guttur eorum. Psalm 5. Ideo de gulosis potest dici thema, Ecce leprosus, &c. Sextus defectus lepræ est, q̄ facit vocem raucam, ideo signat peccatum iræ, quoniam iracūdus semper loquitur inordinatè & raucè & confusè. Primò cōtra Deū iurando & renegando, &c. Nota hoc pessimum vitiū, ideo scriptura sancta dicit, Domine, maledicti erunt qui cōtempserint te & condamnati erunt omnes, qui blasphemauerint te, &c. Tob. 13. No. tres modos bonos corrigendi hoc vitium. Primus pertinet ad parentes, vt corrigant filios & nutriant benè eos ne iurent, sed solū per aduerbia affirment, est, non, &c. Mat. 5. Secūdus vt quilibet ponat sibi aliquam legem, sicut ille qui quotiescunque iurabat, ponebat in quadam bursa duos denarios pro eleemosyna. Tertius pertinet ad dominos temporales siue rectores cōmunitatum, facere ordinationes, cum pœna certa, &c. Septimus defectus lepræ est, q̄ debilitat membra corporis ad operandum, ideo significat peccatum acidiæ, quod debilitat membra & aufert fortitudinē ad operādum opera spiritualia. Dic quomodo in sero ille qui nullum lucrū portat ad domum, iudicatur, q̄ fuit otiosus. Sic in sero mortis ille qui non portat aliquod lucrum meritoriū & bonorum operum spiritualiū, licèt per totum tempus vitæ laborauerit in operibus mūdanis, iudicatur otiosus à Christo. Ideo mittitur ad hospitale pauperum. s. ad infernum., quia bonis temporalibus deprędantur omnes in morte, primò ab vxore, secundò à filiis, tertiò à scutiferis, &c. Sed ille qui fuit diligēs in operibus spiritualibus dicet sibi Christus in iudicio, Euge serue bone & fidelis, quia super pauca, &c. Mat. 25. Si dicatur, Ergo dimittamus bona tēporalia, dico q̄ necessario nō sunt dimittenda, sed sunt taliter faciēda, q̄ etiā quolibet die faciamus aliquid pro anima. s. orare mane & sero. Primò signādo se, &c. Oportet semper orare & nō deficere. Lu. 18. No. semper. i. mane & sero distractiones, & ea quæ ei materiā prębent remouendo, non se induendo nec calciādo. No. etiā diligentiam in hebdomada, mense & anno. Dico secundò q̄ ostenditur vera medicina virtualis, quia veniens adorauit eum. Iste est modus curandi à lepra peccatorum, venire ad Christum

ſtum, quoniã peccator ex quolibet peccato mortali elõgatur à Deo per vnam magnã dietam, ſed poteſt redire & venire ad Deum in tribus paſsibus quos Chriſtus fecit ſanãdo illum leproſum. Primò tetigit eũ manu ſua. Secundò dixit, Vade, oſtẽde te ſacerdotibus. Tertiò offer munus tuum. Primus ergo paſſus eſt cordis contritio, quæ oſtenditur in tactu manus Chriſti, quia nullus poteſt habere veram cõtritionem, niſi tãgatur à manu Chriſti. Ideo Ezech. 3. Abij amarus in indignatione ſpiritus mei. Manus enim Domini erat mecum cõfortans me. Quandoquidem digiti huius manus ſunt quinq; motiua, quæ inducunt peccatorẽ ad contritionem. Secundus paſſus eſt oris cõfeſsio, quæ oſtẽditur ibi, Vade, oſtende te ſacerdoti. Oſtendit peccator ſe ſacerdoti, cui debet fiere confeſsio, quoniam reuelat ſibi peccata ſua, accuſando ſe & diſcooperit peccata ſua. Propter hoc dixit Chriſtus leproſis, Ite, oſtẽdite vos ſacerdotibus. Luc. 18. Tertius eſt operis ſatisfactio, quæ oſtenditur ibi. Offer munus tuum. Nota quomodo pro ſatisfaciendo pro peccatis debemus offerre tria munera, ſcilicet, tria bona quæ habemus, ſcilicet, bona temporalia, animam rationalem & corpus materiale. De primo debemus offerre Deo munus eleemoſynarum. De ſecundo munus deuotionis, orationis & deſiderij paradiſi. De tertio munus ieiuniorum, abſtinentię & afflictionum. Iſto modo ſanabitur quiſque à lepra peccatorum mortalium. Ecce leproſus veniens adorabat eum. Deo gratias.

Dominica tertia poſt octauam Epiphaniæ. Sermo vnicus.

Qualis eſt hic, quia venti & mare obediunt ei? Mat. 8. Sermo noſter erit de ſancto euangelio, & continet vnum magnum miraculum, quod fecit Chriſtus in mari ad confirmationem ſuorum diſcipulorum, vt oſtenderet ſe non ſolùm Dominum terræ, in qua iam fecerat plura miracula, ſed etiam maris. Sed priùs ſalutetur virgo Maria, &c. Qualis eſt hic, &c. Pro huius declaratione & fundamento ſermonis recitabo vobis miraculum ad literam, quod recitat euangeliſta Matth. in euangelio: Dicatur hiſtoria breuiter. Modò in hoc miraculo oſtenduntur nobis quatuor virtutes neceſſariæ ad ſciendum.

Prima eſt afflictio pœnitentialis,
Secunda eſt tentatio diabolicalis,
Tertia eſt ſubuentio miſericordialis,
Quarta eſt dominatio vniuerſalis.

De vltima dicit thema, Qualis eſt hic quia venti, &c.

Dico primò, quod in iſto euãgelio oſtẽditur afflictio pœnitẽtialis ibi, Aſcendẽte Ieſu in nauiculã ſecuti ſunt eũ diſcipuli eius. Hæc nauicula, vt dicũt ſancti doctores, eſt pœnitẽtia triplici ratione. Prima eſt, quia pęnitẽtia ad inſtar nauis in principio eſt ſtricta nõ aſſuetis ieiunare, nec orare, nec cilicium portare, &c. ſtricta eſt, ſed paulatim

Cōparatur pœnitentia nauiculæ, triplici ratione.

tim dilatat, quia quādo homo est iā assuetus, nō tantū grauatur, sed in fine restringitur. s. in senectute propter tędiū, sed nō tantū quantū in principio. Secūda ratio est propter officiū nauis. s. transfretādi & portandi merces, de vna patria ad aliā. Sic nos peccatores, cū naui pœnitētię oportet nos trāsfretare de ista terra ad patriam paradisi, & portare illuc merces meritorū, virtutū & bonorū operū. Ideo de pœnitentia dicit scriptura sancta, Facta est quasi nauis institores. i. mercatoris, quantū ad formā, quo ad primū. De lōgè portans panē suū, quantū ad secundū. Prou. 31. Panes quibus viuemus in alio mūdo, sunt merita, virtutes & opera spiritualia hîc per nos facta. Tertiò ratione periculi, quia nauis, quādiu est in mari, est in periculo magno. Eccle. 43. Qui nauigat mare, enarrat pericula ei[9]. Ita de naui pœnitentiæ, quoniā hoc magnū mare huius mūdi totū est plenū periculis. 2. Cor. 11. periculis fluminū, periculū latronū, periculis ex genere, periculis ex gentibus, periculis in ciuitate, periculis in solitudine, periculis in mari, periculis in falsis fratrib[9], &c. In hanc nauim pœnitētię ascēdit Christ[9] in sua natiuitate, quia nō in palatio, domo, siue camera voluit nasci, sed in stabulo vbi nō habuit lectū, nisi pręsepe bouis & asini. In qua naui nauigauit. 33. ann. semper cū fortuna & malo tēpore, quousq; peruenit ad portū gloriosę resurrectionis in die paschæ. Et secuti sunt eum discipuli eius, quia omnes cum naui pœnitētiæ trāsfretauerunt vsq; ad portū gloriæ. Ecce quare dicit euāgelista, Ascendēte Iesu in nauiculā diminutiuè, quia pœnitentia nostra modica est respectu peccatorū quę fecimus & pœnarum quas meruimus, & præmiorū quæ expectamus, ideo dicit scriptura sancta, Exiguo ligno credunt homines animas suas & transeuntes mare, per ratem liberati sunt. Sap. 14. In ista parua nauicula pœnitētiæ oportet nos sequi Christū, quoniā aliàs nullus peccator potest saluari, quę figurata fuit in arca Noë, in qua qui inuenti fuerūt, liberati fuerūt ab aquis diluuij, alij autē omnes perierunt. Sic qui exēplo Christi & discipulorum suorum ponunt se in nauicula pœnitētię saluabūtur, aliàs vndis infernalib[9] inuoluūtur. Luc. 13 Dico vobis, nisi pœnitentiā feceritis, omnes simul peribitis. No. simul, sicut illi qui nō fuerunt in arca Noë, sed illi qui nauigāt cum nauicula pœnitentię nō priuantur bonis glorię paradisi. Ber. Nō priuabis illos qui ambulāt in innocētia, sed nec eos qui ambulant in pœnitētia. s. paradiso. Dico secūdò q̄ ostēditur in euāgelio tentatio diabolicalis, cùm dicit. Ecce motus magnus factus est in mari, ita vt nauicula operiretur fluctibus, ipse verò dormiebat. Mūdus iste dicitur mare in quo nauigat nauicula pœnitētiæ, iuxta illud Psal. 103. Hoc mare magnū & spatiosum manibus, illic reptilia. i. spiritus maligni, quorū nō est numerus. s. diuersarū tentationū. Triplici ratione mūdus dicitur mare. Prima propter crudelē deuo

rationē,quia ſicut in mari piſces maiores comedunt & deuorāt minores,ſic in hoc mundo maiores crudeliter deuorant & deſtruunt minores. No. ꝙ dicit B. Thom. in poſtilla ſuper Iob,de illo magno piſce qui vocatur cetus ꝙ quādo vult comedere aperit os ſuum & emittit anhelitū odoriferū,& piſces ſequuntur odorē, & ſic abſorbet eos. Sic eſt mundus,ſpirat odorē delectabilē honorum, dignitatum,deliciarum, &c. Et multi ſentientes hunc odorē ſequuntur quouſqꝫ abſorbētur à mūdo & diabolo. O quales & quot fuerūt deuorati & cōſumpti hoc odore decepti. Aug. Ama. ſ. & abſorbebit te: amatores enim ſuos vorare nouit,non portare. Iſto modo magni piſces. i. magni homines aperiunt os & emittunt anhelitū odoriferum verborū & rationū coloratarum,vt populus ſequatur,& ab ipſis deuoretur. Cōtra tales dicit Chriſtus, Nonne cognoſcent omnes qui operātur iniquitatē,qui deuorant plebē meā ſicut eſcā panis. Pſal. 13. No. nónne,id eſt,imò certè cognoſcēt in die iudicij omnes qui operantur iniquitatē,quando Chriſtus & Dominus iudex dānabit eos ęternaliter,qui deuorāt plebē meā ipſam deſtruēdo & comedendo,ſicut eſcam panis: quia ſicut panis eſt cibus quotidianus, ſic illi quotidie opprimunt & deuorant plebem meā, Secunda ratio eſt propter inquietudinem,quia mare nunquā quieſcit,ſic iſte mundus inquietus & vndoſus eſt: modò mundani ſunt alti per proſperitatem,modò baſſi per aduerſitatē, modò ſani,modò infirmi: modò læti,modò triſtes,modò diuites,modò pauperes,&c. Mirabiles elationes maris. Pſal. 92. Tertia ratio eſt propter periclitationem,quia ſicut naues in mari,ſic animæ in hoc mundo periclitantur,imò periculoſior eſt mundus animabus,quàm ſit mare nauibus. Ber. In mari Marſiliæ de decē nauibus vix vna perit, ſed in mari huius mundi de centū vix vna ſaluatur. De mari ergo mundi dicit euāgeliſta,Motus magnus factus eſt in mari,id eſt in mundo. Per hunc motum intelligimus tempeſtatē tentationum,quoniam ſicut tempeſtas quandoque venit à cauſſa ſuperiori, ſcilicet, à ſtellis,maximè araticis,vt dicit Aug. quādoque à cauſſa inferiori,quia procedit à profundo maris, quod feruet ſeu bullit, quandoqūe à cauſſa media,ſcilicet,à ventis. Ita tempeſtas tentationum venit illi,qui in naui eſt pœnitentiæ. quādoque à ſuperiori,ſcilicet,à Deo permittente ad eorum humiliationem & gratię conſeruationem, ſicut dicit Paulus de ſe. Ne magnitudo reuelationū extollat me, datus eſt mihi ſtimulus carnis meæ angelus ſatanæ, qui me colaphizet. 2. ad Cor. 12. quādoque à cauſa inferiori,ſcilicet à carne inualeſcēte vel timēte, ſicut de Petro qui peccauit abnegādo Chriſtū cauſſa timoris. ſ. mortis. quandoque à diabolo inſtigante,ſicut de Iob. 2. Satan facie domini egreſſus percuſſit Iob vlcere peſſimo. Et dū pœnitens ſic tentatur, Chriſtus dormit. No. quòd Chriſtus

in cœlo

in cœlo semper vigilat. quia semper beatorũ recordatur, & eos semper docet. In inferno autem semper dormit quia eorum obliuiscitur & punit. In nauicula autẽ pœnitentiæ quãdoq; dormit, quãdoq; vigilat: vigilat autẽ qui tribulationib⁹ adiuuat, sed dicitur dormire quãdo pœnitentẽ exponit tribulationibus, & interim nauicula pœnitentiæ iactatur fluctibus, quia ventus tentationis diabolicæ est ei cõtrarius, & Christus expectat vt ipsum excitet dic. Exurge, quare dormis domine. Tertiò ostenditur in sancto euangelio subuentio misericordialis, ibi, & accesserũt & suscitauerũt eum dicentes, Domine salua nos, perimus. Hoc est principale remedium in mari in periculo existentium in tẽpestate & aduersitatę valida, recurrere ad Deũ orationibus deuotis, sicut legitur Ion. 1. quod nautę primò clamauerunt ad Dominum Deum suum, secundò proiecerunt vasa in mare, quartò vouerunt vota Domino. Clamare ad Deum est deuotis orationibus ipsum excitare dicẽdo, Exurge Domine, adiuua nos & libera nos propter nomẽ tuum. Secundò vasorum proiectio est eleemosynarum largitio & temporalium abiectio. Proiectio Ionæ in mare est filiũ Dei nobis in mari tribulationis associare dicendo: Domine propter nos orta est hæc tribulatio tempestatis, quia propter odium diaboli contra Deum insurgit contra nos. Vota facere, vt compleantur, aliàs melius esset non vouere. Ita debemus nos facere quãdo in mare huius mundi insurgit aliqua tempestas siue generalis siue particularis, debemus facere vt discipuli fecerunt, scilicet, recurrere ad Christum per bona opera, & ipsum excitare dulciter deuotis orationibus dicentes, Salua nos perimus, Quartò ostẽditur de Domino Iesu Christo dominatio vniuersalis, ibi, Surgens imperauit ventis & mari, & facta est trãquillitas magna. Ecce dominatio vniuersalis, de qua Dauid, Psal. 88. Tu dominaris potestati maris. motum autem fluctuum eius tu mitigas, scilicet, imperando vt cessarent, & statim cessauerunt sibi obediendo tanquam domino vniuersali. Porrò homines illi, scilicet, qui erant in naui, mirati sunt dicentes: Qualis est hic, quia mare & venti obediunt ei? scilicet tanquam Domino & creatori. Placeat igitur sibi remouere à nobis tempestates, tribulationes & pericula tam animæ, quàm corporis, & det nobis tranquilitatem quietis & pacis, hîc per gratiam, & in futuro per gloriam. Amen.

Dominica quarta post octauam Epiphaniæ Sermo vnicus.

IN tempore messis dicã messoribus Colligite primum zizania, & alligate ea in fasciculos ad cõburendum, triticum autẽ congregate in horreum meum. Mat. 13. Sermo noster erit de sancto euangelio huius dominicæ, & habebimus multas bonas doctrinas & instructiones morales. Sed primò salutetur virgo Maria: In tempore messis, &c. Pro introductione materiæ, &c. Dicatur parabola

euange-

euangelij ad literam. In qua parabola Christus ostendt tria de se, scilicet.

Humilitatem profundißimam.
Benignitatem dulcißimam,
Æquitatem rectißimam.

De tertia dicit ibi. In tempore messis dicã messoribus. s. æquitatem iustitiæ meæ. dico primò quod in dicta parabola Christus ostendit de se humilitatẽ profundissimã; quia cùm Christus sit rex regum, & Dominus dominantium voluit assumere formã, & officiũ seruilis conditionis. s. seminatoris prout ostenditur in principio parabolæ cũ dicitur. Simile factum est reg. cę. &c. Glo. ecclesia militans homini qui seminauit bonum semen in agro suo. Cùm autem dormirẽt homines venit inimicus eius, & superseminauit zizania in medio tritici, & abiit, quod exposuit Christus ad supplicationem apostolorum dicentium. Edissere nobis parabolam zizaniorum agri, qui respondens ait. Qui seminat bonum semen est filius hominis, ager est mundus, bonum verò semen hi sunt filij regni, zizania autem sunt filij nequam, inimicus autẽ qui superseminauit est diabolus. Patet ergo humilitas Christi qui dicit se esse seminatorẽ qui in agro huius mũdi seminauit bonum semen sanctarum personarum, s. apostolorum, martyrum, confessorum, doctorum, virginum, innocentium, & pœnitentium. De quibus dicit, Hi sunt filij regni. Secũdo seminauit semen sanctarũ doctrinarum sanctæ fidei catholicæ, quæ consistit in 14. articulis quasi 14. granis. Sunt enim 14. articuli sũ numerus articulorũ sumarũ ex parte credibiliũ, vt dicit B. Tho. 3. di. 2. q. 1. ar. 2. Tertiò seminauit semẽ virtutum s. humilitatis misericordiæ, & castitatis, charitatis, abstinẽtiæ, patientiæ, & diligentiæ. Ideo de ipso dicit. Lu. Exiit qui seminat seminare semẽ suum. Lu. 8. Ecce hic grauissima humilitas Christi, de qua dicit apostolus. Qui cũ in forma Dei esset semetipsum exinaniuit, formã serui accipiens in similitudinẽ hominum factus, & habitu inuẽtus est vt homo. ad Philip. 2. Cùm autem dormirent homines, &c. No. quomodo dormiunt homines tripliciter. s. per ignorantiã intellectualẽ, per negligentiã spiritualẽ, per abundantiã criminalem. Cùm sic dormirent homines venit inimicus. i. diabolus, & superseminauit zizania malarum doctrinarum. s. errorum falsarum opinionum, delitiarũ terrenarum, superbiæ, auaritiæ, luxuriæ, &c. Dico secundò ꝙ in sancto euangelio ostẽditur in Christo sua benignitas dulcissima, quia nõ statim venit punire, nec occidere peccatores, nec damnare, sed vult eos ad pęnitentiã benignissimã expectare. Rom. 2. Ignoras ꝙ benignitas Dei ad pęnitentiã te adducit. Hęc benignitas ostẽditur in sancto euãgelio. Ibi. Cũ autẽ creuisset herba, & fructũ fecisset, tũc apparuerũt & zizania. Accedentes autẽ serui patrisfamilias, dixerunt ei,

Domine nónne bonum semen seminasti in agro tuo, vnde ergo habet zizania? & dixit, Inimicus homo hoc fecit. Serui autē dixerunt ei. Vis imus, & colligimus ea. Et ait. Nō. Ne fortè colligētes zizania eradicetis simul & triticū. Sinite vtraq; crescere vsq; ad messem. Serui patrisfamiliàs intelliguntur boni angeli, qui de bonis operibus nostris gaudét in cęlis, vt dicit Christus. Dico vobis, quoniā gaudiū erit corā angelis Dei in cœlo super vno, &c. Luc.15. Per oppositū de malis operibus nostris tristantur. Auct. Esa.33. Ecce videntes clamabunt foris. Angeli pacis amarè flebunt. Not. videntes.s. mala opera nostra clamabunt foris.s. mala detestādo, quæ quidē detestatio angelorū dicitur fletus ipsorū qui dicunt Christo. Domine nónne bonū semē seminasti in agro tuo, &c. Hîc patet benignitas Christi dulcissima in hoc φ non cōcedit seruis suis eradicationē zizaniorū, ne triticū etiā eradicetur, & perdatur. Quoniā fortè illi qui modo sunt zizania per peccatū, & malitiā, aliquādo erūt triticū per pęnitentiā. Sicut patet de Paulo, qui aliquando fuit zizania per superbiā, infidelitatē, & crudelitatē contra ecclesiam Christi, qui postmodū fuit optimum triticū. Idem de Matthęo per auaritiā. Idē de Magdalena per luxuriā, & de multis aliis posset dici. Ecce benignitas Dei dulcissima. Ideo dicit ipse. Nunquid voluntatis meæ est mors impij, & non vt cōuertatur à viis suis, & viuat. Ezec.18. Ecce hic patet nostra crudelitas qui vellemus φ inimici nostri perirēt statim. Dico tertiò φ ostendit Christus in isto euangelio suā æquitatē rectissimā, quādo iustè, & rectè iudicabit in die iudicij. De hoc dicit tertia pars euāgelij. In tempore messis dicā messoribus. Colligite primū zizania, & allegate ea in fasciculos ad cōburendum. Triticū autē cōgregate in horreū meum. Tempus messis vt ipsemet Christus exponit, est cōsummatio sæculi. Messores sunt angeli, quibus dicet Christus in die iudicij. Colligite primū zizania, quia tam boni quā mali ducentur ad iudicium per angelos bonos. Aucto. Mat.13. Mittet filius hominis angelos suos. Glo. bonos, & colligēt de regno eius omnia scādala, & eos qui faciunt iniquitatem, quibus collectis, & à tritico.i. à bonis separatis dicet Christus. Colligite ea in fasciculos ad cōburendū, & licet peccata propter quæ gētes dānantur sunt diuersa, tamē omnes, qui fuerūt participes in eodē peccato erunt etiā participes in eadē pœna. Item de omnibus participātibus in eodē crimine fiet vnus fasciculus, ver.gra. Primò de omnibus malis Imperatoribus, regibus, & principibus, gubernatoribus, & rectoribus fiet vnus fasciculus, imò erat magnus fascis, & grossus. Secundò de omnibus malis prælatis qui non intrauerunt per portā, sed per manum regiam, vel per simoniam, & malè vixerunt. Tertiò de omnibus religiosis, qui nihil renēt quòd nouerūt, nec de cæremoniis, imò fuerūt inobedientes proprietarij, luxuriosi. Quartò de monialibus fiet alius fascis.

Quintò

Quintò de malis presbyteris,& inhonestis, qui nec dixerũt horas, sed ludũt ad taxillos, tenuerunt cõcubinas,fecerunt mercãtias, &c. Sextus erit de malis iudicibus,aduocatis,iuristis,notariis,qui dilatant litigia,deuorãt viduas,& pauperes consumunt gentes. Septimus erit de auaris, vsurariis,latronibus,falsis mercatoribus. Octauus de illis,qui viuũt in bannositatibus. Nonus de omnibus luxuriosis,leonibus,meretricibus.Decimus de omnibus mulieribus vanis,pomposis,quæ licèt fuerũt castæ,& honestæ,ex illis tamẽ pictis,& vanis ornamentis dãnabuntur. Ecce quare Christus dixit in tempore messis.i.in die iudicij,dicam messoribus.i.angelis. Colligite primũ zizania,&c.Et concordat Propheta Esa.di.Et congregabuntur in cõgregatione vnius fascis in lacum vnum,& claudentur ibi in carcere. Esa.24. Tunc facta executione de malis,boni intrabunt in possessionem regni cœlestis,cùm dicitur. Triticum autem congregate in horreum meum.i.in cęleste gaudium.Boni dicuntur triticum,quia ad instar tritici habent interius candorem puritatis, exterius rubedinẽ charitatis,de quo dicit Christus. Dilectus meus candidus,& rubicundus. Cant. 5. Triticum autem congregate in horreum meum,id est gloriam. Ad quam,&c.

Notabile de propinquitate temporis antichristi.

N*Ota propinquitatem temporis antichristi,ex parabola zizaniorũ agri.* Mat.13.in qua Christus dixit. Cùm dormirẽt homines venit inimicus,&c.Not.quod dormire contingit tripliciter.

Per ignorantiam intellectualem,
Per negligentiam spiritualem,
Per abundantiam criminalem.

Quantum ad primũ, personis rudibus rationẽ seu narrationẽ aliquã non intelligẽtibus solemus dicere dormitis,quia ad modũ dormientium habent oculos intellectus clausos , contra quod petebat Dauid.Psal.12.Illumina oculos meos ne vnquam obdormiã in morte,nequãdo dicat inimicus meus præualui aduersus eum.Dabat ergo Christus intelligere quod cum plerią; homines intellectualiter ignorarent, singulariter ecclesiarum magistri secundum Hieronymũ,tunc veniret antichristus. Sicut dormiẽtibus turrium speculatoribus venit inimicorum exercitus. Esa.56.Omnes bestiæ agri venite ad deuorandum,vniuersi bestiæ saltus. Speculatores eius cæci omnes nescierunt,vniuersi canes muti non valentes latrare vidẽtes vana,dormientes,& amãtes somnia,& canes impudẽtissimi nescierunt saturitatẽ,ipsi pastores ignorauerunt intelligentiã.Secũdò dicuntur homines dormire per negligentiã spiritualẽ. De negligentibus,& tæpidè operantibus solet dici,quod dormiũt, quia ad modum dormientiũ agendorũ curam postponunt.Contra quod dicit. Psal.120.Nõ dormitabit neq; dormiet q custodit Israel, Dabat ergo

Christus intelligere, quod cùm homines circa spiritualia negligenter se haberent, tunc veniret antichristus. Sicut dormientibus custodientibus domos veniunt latrones. Ezech. 38. Hæc dicit Dominus. s. ad gog. i. antichristum ad literam. In die illa ascẽdent sermones super cor tuũ, & cogitabis cogitationem pessimam, & dices ascẽdam ad terram absq; muro, veniam ad quiescentes habitantesq; securè. Hi omnes habitant sine muro, vectes, & portæ nõ sunt eis. Hic ostẽduntur signa euidentia temporis antichristi. Murus potest intelligi clerus. Et huius mundi turres sunt prælati. Portæ sunt religiosi. Vectes autem sunt clerici, & econuersò. Quãdo ergo Christianitas habitabit quietè in peccatis absq; muro. i. custodia prælatorũ signũ est antichristi. Ezech. 22. Quæsiui de eis virum qui interponeret sepem, & staret oppositus contra me pro terra ne dissiparem eam, & non inueni. Et effudi super eos indignationem meam. Et sic erunt tempore antichristi absq; portis & vectibus, id est sine documentis euangelicis, & cõsiliis apostolicis. Thren. 2. Defixę sunt in terra portæ eius, perdidit, & contriuit vectes eius. Tertiò dicuntur homines dormire per abundantiam criminalem. Existentes enim in peccato mortali, vel in statu peccati mortalis dicuntur dormire, quia ad modum dormientium non negotiantur. s. per meritum vitæ æternæ, ideo quilibet talis excitatur. Ephe. 5 Surge qui dormis. & exurge à mortuis. Dabat ergo Christus intelligere quod cùm homines peccatis grauissimis abundarent, tum veniret antichristus sicut infirmis regimen medici non tenẽtibus aduenit mors. Mat. 24. Quoniam abundabit iniquitas, refrigescet charitas multorum. Et subditur. Tunc veniet consummatio, &c.

Dominica in septuagesima. Sermo I.

Multi sunt vocati, pauci verò electi Matth. 20. Sanctum euangelium hodiernum in summa continet tres altas & subtiles materias theologiæ, scilicet,

Vocationem gratiæ,
Donationem gloriæ,
Distinctionem vitæ.

De his trib⁹ dicit sermo noster. & de tertio loquitur the. Multi sunt vocati, pauci verò electi, verbũ est terribile, sed verum. Dico primò quod in sancto euangelio hodierno ostenditur vocatio gratiæ. s. quando Deus sua bonitate vocat personas ad bonam vitam, & ad suã gratiã sine præcedentibus meritis creaturæ, de hoc dicit Petrus Apostolus. Deus omnis gratiæ. s. dator qui vocauit nos in æternam suã gloriã. 1. Pet. 5. Modum huius vocationis, & diuersitatũ differentiã declarat euangeliũ in parabola di. Simile est regnũ cęlorum homini patrifamiliãs, &c. Vbi ponit quinq; differẽtias huius vocationis ad bonam vitam, & pœnitentiã ad suã gratiam, sicut sunt quinque

que ætates principales hominis siue mulieris, & quidam vocantur hora prima, quidam hora tertia. Hora prima est pueritia, quia tunc incipit claritas diei, sic in pueritia incipit claritas dispositionis ad discernendum inter bonum & malum, & homo incipit habere verecundiam & deuotionem, & cauere à peccatis. Tales vocantur à Deo hora prima. Hora tertia dicitur adolescentia à 15. annis vsque ad 25. quia tunc ad instar solis magis ostẽdunt claritatem discretionis & deuotionis, quando in tali ætate recedunt à peccatis & incipiũt bonam vitam, vocãtur à Deo hora tertia. Alij vocãtur à Deo hora sexta, &c. sicut iuuenes qui ad instar solis sunt in flore iuuẽtutis & in feruore iuuentutis corporalis, quãdo tales cõuertuntur ad Deum, vocantur à Deo hora sexta. Hora nona est senectus, quando homo ad instar solis iam inclinatur versus terram, quãdo tales in illa ætate vocantur vel conuertuntur ad Deum & ad pœnitentiam, vocantur hora nona. Hora 11. vocatur hora vesperarum, & hora 11. est decrepitus, quando in tali ætate cõuertuntur ad Deum dicũtur vocati ad Deum hora 11. quando conuertuntur de peccatis, restituũt, remittunt iniurias, confitentur, &c. Ecce vocatio gratiæ in qualibet ætate, sed prima est melior. De qua Hiere. Bonum est viro cùm portauerit iugum Domini, iugum scilicet obedientiæ ad præceptum Dei ab adolescentia sua. Thren. 3. Ratio, quoniam qui in adolescentia se dãnt peccatis & malæ vitę, postea cum magna difficultate possunt conuerti & redire ad Deum, quia cõsuetudo est altera natura. ideo Hiere. 13. Si mutare potest Æthiops pellem suam aut pardus varietates suas, & vos poteritis bene facere cùm didiceritis malũ, &c. Et concordat versus poëtæ di. Qui non assuescit virtutibus dũ iuuenescit, A vitiis nescit desistere quando senescit. ideo dicit scriptura sancta. Adolescens iuxta viam suam, etiam cùm senuerit nõ recedet ab ea. Prou. 22. Moraliter. Dic quomodo est magnum peccatum patris & matris si filij sunt malè nutriti: quoniam virga tenera leuiter potest dirigi, &c. Iuxta similitudinem boni hortulani qui nutrit & ordinat arbores benè. aliàs si sint curuæ & malè ordinatæ est culpa sua, ideo vos de matrimonio estis hortulani qui plãtatis arbores in horto ecclesię. ideo, &c. Dic quomodo filij sunt nutriendi ne iurent per Deum, nec per sanctos, sed vt affirment per aduerbia. & quãdo erunt magni tunc non erunt iuratores nec blasphemi, &c. No. hoc vitium & dic exẽplum S. Ludouici Regis Franciæ. Hic enim quidã die quendam blasphemantem audierat quem in labiis ferro calido cauterizari pręcepit. Vellem inquiens in labiis meis hanc indecentiã sustinere dummodo hoc vitium blasphemię pessimum de regno meo pœnitus tolleretur, &c. Digni sunt morte non solùm qui ea faciunt, sed etiam qui consentiunt facientibus. ad Roman. 1. glos. August. Consentiunt facientibus qui deberẽt corrigere & nõ faciunt;

Primum pertinet ad parentes. secundum ad ipsum. tertium ad dominos & rectores communitatum. Not. tres conditiones gentium qui non deberent iurare, sed deberent semper esse parati ad mortẽ, scilicet, clerici, marinarij, & homines armorum qui quotidie sunt in periculo mortis, & tamen isti sunt communiter peiores, ideo dicit apostolus parentibus ad Ephesi. 6. Patres nolite ad iracundiam, scilicet, Dei prouocare filios vestros, sed educate illos in disciplina & correctione Domini. Dico secundò quod in sancto euangelio ostenditur donatio gloriæ, quia ideo Deus dat alicui suam gratiam, vt det sibi finaliter suam gloriam, quia gratia est dispositio ad gloriam habendam. Dauid. Psal. 83. Quia misericordiam & veritatem diligit Deus, gratiam & gloriam dabit Dominus. Nota bene istam declarationem reddendo singula singulis, quia à permutata proportione vt dicunt logici bene valet argumentum. Quia Deus diligit misericordiam, dabit gratiam, quia magna est Dei misericordia, ideo peccatori pęnitenti dat gratiam. Et quia veritatem diligit Deus, ideo gloriam dabit Dominus, quia ipse promisit dare gloriam pœnitentibus. Modum donationis gratiæ declarat euangelium hodiernum dicens. Cùm sero autem factum esset, dixit Dominus vineę procuratori suo, Voca operarios & redde illis mercedem. Incipiens à nouissimis vsque ad primos, &c. vbi fuit ordo præposterus. vnde dicit, Erunt nouissimi primi, & primi nouissimi. Nota tres declarationes huius verbi. Erunt nouissimi primi.

Prima secundum durationem temporalem,
Secunda secundum conditionem mundanalem,
Tertia secundum affectionem cordialem.

De prima sciendum quod Deus diuisit tempus, quia est tempus laborandi in isto mundo in bonis operibus. s. pœnitentię, misericordiæ, iustitiæ, &c. in alio mundo est tempus quiescendi illis qui hîc laborauerunt. Aucto. Omnia tẽpus habent & suis spatiis transeunt vniuersa sub cælo. Tempus nascendi, & tempus moriendi. Tempus plantandi, & tempus euellendi quod plãtatum est. Tempus flendi, & tempus ridendi. Tempus plangendi, & tempus saltandi, &c. Eccl. 3. Ideo Christus, Beati qui nunc fletis. s. per pœnitentiam, quia ridebitis per gloriã. Lu. 6 Modò in hoc mundo sunt quidam primi. s. ad gratiam Dei habendam, Quidam verò nouissimi, qui tamen nouissimi erunt primi in gloria. sicut patet de beato Petro qui prius in tẽpore fuit vocatus ad gratiam Dei & apostolatum quàm Stephanus, & tamen Stephanus fuit primus in gloria bene per 30. annos antequam Petrus. Ecce quomodo secũdum durationem temporalem sunt primi nouissimi & nouissimi primi. Idem potest dici de sancto Andræa & de latrone. Moraliter habetur hîc doctrina de filiis vestris paruis post baptismum decedentibus qui fuerunt nouissimi ad

gratiam quàm parentes. Ideo illi non sunt flendi sed adulti ribald &c. ideo Apost. 1. ad Thess. 4. Nolumus vos ignorare de dormientibus. i. innocentibus quiescentibus, vt non contristemini, &c. Secūda declaratio est secundum conditionem mundanalem. De conditionibus mūdi est quod illi qui sunt diuites honorati, in prosperitate constituti elongantur à Deo, quia nimis diligunt diuitias, honores, &c. Ideo quasi plāgendo dicit domin⁹, Dilectus me⁹. i. Christianus incrassatus impinguatus dilatatus dereliquit Deū factorē suum & recessit à Deo salutari suo. Deu. 32. sed aduersitas facit oppositum, quia facit conuerti gentes ad Deum, quando tribulati & afflicti sunt. Auct. Greg. Mala quæ nos hîc premūt ad Deum ire compellunt. Modò iuxta conditionē huius mundi personę diuites magis honorātur & sunt primi in omni loco tam in ecclesia quàm in platea, tam in mēsa quā in via. pauperes verò sunt nouissimi, quia modica mētio fit de ipsis. Sed in alio mūdo fit totū oppositū, quia pauperes qui sunt nouissimi in isto mūdo in alio mundo erunt primi. s. in Paradiso. Diuites verò qui in hoc mūdo sunt primi, in alio erunt nouissimi, scilicet, in inferno, sicut patet de diuite epulone, & de paupere Lazaro. Lucę. 16. Tertiò declaratur verbum prędictum secundum affectionem cordialem. Nam doctrina est theologiæ ꝙ meritū essentiale & gloria essentialis magis respondet habitui charitatis ad intra quā operibus ad extra. Verbi gra. Si vnus qui facit multa bona opera, & alius qui non facit tot bona opera, sed habet maiorē charitatē quā alter & est magis feruens in corde, talis habebit maiorem gloriam cœlestem vel essentialem quàm alter qui facit multa bona opera. Vnde maiorem gloriam essentialem habet beatus Martinus de martyrio desiderato quàm vnus martyr de martyrio consummato, licèt ille habeat aureolam & nō beatus Martinus. Augustinus, Non numerositas operum, non diuturnitas tēporum, sed maior charitas meliorq; voluntas auget meritum. Hoc modo sunt multi nouissimi primi, & econuerso. Quoniā sunt multi religiosi qui in nouitiatu seruant regulā, &c. & quādo sunt professi totum dimittūt. Idem de sacerdotibus nouis qui sunt deuoti, &c. sed paulatim efficiuntur indeuoti & mali, & sic efficiuntur nouissimi. Sunt aliqui qui incipiūt simpliciter bonam vitam & deuotam & continuè augmentant, & sic isti qui erant nouissimi augmētando erunt primi. Ideo apostolus ad Philip. 1. Oro vt charitas vestra magis ac magis abundet in omni scientia & in omni sensu, vt probetis potiora vt sitis sinceri sine offensa. No. sinceri in charitate &c. Dico tertiò ꝙ in sancto euangelio ostenditur distinctio vitę cū dicitur, Multi sunt vocati, pauci verò electi. Sed auctoritas in oppositū de beato Io. euā. cui Deus reuelauit gloriā, qui dicit, Vidi tur

Conclusio theologa.

Gloria essentialis & accidentalis.

Augustini egregia sententia.

bam magnam quam dinumerare nemo poterat, ex omnibus gẽtibus & populis & linguis stãtes ante thronũ Dei, &c. Apoc. 7. Quomodo ergo dicit Christus, Multi sunt vocati, &c. cùm sint innumerabiles secundum Ioan. Hoc cõcordatur sic per distinctionẽ. Quoniam de electis possumus loqui dupliciter. s. absolutè vel comparatiuè. Si volumus loqui absolutè, sic sunt multi, sicut dicit Ioan. Si autem volumus loqui de electis comparando ipsos ad dãnatos, sic pauci sunt electi respectu damnatorũ. Sicut de manu plena arena in qua sunt multa grana absolutè, & pauca cõparatiuè respectu illorum quæ sunt in littore. Sic genus humanum propter multitudinem cõparatur arenæ, vt patet in promissione facta abrahę cui dixit Dominus, Multiplicabo semen tuũ sicut stellas cęli, & sicut arenã quæ est in littore maris. Gen. 22. De qua Deus accepit manũ plenã, quia iustorũ animę in manu Dei sunt. Sap. qui absolutè sunt innumerabiles, vt dicit S. Ioan. sed respectu damnatorũ quasi nihil sunt. No. quod antiquitus multi damnabãtur, & solùm Iudęi salua bantur, licèt non omnes, sicut modò saluantur solũ Christiani, sed nõ omnes. hoc maximè apparebit in die iudicij, quãdo omnes erimus in illa magna platea. electi ad dexterã, damnati ad sinistram. De hoc Propheta Esaias ponit duas cõparationes di. Quomodo si paucæ oliuæ quæ remanserunt excutiantur ex olea & racemi, cũ fuerit finita vindemia. Hi leuabunt vocẽ suã atq; laudabunt, cũ glorificatus fuerit Dominus hinnient de nari, &c. Esa. 24. Queritur vnde est quod plures damnentur quàm saluẽtur. Dicit enim S. Tho. 1. par. q. 60. ar. 9. ad primum, quod plures angeli permanserunt quã peccauerunt. Sed in hominibus pluries oppositum verũ est. Dicũt enim quod verbum Philosophi dicentis, quod malum est vt in pluribus, bonũ vt in paucioribus, intelligẽdum est quo ad homines in quibus malũ cõtingit ex hoc quod sequuntur bona sensibilia, quæ sunt pluribus nota, deserto bono rationis quod paucioribus notũ est. In angelis autem non est nisi natura intellectualis. Vnde nõ est similis ratio de angelis & hominibus. Hæc S. Tho. Quę est igitur ratio quod plures homines dãnentur quã saluẽtur? Respõsio quod est malitia voluntatis eorũ qui possent saluari si vellẽt & nolũt accusando diuinam prædestinationem dicentes, quod nõ potest deficere, cùm tamen nõ cogat aliquẽ, nec auferat liberũ arbitrium, sicut mea sciẽtia & visio quod estis hic, nõ cogit vos esse hic. De hoc auct. Eccle. 15. Deus ab initio constituit hominem, & reliquit eũ in manu consilij sui. adiecit mandata & præcepta sua. Si volueris mãdata seruare, conseruabunt te. Apposuit tibi ignẽ & aquã, ad quod volueris porrige manum tuam. Ante hominem vita & mors, bonũ & malum, quod placuerit ei dabitur illi, &c. Si dicatur, si illud quod placet homini datur, ergo omnes ibimus ad paradisum, quia

Pauci sunt electi, si cũ reprobatis cõferantur.

Quod pauciores ex angelis perierint quàm ex hominibus pereunt ideo fit propterea quod natura angelica est purè intellectualis.

omnes volumus ire illuc. Respõsio, hoc nego, quia licet verbo omnes velint saluari nõ tamen opere seu de facto, sicut de illo qui dicit se ire Bononiã & recipit viam Nusciç. Sic superbus verbo dicit se ire ad Paradisum, sed de facto recipit viam inferni. & sic de aliis. vnde nõ dicitur voluntas, sed velleitas, vt dicit S. Tho. Ideo Apostolus. Hoc bonum est & acceptum corã saluatore nostro Iesu, qui vult omnes homines saluos fieri 1. ad Tim. 2. Sed homines nolunt saluari. Et licet voluntas Dei sit efficatior, tamen non vult cogere aliquem vt vadat ad Paradisum, sed dat nobis tribulationes & aduersitates, vt conuertamur, sicut bonus pater qui alapis facit ire filiũ ad scholas, &c. Sic Deus, &c. Patet ergo distinctio vitę quomodo aliqui volunt ire ad Paradisum, aliqui non. propter quod dicit Christus, Multi sunt vocati pauci verò electi.

Dominica in septuagesima. *Sermo II.*

Q*Vod iustum fuerit dabo vobis.* Mat. 20. Pro huius verbi declaratione iuxta intellectum quem volo pertractare, sciendũ, quod Deus in principio fecit creaturas in triplici gradu siue differentia, quasdam fecit omnino spirituales, vt sanctos angelos qui sunt substantiæ purè spirituales. De quibus Psal. 103. Qui facis angelos tuos spiritus, & ministros tuos ignem vrentem, &c. Apostolus autem dicit, Qui facit angelos suos flammam ignis. ad Heb. 1. Quia ad instar flammæ angeli semper tendunt sursum ad Deum, quia nullum habent retractorium siue retardatiuũ, sicut nos retrahit corpus. Sap. 9. Corpus quod corrumpitur aggrauat animam. Ideo Christus Luc. vlt. spiritus carnem & ossa non habet. In angelis enim nõ est materia propriè, vt dicit sanctus Tho. 1. par. quæst. 50. art. 2. & primo scrip. distin. 8. & 2. dist. 3. & in multis aliis locis idem dicit, vt in de potentia, & in quolibetis quolibeto 3. & 8. & in summa contra gentiles. Hoc idem dicit Dionysius. 4. ca. de diui. nominibus, quod primæ creaturæ sicut incorporales, ita & immateriales intelliguntur. Huius veritatis contrarium Auicebrõ auctor libri fontis vitæ asseruit, & irrationabiliter. Cuius errorẽ S. Thom. vbi supra efficaciter confutat, scilicet, in 1. parte. q. 50. art. 2. in corpo. arti. Secundus gradus creaturarum est omnino corporalium, vt sunt animalia irrationabilia, quæ sunt corruptibilia nõ solùm quantum ad corpus, sed etiam quantum ad animas eorum quæ educuntur de potentia materiæ. Gen. 1. Producat terra animã viuentem dixit Deus quando voluit facere animalia. Ideo totum moritur. Pro dicti intelligentia nota, quod anima brutorum, siue sensitiua non est subsistens, vt dicit S. Tho. 1. par. quæst. 75. art. 3. per totum, & nullo modo est hoc aliquid, ac nullam habet per se operationem, & traducitur cum semine, & non est per creationẽ, qua etiam ex caussa animæ brutorum desinunt esse corpore corrupto.

In angelis nõ est propriè materia

Auct. Cuncta, scilicet, animalia subiacẽt vanitati, & omnia pergũt ad vnum locum, de terra facta sunt & in terrã pariter reuertuntur. Eccle.3. Et sicut angeli omnino tendunt sursum ad Deum, per oppositum animalia tendunt deorsum ad terrã, quia nihil habẽt spirituale. Tertius gradus creaturarũ quasi epilogando est homo, qui est compositus de materia corporali quantum ad corpus in quo est similis iumentis, & spirituali quantum ad animã, in qua est similis angelis. Quoniam anima rationalis nõ educitur de potẽtia materiæ, ideo est immortalis vt angeli. Quod anima rationalis sit incorruptibilis probat S. Tho.1.par.quæ.85.art.6.& .2.dist.19.art.1.& .2.contra gentiles.c.78.& .79. Gen.2. Formauit Deus hominem de limo terræ quantum ad corpus, & inspirauit in faciem eius spiraculum vitæ quantum ad animam, ac si angelus à Deo mitteretur in corpus de luto formatũ vt ipsum regeret & gubernaret. Ideo quantum ad corpus moritur homo vt iumentum. Ecclesi.3. Vnus est interitus hominum & iumentorum, quãtum ad corpus, vt dicit sanctus Tho.1.par.quæst.75.ar.6.in solutione ad primum. Sed anima est immortalis, & quãdo corpus moritur, vadit ad Deum reddere rationem. reuertatur puluis in terrã suam vnde erat, & spiritus redeat ad Deum qui dedit illum. Eccle. vlt. Sicut miles cui rex commisit castrũ in medio inimicorum, qui si bene custodierit castrum, præmiabitur à rege, aliàs punitur. Sic corpus ad instar castri consistit in medio inimicorum, in quod Deus mittit spiritum tanquam militem ad custodiendum, ne per portas sensuum corporalium intrent inimici. Quod si bene custodit, præmiabitur in morte, aliàs punitur tanquã proditor & peccator. Apostolus, Statutum est omnibus hominibus semel mori quantum ad corpus, & post hoc iudicium, quãtum ad animam. Heb.9. In quo iudicio dat rationem de gubernatione corporis. De quo iudicio dicit Christus in themate. Quod iustum fuerit dabo vobis, scilicet, in illo iudicio. Patet thema. Secundum Aug. in lib. de cura pro mortuis agenda sunt tres gradus decedentium siue morientium.

Quidam sunt boni perfectè
Quidam sunt mali peruerse,
Quidam sunt boni mediocriter,

Cuilibet istorũ dixit Christus in thema. Quod iustũ fuerit, dabo vobis. Dico primò, quod de morientibus quidam sunt boni perfectè, sicut sunt personę quę licèt peccauerint aliquando, tamen pro tẽpore redierunt ad Deum, cõuertuntur de peccatis, confitẽtur nõ solùm semel in anno, sed in omni hebdomada, &c. & sic de aliis bonis intantum quod si eorum mala & peccata ponerentur in statera diuinæ iustitiæ, & bona in alia, multò plus ponderarent bona quã mala. Tales dicũtur boni perfectè, quibus dicit Christus, Quod iustum

ſtum fuerit dabo vobis. Quia quãdo tales decedũt, ſtatim dat illis Chriſtus gloriam Paradiſi ſine purgatorio, quia iam habuerũt hîc purgatorium. Auct. Si impius egerit pœnitentiã ab omnibus peccatis ſuis quæ operatus eſt, & cuſtodierit omnia præcepta mea, & fecerit iudicium & iuſtitiã, vita viuet, & nõ morietur. Eze.18. No. ſi impius, id eſt, peſſimus, & abominabilis peccator pęnitentiã egerit de omnibus peccatis ſuis ſaltẽ mortalibus quę cõnexa ſunt, nec vnius ſine altero fit remisſio, vt dicit ſanctus Tho. in prima ſecundæ quæ.73.ar.1.&.4.diſt.16.quæ.2.ar.1.q.2. Et cuſtodierit omnia pręcepta mea, ſcilicet, in voluntate proponendo cuſtodire, quia dicit Philoſophus quod receſſus à termino à quo, ſcilicet, à peccatis eſt acceſſus ad terminum ad quem, ſcilicet, bona opera. Et fecerit iudicium, ſcilicet, in confesſione. Ideo confeſſor debet ſedere, reus eſt peccator, ideo debet ſe accuſare ſeruata viritate. Et fecerit iuſtitiam ſcilicet, ſeruando pœnitentiam iniunctam, vita viuet, & omniũ iniquitatum eius quas operatus eſt non recordabor, ſcilicet ad puniẽdum. Ezec.33. Omnia peccata eius quę peccauit nõ imputabuntur, ſcilicet, vt puniantur iterũ, ſed quod iuſtũ fuerit dabo vobis, quantum ad gloriam. Qualiter autem datur gloria perſonis perfectis & bonis, hoc declaratur per quandã auctoritatẽ allegoricè ſumptam Exod.23. Ecce ego mitto angelum meum qui præcedat te, & cuſtodiat in via, & introducat in locum quem præparaui. Doctrina eſt theologię, quod angelus malus venit in morte cuiuſlibet, etiam in morte Chriſti venit lucifer qui volens capere animam Chriſti poſuit ſe in brachio crucis, ſed à Chriſto captus fuit, & ligatus in inferno vſque in finem mundi. Hoc dicit expreſſe Beda ſuper Tobiam cap.6. vbi dicitur quod Tobias exiuit, vt lauaret pedes ſuos, & ecce piſcis immanis exiuit ad deuorandum eum. Sed apprehendit brãchiã eius, & attraxit eũ in ſiccũ, &c. Et exponit ipſe de morte Chriſti, quia tunc Chriſtus lauit pedes peccatorum, & exiuit piſcis immanis, ſcilicet, diabolus, ſed apprehendit branchiam eius, poteſtatem priſtinam diripiendo. De hoc dicit Chriſtus, Venit enim princeps mundi huius, & in me non habet quidquam. Io.14. Ex hoc habetur doctrina clara quod diabolus venit in morte cuiuſlibet. Ab hoc fuit exẽpta ſola virgo Maria de gratia ſpeciali, ideo Chriſtus mittit in morte angelum bonum. Ideo dicit, Ecce ego mittam Angelum meum, qui præcedat te, ſcilicet, egredientẽ de corpore, qui ponit ſe ad dexteram, perſona autem ſi ſit bona, & perfecta, ſtatim ſentit ibi præſentiam boni angeli, licèt ipſum nõ videat, quia caro impedit, ſed anima à carne ſeparata ſtatim videt ipſum, & cognoſcit, & angelus malus ſtat ad ſiniſtram qui reprehenditur à bono dicens, Quid vis tu hîc? Reſpondet, ſpero, &c. Ideo do vobis optimũ conſilium faciendi orationem angelo cuſtodiẽti quolibet die. Pro

Peccata mortalia ita ſunt connexa vt nõ remittitur vnũ ſine altero.

dicti intelligentia nota quod dicit S. Tho. in 1. par. q. 84. ar. quod animæ separatæ cognoscunt se mutuo & angelos, diues autem in inferno positus vidit Lazarum & Abraham. Et si loquamur de naturali cognitione animæ separatæ, tunc habet perfectam cognitionem de aliis animabus separatis, sed de angelis imperfectam & deficientē. Cuius rationē S. Tho. vbi supra assignat, quia modus animę separatæ est infra modum substantiæ angelicæ. i. conformis modo aliarū animarum separatarū, modò sic aliquid intelligitur secundū quod est in intelligente. Est autem aliquid in altero per modum eius in quo est, igitur anima separata habet perfectam notitiam de aliis animabus separatis, & imperfectam & deficientē de angelis, loquendo de cognitione naturali animæ separatę, de cognitione autem glorię est alia ratio, Et dicit S. Tho. in solutione ad primum, ꝙ anima separata quodammodo est liberior ad intelligendum quā coniuncta inquātum per grauedinem & occupationē corporis à puritate intelligentiæ impeditur, & ideo separata cognoscit angelos, sed non cōiuncta. Secundò dicit, & custodiat te in via. s. ab hinc vsque de cęlū, quæ est in via longissima. Et secundnm doctrinam communem dæmones sunt in media regione aëris, qui erunt ibi vsque ad iudicium custodiētes passum, qui sunt vt atomi in radio solis. Ideo anima indiget custodia & securitate angeli boni. De hoc Dauid, Angelis suis Deus mandauit de te, vt custodiant te in omnibus viis tuis, ne fortè offendas ad lapidem, id est duritiam malorum spirituum. Psal. 90. Pro dicti intelligentia nota secundum S. Tho. 1. par. q. 64. ar. 4. quo quærit vtrum aër iste sit locus pœnalis dæmonum, quod dæmonibus duplex locus pœnalis debetur. s. aër caliginosus caussa exercitandi homines vsque ad diē iudicij, & infernus ratione culpę & pœnę, verū etiā eorū aliqui nūc in inferno sunt ad torquendū eos quos ad malū induxerunt, sicut & aliqui boni angeli sunt cū animabꝰ sanctis in cœlo. Sed post diē iudicij omnes mali tā homines quā angeli in inferno erunt, boni verò in cœlo. Hæc S. Tho. vbi suprà. Tertiò dicit, Et introducat ad locum quem præparaui. De quo dicit Christus apostolis. Vado vobis parare locum. Ioā. 14. Portarij qui custodiunt portam, sunt Michaël pro angelis & beatus Petrus pro hominibus. Et angelus introducit animā sanctam, cui fit magnū gaudiū in qualibet platea angelorum. Ideo Christus dicit, Factū est vt moreretur mendicus & portaretur ab angelis in sinum Abrahæ. Lu. 16. No. vt portaretur ab angelis. O qualis honor est animę ita coronari à papa Iesu. Auct. Sap. 5. Iusti in perpetuum viuent, & apud Dominū est merces eorū & cogitatio illorū apud altissimū. ideo accipient signū decoris, & diadema speciei de manu Domini, ergo ꝙ iustū fuerit dabo vobis. Quoniam iustitia magna est ex quo homo se dat ad seruiendū Deo, quod ipse det homini suā gloriā, Dico secūdò, quòd

Bifariā obstinatio diuiditur.

quidam

quidam sunt mali peruersi, sicut illi qui sciunt se tenere malam vitam pleni superbia, pompa & vanitate. Idem de aliis peccatis, qui oculis apertis vadunt ad infernum, & nolunt cõuerti nec redire ad Deum. Tales quando moriuntur, in puncto descendunt ad infernũ tam graue est onus peccatorum quibus grauãtur. Iob.21. Ducunt in bonis dies suos, & in pũcto ad inferna descendũt. Ecce quare dicit, Quod iustum fuerit dabo, &c. Greg. Ad magnam iustitiam omnipotentis Dei pertinet, vt nunquam in alia vita careat supplicio, qui in hac vita noluit carere peccato. Quæstio. Diceret aliquis, non videtur iustitia, ꝙ pro peccato temporali vel momentaneo homo puniatur ęternaliter, sed iustitia esset, si tantum pro quãto, iuxta illud, Pro mẽsura peccati erit, & plagarum modus. Deut.25. Item Apoc.18. Quantum glorificauit se & in delitiis fuit, tantum date illi tormentum & luctum. Quomodo ergo erit iustitia, quod puniantur sine fine? non est ibi tantum & quantum. Nunquid sufficeret, quod si per diẽ peccauit quis, quod per diẽ puniatur: si per mensem, per mẽsem, si per annum, &c. Responsio: ꝙ illa ratio procedit ex ignorãtia vel inaduertentia supponenti quod quãdo peccator moritur, quod peccatum finiatur, imò tunc magis in peccato obstinatur vel cõfirmatur, & quia illa obstinatio durabit ęternaliter in peccatore, ideo etiã pœna erit æterna. Quandiu anima est coniuncta corpori, recipit cõditiones corporis, & corpus etiam recipit conditiones animę. Corpus recipit ab anima, vt loquatur, ratiocinetur, operetur, ambulet, &c. quia corpus de se nihil horum posset facere, anima autẽ recipit à corpore variabilitatem & mutabilitatẽ, quia sicut corpus mutatur & alteratur leuiter, sic etiam & anima, quia bonus homo & sanctus potest mutari & effici malus, & econuersò. Sap.9. Corpus quod corrumpitur aggrauat animam. Sed in morte quãdo corpus & anima separantur, corpus remanet ab vna parte & perdit cõditiones quas receperat ab anima, & anima ab alia parte perdit conditiones quas recepit à corpore, & efficitur inuariabilis & immutabilis, quia non potest mutari de gratia ad culpam, nec econuersò. Vnde si anima dãnata posset habere tantã contritionẽ sicut granum sinapis, saluaretur. sed impossibile est, quia est obstinata in malitia & peccato, ideo pœna erit æterna. No. quod peccatum angeli est irremediabile, vt dicit sanctus Tho 1. parte. q.64.. art.2. in corpore. Et 2. dist.7. q.1. art. 2. Item. 3. dist.1. q. ar.2. ad secundum. Item in de veritate. q.24. art.10. & de malo. q.16. artic.5. Similiter & peccatum damnatarũ animarũ est irremediabile. Tres enim caussas obstinationis dæmonum vbi supra in de veritate assignat. Nota insuper sanctus Thomas in de veritate. q.23. art.7. in solutione ad sextum. quod duplex est obstinatio, scilicet, secundum quid, & simpliciter. Prima est in hac vita. Secunda verò in damnatis tantum. Idem dicit vbi supra, quęstione 24.

Cognitio animæ separatæ.

Peccator est perpetuò obstitatus in crimine cum quo decedit.

artic.

artic.11. Item, damnati non pœnitent ad malis quæ fecerunt ratione culpæ, sed ratione pœnæ, vt dicit sanctus Thom. 4. distin. 14. quęstio. 1. arti. 3. q. 4. Et ideo etiam iusto Dei iudicio pœna damnatorum erit æterna siue perpetua. Nota ad hoc similitudinem de duobus raptoribus, quos Dominus vult corrigere, &c. Idem de anima, quando sentit primum ictum pœnæ, obstinatur in malitia, &c. Apoca. 16. Æstuauerunt homines æstu magno, & blasphemauerunt nomen Dei habentis potestatem super has plagas, neque egerunt pœnitentiam vt darent illi gloriam. Ideo Christus Matth. 25. Ibunt hi, scilicet, mali & peruersi in ignem æternum, iusti autem in vitam æternam. De quibus dicit scriptura Ecclesiast. 11. Si ceciderit lignum ad Austrum aut ad Aquilonem, in quocunque loco ceciderit ibi erit lignum siue arbor, id est homo. Marc. 8. Video homines velut arbores ambulantes. Primò dicta est florere per bonas cogitationes. Secundò folia facere per bona verba. Tertiò fructus producere. De quibus Lu. 3. Christus dicit, Facite fructus dignos pœnitentiæ. Hæc arbor scinditur in morte securi mortis. Matth. 3. Iam enim securis ad radicem arboris posita est. Si ceciderit ad Austrum, quod significat statum gratiæ propter caliditatem deuotionis, & humilitatem diuinæ gratiæ, ibi erit, scilicet, æternaliter. Si autem ceciderit ad Aquilonem, quod significat statum culpæ & peccati mortalis propter frigiditatẽ, ibi erit, scilicet, æternaliter, ergo quod iustum fuerit dabo vobis. Tertiò dico, quod quidam sunt boni mediocriter, quia non est homo qui non peccet. Ecclesiast. 7. Sed pro tempore redeunt ad Deum, conteruntur de peccatis, sed non tantum quantum Magdalena, tamen ex quo fit contritio, non est sine gratia gratum faciente, sed pœnitentia est parua respectu peccatorum quæ fecerunt. Tales, quando decedunt, non vadunt statim ad paradisum, quia non sunt boni perfectè, nec vadunt ad infernum, quia non sunt peruersi, sed decedunt ad purgatorium, quod est in corde terræ. Ideo quod iustum fuerit dabo vobis dicit Christus, quia ibi complent pœnitentiam. De hoc inquit Dauid Psal. 10. Quoniam iustus Dominus & iustitias dilexit, æquitatem vidit vultus eius. Nota æquitatem, scilicet, culpæ & pœnæ, & econuersò. Et completa ibi pœnitentia ascendunt ad cœlum. Nota similitudinem de argentario qui nunquam ponit in opere aurum & argentum, nisi fuerit primò purificatum in fornello. Sic Deus optimus argentarius nunquam ponit in opere paradisi aurum nec argentum, scilicet, Christianos, qui dicuntur aurum propter gratiã charitatis quam habent, & argentum, propter charitatem fidei, nisi purificentur primò in camino purgatorij. Eccle. 2. Igne purgatur, id est purificatur aurum & argentum, homines verò receptibiles in camino humiliationis. Nota receptibiles, scilicet, passiuè, vt recipiantur in

cœlo,ex quo in gratia decesserunt. Apostolus,Gratia Dei vita æterna. Vel receptibiles actiuè, quia sunt apti recipere nostra suffragia, quæ intantum possent à viuis iuuari, quod minuitur tempus & pœna. Sed illi de inferno sunt receptibiles nec actiuè nec passiuè,quia sunt tanquam membra ascissa & putrida à corpore ecclesiæ,Ecclesia enim est vnum corpus,cuius oculi sunt speculatiui. Aures iudices. Nares,qui sentiunt odores virtutum Christi & sanctorum,sunt deuoti. Os sacerdotes qui comedunt sacramenta altaris, & loquuntur laudes Dei. Guttur sunt prædicatores, quo cibus spiritualis animarum transit ad nos. Brachia defensiua sunt domini temporales. Vterus diuites mercatores. Tibiæ pedes tangētes terram,qui sustinent totum corpus sunt laboratores. Ad Rom.12. Sicut in vno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eundem actum habent,ita multi vnum corpus sumus in Christo. singuli autem alter alterius membra, &c. Dic quomodo quando dicitur aliqua missa vel datur eleemosyna pro anima in purgatorio existente quæ pro illa est, statim illa anima sentit refrigerium,& omnes in purgatorio illius missæ participes efficiuntur,& si illa anima,pro qua dicitur,non indiget, statim reuertitur ad vos meritum, &c. Psal.34. Oratio mea in sinu meo conuertitur. Auisentur sæculares primò, ne in missa faciant pretium, &c. Secundò vt quærant bonos sacerdotes. Grego. Cùm is qui displicet ad intercedendum mittitur, irati animus ad deteriora prouocatur. Sancta ergo & salubris est cogitatio pro defunctis exorare, vt à peccatis soluantur. 2. Machabeor.12. Dic contra illos qui non complent testamenta,&c. Lucæ.18. Nunquid vindictam faciet Deus electorum suorum clamantium ad se die ac nocte, & patientiam habebit in illis? Dico vobis, quia citò faciet vindictam illorum. & 13. quæstio.2. qui oblationes.1. Qui oblationes defunctorum aut negant ecclesiis aut difficulter reddunt tāquam egentium mercatores excommunicentur. Et 12. quæst.2. qui abstulerit. Qui abstulerit aliquid patri aut matri, dicetq; hoc peccatum non esse, homicidij particeps est.

Dominica in Septuagesima. Sermo III.

V*Oca operarios & redde illis mercedem.* Mat.10. Inter omnes dominicas totius anni ista est de pręcipuis,& vulgari nomine vocatur Septuagesima. Ratio, quia modò appropinquauit tempus pœnitentiæ, scilicet, quadragesima, quæ consistit in septem hebdomadis, in qua peccatores faciunt pœnitentiam per septem opera pœnitentialia de septem peccatis mortalibus, pro obtinendis septem donis spiritus, scilicet, & septem beatitu-

dinibus paradisi. Ecce quare dicitur septuagesima. Et de euangelio huius erit sermo. Sed primo salutetur virgo Maria. Voca operarios &c. In isto euang. hodierno continētur multa & magna secreta, & difficultates quæ nō possunt in vno sermone declarari, ideo primò solùm volo declarare puncta principalia, quæ duo sunt, scilicet,

Primus de vocatione temporali.

Secundus de retributione æternali.

De secundo dicit thema, & est verbum Dei patris ad filium eius Iesum Christū loquentis de iudicio generali, & dicentis, Voca operarios & redde illis mercedem. Dico primò, quod primus punctus erit de vocatione tēporali, quomodo Deus vocat aliquos ad se per bonam vitā & pœnitentiam in hoc mundo, secundū quod ipsemet declarat in euangelio hodierno per talem similitudinem dicens, quod erat quidā paterfamiliàs qui habebat quādam notabilem vineam, propter quam volens conducere operarios surgens mane, & hora prima exiuit in plateā, & conduxit operarios, quibus promisit singulos denarios argenti, & misit eos in vineā suam. Et egressus circa horam tertiā, vidit alios stantes in platea vel in foro otiosos, & illis dixit, Ite & vos in vineā meam, & quod iustum fuerit dabo vobis. Item, exiit circa sextam & nonā horas, & fecit similiter. Circa verò vndecimam horam exiit, quæ est inter vesperas & completorium, & inuenit alios stantes, quibus dixit, Quid statis hîc tota die otiosi? Dixerunt ei. Quia nemo nos conduxit, Dixit, Ite & vos in vineam meam. Hic ostenditur vocatio temporalis. Sed oportet prius tria declarare antequam intremus materiam.

Primò quis est iste paterfamiliàs,

Secundò quæ est ista vinea,

Tertiò quæ sunt istæ horæ prima & tertia, &c.

Nota quod hoc nomen paterfamiliàs est genitiui casus secundum declarationem Græcam, & numeri singularis. Iste ergo paterfamiliæ, scilicet Christianæ, est solus Deus, qui solùm Christianis dat hæreditatem paradisi. Isto modo nō dicitur pater Iudæorum, Agarenorum, & aliorum infidelium. Ideo non dicitur paterfamiliarum, in plurali, sed paterfamiliæ, scilicet Christianæ, quam genuit in baptismo in vtero sponsæ suæ, scilicet ecclesiæ. Et Christianis tanquam filiis dat suā hæreditatē, quibus dicit ipsemet, Omnes vos fratres estis, vnus est enim pater vester qui in cœlis est. Matth. 23. Vinea huius patrisfamiliæ est vita spiritualis sancta & deuota, per ipsum valdè dilecta, qui habet tot vineas quot religiosos qui tenent vineam & non agrum duplici differentia quę est inter agrum & vineam. Prima, quia vinea indiget maiori cultura & cura quā ager. Secunda, quia vinea indiget clausura siue bardica, & ager non. Sic etiam vinea spiritualis, quæ est vita religiosorum clericorum, & deuo-

deuotarum personarum dicitur vinea, quia cũ magnis laboribus, & cura intramus parasum, etiam habemus maius salariũ. Sed vita laicorum est ager qui non indiget magna clausura, nec tanto labore, & sufficit eis tenere præcepta Dei. Primò quòd in suis necessitatibus non recurrant ad diuinos, &c. sed ad Christũ. Secundò quòd loquantur de deo cum reuerẽtia & honore tanquã de domino, nec pro aliquo lucro vel amico debent iurare false, nec blasphemare: totum hoc est leue ad faciendum. Tertiò quiescatis in dominica postquam laborastis per totã hebdomadã, & audiatis missam, cum silẽtio, &c. Quartò honorare parentes, quia etiam animalia bruta hoc faciũt, vt patet de ciconia. Quintò nõ occidere aliquem, nisi per iustitiam, &c. Sextò non fornicari, nec facere adulteriũ. Septimò non furtum facere, quia ipse totũ diuisit. Octauò non falsum testimoniũ dicere, nec in iudicio, nec extra iudicium. Nonò non concupiscere vxorem proximi. Decimò non concupiscere bona proximi. Ecce decẽ præcepta, quę leuia sunt. 1. Io. 5. Hæc est charitas Dei vt mandata eius custodiamus, & mãdata eius grauia nõ sunt. Ideo Christus, Si vis ad vitam ingredi, serua mandata, Mat. 19. Nos autem religiosi, qui sumus vinea, indigemus maiori labore & culta, quia nõ solũ tenemur seruare decẽ præcepta vt laici, sed etiã tenemur ad vota religionis, & ad cęremonias. Item nõ sufficit presbyteris seruare decem pręcepta, sed etiam obligantur tenere vota, quę sunt ordinibus annexa & facere seruitium Dei, surgere de nocte ad matutinas, dicere septem horas canonicas & missam deuotè, viuere tenentur castè, quia habent tractare illud sacramentum altaris, in quo est sanctum corpus Christi, seruando cor mundum à malis cogitationibus, manus ab immundis actibus & ludis, os à blasphemiis, iuramentis, & mendacio, corpus à corruptionibus luxuriæ, quia est sepulchrum Christi, nec proiiciatur in latrinã, &c. Idem de laicis qui volunt viuere spiritualiter, quia plus facere debent quã alij laici, scilicet confiteri & cõmunicare frequenter, orare quolibet die, ieiunare sępè. Ecce quomodo vinea vitæ spiritualis indiget maiori cultura quàm ager, scilicet vita laicorum. Pro ista vinea Dauid orando dicebat. Deus virtutum conuertere, respice de cęlo & vide, & visita vineã istam, & perfice eam quã plantauit dextera tua. Psal. 79. No. in his verbis duas differẽtias. Prima ibi. Deus virtutũ cõuertere, quoniam multi sunt in vinea religionis, qui nõ tenẽt vitã spiritualem. propter hoc dicit, Deus virtutũ conuerte nos religiosos, hunc mundum & aliũ. respice de cęlo & vide, & visita. s. tãgendo corda vt conuertamur ad seruãdum, quę vouimus. De illis autẽ qui iam seruant dicit. Et perfice eam quam plãtauit dextera tua, quia quælibet persona spiritualis vitæ plãtatur à Deo in vinea vitæ spiritualis. Secunda differentia, quæ est inter agrum & vineã, est quoniã vinea indi-

De natura ciconiæ, vide Plin. lib. 10. cap. 13.

get clausura parietis, ager nō. Sic etiam vinea spiritualis vitæ clausa debet esse, nō curare de negotiis secularium, nec de administrantiis vel familiaritatibus, aliàs tempore vindemiarum. i. mortis non inueniētur racemi bonorum operum, siue meritorum. Ideo Christus loquens de se dicit. Homo quidam erat paterfamiliàs, qui plantauit vineam & sæpem, id est bardicam circundedit ei. Mat. 21. quia aliàs vita spiritualis, sine clausura non potest cōseruari. Ideo Dauid loquens de illis qui nimis curant de negotiis mundi, dicit, Vt quid destruxisti maceriam eius, id est bardicam, & vindemiant eam omnes, qui prætergrediuntur viam. Psal. 79. Modò videndum est, quæ horæ sunt istæ in quibus paterfamiliàs vocat gētes ad vineam spiritualis vitæ, ad quam vocantur ad quinq; horas, scilicet primam, tertiam, sextam, &c. in quinq; ętatibus. Hora prima hominis est infantia, siue pueritia. Qui ergo iam in pueritia incipiunt seruire Deo, orāt, confitētur, &c. tales vocantur hora prima ad vineā spiritualis vitæ. Hora tertia est secunda ętas, scilicet adolescentia, à quindecim annis vsq; ad vigesimumquintū. Hac hora vocantur qui in ea ætate incipiunt bonam vitam. Hora sexta qui in iuuētute. Hora nona qui in senectute. Hora vndecima qui in ætate decrepita. Dicunt, ô miser senex sum & nullum bonū feci, &c. adhuc recipitur à domino, quasi diceret de malis seruitoribus, oportet recipere, &c. Ecce qualiter in quinq; horis, siue ætatibus hominum Deus vocat gētes ad vineam spiritualis vitę. Auctoritas. Deus omnis gratię, scilicet dator qui vocauit nos in ęternam suam gloriam in Christo. 1. Pet. 5. Si quęratur in qua istarum ætatum est melius vocari, & conuerti ad Deum & incipere vitam spiritualem: ad hanc quæstionem respondet Hieremias dic. Bonum est viro cùm portauerit iugum ab adolescentia sua. Threnor. 3. Nota quomodo parentes debent nutrire filios. Dixi secundò quòd secundus punctus esset de retributione æternali quomodo Deus dabit vnicuiq; secundū quod meretur per iustitiam dicente Deo patre ad filium, Voca operarios, & redde illis mercedem, quod ostenditur in euāgelio cùm dicit. Cùm sero autē factum esset, dixit Dominus vineæ procuratori suo. Sero intelligitur dies iudicij. Ratio, quia sicut sero est finis diei, sic dies iudicij erit in fine mūdi citò & breuiter. Tunc nullus viuēs remanebit in mūdo, quia omnes morientur & per ignem comburentur, & statim pòst erit iudiciū. Heb. 9. Statutum est omnibus hominibus semel mori, & pòst iudicium. In isto sero diei iudicij dominus vineæ, scilicet Christus verus Deus & homo vocabit procuratorē suum, scilicet, Michaëlem qui ex præcepto Christi procurat hanc vineā, & custodit. Ecce Michaël vnus de principibus primus venit in adiutoriū meū, Dan. 10. Tunc dicet Iesus sibi. Voca operarios, & redde illis mercedem, scilicet nuntiatiuè, quia Deus reddet mercedē præmiatiuè. Hæc vocatio

erit

erit vniuersalis citatio, quæ fiet per Michaëlem quando voce terribili clamabit, Surgite mortui, venire ad iudiciũ. Quæ vocatio dicitur tuba propter terribilitatē vocis, quæ audietur in cœlo, in inferno, in purgatorio, & in limbo puerorum. Et statim omnes animæ tā bonorum quā malorum venient, & quælibet resumet suũ corpus virtute diuina, licet fuerit cōbustum vel à bestiis deuoratum. Boni autem cum magno gaudio suo assument corpora sua, sicut sponsa accipit vestē pretiosam à suo sponso sibi missam, & cantando dicēt, Gaudēs gaudebo in Domino, & exultabit anima mea in Deo meo, quia induit me vestimentis salutis, & indumento iustitiæ, & circundedit me quasi sponsum decoratum corona, & quasi sponsam ornatam monilibus suis. Esa. 61. Damnati etiam tunc exient de inferno, licèt magis vellent ibi remanere, quia non habent captionē latam, sed anima restringetur in corpore fœtido & ignito, ac si aliquis indueretur tunica ferrea ignita. Venient etiam omnes pueri qui sunt in limbo, & suscitabuntur in ætate triginta annorum & omnes cognoscemus eos. Ecce hæc est vocatio vniuersalis ad æternā retributionem. Auctoritas. Tunc mittet filius hominis angelos suos cũ tuba & voce magna, & congregabunt electos suos à quatuor ventis à summis cælorum vsque ad terminos eorum. Matthæi. 24. Nota cum tuba & voce magna & quatuor ventis cœli, quia tunc resurgent quatuor conditiones defunctorum, scilicet beati de paradiso, & damnati de inferno, illi de purgatorio, & pueri de limbo. Quantum ad secundum retributio mercedis erit, quando Christus dicet bonis qui erunt à dextris seu ad dexteram: Venite benedicti patris mei, percipite paratum vobis regnum à constitutione mundi. Esuriui, & dedistis mihi manducare, sitiui, & dedistis mihi bibere, &c. Matthæi 25. Tunc boni flexis genibus Christo regratiando dicent. Gloria tibi domine, &c. Qui virtute gloriæ vel diuina ascendens, cum Christo & virgine Maria, &c. osculantes manus Christi & virginis Mariæ. Ecce mercedem quam expectamus, si tenemus bonam vitam, & æternaliter erimus in isto honore, & gloria sine alicuius defectu. Deinde dabit salarium, sed pęnam dolorosam magis quam salarium, malis qui erunt à sinistris cum vultu & facie terribili dicens, Discedite à me maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo & angelis eius, &c. Mat. 25. Quia noluistis viuere, secundum meas ordinationes, sed secundum vestras inclinationes. Ego præcepi humilitatem & vos fuistis superbi, & sic de aliis. Ideo inferne aperi os tuum, & degluti omnes impios istos Dic quomodo infernus absorbebit eos illa pœna. Ideo auiso quia non dico centesimam partem pœnæ. Ideo conuertimini & faciatis pœnitentiam. Operamini opus vestrum ante tempus, & dabit vobis mercedem in tempore suo. Eccle. vlt. De gratias.

Dominica in Septuagesima. Sermo IIII.

E*Runt nouißimi primi, & primi nouißimi.* Mat. 20. Verbũ est Christi & habet magnam difficultatem in theologia. Ideo volo modo ipsum declarare. Sed primò salutetur virgo Maria, &c. Verbum propositũ declaretur primò literaliter narrando primò historiam breuiter euãgelij. Et quando in sero dominus vineæ dixit procuratori suo, quòd in solutione seruaret talem modum, primò quòd daret salarium illis, qui venerunt hora vndecima, deinde illis qui venerunt hora sexta, & sic de aliis, sic quod illi qui venerunt primi, fuerunt in solutione vltimi. Occasione huius parabolæ Christus dicit verbum propsitum. Erunt nouissimi primi, & primi nouissimi. Modò restat difficultas ad declarandũ quomodo intelligitur verbum prædictum, Erunt nouissimi, &c. Pro cuius declaratione sciendum, quod hoc verbum, Erũt nouissimi, &c. habet veritatem, secundum tres intellectus.

Primò secundum durationem temporalem,
Secundò secundum conditionem mundialem,
Tertiò secundum affectionem cordialem.

Quantum ad primum dictũ verbum est verum secundum durationem temporalẽ. Pro quo sciendũ quod Deus diuisit totũ tempus in duas partes, scilicet in tẽpus merendi & tempus præmiandi. Tempus merendi est in hac vita, & durat quandiu durat præsens vita in quo meremur per opera misericordiæ, patientiæ, iustitiæ, &c. Tempus præmiãdi est in alio mundo, quia ibi non est tempus lucrandi aliquid, quia licèt sancti qui sunt in paradiso, faciant multa bona opera & virtuosa, tamen illa non sunt ad meritum gratiæ, sed sunt in præmium & salarium gloriæ. De his duabus partibus temporis Auctoritas. Tempus flendi, tẽpus ridendi, tẽpus plangendi, tempus saltandi, tẽpus belli, tempus pacis, Eccle. 3. Nota tempus, flendi, scilicet peccata, est in hoc mundo per cõtritionem, & mala proximi per compassionẽ, plagas Christi per deuotionẽ, & paradisum per desiderium & contemplationem. Tempus ridendi erit in alio mundo in gloria, vbi non est fletus, immo absterget Deus omnem lachrymam ab oculis sanctorum. Apoc. 7. Item tẽpus plangendi est in hoc mundo. Quidam plangunt mortem filiorum, vxor mortem viri & econuerso. Quidam bonorũ amicorum. Quidam plangunt tẽpus perditũ, in quo nullum bonũ fecerunt dicẽtes, O miser ego sum religiosus, & sunt triginta anni ꝙ ego habitũ porto, & nullũ bonum feci, &c. Idẽ de presbyteris & laicis. Tempus saltandi erit in alio mũdo. Vnũ saltum, siue choreã faciunt sancti patres & patriarchæ, cum quibus tripudiãt personæ quæ fuerunt misericordes. Aliũ motũ faciunt prophetæ cũ quibus tripudiãt deuoti. Alium apostoli, cũ charitatiuis. Alium martyres, cũ pœnitẽtibus. Alium virgines, cũ conti-

tinentibus. Eccle. Pascis inter lilia septus choreis virginũ spõsas decorans gloria, sponsisq; reddens præmia. Quodcunq; pergas virgines sequuntur, atq; laudibus post te canentes cursitant hymnosq; dulces personant. Tempus belli est in hoc mundo, in quo oportet nos bellare contra mundum per patientiam, quoniam mundus dat tribulationes, aduersitates, & derisiones bonis personis. Secũdò cõtra carnẽ per abstinentiã. Caro enim bellat dãdo malas inclinationes, & desideria, &c. sed vincitur abstinẽtia. Tertiò cõtra dęmonem per humitatem: quia sicut ipse est damnatus per superbiam, sic vellet, quod omnes essemus superbi, vt cum eo essemus damnati, sed vincitur humilitate. Tẽpus pacis & quietis est in alio mũdo. Auct. Sedebit populus meus in pulchritudine pacis, & in tabernaculis fiduciæ & in requie opulenta. Esa. 32. Ecce quomodo Deus diuisit tẽpus in tempus merendi in hoc mundo, & in tempus præmiandi in alio mundo. Auctoritas Christi, in qua ponit nouem merita huius mundi, quibus correspondent nouẽ præmia seu beatitudines in paradiso. Mat. 5. dicitur. Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnũ cęlorũ, &c. Pauperes spiritu sunt illi qui despiciũt omnia bona mũdana, etiã si sint diuites, non ponũt ibi cor nec spem, sed seruiunt sibi de diuitiis in necessitatibus, & non in vanitatibus. Alij dicuntur etiã pauperes spiritu in maiori gradu, sicut sunt illi qui propter Deum dimiserunt omnia quę habent, & possunt habere vt sancti Apostoli. Christus dicit quòd ipsorum est regnum cęlorum. Ecce præmium. Secũdò, Beati mites. Ecce meritum, quoniam ipsi possidebunt terram, scilicet viuentium. Ecce præmium, mites sunt qui nolũt facere pompam in ornatu, vestitu, nec scutiferis, nec equis, sed in corde & in ore & gestu sunt simplices. Tertiò, beati qui lugent, scilicet peccata. Ecce meritum, quoniam ipsi consolabuntur. Ecce præmium. Quartò, beati qui esuriunt, & sitiunt iustitiã, quia aliàs gentes se occiderẽt. Sed quando vident illum suspensum, propter furtum, & illum propter homicidium, &c. dicũt, Cauebo à talibus. Propter hoc domini temporales qui faciunt iustitiam habent hic magnũ meritũ, & in cęlo habẽt magnum pręmiũ, quoniam ipsi saturabuntur. Quintò, beati misericordes, quia instar seminatoris in tẽpore messis. s. die iudicij metent, quoniã ipsi misericordiã cõsequẽtur. Sextò, beati mũdo corde. s. ab odio, rancore, inuidia, mala volũtate, & malis desideriis, quoniã ipsi Deum videbunt. Septimò, beati pacifici. i. pacẽ facientes, cũ inimicis dicit Aug. in lib. de ser. domini in monte. quod hoc meritum est maius, ideo præmium correspondens est maius, quoniam filij Dei vocabuntur. Octauò, beati qui persecutionem patiũtur propter iustitiam. Ecce meritum, quoniã ipsorum est regnũ cęlorũ. Nonò, beati estis cũ maledixerint vobis homines, & persecuti vos fuerint, & dixerint omne malũ aduer

ſum vos,mentiẽtes propter me. Gaudete & exultate,quoniam merces veſtra copioſa eſt in cęlis. Mat.5. Secundum ergo durationẽ temporalẽ qui in hoc mundo nouiſſimè incipiunt mereri,in alio mundo pręmiantur primi, ſi primi ex hac vita decedunt. Ideo dicit,Erũt nouiſſimi primi,ſcilicet in gloria,&primi in merito,erunt nouiſſimi in præmio, verbi gratia. Quis primò incœpit mereri & eſſe in ſeruitio Chriſti,Petrus Apoſtolus,vel latro? Certum eſt,quod Petrus qui iam incœpit in principio prædicationis Chriſti,latro autẽ in fine.tamen latro fuit primus in gloria,quia eadẽ die fuit in paradiſo & habuit paradiſum,&Petrus ſtetit adhuc per triginta annos. Idem de virgine Maria & B.Stephano, cùm beatus Stephanus fuit prius in gloria quàm virgo Maria. Idem de Ioanne Euangeliſta qui fuit de primis diſcipulis Chriſti, & de Paulo q fuit de vltimis,quia poſt aſcenſionẽ Chriſti adhuc perſequebatur Chriſtianos,& tamen Paulus fuit prior Ioãne in gloria bene per viginti annos. Idẽ de nobis vnus religioſus erit qui ſeruiuit Chriſto quadraginta annos vel quinquaginta,ſeruando regulam,vota,ceremonias, & vnus hodie profitetur & moritur in ſanctitate. Iſte qui fuit nouiſſimus in merito,erit tamen primus in pręmio in gloria. Idem de presbyteris & laicis,quot ſunt in mundo qui tenent ſanctã vitam, amore quorum Deus ſuſtinet mundũ,quia aliàs olim fuiſſet conſumptus forte propter peccata inhabitantium. Patet hoc pulchrè. Gen.18. quia ſi decẽ iuſti fuiſſent inuẽti in Sodomis & Gomorrha,pepercíſſet Deus omnibus. Ait enim,propter decẽ non delebo eos. Tales aliquando diu Domino ſeruiũt. Et hodie baptizatur infans & moritur,ille eſt prius in gloria, ideo tales non ſunt flendi qui proſpero nauigio pręcedũt vos ad portũ ſalutis.1.Theſſal.4. Nolumus vos ignorare de dormiẽtibus,vt nõ cõtriſtemini ſicut & cæteri qui ſpẽ non habent. Ergo ſecundũ durationem temporalem erunt nouiſſimi primi. Dico ſecundò quod prædictũ verbum eſt verũ ſecundum conditionẽ mundanalem. Conditio mundanalis eſt,quod proſperitas.ſ.diuitiarũ,honorum,& dignitatũ,&c.elongat, & retrahit hominẽ à Deo, intantũ quod ille qui eſt in proſperitate obliuiſcitur Deũ. No.ad hoc ſimilitudinẽ de illo,qui cũ magnis delectationibus, & laboribus enutrit falconẽ per tres,vel quatuor annos, & aliquoties fugit,nec vult ad Dominũ redire,quando ab ipſo vocatur,& hoc ideo eſt,quia habet ſtomachũ plenũ. Ita eſt hodie in mũdo de multis. Deus nutrit perſonas diuites,quibus dat proſperitates,diuitias,&c.quia nullus poteſt iſta dare niſi Deus. Dominus pauperẽ facit,& ditat,humiliat & ſublimat. Nullus dicat,quod habeat propriis laboribus,quia multi ſunt,qui laborãt q tamẽ nihil lucrãtur: Deus dat totũ. Et multi quãdo ſunt pleni recedũt à Deo. Ecce fugã. Ideo ſunt pauci diuites, & deuoti in mũdo,quia talis eſt cõditio proſperitatis mũdanalis, &c. Aut. Incraſſa-

Tolerat Deus malos propter bonos.

tus eſt

tus est dilectus,& recalcitrauit,incrassatus, impinguatus,dilatatus. Dereliquit Deum factorem suũ,& recessit à Deo salutari suo. Deut. 32.Nota incrassatus,scilicet,delitiis,impinguatus diuitiis,dilatatus, scilicet,honoribus,officiis,dignitatibus,&c.Ideo dereliquit Deum factorum suum,&c.per mũdanalem prosperitatem. Oppositum facit aduersitas,quæ facit hominem venire ad Deum,sicut tribulatio, infirmitas,persecutio,paupertas,&c.quando sicut falco plenus recedit à Domino suo,sed quandó esurit,statim venit ad manũ, quãdo vocatur à Domino.Sic diues plenus recedit à Domino ,sed pauper ad primam vocem,quando vocatur à Domino,scilicet,in prædicatione,vel aliàs statim venit,conteritur,confitetur,&c.Simplices statim cõuertuntur ad Deum, sed diuites minimè Bene potestis prædicare,& dicere.Ecce qualem habet aduersitas conditionem,& efficaciam,quæ fecit hominem venire ad Deum , quod patet ad oculũ. Erit vnus scutifer iuuenis fortis,& robustus,qui totum tempus suũ expendit equitando,rapiendo,furando,&c.sed quãdo capitur,sentiatur,tunc confitetur , & petit veniam, pœnitet, & dolet.Gregor. Mala quæ nos hic præmunt , ad Deum ire compellunt. Modò secundum conditionem mundanalem in mundo sunt primi Reges,Duces,Principes,Comites,Barones,Papa,Cardinales,Prælati, &c.Nouissimi autem sunt pauperes simplices personæ in omni loco tam in ecclesia quã in platea,& in via, & in mensa,&c. Sed apud Deum sunt primi,quia aduersitas facit ipsos ire ad Deum. Et primi secundum mundum sunt nouissimi apud Deum , quia prosperitas elongat ipsos à Deo.Ecce quomodo sunt nouissimi primi,& ecõuerso secundum mundi conditionem.De hoc dabo vobis miraculum, & exemplum sacræ scripturæ , quod Christus prædicauit de diuite epulone,& paupere Lazaro.Luc.16.quoniã pauper mendicus Lazarus,qui secundum mundum erat nouissimus , apud Deum fuit primus.Diues secundum mundũ erat primus,sed secundũ Deũ fuit nouissimus in inferno. Factum est autem vt moreretur mendicus , & portaretur ab angelis in sinum Abrahæ. Mortuus est autẽ & diues &sepultus est in inferno.Exemplum autem fuit de Dauid,& fratribus suis.1.Reg.16.Quando Deus voluit dare regem populo Israël, dicit Samuëli prophetæ quod iret in ciuitatẽ Bethleem ad Isai,qui habebat multos filios dicẽs,ꝙ vngeret in regẽ vnũ ad filiis suis,scilicet illum quem sibi ostenderet . Nota Isai vocauit Aminadab , & alios sex,& successiuè.Vltimo vero ex iussu Samuëlis Dauid. Et tũc ait Dominus, Surge & vnge eum , ipse est enim. Nota historiam, quia pulchra, Saul fuit eiectus de regno coram Domino vltimus, coram mundo primus. Dauid verò primus coram Domino , abiectus mundo. Et dic quomodo primi erunt nouissimi,& ecõuerso secundum conditionẽ mundi. Super hoc sancti doctores dãt vnam

similitudinē talem.s.de falcone, & gallina, quia falco quādiu viuit, seruatur diligenter.No.practicè,&c.Oppositum est de gallina, &c. quę nō permittitur intrare cameram domini.Sed post mortē mutatur sors,quia gallina est prima, & portatur cū magno honore inter duas scutellas argenteas corā domino.Falco autem est nouissimus, quia proiicitur in sterquilīniū.idē in proposito de diuite, & paupere,&c.Moraliter nota hîc pro diuitibus vt custodiant se,& caueant à peccatis,taliter quod sicut sunt primi in hoc mundo sint etiam primi in alio corā Deo.Quoniā diuitię,vel sunt acquisitę iustè, vel iniustè.Si iniustè,debent restitui.Si iustè,debent in necessitatibus expendi,& non in vanitatibus,sed facere debemus ex ipsis opera misericordiæ,pietatis, &c.Itē si est in magno honore cōstitutus,cogitet quod est imago Dei cui fit honor dicendo.Non nobis Domine non nobis, sed nomini tuo da glo.&c.Idē delitiis,de quibus potes recipere secūdum statum tuum sed non transcendere limites pręceptorum Dei.No.de quolibet statu secundum libitum.Pauperes autem qui in hoc mundo nō habent delectationes magnas,sed amaritudines,miserias,& paupertates,si ista recipiunt cum patientia,licèt in hoc mundo sint nouissimi,in alio mundo apud Deū erunt primi in gloria.Ideo dicit scriptura.Glorietur humilis in exaltatione sua,diues autem in humilitate sua, quoniam sicut flos fœni trāsibit.Exortus est enim sol cum ardore,& arefecit fœnum, & flos eius decidit, & decor vultus eius deperiit.Ita & diues in itineribus suis marcescit.Beatus vir qui suffert tentationem, quoniam cum probatus fuerit,supple patiens accipiet coronam vitæ.Iaco.1.Dico tertiò, quod verbum propositum est verum secundum effectionem cordialē.Doctrina est communis sanctorum doctorum in theologia,quod meritum gratiæ in hoc mundo,& præmiū gloriæ in alio magis venit ex affectione cordis,& feruore spiritus, quā ex multiplicatione bonorū operum.Quātò enim homo plus habet, vel minus de charitate, tātò est primus,vel nouissimus,siue maior, vel minor apud Deum, Verbi gratia. Sint duo quorum vnus facit magna opera pœnitētialia,ieiunando,orando magnas eleemosynas dando,&c.tamē nō facit ista cum magna affectione cordis, & feruore spiritus, licèt sit in gratia Dei,tamen nō est ita inflammatus charitate,vt oporteret.Alter autē nō facit tot bona opera,sed solū seruat ieiunia ecclesię,confitetur, & cōmunicat semel in anno in Pascha,audit missam in Dominica solū,facit aliquas eleemosynas,sed ista opera facit cū magna affectione cordis,& feruore spiritus,& cum magna charitate, ita ꝙ totus videtur ignitus. De his duobus quis habebit maius meritum gratię hic,in alio mundo maius pręmium glorię?Dico quod iste secundus,quia meritum essentiale seu principale non cōputatur secūdum multiplicationē seu similitudinē operum,vel durationē tēporis

ris,sed maiorem charitatem. Augustin. Non numerositas operum. nō diuturnitas temporum, sed maior charitas, maiorq; voluntas auget præmium. Ex hoc patet quomodo sunt multi nouissimi primi,& primi nouissimi secundum affectionem cordialem. Et multi incipiunt seruire cum magno feruore, vt beatus Antonius, qui isto respectu dicūtur primi, qui paulatim dimittūt, vt religiosi in nouitiatu,& presbyteri,& laici iuuenes, sed quādo sunt antiqui, & senes nullā habēt deuotionē. O inueterate dierum malorum. Dan.13. Sunt aliqui qui tępidè,& frigidè incipiunt seruire Deo, sed paulatim ascendunt,& augmentantur in seruitio Dei, & in feruore spiritus, hi ergo qui sunt nouissimi secundum affectionem cordialem efficiuntur primi per spiritualem diligentiam,& feruorem. Et illi qui erant primi, efficiuntur nouissimi per negligentiam,& indeuotionem. Ideo Apostolus ad Philippen.1. Oro vt charitas vestra magis ac magis abundet in scientia,& in omni sensu. Ideo dicam vobis miraculum de Sophia, cui tradebant clauem ecclesiæ Cōstantinopo.& bobus deficientibus dedit herbam cum magna affectione cordis, & feruore spiritus. Ideo completa ecclesia fuit inuenta scriptura in liminari dictæ ecclesiæ de literis aureis. Sophia me fecit. ecce quomodo totum opus fuit sibi attributum,& nō illis qui dederunt tot millia florē. sed sine magno feruore. Patet ergo quomodo intelligitur. Erunt nouissimi primi,& primi nouissimi.

Iuxta gradus charitatis hîc, erūt gradus gloriæ essentialis in cælo.

Dominica in Septuagesima. *Sermo V.*

S*Ingulos denarios accipientes murmurabant.* Matth.20. Sermo noster erit de difficultate, & subtilitate verbi propositi. Materia est contemplationis,& deuotionis pro personis deuotis, & bonæ instructionis pro omnibus, sed primò salutetur virgo Maria,&c. Singulos denarios,&c. Pro declaratione difficultatis theologicæ tactæ in verbo proposito oportet dicere parabolam euanlij breuiter, quia intellectus literalis siue historialis est fundamentum intellectus spiritualis. Dicatur historia ad literam de illis, qui murmurabāt. dicit the. Singulos denarios accipiētes murmurabāt. Modò veniamus ad difficultatem theologiæ. Hęc similitudo Christi ostendit quomodo Christus dat salarium gloriæ bonis personis & deuotis, quæ laborant diligenter in vinea ecclesiæ militantis, per bonam vitam. Modò est difficultas in hoc quod dicit singulos, &c. In quo apparet quod non dat nisi vnum denarium cuilibet, & nunquid pro tanto, & tam longo seruitio non dat plus. Secunda difficultas, quia videtur, quod omnes sint æquales in præmio gloriæ. Tertia difficultas est in hoc quod dicit murmurabant, scilicet, vnus de alio,& nūquid in Paradiso est murmur, vel inuidia. Has tres

difficultates volo nunc declarare. Quantum ad primum cùm dicit singulos denarios accipientes, sciendum est, quod iste denarius, quē Deus dat bonis operariis in fine diei mundi, scilicet, vitæ præsentis est paradisus, siue gloria ęterna. Hunc denarium dat bonis operariis religiosis, qui diligenter laborauerunt in vinea religionis ecclesię, & presbyteris, qui fideliter laborauerunt in vinea ecclesiæ, & bonis laicis, qui fideliter laborauerūt in vinea Christianitatis per bonam vitā. Gloria Paradisi dicitur denarius, propter quatuor, quæ sunt in denario, quæ illam gloriam significant. Primum est scriptura, secundum est figura, tertium est circulatura, quartum est sonus. Quātum ad primum scriptura quæ est in denario, significat gloriam animæ beatę, quæ statim, quādo intrat Paradisum, habet notitiam, & sciētiam claram de omnibus scripturis mundi, etiam si in hoc mundo fuerit rusticus siue pastor rudis. Et sicut scriptura est in vtraque parte denarij, sic statim anima beata habet vtrāque sciētiam, scilicet, de Deo, & de creaturis, quia subitò anima habet sciētiam de sancta trinitate, de patre, & filio, & spiritusancto. Item ex alia parte videt statim coniunctionem humanitatis Christi, cum diuinitate. Tunc dicit anima. O nunquā potui istud intelligere vsq; modò. Videt etiam Christum in hostia consecrata sicut nos videmus imaginē nostram in speculo, quam nos non videmus modò nisi per fidem. Tunc dicunt animæ beatę. Sicut audiuimus, scilicet prædicare in mundo, sic vidimus in ciuitate Domini. Ecce scriptura vnius partis denarij. Ex alia parte anima habet scientiam creaturarū omnium artiū, & scientiarum mundi, etiam si sit anima vnius pueri, vnius diei, statim scit totam grammaticā, & logicam, &c. plus quā aliquis philosophorū sciuit vnquā. Scit omnes naturas, & proprietates animaliū, auium, piscium, lapidum, herbarum, fructuum, & elemētorum, & stellarū, cognoscit omnes angelos, & nomina eorum, & sanctarum. Grego. Quid est quod non videat, qui videntem omnia videt? Ergo benedictus est ille, qui studet in libro bonæ vitæ. Multi vadunt ad studia diuersa 10. 11. vel 12 annis, & tamen parum acquirūt de scientia, sed in Paradiso subitò habetur. Patet ergo quomodo denari⁹ significat illam gloriā propter scripturam vtriusq; partis. Auct. vincenti dabo manna absconditum, & dabo illi calculū candidum, & in calculo nomen nouum scriptum, quod nemo scit nisi qui accipit. Apocalipsi. 2. Nota, Vincenti, scilicet occasiones mundi, inclinationes carnis, tentationes diaboli, dabo māna absconditū, & significat delectationes gloriæ, quæ nūc nobis absconditę sunt, sed Dauid sensit quādo dixit, O quàm magna multitudo dulcedinis tuę Domine, quā abscōdisti timentibus te, loquitur de timore filiali, &c. Et dabo illi calculum, scilicet margaritam siue perlam pretiosam, lucentē, id est, scientiā clarā absq; obscuritate aliqua. Et in calculo nomen nouum

Denarius vineæ conducto cultori numerantis æternā felicitatem significat.

scriptum

ſcriptum,ſcilicet ſcientiam omniũ ſcientiarum. Secundò quantũ ad figuram imaginis,quæ eſt in denario, ſignificat gloriam corporis, quam habebit in die iudicij. Quia ſicut corpora laborauerũt ſimul cum animabus in vinea Chriſti in bonis operibus,ita non ſolũ animæ,ſed etiã corpori vult dare gloriã, propter hoc in iudicio generali reſurgent omnia corpora,vt recipiant claritatem. O qualis gloria erit,& qualis delectatio,quando gloria animæ redũdabit in corpus. Itẽ imago regis,quę eſt in denario,habet coronã in capite cum quatuor liliis,quæ ſignificãt quatuor dotes corporis glorioſi,& prima erit impaſſibilitas. Modò modica ſpina ſiue lapis nos cruciat,ſed tũc corpus erit impaſſibile ſine aliqua paſſione, quia nec ignis,nec aqua,&c. Secũda erit claritas. Modò vnus eſt niger,alius albus,&c. ſed tunc iuſti fulgebunt tanquam ſol,imò plus. Tertia erit agilitas. Modò habemus corpora grauia,quia vix poſſumus nos portare,ſed tunc erunt leuia ad inſtar mẽtis,quæ ſubitò,&c. Quarta erit ſubtilitas. Modò leuiter impedimur ne tranſeamus,ſed tunc à nullo poterimus retineri, quin tranſeamus, quocunq; voluerimus ire. Ecce quid ſignificat imago regis,cum corona in denario,ideo dixit Dauid in perſona Chriſti reſurgẽtis, Refloruit caro mea. Idem erit de nobis in reſurrectione generali. Ideo Apoſtolus, Noſtra conuerſatio in cęlis eſt,ſcilicet quantum ad gloriam animarum,vnde etiam ſaluatorem expectamus Dominum noſtrum Ieſum Chriſtũ,qui reformabit corpus humilitatis noſtræ cõfiguratum corpori claritatis ſuæ,&c.ad Philip.3. Tertiò quãtum ad circulaturam, ſiue rotunditatem,quæ eſt ſine principio,& ſine fine in denario , quæ ſignificat perpetuitatem gloriæ,quia illa gloria non datur ad diem, menſem ſiue ad annum,ſed in perpetuum. In hoc mundo ſeruiunt ſerui,& ancillæ ad certum tempus pro certo ſalario. Non ſic Deus,ſed vult quod homo ſeruiat ei de tota vita ſua , & ipſe dat ſalarium gloriæ æternaliter. Ideo dicet Chriſtus in die iudicij. Ibũt hi in ſupplicium æternum,iuſti autem in vitam æternam. Matth.25. Quartò quantum ad ſonum denarij. Denarius ſignificat officiũ,quod erit in gloria,non quod ibi erit officium ſartorum, pellificũ, & ſic de aliis,ſed ſolum erit ad officium eccleſiaſticorum,ſcilicet laudare Dominum ſine tædio & ipſum benedicere. Dauid, Beati qui habitant in domo tua Domine,in ſæcula ſęculorũ laudabũt te. ex his quatuor gloria Paradiſi dicitur denarius. Quantũ ad ſecundã difficultatẽ,cum dicit, Singulos denarios accipientes, videtur ergo, quod omnes ſint æquales in pręmio glorię,maximè,quia dicit Euangeliũ. Hi nouiſſimi vna hora fecerunt,& pares illos nobis feciſti. Reſpõdeo,& dico,quod in gloria nõ ſunt æquales, immo eſt magna ibi differẽtia, & diuerſitas, vnde Chriſtus dixit de Ioan. Inter natos mulierũ nõ ſurrexit maior Ioãne Baptiſta. Qui autẽ minor eſt in regno cœlorum

ium maior est illo. Mat. 11. Ex quibus verbis patet, quod nõ omnes sunt ibi æquales, imò aliqui sunt ibi minores, aliqui maiores: Quare ergo dicit singulos denarios accipientes? Pro huius verbi declaratione nota, quod licèt sol æqualiter tãgat omnes sibi præsentes, nõ temen æqualiter omnes sentiunt eius calorẽ, quia nõ sunt oẽs æquales in complexione, nec æqualiter induti: nec æqualiter iuuenes, vel senes. Ita est in paradiso. Quia licèt omnes habeant eundẽ denariũ gloriæ nõ tamẽ sunt æquales omnes beati, imò secundũ quod in hoc mundo cum minori vel maiori diligentia & charitate seruierunt Christo, sic habent maiorẽ vel minorẽ gloriam in paradiso. Sol enim iustitiæ Christus Deus noster æqualiter tangit omnes, sed ipsi nõ sunt æqualiter beati. Sicut luna & omnes stellæ recipiunt claritatẽ à sole. Sed vt clarè patet ad oculum, nõ omnes æqualiter illuminãtur, quia plus recipit luna de claritate solis quã aliæ stellę. & sic de aliis secundum quod diuersæ cõditiones & proprietates stellarũ sunt. Ita de sole iustitię & de sanctis, quia nõ sunt omnes æquales in meritis, ideo nec in gloria. Ideo dicit Aposto. Stella differt à stella in claritate, sic & resurrectio mortuorum. 1. ad Cor. 15. No. aliã similitudinẽ de rege plures filios habente, quorum vnus est paruus quinq; annorum, alius decem, alius duodecim, alij sunt magni, quos rex induit omnes de eodẽ panno pretioso de auro. Certũ est, ꝙ plus ponitur de panno in veste filij maioris quam minoris, tamẽ omnes sunt cõtenti de suis vestibus, nec vellẽt permutare, licèt plus de panno sit in vna quã in alia. Idẽ de veste gloriæ. Quidã sancti sunt minores, quidã maiores, quos omnes Deus induit de eadẽ pecia pãni pretiosissimi glorię, sed vnus habet plus quã alter, secundũ quod habuit hic maiorẽ charitatẽ melioremq; voluntatẽ. Nõ credatis, quod qui est maior in genere, vel scientia, & diuitiis, vel potentia, sit maior in gloria, sed qui fuerit maior in charitate Dei & proximi. Augu. Maior charitas meliorq; voluntas auget meritũ. Quantũ ad tertiã difficultatẽ, cũ dicit, Et murmurabant, an in cęlo vnus murmuret cõtra aliũ? Respondeo, quod non, quia inter eos nulla est inuidia, sed amor & consolatio. quare ergo dicit thema, Singulos denarios accipientes murmurabant. Pro cuius declaratione sciendum ꝙ murmuratio est secreta locutio, quæ fit cõtra aliquẽ dupliciratione, vel ex indignatione vel admiratione. Ex indignatione murmurat aliquis quandoque, quãdo præcipitur alicui aliquid, de quo reputãs se iniuriatũ, murmurat, vel ex admiratione, sicut quãdo dicitur de aliquo, O benedictus Deus, & quomodo ascẽdit iste in magnũ honorẽ vel dignitatẽ, vel diuitias, nõ est diu quod erat pauper. Prima murmuratio est peccatum, secunda nõ. De ista murmuratione dicit Authoritas de Iudęis cõtra Christũ murmurãtibus. Quidã ex admiratione dixerunt, pro certo his

to hic homo bonus est, multa bona opera facit & multa mirabilia pro certo sanctus homo debet esse. Sed alij, vt Pharisæi murmurabant ex indignatione dici. quòd habebat spiritum familiarē, virtute cuius eiiciebat dæmonia, &c. Auctoritas. Murmur multus erat in turba de eo. Et distinguit, Quidam enim dicebant, quia bonus est. Alij autē dicebant non, sed seducit turbas. Nemo tamen palàm loquebatur de illo, propter metum Iudæorum. Ioan. 7. Modò respondeo ad difficultatem. In hoc mundo est murmur ex indignatione, propter inuidiam. Hæc murmuratio est mala contra quam dicit scriptura, Omnia facite sine murmurationibus. ad. Phi. 2. & Sap. 1. Custodite vos à murmuratione quæ nihil prodest. In paradiso autē nōest murmur ex indignatione, sed ex admiratione, quādo beati vidētaliquē qui modò cœpit inseruire Deo & moritur in gratia, & Christus dat sibi gloriam, dicunt sancti, O benedictus Deus, iste vixit in peccatis magnis triginta vel quadraginta vel quinquagita annis, & modò nouiter conuersus habet tantam gloriam. Credatis quòd isto modo sancti loquebantur de Paulo apostolo, admirantes, cùm fuisset tā magnus persecutor Christianorū & modò sit tam magnus in paradiso. Item de beato Mattheo prius vsurario, &c. Item de Magdalena, cùm sint complures virgines in paradiso quæ nō habent tantam gloriam, quę admirantes dicunt, O benedictus Deus quis fecit istam conuerti & exaltauit. Hæc murmuratio sancta & bona. Sic intelligitur, singulos denarios accipientes murmurabant, scilicet, ex admiratione, & non ex indignatione. Deo gratias.

Dominica in septuagesima. *Sermo. VI.*

M*Vlti sunt vocati, pauci verò electi.* Matthæ. 20. Inter alias magnas difficultates & subtilitates sancti euangelij, ista thematis est de maioribus, scilicet, de multorum vocatione & paucorum electione. Tria sunt quę dant magnam difficultatem verbo thematis proposito, scilicet.

Reuelatio diuinalis,
Argumentatio naturalis,
Prædestinatio æternalis,

Dico primò, quòd verbum propositum habet difficultatem, ex reuelatione diuina. Quoniam ex diuina reuelatione facta beato Ioanni euangelistæ, inuenitur in sacra scriptura quod tot sunt electi, in gloria quòd sunt innumerabiles. Apocal. 7. Vidit urbam magnam quam dinumerare nemo poterat ex omnibus gētibus & tribubus & populis & linguis stantes ante thronum Dei. ergo multi sunt electi, &c. Gen. 15. legitur quòd Abraham cōplangebat secum Deo, quia nō habebat hæredē cum tot bona haberet, quē Deus eduxit extra dicēs. Suspice cęlum & numerā stellas si potes, & dixit ei, sic

sic erit semen tuum. Ecce hic reuelatio diuina multorũ electorũ in dicta repromissione, de qua dicit ecclesia. Signifer S. Michaël repræsenret eas in lucẽ sanctã, quã olim Abrahę promisisti & semini eius. Quare ergo dicit thema, Multi sunt vocati, &c. Respõsio prima, quod verbũ Christi est verum, & reuelationes Abrahę & Ioannis sunt veræ. & concordant per distinctionẽ sic. Quoniã de electis possumus loqui dupliciter, vel absolutè vel comparatiuè. Primo modo electi sunt multi, sicut dixit Ioãnes in dicta reuelatione sibi facta à Deo. Secũdò sunt pauci respectu multitudinis dãnatorũ, & sic loquitur Christus cõparatiuè, sicut in manu plena arena sunt grana innumerabilia absolutè, sed sunt pauca respectu illorũ quę sunt in littore maris. Et Deus recepit manũ plenã. Et omnes electi in manu Dei sunt. Sap. 3. Iustorũ animę in manu Dei sunt, & nõ tãget illos tormẽtũ mortis, visi sunt oculis insipientiũ mori, illi autẽ sunt in pace, &c. Sed absolutè loquẽdo, sunt tot, quot sunt innumerabiles, videlicet quot innocentes, quot martyres. Dicit S. Hier. ꝙ si quolibet die fieret festum quinꝗ milliũ martyrũ, dies anni nõ sufficerẽt. Quot doctores, quot cõfessores, quot virgines, quot sancti cõtinentes, quot sancti religiosi, clerici, laici de matrimonio innumerabiles sunt absolutè. Sed cõparatiuè respectu dãnatorũ pauci sunt electi. Quoniã antequã Christus veniret in hunc mundũ in carne humana, & trãsierunt de hoc mundo vltra .5. millia annorũ, totus mũdus dãnabatur, exceptis paucis de populo Israël, qui ibãt ad limbũ sanctorũ patrũ. Itẽ, tẽpore legis Moysi, cogitate quot infantes mortui fuerunt absꝗ circuncisione. Sic modò tẽpore legis Christi, quot moriuntur absꝗ baptismo, & de his nullus saluatur. Io. 3. Amẽ, amẽ dico vobis, nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, nõ potest intrare in regnũ cœlorũ, &c. Itẽ, quot Iudæi, quot Agareni, quot pagani & infideles. Item, quot mali Christiani, quia fides & baptismus cũ bona vita saluat hominẽ Christianũ, aliàs nõ. Quot Christiani sunt, qui licèt habeant fidẽ, tamen sunt superbi, auari, luxuriosi, & sic de aliis peccatis. Quot Christiani qui nõ cõfitentur quolibet anno in quadragesima, nec cõmunicãt, nec seruãt præcepta, nec dominicã nec festa sanctorũ. Omnes tales dãnantur. Isto modo cõparatiuè pauci sunt electi. No. hic de archidiacono Lugdunensi, qui per quadraginta annos fuit in eremo in magna pœnitentia, postquã resignauit sua beneficia, qui post mortẽ apparuit archiepiscopo Lugdun. qui quęsiuit ab eo vt diceret sibi aliquid de alio mũdo, qui respõdit, ꝙ in die qua ipse obiit, mortui fuerunt in mũdo triginta millia, de quibus solũ quinꝗ fuerũt saluati, scilicet, ipse & beatus Bernardus, qui illa die obierat, qui statim sine purgatorio ascẽderant ad paradisum, & tres descenderãt ad purgatoriũ, alij quidem descenderãt ad infernum. Propter hoc

Vide, lector, prodigium.

dicit

dicit Christus. Matt. 7. Intrate per angustam portam, quia lata est porta & spaciosa via quæ ducit ad perditionem. Arcta autem & stricta quæ ducit ad vitam, & pauci inueniunt eam. Pauciores qui inuentam teneant. Paucissimi qui eam perficiant. Quilibet vult ire ad libitum. Angusta porta paradisi voluntas Dei est. Ad istam oportet se restringere, qui paradisum vult intrare. Lata porta est voluntas propria. Arcta via quæ ducit ad vitã est afflictio pœnitentialis. Via spaciosa inferni cõuersatio mũdanalis, & bene comedere bene bibere, luxuriari, delectari, vindicare se de iniuriis, &c. Pauci sunt electi. Hæc cõparatio maximè apparebit in die iudicij, quãdo electi videbuntur ad dextrã Christi iudicis pauci. De hoc propheta Esai. ponit duas similitudines dicẽs, Quomodo si paucæ oliuæ quæ remanserunt, excutiantur ex oliua, & racemi cũ fuerit finita vindemia. Hi leuabunt vocem suam atque laudabunt nomen domini. Esa. 24. Dicit hic Lyra post excussionẽ oliuarũ & vindemiationẽ paucæ remanent oliuæ & pauci racemi. Sic in iudicio pauci erunt electi in cõparatione. Ecce quomodo intelligitur, multi sunt vocati pauci verò electi. Dico secundò ꝙ verbum thematis habet difficultatẽ per argumentationẽ naturalẽ. Dicit thema, Multi sunt &c. modò est ratio naturalis & difficilis quæ declaratur per regulã philosophiæ dicentẽ, Quælibet res operatur naturaliter per suam virtutẽ & perfectionẽ. Et licet regula sit clara, tamen ad magis declarandum, do duas similitudines. Prima in sole qui habet plus de claritate, ideo plus illuminat. Secunda in igne qui habet virtutem calefactiuam & illuminatiuam, quia quantò maior est ignis, tãtò magis calefacit & illuminat, modo cùm Deus sit infinitæ potentię & virtutis, & misericors. Dauid, Apud dominum misericordia, & copiosa apud illum redemptio. Psal. 129. Item miserator & misericors dominus, patiens & multum misericors. Psalmo 144. Cùm ergo quælibet res operatur naturaliter secundum suam virtutẽ, &c. Sitq; Deus infinitæ misericordiæ, debet saluare animas infinitas. Quomodo ergo sunt multi vocati pauci verò electi, cum deberent esse infiniti? Pro responsione notandum, quod Deus est infinitæ misericordiæ, pietatis & bonitatis, & vt omnes saluarentur, fecit quicquid debuit facere & potuit, etiam infinitè. Quare ergo non omnes saluantur, quia nõ omnes volunt saluari, immo pauci sunt qui volunt recipere suam saluationem. Nota similitudinem de Rege, qui abundantissimè soluit precium redemptionis pro captiuis, qui erant in Barbaria, & parauit naues & galeas, vt possint ad patriam suam redire, qui tamen nolebant inde exire. Sic in proposito, Dominus Iesus Christus abundantissimè soluit precium redemptionis pro hominibus, etiam si essent infiniti homines, & parauit naues, scilicet, innocentiæ baptismalis, pœnitentiæ sacra-

mentalis,

mentalis, obedientię generalis. Sed gẽtes nolunt exire de captiuitate, quoniã Iudæi nolunt exire de carcere Moysi, nec agareni de carcere Machometi, nec superbi de carcere superbiæ, & sic de aliis. Ideo si non saluantur est culpa gentium, & nõ Dei, quia nõ vult cogere librum arbitrium, sed inducit & cõsulit. Hoc bonum est & acceptum coram saluatore nostro Deo, qui omnes homines vult saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire, qui dedit redemptionẽ semetipsum pro omnibus. 1. Thim. 2. Dico tertiò quòd verbum thematis habet difficultatẽ per prædestinationẽ ęternalẽ. Regula est theologorum, quod diuina prædestinatio est fundamẽtum & primum principium saluationis hominum intantum, quod nemo potest saluari nisi æternaliter fuerit prędestinatus. Si ergo pauci sunt illi qui saluãtur, oportet etiã dicere quod pauci sunt prædestinati. Si ergo Deus prædestinauit paucos, quare nõ prædestinauit multos aut omnes? Antequam enim fuissent peccata, iam Deus paucos elegit. Quod autem prædestinatio sit fundamentũ saluationis. Auctoritas, Quos prædestinauit. glo. ęternaliter. hos & vocauit. s. per prædicationes suas. s. apostolorũ & aliorũ. Et quos vocauit, hos & iustificauit, scilicet, per gratiã seu fidẽ, quos autẽ iustificauit, illos & magnificauit, scilicet, per saluationem. Ro. 8. Item, alia auctoritas, Elegit nos ante mundi cõstitutionem, vt essemus sancti & immaculati in cõspectu ei⁹ in charitate, qui prędestinauit nos in adoptionem filiorũ. ad Ephesios. 1. Quare ergo Deus nõ elegit seu prædestinauit omnes? Videtur quòd non fuerit liberalis in eligẽdo seu prædestinando. Modò, quia ista materia est multum subtilis, oportet respondere, per vnam similitudinem talem, Semel in quadam ciuitate fuit inuenta vna magna congregatio seu multitudo latronum, qui per curiam capti & sententiati omnes ducebantur ad furcam, & dum irent, rex intrauit per ciuitatem. Qui vidẽs eos dixit, quid est hoc? Et fuit sibi dictum quod omnes erant latrones iam ad suspendium sententiati. Rex autem inspiciens eos pepercit aliquibus de illis, & recipit illos in suos deinde fuit supplicatum Regi, quod parceret etiam aliis. Respondit Rex, quod ipse non traheret ad se sicut alios receperat, sed placeret sibi quòd essent soluti, & si vellent fugere, fugerent. Qui soluti, noluerunt fugere, & ideo fuerunt suspẽsi. Sic in proposito sciatis, quod quicquid in hoc mundo euenit & quæcunque eueniunt, omnia presentia Deo fuerũt, nec in aliquo euẽtu creuit sua scientia, quia inuariabilis est. Et videbat quod oẽs humanę creaturę ab origine ibãt ad furcã inferni, quã originaliter nullus ibat ad paradisum, de quibus elegit aliquos ad se trahendo eos, & hos prędestinauit. Si dicatur. Et quare nõ elegit alios? iniuriã fecit illis, vt videretur. Respõsio. Nõ est verum, sicut nec Rex fecit iniuriam latronibus, quos non recepit ad

se, immo fecit eis gratias, soluendo vincula vt fugerent si vellent. Ita Deus de multitudine hominum & mulierum humanæ naturæ eligit illos sicut sibi placuit, & soluit vincula aliorum per liberum arbitriũ, quia si volunt fugere vitia & peccata, possunt fugere. Ideo si damnantur, est ex culpa eorum, ideo multi sunt vocati, pauci verò electi. Sed quilibet bonus Christianus debet facere computum quod sit de electis, & facere suum conatum vt saluetur, ideo dicit Petrus apostolus. Fratres satagite, vt per bona opera certã vestram vocationem & electionem faciatis. 2. Pet. 1.

Dominica in Septuagesima. Sermo VII.

Q*Vid hîc statis tota die otiosi?* Mat. 20. Thema dat mihi motiuũ prædicandi contra vnũ defectum seu vitiũ quod non cognoscitur, tamen est causa multorũ, scilicet vitiũ otiositatis, sed primò salutetur virgo Maria. Quid hîc statis. Thema est verbũ Christi reprehensiuum dicentis, Quid hîc statis, &c. Multæ personæ sunt in hoc mundo deceptæ ex ignorantia, quia nesciũt quid est otiositas, propter quod multoties illi qui laborant iudicantur otiosi, & illi qui sunt otiosi iudicantur diligentes. Bernar. Otiosus est nõ tantũ qui operatur nihil, sed otiosus est qui continuè laborat, nihil tamen inde lucratur. Ex quo verbo patet quod nõ solùm qui nihil facit est otiosus, sed etiã qui inutiliter operatur, & in sero nullum lucrũ portat ad domũ, iudicatur otiosus. Vnde secundũ lucrũ quod homo facit, otiosus vel diligens iudicatur. Verbi gratia. Si quis laborauit tota die inutiliter & nullum lucrum portat de sero ad domum, talis iudicatur otiosus ab vxore & ab omnibus de domo. Alius qui tota die sedit vt sutor vel scriptor, tamen in sero portat lucrũ, talis non iudicatur otiosus, sed dicitur diligens. Sic etiam spiritualiter, quoniam ille qui pro lucro temporali acquirẽdo laborat per terram, & per mare, tam de die quàm de nocte & congregat multa bona, talis dicitur diligens. Sed in sero mortis quando veniet ad iudiciũ, & Christus sibi dicet. Quid es lucratus, & nihil portabit, quia omnes labores temporales hic remanebunt. De quo ergo viues dicit Christus quia nullum bonũ meritoriũ nec bonorum operũ portas. ideo remittitur vt pauper ad hospitale miserorum. s. ad infernum. Illi autẽ qui laborant in operibus spiritualibus, ieiunãdo, orando, missas audiendo, ecclesias visitãdo, cõfitentur, communicant, tales iudicantur otiosi à personis carnalibus & mũdanis dicentibus. Meliùs esset ꝙ iretis fodere vel filare & huiusmodi. Decepti estis, quoniã tales in sero mortis quãdo veniẽtes ad domũ paradisi portabit manus & bursas consciẽtiæ plenas thesauro meritorũ, & poterunt dicere Christo, Domine quinq; talenta tradidisti mihi, ecce alia quinq; superlucratus sum, &c. Mat. 25. quinque talenta. i. quinq; sensus corporales ex quibus lucrãtur alia quinque

Otiosi definitio.

scilicet peccatis flendo, auribus missas audiendo & sermones, odoratu delitias despiciendo, gustu ieiunãdo, tactu corpus affligendo, Cui dixit Christus. Euge serue bone & fidelis, quia in pauca fuisti fidelis, supra multa te constituã, intra in gaudiũ domini tui. Mat. 25 De persona autem quæ fideliter laborat in operibus spiritualibus dicit scriptura sancta. Considerauit semitas domus suæ, & panem otiosa non comedit. Prou. vlt. Sed illi qui sunt negligentes in operibus spiritualibus & otiosi, durè reprehenduntur à Christo dicẽs. Quid hîc statis, &c. Est autem otium reprehẽsibile, quia est contra virtualem operationem, ideo dicit. Quid hîc statis otiosi.

Contra terrenalem habitationem ideo dicit. Quid hîc statis, &c.

Dico primò ꝙ peccatum otiositatis est cõtra virtualẽ operationem, reprehendendo dicit. Quid hîc statis otiosi, cùm deberetis operari virtualiter & meritoriè. In sacra scriptura quando aliquis reprehenditur, quia facit contra virtualẽ operationem, cõmuniter reprehenditur per quid, vt patet prout legitur, Mat. 26. quando Magdalena vidit Christum fatigatũ ex labore, & ipsa ad ipsum confortandum & refrigerandũ vnxit eum vnguẽto. De quo Iudas & alij discipuli murmurauerũt cõtra illud opus virtuosum Magdalenę, quos Christus reprehendit di. Quid molesti estis huic mulieri? Matth. 26. Ita etiam hîc Christus reprehendit otiosos dicens: Quid hîc statis otiosi, quoniam Deus dedit nobis corpus, locum & tempus, vt operemur meritoriè hic, de quo viuamus in alio mundo. Nota hîc secretum theologiæ. Angeli mali statim post peccatũ fuerunt à Deo condẽnati irreuocabiliter, & sine reparatione, intantũ, quòd passio Christi nihil proficit eis. Sed nos expectat misericoditer per annum vel per. 10. vel per 12. vel 20 & vltra ad pœnitentiam. Sed quare facit nobis istam gratiam, & non angelis creaturis tam excellentissimis, quia nos habemus in quo possumus pœnitentiam facere, scilicet corpus siue carnem, quod non habent angeli nec animæ separatæ à corporibus. Ideo multum sumus reprehensibiles si non facimus fructus pœnitentiæ in agro corporis, seminando primò cõtemplationes deuotas in capite, fletus in oculis pro peccatis, in ore orationes deuotas seu humiles, in manibus largitiones eleemosynarum, in pedibus peregrinationes, in toto corpore pœnitentiales afflictiones, propter quod otiosis dixit Christus. Quid hîc statis otiosi. Patet ergo quomodo hoc vitium otiositatis est contra virtualem operationem. Nota hîc similitudinem de illo qui non habet agrum neque vineam in quibus possit laborare, vt prouideat vxori, & filiis. Quod attendens homo diues, committit sibi possessiones cum agris, & vineis, oliuetis, & arboribus, vt operetur, & viuat inde. Si fortè ille est otiosus, quia non curat laborare in prædictis, sed vadit per tabernas, ludos, lupanaria, & nihil facit, nũquid talis

Vide rationem quare Angeli irreuocabiliter peccauit, non autem homo.

est dignus reprehēsione di. Quid hic stas otiosus? In hac reprehensione sumus omnes nos qui nihil habebamus. Quibus dedit Deus agrum proprij corporis ad laborandū meritoriè. Gene. 2. Formauit Deus hominem de limo terræ, &c. dedit nobis vineas. s. ecclesias in quibus fit vinū pretiosum, de quo dānati si possent habere vnā guttā cum vera contritione, saluarētur. Isto vino inebriatur anima de gloria Dei per auditum verbi Dei. Sed sunt multi miseri qui nō curant præparare agrū corporis, immo est ad instar terrę incultę, ideo fiunt ibi multæ malę herbæ, & spinæ peccatorum, vbi abscondun-tur bestiæ venenosæ, veneno luxuriæ, gulæ, &c. Non curant de vineis ecclesiarū, quia nolūt audire missas nec sermones, &c. propter hoc dicit scriptura Prou. 12. Qui operatur terrā suam saturabitur panibus, qui autem sectatur otium stultissimus. Et loquitur de diligenti, & otioso. De diligenti autē dicit. Qui operatur terram suam saturabitur panibus. s. angelorū. de quo Luc. 13. Beatus qui manducabit panem in regno Dei, de quo si possemus nos habere modò vnam micā, sufficeret nobis pro centum annis, vel mille ad vitam. De otioso verò dicit, Qui sectatur otium stultissimus est. Nota tres gradus stultitiæ. Primus gradus est. Stultus est qui permittit perdere pretiosum thesaurū meritorum. Secundus stultior quādo perdit præmium glorię. Tertius stultissimus est, quando videt pœnas inferni sibi paratas, & non curat ipsas vitare, vel fugere, cùm eas potest per pœnitētiam euadere, quia peccator qui sine pœnitentia inuenitur, quādo moritur, statim in inferno proiicitur. Dico secūdò, quod vitium otiositatis est contra terrenalem habitationem. Ideo dicit, Quid hîc statis otiosi. s. in loco huius mundi. Quando fit aliquid contra communitatem loci, solet homo reprehendi per hic, dicendo hic homo facit, &c. Vt si quis vellet facere aliquā immunditiam in camera Regis, vel in ecclesia reprehenderetur per hic, & nunquid hic, &c. Isto modo Esaias Propheta reprehendit vnum di. Quid tu hic aut quasi quis hic. Subditur. Expellam te de statione tua, & de ministerio tuo deponā te. Esa. 22. Hoc modo Christus reprehendit otiosos, di. Quid hîc statis otiosi? In quo ostēditur quod vitiū otiositatis est cōtra terrenalem habitationem. Sicut si in optimo horto hortulanus sustineret arborem aliquam infructuosam, & sterilem, diceretur sibi à domino, vt quid terrā occupas? Sic in optimo horto ecclesiæ plantātur homines velut arbores in baptismo, quas Christus rigat sanguine proprio, quia aliàs aqua nullā haberet virtutem nec efficaciam. Sed quare plātantur? Nónne vt faciant fructum virtuosum bonorum operū, & meritorium? de quibus dicit Christus. Ego elegi vos, & posui vos, vt eatis, & fructum afferatis, & fructus vester maneat. Ioan. 15. Nota posui vos. s. in horto ecclesiæ, vt eatis. s. per opera virtutum in vitam æternam.

Tres otiositatis gradus.

Dominica in Sexagesima. Sermo I.

S*Emen est verbum Dei.* Verbum istud habetur textualiter Luc.8. & officiatur in euangelio currẽtis dominicæ. In præsenti sermone intendo vobis declarare virtutes ædificatiuas quas habet verbũ Dei, sed primò salutetur virgo Maria, &c. Ex prouidentia, & ordinatione spiritus sancti est talis ordinatio, quod res diuinæ ponuntur in sacra scriptura sub figuris, parabolis, vel similitudinibus. Et hoc duplici ratione. Prima ratio sumitur ex augmẽtatione meritorũ. Secunda ex multiplicatione secretorum. De prima, quia si veritates diuinæ clarè ponerentur in scriptura, non esset tantus labor in studendo, & inquirendo veritates, sed quia ponuntur in figuris, ideo oportet nos laborare, vt inueniamus thesaurũ sapiẽtiæ, quasi fodiendo. Ideo inter alia magna merita est meritum magnũ scrutari scripturas. Ideo Dauid in Psal.118. Beati qui scrutantur testimonia eius, in toto corde exquirũt eũ. Beati, scilicet hic per gratiã, & in futuro per gloriã. Qui scrutantur testimonia eius, quæ in figuris ponũtur, vt sint abscondita indignis, & indeuotis, & negligentibus, quia si clarè ponerentur, non esset ibi meritũ. Secunda ratio est ex multiplicatione secretorũ. Ideo quot sunt figuræ, parabolæ, & similitudines, tot sunt secreta. Ideo Dauid in persona Dei dicit. Attendite popule meus legẽ meã, inclinate aurem vestram in verba oris mei, Aperiam in parabolis os meũ, loquar propositiones ab initio. Psal.77. Not. attendite, id est, intẽdite popule meus legem meã, inclinate aurem vestram in verba oris mei. Ecce prima ratio. Secunda. Aperiã in parabolis os meũ, id est, scripturã sanctam. Ideo ex dictis rationibus virtus verbi Dei dicitur in themate per similitudinẽ seminis. De semine enim verbi Dei inuenietur clarè in sacra scriptura, quod verbum Dei habet septem virtutes seu efficacias, quæ omnes ponuntur sub aliqua figura vel similitudine. Et

Primò est semen in baptismali generatione,
Secundò est gladius in pœnitentiali absolutione,
Tertiò est clauis in sacramentali consecratione,
Quartò est theriaca in corporali refectione,
Quintò est vnguentum in fraterna correctione,
Sextò est lumen in doctrinali prædicatione,
Septimò est cibus in spirituali oratione.

Et de prima virtute loquitur thema. Semen est verbũ Dei. Dico ergo primò quòd verbũ Dei est semẽ in baptismali generatione. Nam tanta est virtus, & efficacia verbi Dei, quòd de filio hominis facit filium Dei. Magnam virtutem haberet verbũ, quòd lapidem vel lignum conuerteret in aurum, vel aquam in oleum. Maior est virtus verbi quòd de filio hominis, & diaboli facit filium Dei, & hoc fit in baptismo quando sacerdos infundendo aquam dicit. Ego te baptizo

ptizo in nomine patris, & filij, & spiritus sancti, Amen: tūc creatura efficitur filius vel filia Dei. Baptismus enim omnia peccata tollit, vt dicit S. Tho. 4. par. q. 69. art. 1. secundū illud Ezech. 36. Effundā super vos aquā mundā, & mūdabimini ab omnibus inquinamētis vestris. vnde Aug. dicit in lib. de baptismo paruulorum, Generante carne tantūmodo trahitur peccatū originale, regenerāte autē spiritu non solū originalium, sed etiā voluntariorū fit remissio peccatorū. Sic igitur in baptismo fit quis filius Dei, quod est maioris dignitatis quàm si efficeretur filius regis vel imperatoris. Sic enim verbū Dei est semen. Nam sicut vir de vtero vxoris generat filios, ita Christus de sponsa sua. s. ecclesia quę per os sacerdotis immittit semē suum. s. verbū formale in fontem quasi in ventrē virginis spōsæ, & sic generantur homines in filios Dei. Dicit enim Augu. Accedit verbum ad elementū, & fit sacramentum. Ideo Aug. super Io. dicit, Quę tāta vis aquæ, vt corpus tāgat, & cor abluat? Et Beda dicit, quod Dominus tactu suæ mundissimæ carnis vim regeneratiuā contulit aquis. Et ideo dicitur. Voluntariè genuit nos verbo veritatis, vt simus initiū aliquod creaturæ eius. Ia. 1. Pro dictorū intelligentia nota ꝙ multi sunt baptismi effectus, vt dicit S. Tho. 3. par. q. 69. in multis articulis. Per baptismū enim aliquis cōsequitur gratiā, & virtutes, quia vt dicit Aug. in lib. de baptismo paruulorū, & habetur de cōse. dist. 4. Ad hoc baptismus valet, vt baptizati Christo incorporētur, vt mēbra eius. A capite autē Christo in omnia mēbra eius gratiæ, & virtutis plenitudo deriuatur, secundū illud. Ioan. 1. De plenitudine eius nos omnes accepimus. Igitur per baptismū quis consequitur, nisi fictus accedat, gratiā, & virtutes. Itē vt dicit vbi, suprà ar. 5. Incorporatio, illuminatio, & fœcūdatio sunt effectus baptismi. Itē ar. 7. dicit quod apertio ianuæ regni cœlestis est etiā effectus baptismi, quia per eum impedimēta introit⁹ regni cęlestis. s. culpa, & reatus pœnę remouētur. Itē dicit S. Tho. in 4. dist. 4. q. 2. No. volūtariè genuit nos, nō meritoriè, quia ante baptismū persona nullū habet meritū. Sed quod persona illuminetur, & veniat ad baptismū huius ratio ex parte Dei est, qui voluntariè genuit. Idē de pueris qui potuissent nasci filij Iudæorū, vel Sarracenorū, sicut Christianorum, sed sola volūtate sine merito præcedente fecit me, vel te nasci de parentibus Christianis. Ideo in orationibus de hoc singulariter debemus Deo regratiari dicēdo cum Dauid. Saluū me fecit quoniā voluit me. Psal. 17. s. Diligā te Domine fortitudo mea. No. genuit nos, ideo ipse solus est pater. Nam patrini non dicūtur patres tēporaliter, & corporaliter, sed patrini diminutiuè. Ideo dicit Christus nobis. Nolite vocare vobis patrem super terram. Matth. 23. Nota verbo veritatis. Quæ est illa veritas? Ille qui dicit. Ego sum via, veritas, & vita. Ioan. 14. Verbum huius veritatis est forma baptismi. Ostendatur mulieribus quæ in

Virt⁹ et efficacia formæ in baptismo.

Multiplex baptismi effectus.

Potest habere meritū de congruo, bene vtens naturalibus.

periculo possunt baptizare, quod non mutent verbū veritatis, quia aliàs nō saluaretur creatura. Item vt simus initiū aliquod creaturæ eius. s. Dei. Hæc filiatio incipit in hoc mundo per gratiam in baptismo, & completur quando intramus paradisum, vt filij in domo parentum. Ideo dicit Io. Charissimi, nunc filij Dei sumus, & nondum apparuit quid erimus, quia cùm apparuerit, similes ei erimus, quoniam videbimus eum sicuti est. 1. Ioan. 3. Modò hæc filiatio non apparet, quia solùm est in anima, sed in gloria apparebit manifestè. Paret ergo quod verbum Dei habet virtutē hanc, quod de filiis hominum facit filios Dei in baptismali generatione. Ideo dicebat Petrus Apost. Renati estis nō ex semine corruptibili, sed incorruptibili per verbum Dei viui, & permanētis in æternū. 1. Pet. 1. Nota renati, id est, iterum nati de vtero, ergo semen est verbum Dei, quod fuit thema. Dico secundò, quòd verbū Dei dicitur gladius in pœnitentiali absolutione. Et si aliqui haberent animam ligatā mille millibus ligaminum seu catenarum, virtute absolutionis, scilicet dicēdo, Ego te absoluo, omnia vincula rumperentur. Nota, quomodo quot peccata mortalia fecit homo, tot vinculis seu catenis ligatur anima. Et in mēbris, quibus peccat, sic ligatur & anima. Quia sicut corpus habet mēbra carnalia, sic anima membra spiritualia. Verbi gratia, Nam quando homo peccat per gulā mentiēdo vel diffamando, blasphemādo, vel iurādo, vel facit excessum in comedēdo, ieiunia frangēdo, ligatur catena in collo animæ, quia per regulam peccauit. Itē, si homo peccat corde, dubitando in fide, vel falsè opinando, vel proximum odiendo, tunc anima ligatur per cor. Item, si homo peccat manibus, percutiendo, vel furando, vel tangēdo. Item, si renibus, vbi est fons luxuriæ. Item, si tibiis vel pedibus. & ideo dicitur. Iniquitates suæ capiunt impiū, & funibus peccatorū suorum quisq; constringitur. Prou. 5. Constringitur in anima & corpore, vt dixi, Modò cogitate, quot catenis ligantur homines qui peccāt per totum mundum, & caput est in inferno, & sunt catenæ infrangibiles virtute creaturę, quia omnes homines mūdi cū precibus nō possent minimā rūpere. Sed quādo peccator humiliter venit ad confessionem, cū proposito non redeundi ad peccata, & absoluitur à confessore, subitò, virtute verbi & absolutionis, & diuina virtute, omnia vincula, & catenæ rumpuntur. Ecce quomodo verbum Dei est gladius Aucto. Viuus est sermo Dei, & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti, & pertingens vsq; ad diuisionem animæ, & spiritus. ad Heb. 4. Nota vsq; ad diuisionem animę, & spiritus. s. diabolici. Et nota hic miraculū de illo ligato, quē sanctus homo vidit euntem ad confitendū, quem dæmones per catenas trahentes, retrahebant, ne iret, &c. ideo solue confitendo peccata. Nam si aliquis vestrûm esset ab inimicis vinculatus, & catenatus, libēter iret ad liberatorem,

uatorem, si reperiret. Dico tertiò quod verbum Dei dicitur clauis in sacramentali consecratione, prolatum enim ore sacerdotis est tantę virtutis, quod aperit cœlum, & facit venire Christum in hostiam cum multitudine angelorum ipsum associantium, quia rex nō vadit solus. Non intelligatur, quod in illa apertione cœli rumpantur, sed dicitur aperiri sicut aperitur cor amico, reuelādo sibi secretum. Talis enim cordis communicatio dicitur apertio, sicut dicitur de Dalida & de Samsone, postquam reuelauit sibi secretū cordis. Nunc mihi aperuit cor suum. Iudic. 16. Tali modo intelligēda est apertio cœli. Nam Deus qui secretus est in cęlo cum angelis, & sanctis, subitò ad verbum sacerdotis descendit. Auctoritas. Grego. in. 4. dial. & habetur de consecra. dist. 2. quid sit sanguis. versic. Quis enim fidelium sic dicit, Quis enim fidelium dubium habere possit in ipsa immolationis hora, ad sacerdotis vocem cœlos aperiri, & in illo Iesu Christi mysterio angelorum choros adesse, & summa imis sociari, &c. Nota cœlos aperiri, nō corporaliter, sed spiritualiter, vt dictum est, & Christus descendit, & de cœlo non recedit, & tamen descendit in manus omniū sacerdotum consecrantiū, & hoc virtute verborum Dei, quæ loquitur sacerdos. Modò cogitate hìc quomodo quilibet sacerdos debet esse sanctus. Primò in ore, ne mētiatur. Nam dicit Ambrosius, quod verbum sacerdotis, aut est verum, aut sacrilegum. Item non debet blasphemare, nec iurare. Item cōseruare debet manus mundas à ludo, & ab armis, quia sicut virgo Maria tractat eius filium. Tunc enim manus sacerdotis sunt plenæ angelis, qui tunc cantant dicentes, Panis angelicus fit panis hominum, dat panis cœlicus figuris terminum. O res mirabilis manducat Dominum pauper seruus, & humilis. Item cōseruare debet corpus suum mundum à luxuria, quia corpus sacerdotis est propriū monumentum Christi, magis quàm sanctū sepulchrum. Ideo dicit sancta scriptura. Sacerdotes qui accedunt ad Dominum, sanctificētur, ne percutiat eos. Exodi 19. Nota ne percutiat eos, scilicet gladio damnationis æternæ. Auisetur populus, ne adoret hostiam, nisi forma consecrationis à sacerdote prolata, quia vsque in vltimo verbo non est ibi Christus, sicut virgo Maria non fuit mater Dei, nisi vltima dictione perfecta. Et tunc Gabriel flexis genibus adorauit Christum in vtero virginis existentem. Sic nos in hostia consecrata. Dico quartò, quod verbum Dei est theriaca in corporali refectione, quando enim volumus comedere, vel bibere, ne simus intoxicati, vel efficiamur veneno infecti, verbum Dei est theriaca. Dicunt naturales, quod est vnus serpens ita venenosus, quod si mordet in radice alicuius arboris, omnes fructus illius arboris sunt venenati, ideo comedere de illo fructu sine theriaca esset periculum. Sic etiam radix omniū ciborum fuit cibus, quem serpens antiquus

intoxicauit ibi ponens venenum peccati. Ideo ex quo radix fuit venenata, infecti sunt, & periculosi omnes cibi corporales. Ideo ante, & post cibũ, sumenda est theriaca verbi Dei. s. versus mensæ, Pater noster, vel Aue Maria, vel ad minus dicere Iesus, si ita sis gulosus, & festinus, & ista est theriaca, & ideo dicit scriptura, Cibos creauit Deus ad percipiendũ cum gratiarum actione fidelibus, quia omnis creatura Dei bona, & nihil reiiciendũ, quod cũ gratiarum actione percipitur. Sanctificatur enim per verbum Dei, & orationem. 1. ad Timo. 4. Ideo quandocunq; volueritis comedere vel bibere, ponatis theriacam, ne diabolus subintret. Nota miraculum quod narrat Grego. de moniali comedente lactucã in horto, arrepta à dæmone, vel de prædicatore bibente in villa, vel de puella tres dæmones in corpore habente, &c. Dixit quod dũ biberet intrauerũt, quia nõ signauit se. Ideo dicit, Cibos creauit Deus, &c. quia omnis creatura Dei bona est, sed diabolus intoxicauit, ideo necessaria est theriaca benedictionis. Dico quintò, quod verbũ Dei est vnguentũ in fraternali correctione, Sicut enim multæ plagæ corporales curantur vnguento, sic etiã contra plagas spirituales, & vulnera animarũ, & proximorũ vnguentũ mitigatiuum & sanatiuũ est verbũ fraternæ correctionis, quod Christus optimus physicus cõfecit. Si ergo vides amicũ tuum, vel vicinũ tuum volentem peccare, vel si iam peccauit, voca eum ad patrem dulciter dicendo sibi, Talis fama est de vobis, ideo amore Dei corrigatis vos. Ecce hîc vnguentũ sanatiuum. Aucto. Misit verbum suum & sanauit eos, & eripuit eos de interitionibus eorum. Psalm. 106. Nota, Misit verbum suum, quia quodlibet verbum correctiuum mittitur à Deo per illũ ministrum per quem dicitur, Misit ergo verbum. s. per os corrigentis, & sanauit eos de interitionibus, id est de periculis mortis. Auisentur hîc correctores, quòd hoc vnguentum ponatur ad instar vnguenti corporalis, quod ponitur dupliciter. s. calidum & suauiter, &c. sic etiam quãdo aliquis est vulneratus ab aliquo peccato quod credit esse occultũ, & tamen omnes loquũtur dicendo, O iste ribaldus, vel illa meretrix. Tu qui vis apponere vnguentum correctionis, calefacias igne charitatis, non cum superbia dicendo, Venite, quia ego cognosco vos, quia frigidè poneretur, nec proficeret. Ideo Iesus Christus dicit ei. Si peccauerit in te, id est te vidente frater tuus, vade & corripe eum inter te & ipsum solum, si te audierit, lucratus eris fratrem tuum. Matthæi. 18. Isto modo vir debet corrigere vxorem, &c. Secundò quod ponatur suauiter & dulciter, quia aliàs non haberet pœnitentiam defectus vxoris, non cum baculo, nec asperè, dicendo, tu putana, &c. Idem faciat vxor de viro quãdo ipsum videbit lætum. Idem faciat pater corrigendo filios, & amicus amicum. Ideo Aposto. Fratres si præoccupat⁹ fuerit homo in aliquo delicto, vos qui spirituales

les estis huiusmodi instruite in spiritu lenitatis. ad Gala. 6. Sed sunt aliqua vulnera quę vnguento non possunt sanari, ideo scinduntur à barbitõsoribus. Sic etiã est de peccatis publicis & notoriis. Ideo rectores debent abscindere per ordinationes, &c. ideo Apost. Vtinam abscindantur qui vos conturbant. ad Gala. 5. Quoniam ex peccatis notoriis tota cõmunitas cõturbatur & destruitur. Dico sextò, quod verbum Dei dicitur lumen in doctrinali prædicatione. Ratio, quia in factis Dei totus mundus est tenebrosus de se. Philosophi enim qui tantum credebant scire de Deo, solũ sciuerunt vnam conclusionem. s. quod vnus est Deus, vna prima causa, vnum primũ principiũ seu motor. Modò plus scit de Deo vna vetula, sciens Credo in Deũ, in quo sunt duodecim conclusiones fidei catholicæ. Et ista scientia vnde habetur, nisi à verbo prædicationis, ideo verbũ Dei dicitur lumẽ, quia nullus intellectus creatus, poterit per se scire secreta fidei, nisi per reuelationẽ, ideo Aposto. Fides est ex auditu, auditus autem per verbum Dei. ad Roman. 10. Multi autem ambulant in tenebris, quia non audiuerunt verbum Dei, vel quia non prædicatur eis verbum Dei, sed Ouidij, Vergilij, &c. Ideo gentes sunt in errore circa agenda & credenda. verbi gratia. Quot homines sunt qui credunt quod mutuare ad vsuram, non sit peccatum mortale? facientes rationem, Nunquid de mea pecunia de qua ille seruit sibi, &c. sed fundamentum est falsum. Et quod peccatum esset, si thesaurarius regis contra voluntatem regis dispensaret pecunias? Sic Christus est rex & Dominus omnium bonorum, cui habemus reddere rationem. Ipse enim præcepit ne mutuemus ad vsuram, & ne res vendatur pluris ratione dilationis, solutionis, nec minoris ematur, pro denariis promptis. Similiter etiam prohibet, ne mutuemus super possessiones, & interim recipiamus fructus. Itẽ prohibet obligationem voluntatis propter mutuum, quia vsura est. Ecce lumen verbi Dei. Itẽ quot sunt qui credunt quod simplex fornicatio nõ sit peccatum, dicendo: cui facio iniuriam, &c. Sed cui facit iniuriam, qui cum filia regis, &c. etiam dato quod sibi placcat, & tibi, iniuria fit regi, nisi tibi det in vxorem. Ecce quomodo verbum euangelicæ prędicationis ad modum luminis viam agendorum ostendit & in semitis credendorum dirigit. Ideo ipse Dauid, Lucerna pedibus meis verbum tuum, & lumen semitis meis. Psal. 118. Dico septimò, quod verbum Dei est cibus in spirituali oratione. Et nota hîc pulchram declarationem communem. Videtur quod Deus super omnem creaturam dilexit hominem. A principio enim Deus fecit maximam multitudinem angelorũ, quæ sunt substantiæ spirituales. Deinde fecit maximã multitudinem creaturarũ corporaliũ. Et deinde fecit hominẽ in quo vniuit totum. s. creaturam spiritualẽ vt animã, & corporalẽ, vt corpus. Angelis autẽ solũ dedit cibũ spiritualẽ, animalibus corporalem.

ralem. Homini autem dedit cibum duplicem, corporalem ad sustinendum corpus. s. panem, vinum, carnes & fructus, &c. Et spiritualem, ad sustinēdum animam, scilicet verbum Dei quo anima reficitur, quia non in solo pane viuit homo, de hoc viuit corpus, sed in omni verbo, quod procedit de ore Dei. Matth. 4. Et ideo sicut ordinatè bis in die reficitur corpus cibo corporali, ita bis in die reficienda est anima. s. de mane orando. dicatur modus, ecce prandium animæ. Idem in sero. Et sicut nō traditis obliuioni prandiū vel cœnam corporis, ita nec etiā debetis tradere obliuioni prandiū vel cœnam animæ dicēdo. Pater noster, in quo sunt septem petiones, quasi septē vnciæ panis regis. s. Christi, quia ipse posuit eum & fecit. Potus est, Aue Maria. Bona societas, Pater noster, Aue Maria. Ferculum est Credo in Deū, in quo sunt duodecim articuli, quasi duodecim frusta carnis. Ideo dicitur, Inuenti sunt sermones tui, & comedi eos, & factum est mihi verbum tuum in gaudium & lætitiam cordis mei. Hier. 15. Nota inuenti sunt sermones. s. orationis. Iā cibus orationis est parat⁹, nō oportet ponere, nisi in ore ad comedēdū, & sic anima impinguatur, ideo Dauid, Sicut adipe & pinguedine repleatur aīa mea, sic & labiis exultationis laudabit os meū. Psal. 62. Deo gratias.

Dominica in Sexagesima. Sermo II.

Cecidit, cecidit, cecidit, cecidit Verbum istud colligitur ex euāgelio currētis Dominicæ. & Luc. 8. Sermo noster erit de defunctis, sed vt materia sit Deo acceptabilis & gratiosa, & nobis meritoria & proficua, ante omnia salutetur virgo Maria. Multi vestrûm mirātur fortè vnde habetur hoc thema. Dico quod colligitur ex euangel. Dominicę currentis. in quo quadrupliciter dicitur, cecidit. Et primò cū dicitur, Cecidit secus viā. Secundò, cecidit supra petrā. Tertiò, cecidit inter spinas. Quartò, cecidit in terram bonam. Ecce tota parabola euangelij vbi quater dicitur cecidit. Vnde debetis scire, quod in sacra scriptura mors hominis dicitur cadere, quia qui moritur cadit. s. de honore & amicis, quantumcunque sit magnus Dominus. Item cadit de pulchritudine in turpitudinem, quia licet viuus fuit pulcher, mortuus efficitur turpis, intātum quod est terror, ipsum videre. Item cadit de magnis diuitiis in magnas miserias, & paupertates, quia secum solum trahit linteum. Tertiò cadit de amore in odium, quia statim proiicitur de domo & ponitur sub terra. Quartò, cadit de vita in mortem, ideo mors, est cadere sicut arbor nucis seu alia plena fructibus, & omnes volūt de eius fructibus. Sed quando securi scinditur & cadit despicitur, quia cadit de magna altitudine. & perditur fructus, & folia. Sic est de homine diuite seu honorabili, qui viuus honoratur propter fructus diuitiarum. sed quando securi mortis scinditur & cadit ad terram, statim despicitur. Ideo de hoc est auctoritas, quæ loquitur in persona

morient-

morientis. Si ceciderit lignum ad austrum, aut ad aquilonem, in quocunq; loco ceciderit, ibi erit. Eccle. 11. Sed est hîc quæstio, quare persona pro peccato vnius horæ vel diei puniatur æternaliter pœna infinita, si damnatur. Nam bonus iudex secundũ culpam debet dare pœnam. Et concordat sacra scriptura dicens, Pro mensura peccati erit & plagarum modus. Deut. 25. Item alia de nouo testamento. Quantũ glorificauit se, & in delitiis fuit, tantũ date ei tormentum & luctum. Apoc. 18. Bona est quæstio & multi errauerunt in ea, vt Orige. secundum quod dicit Hieron. Et ratio est, quia credunt quod sicut finitur vita hominis, finiatur etiã peccatum. Ecce fundamentum erroris, & hoc venit ex ignorantia, quia imò magis tũc est obstinata in illo peccato volũtas peccãtis, ideo dicit in quocunque loco ceciderit, ibi erit. No. exemplum de duobus, quos vultis punire de aliquo defectu, & vnus recognoscẽs culpã suã humiliter petit veniã promittens emendã, statim remittitis sibi. Alius verò obstinatus rebellat, ideo percutitis eum gladio, &c. idem de peccatoribus. Ecce quare dicitur si ceciderit lignum ad austrum. Quod autem mors dicatur cadere, aucto. 2. Reg. 3. Num ignoratis, quoniam princeps maximus cecidit in Israël. Dicit Dauid de morte Abner, de isto cadere: ergo recepit thema dicendo cecidit quater, ideo quia quatuor sunt modi seu conditiones morientium. Nam aliqui moriuntur in peccato originali, ideo dicitur primò cecidit.

Post mortem manet obstinatus ipse peccator

Aliqui in peccato mortali, ideo secundò dicitur cecidit.
Aliqui in peccato veniali, ideo dicitur tertiò cecidit.
Aliqui in gratia spirituali, ideo dicitur quartò cecidit.

Primo dico, quod aliqui moriũtur in peccato originali, vt pueri nõ baptizati, ideo nõ possunt intrare gloriã Paradisi. Quia dicit Christus B. Ioãni quando sibi ostendit gloriã Paradisi. Non intrabit in eam aliquid coinquinatũ, aut abominationẽ faciens. Apoc. 21. peccatũ originale est quædã macula quã recipit anima in vtero mulieris, ac si rectores huius villæ facerent vnã imaginẽ, vt poneretur in tẽplo, quæ dũ ducitur ad templũ cadit in lutũ, &c. Et de hoc peccato dicit Dauid in Psal. 50. Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis concepit me mater mea. i. in peccato originali. Et ponitur ibi plurale pro singulari. Nota peccatũ originale est vnum numero in vno homine, sed in omnibus est vnũ specie vt dicit S. Tho. 1. 2. q. 82. ar. 2. & dist. 38. q. 1. ar. 3. Est tamen etiã in vno homine peccatũ originale multiplex virtute, quia virtualiter cõtinet omnia peccata, vt dicit S. Tho. 1. 2. q. 82. art. 2. ad secũdum. Sic igitur patet quomodo verbum Dauid intelligendum est, cùm dicit, Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum, loquens de peccato originali in quo pueri concipiuntur. Propter hoc nisi lauentur baptismo non possunt intrare Paradisum, ideo dicitur, Amen amen dico vobis, nisi quis

si quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei.Io.3.ideo debetis esse diligentes,vt pueri baptizentur,ne cadant extra gloriam, hoc est in limbum puerorum. Nota, omnes tenentur ad baptismum, & sine eo non potest esse salus hominibus,vt dicit S.Tho.3.par.q.68.ar.1.& 4.dist.6.Itē, pueri baptizatorum debent baptizari.Et etiam si modò aliqui sanctificarentur in vtero,necesse esset eos baptizari, vt per susceptionē characteris aliis mēbris Christi cōformarentur.Hęc S.Tho.3.par.q.68..art.1.in solut.2.& 3.argu. Item, vbi supra ar.2.dicit & probat, quòd nullus potest saluari sine baptismo in actu vel proposito.Dicatur quomodo sunt quatuor domus in corde terræ.Prima est inferior,& ista est infernus damnatorum.Secunda est locus purgandorum. Tertia est limbus puerorum.Quarta est sinus sanctorū patrū. In limbo cadūt pueri,qui moriūtur cum peccato originali solū siue sint filij Christianorum,siue infideliū, & nō habent ibi nisi pœnā damni.De hoc S.Tho.2.scri.di.33.q.2.ar.2.di.42.q.2.ar.1.4.di.16.q.1.ar.2.q.2.&3.par. q.1.ar.4.ad 2.Et dicit S.Tho.in 2.sententiarum,quòd disputāt inter se & stant lætæ.Animæ separatæ cum solo peccato originali cognoscunt omnia naturaliter cognoscibilia à ratione,& multa alia dicit S.Tho.2.dist.33.q.2.art.2.4.di.50.q.1.art.1.ad 7.Item in de malo.q.5. ar.3.Habent enim claritatem intellectus,sed non gloriæ,nec displicet eis, nec tristantur,sicut nec tu habes tristitiā,quia nō es rex Aragonum,quia non debetur tibi, vel quia nō habes alas ad volandū. Idem est de illis pueris.Ideo dicitur,Audite verbum istud quod ego leuo super vos planctum. Cecidit,& non adiiciet vt resurgat. Virgo Israël proiecta est in terram, non est qui suscitet eam. Amos 5.Nota planctum,quia mortua est creatura sine baptismo. Nota ergo quomodo est magnum peccatum,quando mulieres cuiusuis sint status, occidunt proles ne peccatum sciatur, & cōtra apothecarios qui dāt medicinas vt moriantur.Ideo dicit,virgo Israël.Illam animā vocat virginē eo,quia nunquam consensit in aliquo peccato, & proiecta est in terram,scilicet, in limbo.Ecce primum cecidit. Dico secūdò, quod aliqui moriuntur in peccato mortali,qui durè puniuntnr, vt religiosus qui non tenet suam regulam, nec vota quæ iurauit,vel presbyter qui non viuit castè, vel laicus qui non est obediens Deo nec præceptis eius,vel qui nō seruat castitatem. nam tales moriuntur in peccato mortali,& vadunt ad infernum damnatorum ad centum millia diabolorum.Ideo de talibus dicitur,An ignoras quoniā benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit. Secundum autem duritiam & impœnitens cor thesaurizas tibi irā in die iræ & reuelationis iusti iudicij Dei, qui reddet vnicuique secundum opera eius.Ad Rom.2.Nota, ô miser peccator, an ignoras te esse in peccato, & benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit, qui tamē ad pœnitentiā noluit

Etiā in vtero sanctificati debēt baptizari,vt charactērē baptismalem recipiant.

noluit adducere angelos peccantes? Sed immediatè cōtra eos facta fuit executio, & omnibus dat spatium pœnitētiæ. Sed quando nolunt cōuerti, quādo moriuntur, cadunt in inferno. Auctoritas, Qui ceciderit super lapidem istum, confringetur, super quem verò ceciderit, conteret eum. Mat. 21. Dico tertiò, quod aliqui moriuntur in peccato veniali solū, ideo dicitur tertiò, cecidit, licèt fecerunt multa peccata mortalia, tamen fecerunt pœnitentiā, sed non condignā. Iam tales quando moriuntur, non statim vadunt ad paradisum, nec ad infernū, ex quo confessi fuerūt, sed vadunt ad purgatoriū, quod est domus plena ignis, qui virtute diuina cruciat animas magis, q̄ si anima esset in furno ardenti. No. doct. S. Tho. 4. dist. 21. q. 1. art. 1. q. 3. & 3. par. q. vlt. ar. 6. ad tertiū, quod minima pœna purgatorij est maior quàm maxima hîc. Et pœna purgatorij semper taxatur secundū quantitatem peccati, vt dicit S. Tho. in 4. dist. 20. Quia tantum est ad soluendum peccatum. Et pœna purgatorij purgat illa reatu pœnæ in soluendo pœnam, vt dicit S. Thom. 4. dist. 21. q. 1. art. 3. q. 2. Et ideo dicitur. Si quis superædificat super fundamentum hoc aurum, argentum, lapides pretiosos, ligna, fœnum, stipulam, detrimentum patietur, ipse tamen saluus erit, sic tamen quasi per ignem. 1. Cor. 3. Nota si quis superædificat super fundamentum hoc. s. fidei, quia ad purgatorium non vadūt. nisi Christiani, qui stant supra fundamentum fidei, sed ædificauerunt ligna, fœnum & stipulam, id est peccatum veniale. Ideo patiuntur in isto igne. Pro quo notandum secundum S. Tho. 4. scrip. di. 21. q. 1. art. 2. q. 1. quod triplex differentia ponitur peccatorum venialiū. Quia quędam sunt grauissima in genere venialiū & difficillimè purgabilia, & hæc per lignum significātur. Quædam minima quę per stipulam significantur. Quædā media quę per fœnū significantur. Ratio dictorum, quia venialia charitati adiuncta possunt per aliquam pœnam consumi. Ideo conuenienter secundum metaphorā adsimilantur rebus illis, quæ per ignem consumuntur. Et quia quantò aliquod peccatum est grauius, tātò difficiliùs purgatur, & in peccatis venialibus inuenitur alterū altero grauius. Ideo conuenienter eorum diuersitas significatur per diuersitatem eorum, quæ faciliùs & tardiùs consumuntur ab igne. Et quia perfectio cuiuslibet quantitatis ternario comprehenditur propter principium, medium & finem. Ideo triplex differentia peccatorum venialium, vt patuit, ponitur. His dictis cōsonat B. August. cuius verba magister ponit in 4. dist. 21. Dicunt tamen doctores, quod minima pœna purgatorij est maior omni pœna huius mūdi, quod & S. Tho. concorditer tenet, vt patuit. Nota practicam quomodo anima cadit in purgatorio de manibus boni angeli. Et dicit anima in purgatorio existens malitiæ diaboli, Ne læteris inimica mea super me, quia cecidi, supple in purgatorio, quia nō consurgā, supple

Ex venialibus peccatis aliud alio grauius.

supple completa pœnitentia. Miche. 7. Ecce tertiũ cecidit. Dico quartò quod aliqui moriuntur in gratia spirituali purè, sicut sunt homines & mulieres, qui tenent vitã apostolicã seu spiritualẽ, qui licèt fecerint peccata mortalia, tamen fecerunt condignã pœnitentiã, cõfitentur sæpè, & cõmunicant, & plorant sua peccata, & faciunt magnas pœnitentias, & lucrãtur magnas indulgentias, &c intantũ, ꝙ si ponerẽtur in statera diuinæ iustitiæ omnia bona quæ fecerũt, & bona opera in vna parte, & mala in alia, plus ponderarẽt bona, ꝙ mala. Tales quãdo moriũtur, via rectavadũt ad Paradisum, & ascendũt ad gloriam cœlestem. Et de istis Apostolus, Scimus enim quoniã si terrestris domus nostra huius habitatiõis dissoluatur, quod ędificationem ex Deo habemus, domũ nõ manufactã, sed ęternam in cœlis. 2. ad Cor. 5. De qualibet tali anima beata dicitur in euãgelio, Cecidit in terrã bonã. Lu. 8. De qua Dauid, Credo videre bona Domini in terra viuentium. Cauete ne cadatis de paradiso. Dicit Dauid, Impulsus, euersus sum vt caderem, & Dominus suscepit me. Fortitudo mea & laus mea Dominus, & factus est mihi in salutẽ. Psal. 118. Nota impulsus. s. in morte, per diaboli tẽtationes, sed Dominus suscepit me. Qui mittit angelos suos, &c. Laus mea, scilicet in aëre contra demones, quando dixi, Deo gratias, qui liberauit me de tali peccato, de quo ille proditor me tentauit, &c. Dominus factus est mihi in salutem, quando dat mihi gloriam cœlestem.

Dominica in Sexagesima. Sermo III.

D*Atus est mihi stimulus carnis meæ.* 2. Corint. 12. Pro huius verbi declaratione est sciendum, quod inter multa & magna mala & miserias huius mundi sunt duo potissimum, scilicet promptitudo ad malum & difficultas ad bonum. Ad malum autem inclinamur naturaliter. Et ideo dicitur, Sensus enim & cogitatio humani cordis in malum prona sunt ab adolescentia sua. Genes. 8. Sed difficultas est illi qui vult viuere sanctè & ordinatè, scilicet, iuxta Dei voluntatem, & impeditur, & retrahitur ad extra, scilicet, carne. Sicut enim equus, qui de se est leuis, impeditur tamẽ à curru, quem trahit, ita etiam anima, quæ de se est leuis ad currendum ad paradisum, retrahitur onere carnis, quod trahit & contradicit. Ideo Apostolus, Caro concupiscit aduersus spiritum, spiritus autem aduersus carnem. Ad Gala. 5. Multi vellent viuere in humilitate & castitate, & sic de aliis, sed impediuntur à carne. De hoc complangendo se Apostolus dicit, Condelector enim legi Dei secundũ interiorem hominem. Video autem aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, & captiuantem me in lege peccati, quæ est in membris meis. Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Ad Romanos septimo. Ideo ex hac difficultate aliquis dimittit bonã vitam, sed secundum interiorem hominem

minem instigatur ad vitam virtuosam, quemadmodum stimulatur asinus, vt vadat, ideò Apostolus de stimulo suo dicebat thema, Datus est mihi, &cæ. Patet ergo thema, & inuenio in sacra scriptura, quòd Christus habet quatuor stimulos, quibus diuinitus excitamur, vt vadamus ad paradisum.

Primus est dolor corporalis affligens,
Secundus est dolor cordialis compungens,
Tertius est timor iudicialis confligens,
Quartus est amor spiritualis perurgens.

De primo singulariter loquitur thema Datus est, &c.

Dico primò, quod Deus adhibet stimulũ de dolore corporali affligente, ne scilicet pigritemur in bona vita, sicut sunt infirmitates, dolores, paupertates, fames, siccitates, mortalitates, &c. Nõ credatis ꝙ Deus delectetur in nostris malis, sed ratio principalis nostrarum afflictionum ex parte Dei est reductio, exercitatio & promotio ad bonum, & tandem introductio ad gloriã Nota ad hoc similitudinẽ de iumento quod portat onus, quod non delectabiliter verberatur à domino suo, sed si deuiat à via, tunc percutitur & ad viã reducitur per flagellum. Si verò nõ deuiauit, adhuc cũ flagello percutitur, nõ delectabiliter sed vt citiùs vadat, & vlterius percutitur, vt currat, & tandẽ ad domũ veniat. Sic etiã via ad paradisum est bona vita. Hæc est via, ambulate in ea, & non declinetis neque ad dextrã neque ad sinistram. Esa. 30. Sed aliquoties homines deuiant ad dexterã amore prosperitatis, dimittẽtes bonã vitã. & faciũt contra Dei mãdata, vel ad sinistrã timore aduersitatis, vt fugiãt mala, dimittunt bonã vitã. Videns ergo Deus, quod iumentum suum deuiat à via recta, stimulat ipsum flagello infirmitatis vel famis, doloris vel mortalitatis, quæ tangunt carnem, vt dicat homo, Si ego essem in via bonę vitæ non stimularet me, & sic reducitur ad viam, conterendo, confitendo & remittẽdo, &c. Si fortè sit in via, sed vadit tardè, tæpidè & spatiosè, stimulatur etiam à Deo, vt citiùs ambulet, per bona opera accelerando & festinando ad bonam vitã, meliorando se. s. cum maiori feruore spiritus, vt diligentiùs faciat bona opera. Hanc stimulationem & similem tangit Dauid, qui de se dicebat Deo, Vt iumentum factus sum apud te, & ego semper tecum. Tenuisti manum dexterã meam, & in volũtate tua deduxisti me, & cum gloriæ suscepisti me, Psalm. 72. Nam Dauid optimè sentiebat stimulum Dei, ideo si erat extra viam, statim reducebat se ad viam dicendo Miserere mi Deus &c. Sed si iam erat in via feruentius operabatur, ideò dicit, Vt iumentum factus sum. Hic apparet defectus noster, quia non possumus dicere, Vt iumentum factus sum sed minùs quàm iumentum, quoniam iumẽtum si est extra viã, & flagellatur à domino suo, statim reducit se ad viã. nã videtur habere rationẽ & cognoscere quòd

ideò

ideo percutitur à Domino,quia est extra viã. Et tu qui per peccata es extra viam bonæ vitæ,& Deus flagellat te,tu non cognoscis,nec propter hoc redis ad viã,imò multi efficiũtur ex hoc peiores, ideo nõ potes dicere cũ Dauid, Vt iumentũ factus sum,sed minùs quàm iumentũ. Idem si iumentũ sit in via,& percutitur à Domino,statim meliorat passum accelerando,quasi cognoscat quod Dominus ideo percutit ipsum. Et quando tu homo vel mulier à Domino flagellaris,facis oppositũ,nõ solũ non melioras te,immo in corde tuo recipis indignationem contra Deum,dicẽdo malas grates,&c. Nónne videtur vobis q̃ sum⁹ minùs quàm iumenta? De hoc stimulo dicit Apostolus,Ne magnitudo reuelationũ extollat me, id est,extra viã tollat,datus est mihi stimulus carnis meæ,angelus satanæ, qui me colaphizet.2.ad Corint.12.Paulus est super omnes mortales, & habuit donum reuelationum, quia sicut amicus ostendit amico totam domũ suã,ita Christus ostendit Paulo paradisum & ordines angelorũ,& omnia ædificia paradisi plus quàm Ioãni,intantũ quod dicit Augusti. quod ostendit sibi diuinam essentiã,. Paulus enim in raptu vidit diuinam essentiam, vt dicit S. Tho.1.par.q.12.artic.11.in solutione ad secundum,vbi dicit, q̃ sicut Deus aliquid miraculosè ac supernaturaliter in rebus corporeis operatur,ita etiam supernaturaliter,& præter communem ordinem mentes aliquorum in hac carne viuentium,vsque ad visionem suæ essentiæ eleuauit, vt dicit August.12.super Gen.ad literam, & in libro de videndo Deum.de Moyse,qui fuit magister Iudęorũ,& Paulo,qui fuit magister Gentiũ. Hæc S. Tho. vbi supra. Idem dicit in 4.dist.49.& in de veritate. q.13.& 2.2.in materia de raptu, ideo ne magnitudo reuelationũ eũ extolleret,datus fuit stimulus carnis. Glosa verior dicit, q̃ iste stimulus fuit dolor lateris,scilicet,punctio. Si dicatur,hoc impediebat eũ,ne ita citò ambularet,sibi auferendo ieiunia,prædicationes,&c. Respondeo,quod Apostolus proficiebat ex patientia illa & humilitate doloris,quia erat ita sanctus,quod curabat alios infirmos,& quod ita pateretur patiẽter. Si ergo Apostolus tam sanctus indigebat stimulo,quantò magis nos peccatores debemus patienter sustinere flagella? Secundus stimulus est doctor cordialis pungens. Iste est prædicator verbi Dei,qui per aures stimulat & pungit cor vt ad Deũ veniat. Secus est de prędicatore seu doctore curioso, qui prædicat verba ornata,quia iste nõ pũgit cor,sed solũ aures. Sed prædicator qui prædicat verba sacræ scripturæ, pungit cor superbi,quando reducitur ad viam humilitatis, vel auari, quando reducitur ad viam liberalitatis,& misericordię restituendo,& sic de aliis. De isto modo loquẽdi ad cor dicit Esaias,Dicit Deus noster,loquimini ad cor Ierusalem,& aduocate eam. Esaias 40. Nota loquimini ad cor, non dicit ad aures ipsas demulcẽdo rithmis seu verbis Poëtarum. Ieru-

Mosem & Paulũ essentiã diuinã vidisse auctor est Augustinus.

Quis fuerit ille carnis stimulus, quẽ Paulus se pati aiebat.

Ierusalem dicitur hic anima. De isto stimulo aucto. Verba sapientium, sicut stimuli, & quasi claui in altum defixi, quæ per magistrorum consiliũ data sunt à pastore vno. Eccle. 12. No. verba sapiẽtium, id est prædicatorum, quia sicut Iuristę vulgariter dicuntur sapiẽtes, quia sciunt leges, vel canones, & allegationes, &c. faciunt fieri iustitiam de deceptis seu iniuriatis. Ita prædicatores sacræ scripturæ faciunt iustitiam fieri. s. pœnitentiã peccatoribus à diabolo deceptis, quæ est quędam iustitia pęnitẽtialis. Pœnitẽtia enim est virtus specialis moralis, non theologalis, & est pars iustitię cõmutatiuę subiectiua, vt dicit S. Tho. 4. dist. 14. & 3. par. q. 85. Et sic prædicatores sacrę scripturę faciunt iustitiam fieri peccatoribus. s. punitionẽ. verbi gratia. Diabolus, vt fallus emptor modico pretio emit animam peccatoris, in qua emptione, est fraus vltra dimidiũ iusti pretij, quando cõsulit homini, vt faciat vsuram, furtum, rapinã, vel quod retineat sibi decimam, vel alias res, & homo sibi consentit, tunc vẽditur diabolo. Ideo quid debes facere? venire ad Iuristam leges scientẽ, & canones sacræ scripturæ, & sic prędicator prędicando dicet, quod debes facere restitutionẽ si aliquid fuisti lucratus in ludo cũ taxillis. Et hoc quando tentauit, vel decepit te diabolus auaritia. Secundò diabolus decipit de luxuria iuuenes suggẽrẽs, quod est magna delectatio: tu itaque iuuenis parens sibi ad pũctum gloriam Paradisi amittis, & perdis omnia merita in puncto, quãdo tu consentis sibi, quia per vnum peccatum mortale bona opera mortificãtur. De bonorum operũ mortificatione, vide S. Tho. in 4. di. 14. Veni ergo ad sapientẽ in prædicatione, habebis cõtritionẽ, & statim omnia perdita tibi restituentur. Ecce ratio quare prædicatores dicũtur sapientes. Aucto. Christi. Ecce mitto ad vos Prophetas, Sapientes, & Scribas. Matt. 23. Secundò dicit sicut stimuli. dicit, quod verba prædicatoris sunt sicut stimuli, qui pungunt cõtra difficultatẽ ad bene operandum, & quasi claui in altum defixi contra pronitatẽ ad malum, quæ per magistrorum cõsilium, glo. ordi. Prophetarum, quantum ad vetus testamentũ, & apostolorum, quãtum ad nouum, data sunt à pastore vno, scilicet Christo. Tertius stimulus est timor iudicialis configens, id est clauificans. Inter alia, quæ multũ retrahunt hominem à malo, & à peccato. & excitant ad bonũ, est timor iudicij particularis, vel generalis, ad quod oportet nos venire, & fortè citius, quã credamus. Ideo debet quilibet intra se cogitare, vel cogitando dicere. O miser videamus, quẽ computũ reddam Deo de vita mea, & quid respondebo Christo mihi dicenti. Ecce quid feci pro te, videamus, quid fecisti pro me. Benedictus erit, qui tũc poterit dicere, & respõdere dicẽdo. Domine ego erã superbus, sed amore, & exemplo vestri fui humiliatus, & sic de aliis. Sed videatis de illis, qui nihil fecerunt pro Christo, & hoc timore quilibet debet se à peccatis

Qualis virtus sit pœnitentia.

custodire. Sed & hoc timore animalia irrationabilia vincunt nos, quę à maximis concupiscentiis abstinent timore periculi. Ver. gra. Canis licèt famelicus abstinebit, nec recipiet panem si datur sibi cũ virga in capite, vel cũ puncto gladij, & nos minus, quã bestię, nolumus abstinere à peccatis timore gladij, diuinę iustitię, & dãnationis, imò despicimus. Ideò peccatoribus dicit Dauid in Psal. Nisi conuersi fueritis gladium suum vibrauit, arcũ suum tetendit, & parauit illũ, &c. Ideò Dauid orãdo dicebat, Confige timore tuo carnes meas à iudiciis enim tuis timui Psal. 118. Iste stimulus facit magnum bonum. No. exemplum de vno iuuene, qui somniando fuit interrogatus à Christo, in iudicio, & subitò, ex timore totus factus fuit canus. i. albus. Isto stimulo Paulus fuit conuersus, quia quãdo Christus sibi dixit, Saule, Saule, durũ est tibi contra stimulũ calcitrare. Act. 9. Cui Christus ostendit se, vt dicũt glo. ę, sicut stabit in iudicio. Paulus statim tremens, ac stupens, dixit, Domine, quid me vis facere? De isto ergo iudicio cogitate dicendo. Videamus si modò morerer, quid esset de anima mea, quia tã malã vitã teneo, &c. Circa prædicta nota, quòd S. Tho. 3. par. q. 57. art. 6. in solutione, ad tertiũ dicit, quod Paulus in sua conuersione vidit Christum corporaliter. Quartus stimulus est maior aliis. s. amor spiritualis perurgens. Quãdo ea, quę quis facit, facit ex charitate Dei, & proximi, solo puro amore facit, dato quod nõ esset infernus, nec aliqua alia pœna, sed sicut philocapti, qui stulto amore perdũt somnũ, & potũ, & cibũ. Sic etiã de illis, qui sunt ita philocapti de Deo, quod amore eius perdunt somnũ, vigilando in omnibus perdunt cibum & potũ ieiunando, & laborant per bona opera. Isto stimulo pungebantur Apostoli Christi, & discipuli, quia non timore. Nam perfecta charitas foras mittit timorẽ, imò exponebant se periculis, & aduersitatibus, prædicando fidem Christi, in honorem Dei, & saluationẽ animarũ, dicentes: Charitas Dei viget nos 2. Cor. in 5. De isto stimulo dicit auct. sacræ scripturę, Qui tenet aratrum, & qui gloriatur in iaculo, stimulo boues agitat, & conuersatur in operibus eorũ. Eccl. 38. No. qui tenet aratrũ, aratrũ est lingua prędicatoris arans terrã conscientiarũ, vt faciat fructũ prouocando superbum ad humilitatem, auarum ad misericordiã, liberalitatem, & Christus tenet eam in manu sua, quia aliàs nullus posset fructuose prædicare. Hominis est animum præparare. s. legendo, studendo, contemplando, & Domini est gubernare linguam. Prou. 16. s. prędicando. Item qui gloriatur in iaculo, scilicet virga, quę est scriptura. Et sumitur pro auctoritate seu potestate regali. Et ideò dicitur, Consurget virga de Israël, & percutiet duces Moab. Nu. 24. Nullus Rex potest gloriari iaculo, quia vicem gerentes, & officiales Christi solùm sunt, nisi solùm Dominus Iesus Christus, qui habet auctoritatem, & potestatem regalem. Qui stimulo sui amoris boues agitat. s.

Qualem sese Christus ostẽderit Paulo in sua ad Christum cõuersione

potent-

potentes in potentia, & scientia perfectos, quia oues, id est, simplices tribus primis stimulis agitantur.

Dominica in Sexagesima. Sermo IIII.

EXiit *qui seminat, seminare semen suum.* Luc. 8. In præsenti sermone cogitaui tenere modum, quem tenent illi magistri domorum. Notabilis sermo, quando volunt ædificare vnam magnam domũ seu turrim, primò ponunt fundamentum, forte taliter, quod ædificium non potest cadere vento, nec pluuia, nec terræmotu, deinde ædificant cameras ad habitandum. Sic volo facere nunc in isto sermone. Primò ponam fundamentum, & forte plus quàm cœlum, & terrã, scilicet, verbum Dei, id est, historiam Euangelij, de quo dicit Christus, Cœlum & terra transibunt, verba autem mea non transibunt. Luc. 21. Et posito isto fundamento, ædificabo plures cameras, scilicet intelligentias spirituales, in quibus habitent animæ nostræ contemplando. Dicatur breuiter historia Euangelij ad literam. Ecce fundamentum positum. De quo Apost. 1. Cor. 3. Fundamentum aliud nemo potest ponere, præter id quod positum est, quod est Christus Iesus. glosa. fides Iesu Christi. Super isto fundamento ædificabo tres cameras, id est, tres intelligentias spirituales pro animabus nostris.

Prima vocatur anagogica, id est, supernaturalis, quæ est de mundiali creatione,

Secunda vocatur allegorica, vel figuralis, quæ est de humana redemptione.

Tertia vocatur tropologica, vel moralis, quæ est de Euangelica prædicatione.

Dico primò, quòd prima camera vocatur anagogica, ab ana, quòd est sursum, & agoge, ductio, id est, sursum ducens, quòd est, quando facta, vel dicta in sacra scriptura exponuntur de his, quę speramus in cœlesti gloria. Dicit autem prima pars Euangelij, Exiit qui. &c. No. Exiit Deus in mundiali creatione. Creare potest dici seminare. Ratio, quoniam sicut agricola seminans semina per diuersos sulcos, vel agros, siue areas mittit semen suum, sic & Deus. Cogita quod totus mundus sit quasi vnus campus, quem Deus seminauit proprio sanguine, & non alieno. Et primò seminauit in cœlo nouem sulcos, id est, nouẽ ordines Angelorũ, de puro semine, scilicet substantiis spiritualibus. Primus sulcus, qui est in ingressu cœli empyrei vocatur angelorũ, secũdus archangelorũ, tertius principatuũ, quartus potestatũ, quintus virtutũ, sextus dominationũ, septimus thronorũ, octauus Cherubim, nonus Seraphim. Et in quolibet sunt tot millia milliũ. Deinde descendendo seminauit cœlũ crystallinũ, quod aliàs dicitur aqueũ. à Philosophis verò vocatur primũ mobile, in quo nõ sunt stellę. Deinde descẽdendo in sulco firmamenti, seminauit stellas, scilicet Solẽ, Lunã, &c. Item descẽdendo seminauit electa pura. s. ignẽ cum suis qualitatibus, aërem cũ suis, aquam

cum piscibus, terram cum animalibus, plantis, & hominibus, fontibus, & metallis. Ecce quomodo creare dicitur seminare, Et possumus dicere, Domine nónne, id est, imò certè, bonũ semẽ seminasti in agro tuo. Mat.13. De hoc dicit thema Exiit qui seminat seminare semen suum, non semen alienum. Et iste est intellectus anagogicus, id est, supernaturalis. Nota cum dicit. Exiit seminare supple Deus creator. Sed vnde exiuit? Quærũt aliqui vbi habitabat Deus ante mũdi creationẽ. Responsio, quod ante mũdi creationem habitabat Deus in secretissima camera æternitatis suæ in qua etiam habitat modò vbi sunt pater & filius & spiritus sanctus, quæ est camera maior cœlo & terra, & toto mũdo, nec pro se creauit mundũ, sed pro nobis ad habitandũ. De habitatione autẽ Dei dicit propheta Esa.57. Dominus excelsus & sublimis habitans ęternitatẽ vbi erat secretus & inuisibilis & incognitus ab omni creatura. Ideò propheta. Verè tu es Deus abscõditus, Deus Israël saluator. Esa.45. Exiuit autem de camera æternitatis in creatione mundiali, non dimittendo æternitatem, sed dicitur exire manifestando se, faciendo se cognoscibilem per creaturas, sicut dicit Philosophos, quod virtus exit ad extra per operationẽ, vt patet in ferro ignito si tãgatur: & radix dicitur exire extra per germinationem quando in tempore Veris exeunt flores, &c. tamen non radix nec arbor mouet se de eodem loco. Sic radix diuinitatis exit ad extra ad ramos, scilicet ad creaturas per quas cognoscitur & manifestatur tanquam per effectus, &c. Auctoritas, Inuisibilia Dei à creatura mundi per ea quæ facta sunt intellecta conspiciũtur, sempiterna quoq; eius virtus & diuinitas ita vt sint excusabiles. ad Roma.1. Nota inuisibilia Dei, scilicet potẽtia, sapientia, diuinitas, maiestas, &c. Ecce quare dicit, Exiit, &c. Sed nota cũ dicit quod quatuor partes factæ sunt de semine, quia aliud cecidit secus viam & conculcatũ est & volucres cœli comederunt illud. Hoc semẽ fuit lucifer cum suis sequacibus, scilicet malis angelis quod cecidit secus viam, id est, Deũ, qui dicit ego sum via. Ioan.14. Dic practicè casum suum. Qui cùm videret se super omnes creaturas excellentiorem secundum Greg. voluit se Deo parificari & suum peccatum reuelauit omnibus angelis & multi sibi consenserũt de quolibet ordine. boni autẽ, scilicet Michaël, Gabriël, &c. cum aliis cõtra: dixerunt, propter quod lucifer cum suis cecidit de cœlo in infernũ, cui dixit Propheta, Quomodo cecidisti de cœlo lucifer, qui mane oriebaris, corruisti in terrã, &c. Esa.14. Vnde sequitur in euangelio. Et conculcatũ est, scilicet à bonis angelis contradicentibus, ipsum cũ suis sequacibus de cœlo eiiciendo. Et volucres cœli. i. superbę elationes cordis comederũt illud. i. destruxerũt irreparabiliter, intantũ quod passio Christi nihil eis profecit. Aliud cecidit supra petram & ortum aruit, quia nõ habebat humorẽ. hęc pars fuerũt primi parentes.

tes.s. Adã & Eua. Hoc semen cecidit supra petrã.s. inobediētię, quia comederũt de fructu vetito. Et natũ aruit, quia dicũt doctores quòd Adam ea die qua natus est de matre virgine.s. terra quæ nondũ fuerat corrupta aliquo peccato, aruit.i. peccauit, quia non habebat humorē.s. gratiæ Dei nec charitatis nec deuotionis quę viuificãt animã rationalem. Aliud cecidit inter spinas & simul exortę spinę suffocabãt illud. Hoc semen fuit totũ genus humanũ ab Adam descendens, quod cecidit inter spinas.s. pœnas pœnalitatũ, & multarũ tribulationũ, miseriarũ, necessitatũ, & infirmitatũ, & simul exortę spinæ suffocauerunt illud.s. per mortē corporalē, quæ totũ suffocat. Secùs si Adã non peccasset. Aliud cecidit in terrã bonam & ortũ fecit fructum centuplũ.s. angeli boni qui steterunt fortiter. Qui post casum malorum angelorum ceciderũt coram Deo per verã obedientiã dicēres. Non est ęquũ quòd creatura æquiparetur creatori. Et ortum fecit fructũ centuplũ.s. gloriæ cõfirmatæ, quia sicut mali angeli fuerũt humiliati, ita boni fuerũt exaltati, & per gratiã cõfirmati. Auct. Superbũ sequitur humilitas, & humilē spiritu suscipiet & gloria. Prou.29. Nota superbiam.s. luciferum sequitur humilitas & deiectio, & humilem spiritu suscipiet gloria scilicet Michaēlē. Ecce hic prima camera pro personis speculatiuis & cõtēplatiuis. Secunda camera vocatur allegoria seu figuralis quæ est de humana redemptione. Dicitur allegoria ab allon quod est alienum, & gore sententia quasi aliena sententia, quando vnũ factum significat aliud credendũ in sancta fide catholica. & exponitur de Deo. Dũ ergo dicit. Exiit qui seminat, &c. allegoricę potest exponi de incarnatione filij Dei q potest dici seminare. No. sicut ille qui seminat intēdit multiplicare & fructũ habere propter ꝙ elegit terrã bonam non spinosam vel arenosam nec petrosam. Sic fecit Deus patri in filij sui incarnatione, quia licèt in mundo fuissent multæ mulieres sanctæ, tamē vltra quinq; millia annorũ expectauit terrã bonã, dignã & sanctã.s. virginē Mariã optimè cultã, in qua nunquã fuit mala herba peccati, in qua seminauit illud super benedictũ semē. de quo Lu.8. Semen est verbũ Dei, quod verbũ caro factũ est. Ioã.1. vt multiplicaret & fructum faceret inæstimabilē sanctarũ personarum. Quot apostoli, discipuli, innumerabiles martyres, doctores, cõfessores, virgines, innocētes, pęnitentes, & continentes? Ecce ratio quare filij Dei incarnatio dicitur seminare. Auct. Simile est regnũ cœlorum homini qui seminauit bonũ semē in agro suo. Mat.13. No. in agro suo.s. virgine Maria quæ semper fuit ager Dei. Ideo dicit spiritus sanctus. Tota pulchra es amica mea, & macula nõ est in te. Cã.4. Dicit ergo euã. Exiit, .s. Deus pater. Pro quo.s. ꝙ Deus pater à principio mũdi vsq; ad filij sui incarnationē habitauit in domo rigoris iustitiæ clausus, in qua habitauit vltra quinq; millia annorũ seruãs iustitiã rigorosam, in-

ἄλλον aliud. ἀγορεύω, oratio. ἀλληγορούμενα quæ per typum & figurã dicuntur.

tantũ ꝙ furto illius fructus quod fecit Adã, fuit ita rigorosus in iustitia, ꝙ nunꝗ permisit ꝙ aliqua persona humana quantũcunq; bona, sancta & amica sua intraret in Paradisum. Patet primò de Adã, qui post peccatũ fecit magnã pœnitentiã quãdiu vixit. s. nongentis triginta annis. Gen. 5. & fuit mortuus bonus, sanct9 & amicus Dei. Etiã Eua, non tamẽ permisit eos intrare in Paradisum, imò descenderũt ad infernũ. Idẽ de Noẽ, qui seruiuit Deo nongẽtis & quinquaginta ann. Gen. 9. & sic de aliis. Quod plãgẽs Dauid dicebat, Quis est homo qui viuit & nõ videbit mortẽ, &c. quasi diceret null9, imò erat intantũ rigorosus, ꝙ statim post peccatũ vindicauit se de peccatoribus, vt patet de diluuio. Gen. 7. Itẽ, de Sodoma & Gomorrha. Gen. 20. Itẽ, de vitulo in deserto, & de multis aliis, &c. Sed in super benedicta incarnatione filij sui Deus pater exiuit de castro rigoris iustitiæ, & intrauit plateã latã dulcoris misericordię. Quia modò si moriũtur pueri nouiter baptizati, statim recipit eos in Paradisum, & inueniũt ianuã apertã, licèt nunquã fecerũt aliquod bonũ. Idẽ de perfectè obediẽtib9. Idẽ de dignè pœnitẽtibus quantũcunq; fuerint magni peccatores. Itẽ, expectat modò ad penitentiã di. Pœnitentiã agite. Mat. 4. Ecce quõ exijt Deus pater de castro iustitiæ seminare semẽ suũ Iesum in agro vteri virginalis. Sed nõ, ꝙ hoc semẽ cecidit quadrupliciter. Primò cecidit secus viã. s. in natiuitate, quia nõluit nasci in palatio vel domo, sed secus viã. s. in diuersorio seu stabulo. Dic quomodo Ioseph cum Virgine grauida venit in Bethleem, nec inuenit hospitiũ, nec domũ, nec hospitale in quo reciperẽtur. Vide hoc in sermone natiuitatis. Sequitur, Et conculcatũ est. i. despectũ à Iudæis, qui licèt audiuerint tot mirabilia natiuitatis Dei, claritatẽ noctis, &c. tamẽ timore Herodis noluerũt ipsum recipere nec adorare. Ideò dicitur in persona Christi Esa. 1. Audite cœli & auribus percipe terra, quoniã Dominus locutus est: Filios enutriui & exaltaui, ipsi autẽ spreuerũt me. Cognouit bos possessorẽ suũ, & asinus presepe domini sui, Israël autẽ me nõ cognouit. Et volucres cœli comederũt illud. s. Reges oriẽtis, qui quasi aues citò venerũt & ipsum suppliciter adorauerũt, & cordialiter susceperũt, tanꝗ Deũ creatorẽ & saluatorẽ mũdi. Secũdo, cecidit supra petrã in sua cõuersatione, quia Iudęi voluerũt ipsum plaries lapidare, maximè quãdo prędicabat eis de sua ęternitate, di. Amẽ, amẽ dico vobis, anteꝗ Abrahã fieret, ego sum. Ioã. 8. Tulerũt lapides, &c. Et natũ. s. in cordib9 Iudęorũ quãdo incœpit prædicare, crediderũt in cũ dicẽtes, Hic est heres. Mat. 21. Sed aruit, quia nõ habuerũt humorẽ deuotionis, quia nõ fecit ipsos magnos dominos & magistros vt ipsi falso expectabãt de Messia. Tertio cecidit inter spinas. s. in sua passiõe quãdo fuit coronatus corona spinarũ in domo Pilati & in cruce iuxta prophetiã Salomõis, quę fuit tũc cõpleta. Ego sicut liliũ inter spinas. Et sic tandem

dē spinosis dolorib⁹ suffocatū est.s.per mortē. Quartò, cecidit in terram bonā.s.in sua tumulatione, quādo corpus fuit positū in sancto sepulchro, anima verò in limbo sanctorū patrū. Et ortū.s.in resurgēdo fecit fructū centuplū.s.sanctorū patrū liberationē & nostrā redēptionē. Et fuit completū verbū quod Christ⁹ dixerat. Amē amē dico vobis, nisi granū frumēti cadēs in terrā mortuū fuerit, ipsum solum manet. Si aūt mortuū fuerit, multū fructū affert. Io.12. No. ꝙ Christus cōparat se grano frumēti, ideo dicūt doctores, ꝙ corp⁹ Christi nō potest cōfici nisi de pane frumēti. No. ipsum solū manet.i. ipse solus fuisset saluus. Si autē mortuū fuerit, multū fructū affert, quia oēs credētes per mortē eius si voluerint salui fient. Et hæc est secunda camera, p personis deuotis quę possunt in hac habitare, contēplādo quomodo Deus exiuit de domo iustitię in placeā misericordiæ, & seminauit filiū, &c. Tertia camera vocatur tropologica vel moralis, quæ est euāgelicalis prędicatio. Prędicare est rectè seminare. Notū iā videris, quomodo vita humana cōseruatur ex semine laboratorū, quia aliàs nō possemus viuere. Sic etiā prædicare est seminare triticū de grano noui testamēti, vel hordeū a'perū de grano veteris testamēti in agris cō'cientiarum nostrarū. Sic enim cōseruatur vita spiritualis & fides catholica, quia aliàs iā vita spiritualis & fides essent de'pectę & perditæ. auct. Nisi Domin⁹ exercituū reliquisset nobis semē, quasi Sodoma fuissem⁹, & quasi Gomorra similes essem⁹. Esa.1. Et ad istū intellectū dicit tex. euāgelij. Exiit qui seminat.s. prędicator. No. & vnde exiit. Respōsio, de studio seu cella vbi debet esse clausus studēdo, pētando, & ruminādo, perquirēdo in granariis Domini.s. auctoritates, figuras, similitudines & parabolas. Quoniā prædicator qui vult prędicare fructuose, nō debet ire visitando illū, vel illū, nec ponere se in negotiis, aliàs nō poterit prædicare nisi fabulas, nec facit fructū, imò diciris vos, O iste tā bene dicit & malè facit, Ideo hodie cōuertuntur pauci nostris prædicationib⁹. Ecce quare dicit, exiit.s. predicator de studio, seminare semē suū.s. Christi nō alienū.s. Ouidij vel Vergilij, nec hominum damnatorū. Semen Christi est biblia vetus & nouū testamentū, hoc est semē quod facit fructū deuotionis, amoris, charitatis, pęnitētię, & saluationis, ideo di. Christus, Qui habet sermonē meū, loquatur sermonē meū verè, quid paleis ad triticū, dicit Dominus? Nūquid nō verba mea sunt quasi ignis, & quasi malle⁹ cōterēs petrā? Hier.23. No. quid paleis.i. dicta poëtarū ad triticū scripturę sacrę cōmiscendo, licèt quandoꝗ sed rarò, possit allegari aliqua auctoritas poëtarū, ad propositum, sed facere totū sermonē de dictis vel factis poëtarū, hoc est malū. Apost. Paul prædicauit 37. annis, & non legitur allegasse auctoritates poëtarū nisi ter. Ecce quare dicit semen suū. De hoc dabo vobis vnā cōcordantiā ad propositū loquentē de prędicatoribus di. Eūtes

τρόπος
nos.

ibant, & flebant mittentes semina sua. Venientes autẽ venient cum exultatione, portãtes manipulos suos. Psal. 125. No. euntes ibãt, quia prædicator duobus modis debet ire ad prædicãdum. s. spiritualiter & corporaliter. Primò, spiritualiter crescẽdo in deuotione, cõtemplatione, prædicatione & feruore spiritus de die in diem, de mense in mensem, de anno in annum, semper augmentãdo & meliorãdo. Ideo dicit, Euntes. s. spiritualiter, ibãt. Secundò, corporaliter de loco ad locum, de villa ad villam, &c, nõ stare in vno loco. Ideo dixit Christus primis prædicantibus. Euntes in mundũ vniuersum, prędicate euangelium omni creaturę. Mar. vlt. No. prædicate euangelium, non dicit Ouidium, nec Vergilium. Apostolus assignat rationem di. Non erubesco euangelium, virtus enim Dei est in salutem omni credenti. Ro. 1. No. & flebant, quia prædicator debet flere rigando agrum seminatũm, vt faciat fructũ sicut vos facitis de agris irriguis, orando pro eis deuotè cũ lachrymis. No. mittentes semina sua. s. auctoritates, figuras & similitudines de veteri & nouo testamẽtis. No. veniẽtes. s. ad gloriã animæ in die obitus, venient supple ad gloriam corporis in die iudicij cum exultatione, quoniã sancti prædicatores venient ad diẽ iudicij cũ magno gaudio, & cum magno honore, ducentes secũ sub bannerio suo omnes illos quos conuerterunt ad Christum suis prædicationibus. Dicit Greg. in homilia, quod tunc veniet Petrus cum Iudæa, Ioan. cum Asia, Matthæus cũ Æthiopia, & sic de aliis sanctis Apostolis & prędicatoribus. Qualis honor est baronibus quando sub bannerio suo habent plures gentes armorũ, idẽ tunc de sanctis prædicatoribus tunc dicent illi qui fuerunt conuersi regratiantes Deo & prædicatori. O Petre & Paule ego eram infidelis, &c. sed propter vestras prædicationes fui conuersus. Idem dicent B. Dominico & suis sequacibus, Petro. Thomæ, Vicentio, & omnibus eiusdem ordinis prędicatoribus, qui suis prædicationibus conuerti fecerunt peccatores à viis suis pessimis. Ego erã hæreticus vel superbus, per vos fui humiliatus, &c. Sed nota, quod de semine prædicationis fiunt quatuor partes. Prima pars cecidit secus viam quoniã sunt aliquæ personæ quæ hãbẽt cor apertum ad omnes cogitationes, quasi cor esset via publica. Et quando tales audiunt verbũ prędicationis, recipiunt in corde bonũ propositũ bene viuendi & cauẽdi de cętero à peccatis. Sed hoc semen conculcatur à dæmonibus, & à transeuntibus cogitationibus, rationibus seu opinionibus falsis. Ver. gra. quãdo prędicator seminat, quoniã vsura est magnũ peccatũ mortale, &c. quia est cõtra præceptum Dei & contra ordinationẽ ecclesiæ. vsurarius proponit restituere, & abstinere de cętero, & viuere de bono iusto. Sed hoc semẽ cõculcatur à transeũtibus cogitationibus per cor dicẽtibus, bene pones in testamento, & filius tuus faciet restitutionem. O stulte, & tu fecisti

pec-

peccatum,& non sufficit tibi cor faciēdi restitutionē,quomodo credis quod filius,&c.Idē dicit de alia cogitatione. Si tu vis restituere & abstinere ab vsuris,de quo viues, de quo tenebis statum.quid dimittes filiis,de quo maritabis filias? Ideo oportet claudere cor ad omnē cogitationē & rationē in oppositum transeuntē. Idē de mulieribus vanis, quādo audiunt à prædicatoribus quantū peccatum est facere illas vanitates & superfluitates,proponūt de cætero abstinere vt saluentur,sed hoc semē statim conculcatur à dæmone, & cogitationibus transeuntibus,dicētibus. Tu habes virū iuuenē luxuriosum & tu nō facies,&c & sic dimittūt bonū propositum.Sed hęc ratio est falsa, &c. quia vos non facitis ista ratione viri,patet quia quādo intra domū estis,nō estis ornatę,sed quādo debetis exire domum,nescitis quibus ornamētis vos ornare velitis.Ideo patet quod non pro viro,sed pro alio facitis illud, propter hoc dicit Christus. Deinde venit diabolus & tollit verbū de corde eorū,ne credētes salui fiant. Aliud cecidit supra petram.s.dura & frigida indeuotionis, vt sunt personæ quæ nullā faciunt orationē de mane, nec sero, nec faciunt pœnitentiam,nolunt remittere inimicis,nec facere pacem. Ecce petra dura sine aliqua deuotione. Vel hoc verbū tangit dominos & rectores cōmunitatum,qui cū audiunt verbum prædicationis dicentis,quod deberent facere bonas ordinationes pro conseruatione cōmunitatis,& corrigere peccata notoria, cū gaudio suscipiunt illud,sed natum aruit,quia non habebat humorem.s.amoris cōmunitatis nec timoris Dei,ideo nihil excusatur,ideo aruit ex timore & misericordia malarum personarum. Sed mori pro amore Dei & reipublicæ ad beatitudinem inducit,iuxta verbum Christi dicentis, Beati qui persecutionē patiūtur propter iustitiā,quoniam ipsorum est regnū cęlorum.Mat.5. Aliud cecidit inter spinas.Christus exponit,quòd istæ spinę sunt solicitudines auaritię,quæ nimis pungunt mentes auarorum quando congregant vt ditentur. Noquomodo diuitię acquiruntur cum laborę,possidentur cū timore, & amittuntur cum dolore. Istæ sunt spinæ quæ suffocant verbum Dei nō solùm in laicis, sed etiā in ecclesiasticis faciētibus simonias. no.cōtra defectus qui fiunt in missis sancti Amatoris. Aliud cecidit in terram bonam.s.in corde bono,& optimo.s.humili, & deuoto, & facit fructum centuplum, seruando decem præcepta, quia decies decem sunt centum.Et quando tales trāseunt de hoc mundo,ascendunt vsque ad decimum cœlum in gloria,Ad quod,&c.

Dominica in Quinquagsima. *Sermo I.*

Omnis plebs,vt vidit:dedit laudē Deo. Luc.18. Tria sunt opera Deī, propter quę Deus est maximè laudādus ab omnibus nobis, & de his trib9,& de quolibet ipsorū loquitur thema. Omnis plebs,&c.loco,& capitulo vbi supra dixi. Et hæc tria tāguntur

tur per ordinem in euang. hodierno.s.laudare, & benedicere,&c.

Primum est mundanalis redemptio,
Secundum est humanalis conuersio,
Tertium est cœlestialis saluatio.

Dico primò, quod personæ mundanæ in hoc mundo debēt Deum glorificare ratione humanę redēptionis, quā fecit de humano genere. Et benè dicitur redēptio vniuersalis, seu mūdanalis nā oēs vniuersaliter redemit, & pro omnibus abundātissimè soluit pretiū. Et omnes illi qui ista redēptione volunt vti, hoc est credēdo, & obediēdo, possunt saluari. Et de ista vniuersali redēptione loquitur Apost. di. Vnus est mediator Dei, & hominū homo Christus Iesus, qui dedit redēptionē semetipsum pro omnib⁹.1.ad Tim.2. Et ex isto opere Deus est laudādus, benedicēdus, & glorificandus. nā tu vehemēter laudares qui te captiuū, & vinculatū liberaret de posse infideliū, soluens pro te, &c. & ratio esset, & laudis cōgruentia. Ita est de Domino Iesu Christo: nam ex peccato primi hominis, & consequēter propter peccata nostra omnes eramus captiui catenati, & ligati in carcere culpę, & ad ęternā mortē sententiati. Hoc expressè dicit Esa. in persona Dei. Propterea captiuus ductus est populus meus, quia nō habuit scientiā, & nobiles ei⁹ interierūt fame, & multitudo eius siti exaruit. Propterea dilatauit infern⁹ animā suā, & aperuit os suū absq; vllo termino.i.sine exceptione cuiuscunq;. Et descendēt fortes eius, & popul⁹ eius, & sublimes eius, gloriosiq; eius ad eū. Esa.5. Sed venit Dominus.s.Iesus Christus ver⁹ Deus, & verus homo. Dominus celi & terrę, & vniuersorū, & redemit oēs pretio sui sanguinis. Nónne videtur ergo vobis bene si, pro quia, quia est à nobis laudādus, benedicendus, & glorificādus, imò etiā non sufficiunt laudes, propter hoc dicit Dauid spiritu prophetico, loquens de ista redemptione, q̄ tunc adhuc futura, ac si iā facta esset, & hoc propter certitudinē propheriæ, & dixit, Dirupisti Domine vincula mea. Ecce redēptio. propter quod tibi sacrificabo hostiā laudis, & nomē Domini inuocabo. Psal.115. Et de ista redēptione vniuersali loquitur principiū euāgelij hodierni cū dicit. Assumpsit Iesus.12. discipulos suos secretò, & ait illis, Ecce ascēdimus Hierosolymā, & consummabuntur omnia quæ scripta sunt per prophetas de filio hominis. Tradetur enim gētibus, & illudetur, & flagellabitur, & cōspuetur, & postquā flagellauerint, occidēt eū, & tertia die resurget, & ipsi nihil horū intellexerunt. Modò oriuntur hîc duę quęstiones, & prima est quare euāgelista dicit q̄ Apostoli nō intellexerunt hoc, cū Christus tā clarè eis loqueretur. Et prima quæstio est literalis, secunda est moralis. Nā certū est q̄ tunc Apostoli nō dormiebāt, imò erāt vigilātes, nec de aliis cogitabāt, nisi de his quæ de ipso dicebantur. Sed nota hîc duas responsiones, & prima est theologicalis quā ponit glosa dicens, quod

Interdū vaticiniū est de futuris tanquā præsentibus propter certitudinē prophetiæ.

quod Christus quasi semper loquebatur parabolicè seu in figuris, & Apostoli qui non poterat cogitare, quod Deus incarnatus pareretur tanta mala, credebant ipsum loqui parabolicè seu figuratiuè, cùm tamen loqueretur clarè. Sed ex hoc ipsum non intelligebant, fundantes eorum cor, & credentiam in illo verbo. Nos audiuimus ex lege, quia Christus manet in æternũ Ioan.12. Ideo quando Christus eis loquebatur de passione, exponebant, & credebãt, quod eis loquebatur figuratiuè. Ideo dicit euangelista. Ipsi nihil horũ intellexerunt. Secunda responsio est philosophiæ. Dicit Philosophus, φ scientia, & intelligentia rei est per caussæ cognitionem. Idem alibi dicit, Tunc vnumquodque scire, & intelligere arbitramur, cũ caussas eius cognoscimus, & ideo licet aliquis effectus oculariter videatur, dicitur tamen nesciri si eius caussa ignoratur, vt patet de eclipsi solis, & lunæ, de qua rusticus habet cognitionem, quia videt oculariter, sed non scientiã, quia ignorat eius caussam, sed scitur ab astrologis, Nescientibus ergo caussam eclipsis potest dici, Non intelligitis hoc, quia caussam ignoratis. Ita est in proposito, licèt Apostoli à Christo audirent quod ipse Hierosolymis debebat tradi, illudi, flagellari, & finaliter in cruce mori, & tertia die resurgere, ipsi tamen nihil horum intellexerunt, quia secundum caussam patiendi rudes adhuc discipuli non intellexerunt. Nesciebant enim quod ipse vellet ligari, vt ligatis vinculis peccatorum sibi credẽtes, & obedientes liberaret. Credentes vt modò credunt infideles, quod cũ esset Deus poterat eos liberare absque hoc quod ipse ligaretur. Item, nesciebãt quod Christus vellet illudi, & vituperari, vt homines sibi credẽtes, & obedientes honorarentur ab angelis. Item, nesciebant quod vellet flagellari crudeliter, vt credentes sibi, & obedientes possent corona gloriæ coronari. Item, nesciebant quod vellet in cruce suspẽdi, ne sui suspenderentur in furca inferni. Item, nesciebãt quod vellet mori tam dolorose, vt animæ credentium, & obedientium viuerent in cœlo gloriose. Item, nesciebant quod vellet resurgere cum corpore glorioso, vt daret suis spẽ resurrectionis gloriosę in die iudicij. Cùm ergo Apostoli istas caussas nescirent, & scientia sit per caussas, vt probatum est suprà, ideo dicit Euãgelista, Ipsi verò nihil horum intellexerũt, ideo dicit sanctus Lucas, qui erat magnus philosophus. Erat verbũ istud absconditum ab eis, & nõ intelligebant quæ dicebantur. Luc.18. Secunda quæstio est moralis. Quare hodie sancta mater ecclesia facit mentionẽ de Christi passione, cùm dicat Sapiens, Omnia tempus habent, tempus flendi, & tempus ridendi, tempus plangendi, & tempus saltãdi. Omne negotium, tempus, & opportunitatem habet. Eccles.3. Cùm ergo hodie sit tempus lætitiæ, & exultationis, quia dies Carnispriuij, quare ergo fit mẽtio de Christi passione, quæ est flebilis, & tristis? Respondeo, quia sancta

Mater ecclesia spiritu sancto gubernata & recta, sciens excessum & gulositatem filiorum suorum, quam faciunt his tribus diebus in comedendo & bibendo, ideo cogitauit ponere corā filiis Christi passionem, vt fideles restringantur à gulositate, considerantes quanti constitit peccatum gulæ primorum parentum, non gallinarum & perdicū, sed vnius pomi fructus, φ filius Dei habuit suspendi in patibulo crucis. Ideo Apostolus. Recogitate eū qui talem sustinuit à peccatoribus aduersus semetipsum contradictionem, vt nō fatigemini animis vestris deficientes. s. excessiuè comedendo. ad Hebr. 12. Nota hic parabolam de tribus latronibus euntibus cum saccis suis ad furandum ad quandam ciuitatem, cum proposito implendi saccos de auro & argēto, & de lapidibus pretiosis, qui cùm fuissent ad portā ciuitatis, viderunt ibi nobilem hominē recenter suspensum, qui quærentes de causa suspensionis illius fuit eis dictū, quod fuerat suspensus pro quodam furto fructus quod eius seruitor fecerat, quia non fuit potens satisfacere. ideo dominus eius fuit suspensus. Quo audito latrones adinuicem se respiciētes dixerunt. Si tantus rigor iustitiæ hic seruatur pro tā modico, quid fieret de nobis? Qui redierunt ad propria cū saccis suis vacuis. Bona gēs, isti tres latrones sunt tres status huius mundi. s. religiosorum, clericorum & laicorum. Et dicuntur latrones, quia omnes excessus quos faciunt in cibo & potu & vestitu punientur, vt latrocinia in iudicio diuino. Nā si vnus vel plures dimittūtur manumissores vel testamētarij alicuius diuitis mortui, & ipsi expendunt bona & pecunias diuitis comedendo & bibendo, &c. nec distribuūtur, vt ipse mandauit, nunquid tales dicerentur latrones? immo. Modò prælati & clerici quid sunt nisi testamentorū dispensatores & manumissoris diuitis Christi, qui mandauit dari pauperibus, &c. & non ipsi curāt, immo permittunt pauperes mori fame, &c. Nec etiam hæreditas Christi sufficit pompis eorum & vanitatibus. Secūdus est status religiosorum, quia religiosus peruersus etiam potest dici latro. Ratio, quia si quis spōtè dimisit omnia bona, & vult pòst furtiuè bona sua recuperare, huiusmodi latro diceretur. Tales sunt complures religiosi, qui omnia bona sua dimiserunt per votū paupertatis, & pòst furtiuè volūt habere audiēdo cōfesfiones & faciendo prædicationes, & efficiuntur proprietarij, & ideo tanquā latrones punientur in iudicio diuino. Tertius stat⁹ est laicorū, quia laicus etiā potest dici latro. Ratio, quia thesaurarius vel dispensator regis vel alicuius domini, qui cōtra voluntatē & ordinationē domini expendit pecunias comedendo, bibendo vel luxuriando, &c. talis vt latro punietur. Sic est de diuitibus, nam diuites sunt thesaurarij & dispensatores diuitis. s. Domini nostri Iesu Christi. Et ideo dicitur, Sic nos existimet homo, vt ministros Christi & dispensatores. 1. Cor. 4. ergo vt latrones punientur,

nientur, si malè vtuntur, & contra Domini voluntatē, ideo iam possumus dicere, Omnes quotquot venerūt, fures sunt & latrones. Io. 10. Isti venūt modo iuxta ciuitatē. s. quadragesima, & quilibet vult implere saccum vētris de perdicibus, gallinis & de caponibus, &c. Hoc modò qui perquireret coquinas prælatorū, clericorum & religiosorū & laicorū, quot innocētes inuenirentur stantes ad ignem? Sed in porta ciuitatis. s. istius tēporis quadragesimę ecclesia proponit nobis honorabilē dominum suspensum. s. Dominū Iesum Christum pro vno furto serui sui. s. Adæ. Ideo cogitate rigorem iustitiæ dicendo, Socie, quid tibi videtur, debemus implere ventrē vel non? Ideo dicit scriptura. Attendite vobis ne fortè grauentur corda vestra in crapula & ebrietate. Lu. 21. Ex nimia enim comestione multa mala sequuntur non solùm in corpore, sed etiam in anima. No. hîc de Agarenis nuntiis visitantibus conuentus Maioricarū in die carnispriuij, dicentibus, Per Deum non estis homines boni. Ecce quot homines bestiales quantum vorent carnes. Ecce ratio quare ecclesia etiā hodie facit mentionem de Christi passione, ergo refrenetis vos. Et si abūdanter pręparastis, faciatis partem pauperibus viduis, quæ gauderent, si possent habere vnā scutellam cauliū, vt acquiratis paradisum de illo per quod acquiritis infernū. Secundū op⁹ de quo Deus est laudandus, est humanalis cōuersio. Modicū enim valuisset vniuersalis redemptio, quę infidelibus nihil valet, quia nolūt ea vti nisi fuisset humana cōuersio. s. quando Deus trahit ad se personā de culpa ad gratiā, deuotionē & bonā vitā. Ideo de hoc laudandus est Deus. Ratio, nam quilibet peregrinus merito regratiādo laudaret, qui eū cōuerteret de via in qua errauit, periculosa & mortifera per quā ignorās ibat, ita est de peccatore. Nā quilibet peccator errauit viā paradisi, quādo dimissa via humilitatis, quę ducit ad paradisum, vadit per viam superbiæ mortiferā, quę ducit ad infernum, & sic de aliis. Sed venit ille bon⁹ homo Iesus Christus filius virginis Marię, & cōuertit peccatorū, dando sibi cōpunctiones, vt cogitet & respiciat quā vitā tenet, & si tūc moreretur quò iret? Et sic per semitā pęnitentiæ reducitur ad vitā paradisi, ducēdo de superbia ad humilitatē, de luxuria ad castitatē, & sic de aliis. Et ideo Sapiēs de hoc laudat Deum di. Laudabit vsq; ad mortē anima mea Dominum, & vita mea appropinquans erat ad infernū deorsum. Et liberasti me de perditione & eripuisti me de tempore iniquo, propterea cōfitebor & laudem dicā tibi, & benedicā nomini tuo. Eccle. vlt. Hæc humana cōuersio mysticè ostenditur in secūda parte euangelij, cū dicitur, Factū est autē cùm appropinquaret Iesus Ierico, cæcus quidā sedebat secus viā mendicans. Et cū audiret turbā prætereuntē, interrogauit quid hoc esset. Dixerunt autē ei, quod Iesus Nazarenus transiret. Et clamauit di. Iesu fili Dauid miserere mei. No. de turba Christum sequente,

quente. Quidam sequebantur eum, vt audirent verbũ dulcissimum ab ore Dei incarnati. Quidam eum sequebantur, vt haberent indulgentias à pœna & à culpa à Papa Iesu. Quidã autẽ infirmi, vt ab eo obtinerẽt sanitatem corporalem, quia virtus de illo exibat & sanabat omnes. Lu. 6. Quidã sequebantur eum ex curiositate. Quidam ex malignitate, vt pharisæi, vt ipsum ponerent in aliquo reprehendere. Et dum transirent, cæcus quidam sedebat secus viam mẽdicans, quæ siuit quæ gentes essent illę, quæ transibant, & fuit sibi dictum, q̃ Iesus de Nazareth transibat, qui statim cœpit clamare di. Iesu fili Dauid miserere mei. Et dicit textus, quòd qui prę ibãt increpabãt eũ vt taceret. Mysticè iste cæcus secus viam, est Christianus existens in peccato mortali, qui non est in via, quia deberet ire per viã humilitatis, & ipse vadit per viã superbiæ, & sic de aliis. Infideles verò nõ sunt secus viam, sed longè à viã. Quando autẽ peccator. i. cæcus reducit se ad viã. i. ad Christum qui de se dicit, Ego sum via, veritas & vita. Et incipit clamare di. Iesu fili Dauid miserere mei, statim reprehẽditur. Iste defectus est hodie in mũdo. Quandiu homo est secus viã. i. in peccatis mẽdicans mũdana & temporalia, nullus curat ipsum reprehendere, sed magis applaudẽt sibi. Sed si dat se deuotioni & bonæ vitæ, factũ est, statim reprehẽditur & redarguitur. Verbigra. Si sit aliquis religiosus benè dissolutus, iste talis à nullo reprehenditur, imò cõmendatur, sed si conuertitur ad Deũ, quòd vult tenere bonã vitã, tunc dicũt, moriatur, intantũ, quòd nõ permittunt eum viuere, vel dolẽt de eius vita. Idẽ de clerico existente secus viã, mendicante bona temporalia, præbendas & alia beneficia, iste talis à nullo reprehẽditur, imò cõmendatur, sed si vult redire ad viã. i. ad Christum, factum est de illo. Idem de laico vsurario, latrone, homicida, lenone, tales à nullo reprehẽduntur, imò cõmendantur. Sed si fecit restitutionem, & venit de mala vita ad viã bonam seu ad vitã bonã, factũ est, talis non potest viuere. Et quod fortius est, dicit tex. Et qui præibant, non dicit qui sequebãtur vel comitabãtur, sed qui præibãt; quia maiores in scientia, dignitate & officio, sunt primi ad reprehendendũ eos, qui vellent quod omnes irent ad infernũ cum eis. De hoc beatus Hier. fecit planctũ dicens in. 2. prologo Iob, vel in argumento. Si autẽ fiscellã iunco texerem, aut palmarũ folia cõplicarem, vt in sudore vultus mei comederem panẽ, & ventris opus solicita mente pertractarem, nullus morderet, nemo reprehẽderet. Nunc autẽ, quia iuxta sententiã saluatoris volo operari cibũ, qui nõ perit. Et sequitur. Falsarius vocor. i. à maioribus, & doctorib⁹, & magistris. Ideo Christus de talibus dicit, Si de mũdo fuissetis, mũdus quod suum erat diligeret, quia verò de mundo non estis, sed ego elegi vos de mundo, proptereà odit vos mũdus. Ioã. 15. Sed exẽplo cæci, qui quantò magis increpabatur, tantò magis clamabat ad Iesum,

sum, est clamandū. Ideo beatus Petr⁹ Apostolus dicit. Si exprobramini in nomine Christi, beati eritis. 1. Pet. 4. Tertium opus de quo maximè Deus est laudādus, est cœlestialis saluatio. Ratio. Nā præcipuè laudabilis est gubernator nauis cū per maxima discrimina nauem ducens, tandē perducit ad portū salutis. Sic etiā de gubernatore & creatura, cùm est inter pericula huius mundi. s. inimicorum dæmonum & malarum inclinationum. tandem perducit eā ad portam paradisi. Tunc laudādus est propriè maximè. Ideo Dauid fecit de hoc vnum psalmum di. Laudate Dominum de cœlis, non dicit de terris, quia adhuc sunt in periculo, sed de cœlis, quia sunt extra periculū. Hæc cœlestis saluatio ostenditur in tertia parte euāgelij, cū dicitur, Stās autē Iesus iussit eū adduci ad se, & dixit. Quid tibi vis faciā? At ille ait, Domine vt videā. Ait illi, Respice, fides tua te saluū fecit. Et confestim vidit: & sequebatur illum magnificans Deū. Et omnis plebs vt vidit, dedit laudem Deo. No. quid tibi vis faciā, quia multæ sunt misericordiæ. Respondit cæcus, Domine vt videā. Dixit illi Iesus, Respice, fides tua te saluū fecit, & confestim vidit, & sequebatur eum. No. φ iste fuit de societate Christi. No. etiā fides tua te saluā fecit, & cōfestim vidit: quia saluatio stat in visione Christi. Hæc est vita æterna, vt cognoscant te. s. esse solum verū Deum & quem misisti Iesum Christū. Io. 17. Quod vita æterna. s. saluatio nostra, consistit in visione diuinæ essentiæ, in quàm plurimis tenet locis S. Tho. vt. 1. scrip. di. 1. q. 1. ar. 1. & . 4. di. 49. q. 1. ar. 1. q. 1. & ar. 2. q. 1. Itē. 1. 2. q. 3. ar. 4. & . 8. & idē sentit in plerisq; aliis locis. Quæstio est hic & bona, quare Christus attribuit saluationem virtuti fidei dicendo, Fides tua te saluum fecit, cùm fides sine operibus, non saluet hominem. Auct. Quid proderit fratres mei si fidem dicat quis se habere, opera autem non habeat? Nunquid poterit fides saluare eum? Sicut enim corpus sine spiritu mortuum est, ita & fides sine operibus mortua est. Iac. 2. Responsio, quod fides est fundamētum omnium aliorum bonorū & virtutum radix, & corde & ore simpliciter ac solicitè teneatur. Sicut arbor à te plātata in horto tuo facit truncum, & pòst ramos, flores & fructus, & originaliter ista omnia procedunt de radice. Sic etiā fides est vt radix plātata in horto cordis, deinde mittit truncum. s. charitatis, faciens ramos. s. virtutū, & flores & folia bonorum operum, quia fides per charitatē operatur. ad Gal. 5. Et post facit fructus gloriæ in paradiso, sed radix riganda est ne moriatur. Et rigatur radix fidei mane & sero dicendo, Credo in Deum. Et quēadmodum hortus rigatur per duodecim tabulas, ita fides per duodecim articulos, dicenda est quotidie sero & mane cum protestatione. Et ideo dicitur, Si confitearis in ore tuo Dominum Iesum Christum, & in corde tuo credideris, saluus eris. Ad Romanos 10. Deo gratias.

Dominica

Dominica in Quinquagesima. Sermo II.

N*Vnc manent fides, spes, charitas tria hæc.* 1. Cor. 13. noster sermo erit de virtutib⁹ theologicis pro bona instructione nostra & vtilitate mortuorũ, sed primò salutetur virgo Maria. Verbũ propositũ est declarandũ, secundũ duplicem intellectum. s. propriũ & literalẽ, & appropriatam, moralẽ & spiritualem. Et primus erit pro viuis, secundus pro mortuis. Primus erit pro introductione, secundus pro prosecutione. Pro primo sciendũ, quòd in hac vita summè sunt necessariæ istæ tres virtutes theologicæ fides, spes, & charitas pro eundo ad Paradisum. Ratio, quia quilibet viatori ascensuro ad castrum altè sitè, tria sunt necessaria.

Primò, respectus visualis,
Secundò, audacia cordialis,
Tertiò, duratio fortitudinis.

Dico primò, &c. s. respectu visualis. Nã requiritur si vis securius ire, vt locũ ad quẽ tẽdis siue terminũ agnoscas. Modò clarum est quod totum tẽpus vitæ nostræ in hoc mundo nõ est nisi vna via, per quã vadimus, ascendendo ad castrũ altissimũ cęli empyrei. Ideo indiget his tribus, quæ sunt respectus visualis, audacia cordialis & duratio fortitudinis, quę habentur per tres virtutes. s. fidem, spẽ, & charitatem. Et ex hoc poteris cognoscere veritatẽ vel necessitatẽ istarum trium virtutũ. Et per fidẽ videmus finẽ seu terminũ vitæ nostræ. s. cęlum beatorũ. Nunquã enim iste terminus fuit cognitus per intellectum naturalẽ Philosophorũ. De hoc pulchrè loquitur S. Tho. 1. par. q. 1. ar. 1. ostendens necessitatẽ doctrinæ sacræ vltra philosophicas disciplinas, eo ꝙ ordinati sumus diuinit⁹ ad finẽ supernaturalẽ, transcẽdentem naturalẽ nostrã apprehensionẽ. Licèt enim per motũ philosophi habuerunt cognitionẽ de cęlo Lunę, Mercurij, Veneris, Solis, Iouis, Saturni & cęli stellarũ. s. firmamenti & primi mobilis, nõ tamen potuerũt ascẽdere vsq; ad cęlũ empyreũ ꝙ est immobile, & est locus iste beatorũ ad quẽ ascendimus. Et iste locus videtur à nobis solũ per fidem. Et de isto loco loquitur Apostolus di. Oculus nõ vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascẽdit, quę preparauit Deus his qui diligũt illũ. Nobis autẽ reuelauit Deus per spiritũ suũ. 1. Cor. 2. No. cũ dicit oculus. s. intellectus philosophorũ non vidit, quia volebant credere, nisi illud ꝙ videbant oculo intellectus, scilicet, per certã demõstrationẽ. Nec auris audiuit. s. Iudęorũ. Moyses enim & alij prophetę multa miracula audierunt à Deo, sed nunquam audierũt, quod Deus promitteret eis illũ locũ. Nec in cor hominis. s. infidelis, ascendit quæ Deus præparauit, &c. Ecce quomodo fides est necessaria. s. ad videndũ locũ. Sed modicũ esset scire locum beatitudinis, nisi etiã sciremus viã, ideo notate tres vias, quas etiam scimus per fidẽ. Et prima via est de innocẽtia baptismali. Et istã scimus

mus per fidē & verbū Christi dicentis, Amen, amen dico vobis, nisi quis renatus fuerit denuò, nō potest videre regnū Dei. Ioā.3. Affirmatiua est & negatiua. Secunda via est digna pœnitētia, & per istā habēt ire illi qui perdiderūt primā viā. Digna pœnitētia est, dolere de peccatis, & cōfiteri cū proposito nō redeundi. Ista via scitur per fidem & verbū Christi dicentis, Pœnitentiā agite, appropinquauit enim regnum cœlorū. Mat.4. Tertiā via est firma obediētia, hoc est viuere secundū Dei ordinationē, & nō secundū propriā inclinationē, secundū eius pręcepta, & nō secundū sui propria sentimēta. Hęc etiā habetur per fidē & verbū Christi dicētis, Si vis ad vitā ingredi, serua mādata. Mat.19. Ideò Apostol. Per fidem ambulamus. 2. ad Cor.5. No. per fidem. s. vidēdo terminū. Dico secundò, necessaria est viatori audacia cordialis vltra respectū visualē. s. nō timere, nec propter altitudinē loci debet quis dubitare, quin possit ascendere, sed recipere audaciā cordis, nec cōfidas de intellectu, nec auxilio tuorum operū, sed Dei dicendo, Deus qui me de nihilo creauit & redemit, & mihi illū locū pretio sui sanguinis emit, & me per baptismū mūdauit & sacramentorū remedia ordinauit, ideò nō dubito quin illuc ascēdam, quia nō pro se, quia incorporeus est, Deus enim spiritus est. Ioan.4. sed pro me illū locū creauit tam pulchrè ornatum. Nam decor dat spē. Ideò dicitur, Qui sperant in Domino mutabūt fortitudinē, assumēt pennas, sicut aquilæ; current & nō laborabūt, ambulabūt & nō deficient. Esa.40. Nota qui sperāt in Domino mutabunt fortitudinē, quia si antè in hoc mūdo habuerunt fortitudinem corporalē, ad ambulandū, saltandū, &c. mutabunt fortitudinē corporis. i. in feruorem cordis. Si quæratur & quomodo fiet? Respōdetur. Assument pennas, &c. vbi ponit tres gradus bonarū personarū. Et primus gradus est contemplatiuorū. Nam isti assument pennas, vt aquilę seu alas. Duę alæ sunt duę spes, vna de Dei potentia, & alia de Dei misericordia. Prima assumitur per confidentiā de Dei potentia. s. ꝙ potest nos facere æquales angelis in gloria. Secūda assumitur confidendo de Dei misericordia, qui nō solùm potest, imò vult nos saluos facere. His duabus alis contemplatiui volant ad Paradisum. Secūdus gradus est actiuorū, qui currendo per magna opera misericordiæ & pœnitentiæ festinanter, cum magno ardore spiritus currūt ad Paradisum. Tertius gradus est obedientiū, cùm dicit, Ambulabunt, & non deficient. s. faciendo illa ad quæ tenentur diligēter. In omnibus istis necessaria est virtus spei, quę dat feruorē cordialem. Dico tertiò, ꝙ necessarium est viatori ascendenti in altum duratio fortitudinis, ne deficiat in medio. Hæc autē duratio fortitudinis habetur virtute charitatis. Nam charitas dat fortitudinem volūtati ne mutet propositum, sed quòd perseueret. Dat etiam fortitudinē cōtra tentationes diaboli, & contra occasiones

mundi, & inclinationes carnis. Et ideò dicebat Apostol. **Det vobis Deus, vt in charitate radicati, & fundati, possitis cōprehendere cū omnibus sanctis,** supple gloriam Dei. ad Ephes. 3. Nota differentiam inter radicatū & fundatū. Sicut arbores quarū esse & viuere est in radice. Item fundati vt domus, cuius esse & permanere est in bono supposito & fundamēto, Radix est virtus charitatis dans humiditatem deuotionis essendi & viuendi spiritualiter, & fundamentum essendi & permanendi in eadem. Multi tamen sunt radicati per deuotionem, sed non sunt fundati, quia modico vēto tentationis statim cadunt & eradicantur, sed si sunt fundati non timent. Ecce necessitas istarum virtutum in hoc mundo. Ideò dicit thema. Nunc. s. in hoc mundo, manet fides, spes, charitas, tria hæc. Nota dicuntur theologales, propter obiectum & propter caussam. De primo. Obiectum aliarū virtutum, est res creata, quia obiectū humilitatis est despectus bonorū. Obiectum castitatis est despectus luxuriæ. Obiectum misericordię est dispensare bona in piis causis, & sic de aliis. Sed obiectum istarū triū virtutū est Deus, quia Deus est obiectum fidei. Quia fides nihil aliud est, quàm credere. quia De⁹ dixit, Spes est sperare, quia Deus promisit. Charitas autem est diligere Deum propter se, & proximū propter Deū. Iterum secūdò dicuntur theologales, propter caussam. Nam alias virtutes potest homo acquirere per se, viuēdo moraliter, sed hę tres nō possunt haberi, nisi à Deo specialiter infundātur. Ideò solùm pro istis orat ecclesia dicēs, Omnipotēs sempiterne Deus, da nobis fidei, spei, & charitatis augmentum, &c. No. oportet aliquas virtutes esse theologales, ad acquirendum beatitudinē supernaturalem, vt dicit S. Tho. 1. 2. q. 62. ar. 1. & 3. scrip. di. 23. q. 1. art. 4. q. 3. Et idem dicit in quæstionibus disputatis de virtutibus. q. 1. c. 12. Et vt dicit S. Tho. Virtutes theologicę dicūtur, quia habent Deū pro obiecto, & quia à Deo infundūtur & tantum per reuelationē Dei in sacra scriptura tradūtur, vt dicit S. Tho. vbi suprà. 1. 2. q. 62. art. 1. & 3. dist. 23. q. 1. art. 4. q. 3. Hæ enim virtutes habēt idem pro obiecto, & fine, scilicet Deum, vt dicit Sanctus Thom. 4. scrip. di. 14. q. 1. ar. 1. q. 4. ad 2. & 3. dist. 9. q. 1. artic. 1. Et sunt tantum tres scilicet fides, spes, charitas, prima. 2. q. 62. art. 3.

Quā ob rē fides, spes, charitas theologales virtutes dicantur.

Secundò declarandū est verbū thematis iuxta intellectum appropriatum seu spirituale. Pro quo sciendum, quòd in alio mūdo secreta loca, seu receptacula animarū ex hac vita decedentiū sunt tria. s.

Primus, infernus damnatorum qui est locus inferior vbi est fides solum sine charitate. Quomodo est fides in dęmonibus, & quomodo nō, ostendit S. Thom. 2. 2. q. 5. art. 2. & q. 18. artic. 3. ad secundum & in 3. scrip. distinct. 23. q. 3. art. 3. q. 1. dist. 26. q. 2. artic. 5.

Secundus locus est purgandorum, vbi est spes singulariter,

Tertius locus est beatorum, vbi est charitas excellenter.

Dice

Dico primò,&c. quod in inferno nõ sit spes. Auctor. Mortuo homine impio, nulla erit vltra spes. Prou.11. Impęnitẽs dicitur impius & crudelis, quia noluit liberare filiã Regis.i. animã propriã ab incendio cùm posset,&cæ. ipso mortuo nulla erit spes vltra.s. nec redemptionis, nec liberationis, nec etiã releuationis. Sic extirpatur error aliquorũ Theologorũ antiquorũ, & glosarũ aliquorũ Iuristarũ, dicentium, quod licèt in inferno nulla sit redemptio, tamẽ est ibi pœnarũ alleuiatio. Dant exemplum de illo qui portat, siue gerit aliquod onus graue, qui licèt non posit onus dimittere, tamen iuuatur & releuatur dando sibi ad comedendũ vel bibendũ. Ita, vt dicunt illi, est de onere animæ damnatæ, quæ licèt nõ posit deponere onus pœnarũ, potest tamen habere releuationẽ ex bonis, quæ fiunt hîc à parentibus,&c. Hoc est falsum & erroneũ, & per Ecclesiã reprobatũ. Quia mortuo homine impio,&c. Imò dico vobis fortiùs, quod quãtò plura fiunt pro aliqua anima damnata tantò magis pœna augmẽtatur. Declaratur hoc per similitudinẽ de captiuo, qui portat onus durũ captiuitatis, & parentes mittũt sibi pretium redemptionis, sed perditur in mari vel aliàs. Et quando captiuus scit, ille nõ solùm nõ releuatur, imò magis dolor est sibi & tristitia augmentatur, nam sibi nõ profuit illud pretiũ. Idem est de damnatis. Idem in inferno nõ est, nisi cõtrarietas & malignitas, quia pater odit filiũ pro quo fuit damnatus, & ecõuerso, vir cõtra vxorem, & ecõuerso, & quãtò hi fuerũt amores maiores, tantò maius est odiũ inter eos dicendo, In malignitate nostra cõsumpti sumus. Talia dixerunt in inferno hi qui peccauerunt, quoniã spes impij tanquam lanugo est, quæ à vento tollitur, & tanquam spuma gracilis, quæ à procella dispergitur, & tanquam fumus, qui à vento diffusus est, & tanquã memoria hospitis vnius diei prætereuntis. Sap.5. Nota hîc argumentũ in oppositũ. nam diceret aliquis, Videtur ꝙ in inferno sit charitas, Nam dicit textus, Luc.16. de illo diuite, qui licèt nullã haberet spem liberationis, nec releuationis, quia nec guttã aquę potuit obtinere, tamen orauit dicens, Rogo te pater, vt mittas Lazarũ in domũ patris mei, habeo enim quinq; fratres, vt testetur illis, ne & ipsi veniant in hunc locũ tormentorũ. Luc.16. Videtur ergo, quod illa petitio sit charitatis. Responsio, quod in inferno non est charitas, sed tota malignitas. Ad auctoritatẽ dico quod sicut in hoc mundo sunt socij in peccatis, sic in alio mũdo erunt socij in pœnis, & sicut peccando vnus animatur ab alio, quia multi cum minori timore peccãt, quàm solus vnus, sic pœna maior est quãdo sunt plures, & quãtò magis crescit numerus sociorũ, tantò magis augmẽtatur pœna, quia vnus cruciat alium. Sicut de igne in quo quãtò magis ponitur de lignis, tantò magis augmentatur flamma, & vnum lignũ incẽdit aliud, ideò diues ille orauit nõ ex charitate, sed timore, ne

Si quæ suffragia hîc fiãt pro dãnato, tantum abest vt ei prosint, vt etiam eius cruciatũ augeãt.

Rogo te pater vt mittas Lazarũ &c. Hoc non ex charitate, sed ex timore dictũ fuit.

te, ne sibi pœna augmentaretur in aduentu fratrũ qui fuerunt socij sui in peccatis. Non ergo habent spem, nec charitatẽ damnati, sed habent fidem. Est enim fides in dæmonibus coacta non laudabilis, nec est donũ gratiæ. Dicit enim S. Tho. 2. 2. q. 5. ar. 2. in solutione ad tertiũ, Hoc ipsum dæmonibus displicet, quod signa fidei sunt tam euidentia, vt per ea credere cõpellantur. Et ideò in nullo minuitur eorũ malitia per hoc quod credunt, idem dicit S. Tho. 2. 2. q. 18. ar. 3. in solutione ad secundum, quod magis potest esse informis fides in damnatis, quàm spes, quia Aug. dicit in enchirid. Fides est malarũ rerum & bonarum & preteritarum & presentium & futurarum & suarum & alienarũ. Sed spes non est nisi rerum bonarũ futurarum ad se pertinentiũ. Et ideò magis potest esse fides informis in damnatis quàm spes, quia bona diuina nõ sunt eis futura possibilia, sed sunt eis absentia. Non est ergo spes in damnatis, sed suo modo vel aliquo modo, vt patuit fides informis, quia dicit S. Thom. quod velint aut nolint habent credere ex euidentia facti, quando sentiũt pœnas & tormenta, & vident gloriã beatorum, tunc credunt fidem Christianã esse veram. Et quod habent fidem. Auctor. Tu credis, quoniã vnus est Deus, & benè facis, & dæmones credunt & cõtremiscunt. Iacob. 2. Nota cùm dicitur, & cõtremiscunt, quoniã dęmones, & animæ damnatæ timẽt diem iudicij. Ratio, nam sicut miles captus in lata captione, si sciret tali die se includendum in angusta captione, multum timeret illum diem. Sic enim dæmones faciunt & animę damnatæ, quia modò habent latam captionem, sed in die iudicij recludentur in corporibus ignitis & fœtidis, ideò ista ratione cõtremiscunt, & tu luxuriose, superbe & auare habes fidẽ & non contremiscis de iudicio. Et ideò de inferno, nunc potest dici, Manet fides sola. Secundus est locus purgandorum, vbi habent spem singulariter, quia licèt habeant fidem & charitatem, tamen singulariter habent spem, scilicet felicitatis certissimam. Habent enim spem impermutabilem, scie̅tes quod anima nõ potest peccare, quia anima separata à corpore, se firmat in gratia vel in culpa iuxta statum in quo egredietur de corpore. Si in culpa egreditur, tunc est impermutabilis, ideò semper durat pœna. Declaratur per similitudinẽ de malo filio qui quando verberatur, murmurat erigendo se. Sic & damnati quando sentiunt flagella, statim se erigunt contra Deum. Sed illi de Purgatorio decesserũt in gratia, ideò nõ possunt illam amittere, eò quia non possunt peccare. Et licèt flagellentur, vt boni filij suscipiũt patienter, ita quod nõ possunt perdere gratiam. Auctor. Si ceciderit lignum ad Austrum aut ad Aquilonẽ, in quocunque loco ceciderit ibi erit. Eccle. 11. Et in persona cuiuslibet illorum de Purgatorio dicit Dauid, In pace in idipsum dormiam, scilicet per mortem, & requiescam, scilicet secundũ corpus in sepulchro.

Qualem fidẽ eadem dæmones habent.

chro. Quoniã tu Domine, singulariter in spe cõstituisti me. Psal. 4.
Anima enim existens in Purgatorio constituta est in spe, triplicatione, scilicet habendi gloriam Paradisi, exeundi de Purgatorio, & de adiutorio amicorum quod sibi proderũt suffragia de Purgatorio. ergo potest dici thema sic, Nunc, scilicet in Purgatorio, quia post diem iudicij non erit Purgatorium, manet singulariter hæc. s. spes. Tertius locus est beatorum. s. Paradisus, vbi non est fides, vbi dicit S. Tho. 1. 2. q. 67. ar. 3. & 5. & 2. 2. q. 18. ar. 2. Similiter, nec in beatis est spes, vt dicit in eodem ar. sed perfecta charitas solùm, & excellenter. Fides autem habet defectum essentialiter sibi annexum, inquantum est de non visis, sed in cœlo videntur omnia clarè, sicut nunc videmus, per speculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem. 1. ad Cor. 13. Nota, videmus nunc, ecce fides. Tunc autem facie ad faciem. Spes etiã habet defectum essentialiter annexũ, inquantum est de non habitis. In cœlo autem omnia desideria habentur. Nam dicit Dauid, Satiabor, cùm apparuerit gloria tua. Psalm. 16. Ideò in Paradiso fidei succedit scientia, & clara visio, spei autẽ possessio, siue comprehensio. charitas autem nullum habet defectum essentialiter annexum, ideò enim in patria non euacuabitur, vt dicit S. Thom. 1. 2. q. 67. art. 2. & 3. distinct. 31. q. 2. art. 2. vnde dicitur 1. Corinth. 13. Charitas nunquã excidet, scilicet per mortem bonorum, sed perficietur iuxta illud, quod possunt dicere electi, siue beati, Deus in nobis manet, & charitas eius in nobis perfecta est. 1. Ioan. 4. Nota cùm dicitur, Deus in nobis manet, scilicet per claram visionem, & possessionem. Ideò possumus sic intelligere thema, Nunc manet fides in inferno solùm, spes in Purgatorio singulariter. Charitas in Paradiso perfectè.

De eadem Dominica. *Sermo III.*

Ecce ascendimus Hierosolymam. Luc. 18. Noster sermo erit de ascensu ad Paradisum. Materia erit vtilis, & bona. Sed ante omnia salutetur virgo Maria. Cogitanti mihi tempus anni secundum quod viuunt personæ mundanæ, magnam inuenio differentiam, inter tempus carnale, quod finitur hodie, & quadragesimæ, quod incipit cras, quia differũt sicut ascensus & descensus, volandi in altum, & cadendi deorsum. Tempore enim carnali plures per malam vitam descendunt, & non conuertuntur de peccatis, nec confitentur, nec humiliantur, sed faciunt superbias, vanitates, & non curant de operibus misericordiæ, sed de auaritia, vsura, & de furtis, non curant de castitate, sed benè de luxuria, nec curant de abstinetia, sed comedunt & bibunt gulose, ideò est tempus descendendi de peccato in peccatum, & per consequens ad infernum, ideò dicitur, Tenent tympanum, & cytharam, & gaudent ad sonitum organi. Ducũt in bonis dies suos, & in puncto ad inferna

deſcendit.Iob.21.Nota cùm dicit tenent.ſ.in tempore carnali,tym
panum,&c. Et ponit quatuor peccata in quibus includuntur om-
nia alia peccata. Tympanum ſignificat peccatum luxuriç, & carna-
litatis. Nam primò tympanum eſt figuræ rotundæ, non enim eſt
longum. Talis enim conditio perſonæ luxurioſæ rotunda eſt,quia
ſemper vadit in circuitu quærendo perſonam quam diligit, ideò
Dauid in Pſalm.11.In circuitu impij ambulant.Item tympanum eſt
depictum, ſic etiam eſt perſona luxurioſa,tota eſt ornata ad laſci-
uiam,&c.Item tympanũ habet quaſdam paruas nolas,quæ faciunt
ſonum. Sic eſt de perſona luxurioſa. Nam facit ſonum loquendo
blandè.Item tympanũ quãdo tangitur,in pelle tangitur. Sic etiam
perſonæ luxurioſæ ſe mutuò tangere nituntur,ſed in damnationẽ
animarum ſuarum.Ecce primũ peccatum,quod tangitur in aucto-
ritate. Secundò dicit,quod tenẽt citharã,hîc tangit peccatũ auari-
tiæ.Nota hîc cõditiones citharç.Nam primò ipſa eſt de ligno ſicco.
Ecce conditio auaritiæ, quia nullam dulcedinẽ vel ſuccũ habet mi-
ſericordiæ ad pauperes.Secunda cõditio eſt,qua eſt vacua,& ſic eſt
auarus. Nam vacuus eſt meritis & virtutibus,licèt ſit plenus diui-
tiis. Apocal.3.Dicis,quia diues ſum,& neſcis,quia miſer es. Tertia,
quia cithara habet quatuor paria chordarum,quibus ſonum facit.
Sic ſunt quatuor paria ſpecierum peccati auaritiæ. Primum par eſt
rapina dominorum,& ſimonia clericorũ,quç ſimul faciunt ſonum
acutum,quia iam audiuntur per totũ mundum. Secundum par eſt
vſura mercatorũ & calumnia aduocatorum. Iam mercatores nihil
ſciunt facere ſine vſura.Primò emẽdo minoris, propter ſolutionis
præuentionem. Secundò,vendendo pluris propter ſolutionis dila
tionẽ.Item,mutuando centum florenos,recipiẽdo pro illo mutuo
quinq; vel decem florenos,eſt vſura.De quo S.Thom. pulcherrimè
determinat 2.2.in materia de vſura. Tertiũ par eſt fraus,vel fictum
ſeruitium operariorũ.Quartum eſt furtum occultum latronum,&
detentio laborãtium,qui ſibi retinent decimas,&c.Item legata te-
ſtamentorũ.Multi tangunt iſtam chordã. Ecce ſecundũ peccatum.
Tertiò dicit,ꝙ gaudent ad ſonitum organi. Ecce hîc peccatum ſu-
perbiæ.Organum enim duobus follibus ſonatur. Sic etiam ſuper-
bus duobus follibus inflatur. Vnus eſt de excellẽtia temporali pro-
pter pœnitentiam,vel ſcientiam,genus,vel diuitias. Secũdus eſt de
excellẽtia ſpirituali,& iſte eſt deuotionis humilitatis,&c. & in pun
cto ad inferna deſcendunt,& hoc pondere peccatorum. Ecce quo-
modo tempus carnale eſt tempus deſcendendi. Sed hoc tẽpus qua-
dragesimæ eſt tẽpus aſcendẽdi,quia in hoc tẽpore bonus Chriſtia-
nus dimittit vanitates,humiliatur,&c. reſtituit,cõfitetur,facit pœ
nitentiam,ieiunat,&c. Et incipit hoc tempus cras. Ideò de iſto ſan
cto tempore propoſui the.Ecce aſcendimus Hieroſolymã,id eſt,vi-
tam

Species peccati auaritiæ.

eam æternã. Iste ascensus est tã mirabilis virtutis, quod Deus nõ declarauit ipsum simul, sed paulatim fuit manifestatus hominib⁹, &c.

Et primò in lege naturæ fuit figuraliter designatus.

Secundò in lege scripturæ fuit gradualiter numeratus.

Tertiò in lege gratiæ virtualiter nominatus.

Dico primò, quod & in lege naturæ fuit figuraliter designatus, & hoc vsq; ad Moysen, in qua gẽtes non habebãt libros, nec Doctores seu Magistros, sed solo intellectu naturali gubernabãt se, & in tempore illo iste ascensus virtutũ singulariter fuit præsignatus, vt patet Gen. 28. vbi legitur, ꝙ Iacob post solis occubitũ vidit diuinam reuelationem, tandẽ vidit vnã magnã scalã tenẽtem caput vnũ in terra, aliud in cęlo, & vidit angelos ascendentes, & descendentes, & vidit Dominum tenentẽ caput scalæ. Et dicit textus, Vidit Iacob scalam stantẽ super terrã, & cacumẽ eius tãgens cęlum, angelos quoq; Dei ascendentes, & descendentes per eam, & Dominum innixum scalæ Gen. 28. De ista visione sunt quatuor puncta declaranda.

Primum est, quæ est ista scala,

Secundum quomodo stat super terram,

Tertium qui sunt angeli ascendentes, & descendentes,

Quartum de Domino innixo scalæ.

De primo, ista scala est bona vita, scilicet cauere à peccatis, & facere opera meritoria. Quilibet enim tenens bonã vitam stat in scala virtutum, & eadem die qua incipit bonam vitã, incipit ascendere. Per hanc enim scalã oportet nos ascendere in cęlũ, & nullus credat se ascendere ex genere, scientia, diuitiis, potestate, vel dignitate, sed solùm ex bona vita. Vnde Dauid quęsiuit à suis doctoribus, Et quis ascendet in montem Domini? in Psalmo vigesimotertio, Et nullus doctorum sciuit respondere, sed spiritus sanctus respondit ei dicendo, Innocens manibus, & mundo corde, qui non accepit in vanum animam suã, nec iurauit in dolo proximo suo. Hic accipiet benedictionem à Domino, &c. Totum hoc est de bona vita, nec alia scala est ascendendi in cœlum. Secundò dicit, quod tenebat pedem in terra, & cacumen eius tangebat cœlum. Scala bonæ vitæ habuit duas bonas dispositiones. Vnam ante aduentum Christi, quia tunc tenebat pedem in inferno, & cacumen eius tenebat in terra, quia tunc omnes quantumcunque fuissent sancti, & bonæ vitæ, descendebant in infernum, capiendo nomen inferni non strictè, sed generaliter. Auctoritas. Quis est homo, qui viuet, & non videbit mortem, eruet animam suam de manu inferni? q.d. nullus. Psal. 88. Sed venit Christus, & passus est pro saluatione credentium, & obedientium, & resurgens, & in cœlum ascendens erexit scalã, tenens pedẽ in terra, & cacumen tangit cęlum prout de beato Dominico legitur quomodo in hora mortis suæ videbat in cęlũ ascẽdere per sca-

iam prout plenius in eius legẽda habetur. Isto modo est hora ascẽdendi si vultis in cœlum ascendere, ideo cũ maiori lætitia & feruore deberemus modò seruire Deo, quã antiquitùs patriarchę & prophetæ, quia nõ oportet nos descendere in infernum, sed ascẽdere in cœlum, ideo Christus, Qui facit voluntatẽ patris mei, qui in cœlis est, ipse intrabit in regnũ cœlorum. Mat. 7. Voluntas Dei est, tenere bonã vitã. Tertiò dicit, quod angeli ascendebant, & descendebant per eam. Hoc figurabat, quod per istam scalã bonæ vitæ ascendunt feruentes, & descendunt tepẽtes, qui modò dimittunt vnum, aliud cras, & sic paulatim perdũt deuotionẽ, ideo semper debemus ascẽdere, & bonã vitã augmentare. Hoc non debet intelligi per operũ multiplicationẽ, sed per augmẽtum feruoris, & continuationẽ. Et isto modo homo ascendit. verbi gratia. Qui vult bonã vitã tenere secundum suã qualitatẽ, & cõplexionem, debet recipere certas orationes & ieiunia, & ista cõtinuare cũ feruore spiritus. Cogitate vtrũ homo sit hodie magis deuotus, quã heri, vel ante heri, quia si sic, signũ est, quod ascẽdit, si nõ, signũ est, quod descendit: de isto ascẽsu, & descensu, ecce prophetia Dauid, Ascendunt vsq; ad cœlos, & descendunt vsq; ad abyssos, anima eorũ in malis tabescebat. Psal. 106. Quærit hic S. Bern. dicẽs, Iacob vidit angelos ascendẽtes, & descendentes, & nõ vidit angelos stãtes, Quia in bona vita nullus potest in eodem loco stare, nã oportet ascendere, vel descẽdere, & nullus potest dicere, Ego seruiui Deo quinquaginta annis, ideo sufficit. Deus dabit mihi Paradisum, tales statim descendunt, ideo Ber. respõdendo ad quæstionẽ dicit, In via Dei nõ progredi, retrogredi est. Quartò dicit, quod vidit Dominũ innixũ in capitę scalæ. Nam ascendentes cũ magnis laboribus ascendũt dolores tempestatũ, tentationũ, &c. ne ergo deficiãt in via, stat Dominus in capite scalæ vocãs, & suscipiẽs nos, & suos fideles dicẽdo, Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiã vos. Mat. 11. Ecce quomodo iste ascẽsus fuit in lege naturę figuraliter præsignatus. Dico secũdò, quod iste ascensus fuit in lege scripturæ gradualiter numeratus, & lex scripturæ dicitur eo, quod Deus dedit legẽ in libro scriptã, quia intellectus naturalis nõ sufficiebat. Ideo Deus dedit legẽ in scriptis mille & quingẽtis annis. s. à Moyse vsq; ad Christum. Tunc enim iste ascẽsus fuit gradualiter numerat⁹. Licet enim Iacob pręuideret ascẽsum bonæ vitæ in cœlũ, per figurã scalæ, tamen nihil dicitur de gradibus huius scalę, sed scriptura in lege scripturæ. Dauid per spiritum Dei pręuidit numerum graduum. s. quindecim. Vnde legitur 1. Paral. 28. quod reuelauit Deus sibi, quod nõ ipse, sed filius suus Salomon ædificaret sibi domum siue templũ, & reuelauit sibi totam dispositionem templi, propter quod Dauid vocauit tunc filiũ suum Salomonem, qui erat nouem vel decẽ annorũ dicẽdo sibi, Ecce fili

mi

mi ego proposuerã edificare templũ Dei, sed Deus noluit, quia effu di sanguinẽ, sed dixit mihi, quod tu ædificabis sibi domũ. Ideo ædificabis eã in tali loco. s. in mõte Siõ tali modo, & facies quindecim gradus. Nam templũ figurabat gloriã Paradisi, iuxta illud, Psal. 28. In tẽplo eius omnes dicent gloriã. Quindecim verò gradus figurabant 15. gradus scalæ bonæ vitæ, quibus in cœlũ ascẽdimus, propter quod Dauid composuit quindecim psalmos, qui dicuntur canticum quindecim graduũ, quia in quolibet gradu cantabatur vnus psalmus à Leuitis ascendẽdo in magnis festis, & solennitatibus, dũ portaretur hostia in templum, In primo gradu cãtabatur Psalmus, Ad Dominum cùm tribularer, & etiã à Leuitis inchoantibus, & sic de aliis: Nã figura fuit scalę bonæ vitæ in qua sunt quindecim gradus, & in quolibet angeli laudãt Deũ, ideo Esa. Venite ascẽdamus in montẽ Domini, & ad domũ Dei Iacob, & docebit nos vias suas. Esa 2. Dico tertiò, quod in lege li gratiæ, hic ascensus fuit virtualiter nominatus. Tempus legis gratię est tempus præsens, in quo Deus sua gratia voluit descendere, vt nos ascendamus. Quãuis enim Dauid in lege scripturæ præuideret numerũ graduum in ascensu per bonã vitã ad cœlũ, tamẽ nõ expresse omnes nominauit, sed ecce Apost. Paulus, qui cœlum ascenderat eos expresse nominauit, per virtutes charitati annexas, dicẽs in epistola dominicæ currẽtis. Charitas patiẽs est, benigna est, &c. Scala est charitas, quæ idem est, quod bona vita. Enumerat quindecim virtutes charitati annexas tanquã quindecim gradus bonę vitę. Et primò dixit, Charitas patiens est. Ecce quod patientia est primus gradus scalę charitatis seu bonę vitę. Ratio, quia statim mundus bellat contra illũ, qui incipit bonã vitã, & sicut deberet cõmendari, & laudari, deridetur dicẽdo, Singularis est hypocrita, &c. ad placitum. Nota id de quolibet statu secundũ quod expediat, ideo necessaria est patiẽtia exemplo Christi cui à malis dicebatur, Samaritanus es, & dæmoniũ habes, & patiẽs sustinuit. Benedictus est, qui hãc virtutẽ habet, & nõ turbatur de similibus verbis. Et iste talis potest tunc cantare primũ psalmũ dicẽdo, Ad Dominũ cùm tribularer clamaui, & exaudiuit me. Domine libera animã meã à labiis iniquis, & à lingua dolosa, &c. Secundò charitas benigna est. Et nota hic differentiã inter patientiã, & benignitatem. Et multi sunt patiẽtes, qui nõ sunt benigni. Verbi gratia. Qui nõ vult vindictam de inimicis, &c. patiens est, sed nisi faciat bonũ inimicis orãdo pro eis, nõ est benignus, multi remittũt iniurias dicẽdo, nõ nocerẽ inimico meo. Modò habetis patientiã. Sed nisi loquamini cũ eo salutãdo ipsum, loquendo cũ eo, nõ estis benigni. Ideo oportet ascẽdere secundũ gradũ. Et ita faciebant sancti, qui nõ solũ erãt patientes, sed benigni. Ideo quilibet eis similis potest dicere secundum Psalmum, & cantare dicendo, Leuaui oculos meos in mõtes,

Et Mi- cha. 4.

id est, in sanctos, vnde veniet auxiliũ mihi, &c. Tertiò charitas non æmulatur, id est non est inuidiosa, hoc est maius. Multi sunt patientes, & benigni, sed quando audiunt alium laudari, inuidẽt, & tristantur. Et propter hoc dicit, Charitas non æmulatur. Est aliquis inuidens, quia nõ est iuratus, balliuus, seu vicarius, vt talis, &c. Cauete, aliàs cadetis de scala charitatis, & bonæ vitę. Itẽ inuidus est aliquis quandoq; de bonis spiritualibus, hæc est maior inuidia, vt quando alter est sapientior, doctior, deuotior, sanctior, de quo nõ est inuidendum, sed gaudendũ. Et tunc in isto casu poterit cantare. 3. Psal. scilicet, Lætatus sum in his quæ dicta sunt mihi, &c. Quartò charitas non agit perperam, id est peruersè, aduerbium perperam vult dicere, quod in omnibus dictis, & factis homo habeat intentionem ad Deum non ad laudes, familiaritates, vel ad bona temporalia. Et talis poterit cantare quartum psalmum dicendo: Ad te leuaui oculos meos, id est intentiones directas, qui habitas in cœlis. Quintò charitas non inflatur, scilicet per præsumptionem, vel superbiam, vel iactantiam, & licèt faciant multa bona, ex hoc non inflantur superbia, sed dicunt plura fecit Deus pro me, quia habere superbiam, & præsumptionem de bonis operibus stultitia est, ac si asinus oneratus de auro superbiret, cùm tamen sit magis timendum, & suspirandum. Nam sicut asinus oneratus auro, magis suspirat, quàm ille, qui est oneratus stercore. Ita de illis qui portant onus pretiosorum operũ bonorũ non pręsumere, sed timere debent, & suspirare, quia nisi Deus iuuaret nõ possetis portare. Et tales possunt cantare. Nisi quia Dominus erat in nobis, dicat nũc Israël, nisi quia Domin9 erat in nobis, &c. Sextò charitas nõ est ambitiosa. s. tẽporalium bonorum dignitatum, pręlationũ, &c. Sunt multi, qui faciunt multa bona opera cogitãdo, hoc scietur à rege, propterea ero promotus, &c. propter hoc dicit, charitas nõ est ambitiosa. Nullus debet sibi procurare officium, regimen, prælationem, vel curam animarum, imò deberet appellare dicendo, O miser, nescio, quẽ computum dem de domo mea, &c. Nam omnes dignitates huius mũdi nõ sunt nisi vẽtus, ideo nõ debetis cõfidere in dignitatibus, sed solùm in Deo. Et tunc poteritis cantare 6. Psal. Qui cõfidunt in Domino, sicut mons Sion, &c. Septimò charitas non quærit quæ sua sunt. glo. sed cõmunia secundũ glo. beati Augu. dicẽtis, Charitas de qua scriptum est, quod nõ quęrit quæ sua sunt, sic intelligitur quod non propria cõmunibus, sed cõmunia propriis anteponit. Verbi gratia. Sicut in naui vbi sunt cameræ, de quibus est magis curandum, de cameris, an de naui? clarum est quod de naui, de qua si amoueretur vna tabula, omnes essent submersi, & non si amouerentur tres vel quatuor camerę. Sic est, nam villa seu ciuitas est sicut vna nauis trium cõditionum hominum, scilicet religiosorum, clericorum, & mercatorum

laico-

laicorum.Item domus tua vel illius sunt vt cameræ, ideo magis curandum est de cõmunitate.s. corrigendo peccata notoria, quæ destruunt cõmunitatem. Secùs de secretis quę solùm destruunt cameras.i.domum in qua fiũt. Sed peccata notoria, vt diuinorũ blasphematorum, & iuratorũ, lusorum, meretricum secretarũ, destruunt nauẽ charitatis. Ideo Augu. in regula. Quantò ampliùs rẽ cõmunem quã propriã curaueritis, tãtò ampliùs proficere noueritis, vt patuit de naui, & tũc poteritis cãtare septimũ psalmũ, In conuertẽdo Dominus captiuitatẽ Siõ, &c. Octauò charitas nõ irritatur. Sũt aliquã qui statim indignantur & ad irã prouocãtur, nõ est ibi charitas, sed illi charitatẽ habent, qui dulciter recipiunt dicẽdo. Deus parcat vobis, intantũ quod ex illa dulcedine alij corrigũtur, & illã correctionẽ non sibi, sed Deo attribuunt. Et tunc talis potest cãtare 8. psalmũ qui incipit, Nisi Dominus ędificauerit domũ. Nonò charitas nõ cogitat malũ. Multi sunt qui timore diffamationis seu verecũdiæ non faciunt malũ, sed in corde habẽt multas malas cogitationes, sed timore Domini expelli debẽt, & si hoc faciunt possunt tunc cantare nonum psalmũ. Beati omnes qui timent Dominũ, &c. Decimò charitas nõ gaudet, super iniquitate, nam multi sunt qui nõ facerẽt malum, nec peccatum, sed quando audiunt malum vel peccatũ de aliquo, gaudẽt, & rident. verbi gratia. Persona deuota nõ vellet ebriari, sed quando videt ebriũ, ridet, propter hoc dicit, Charitas nõ gaudet super iniquitate, sed compatiẽdum est, quia perdidit illud quod melius est.s.intellectum seu eius vsum. Idem de aliis irrisionibus. Item sunt multi qui nolunt iurare sed rident de iuratore. Et isti ita aliis compatientes, possunt cantare decimũ psalmũ, Sæpè expugnauerunt me à iuuentute mea, &c. Vndecimò charitas congaudet veritati. Quidam tantum mentiuntur, quod etiam quando dicunt veritatem non creditur eis: tales non habent charitatem, quia charitas congaudet veritati, ideo personæ charitatiuæ, & bonæ vitæ, citiùs ponerent stercus in ore suo quàm mendacium dicerent, nec pro excusatione aliorum, nec sua quantumcunq; impugnentur. Et quilibet talis potest cantare psalmum vndecimum, De profundis &c. Duodecimò Charitas omnia suffert. Ecce patientia in aduersis .s.in infirmitatibus, paupertatibus, doloribus, &c. Quia sicut seruus humiliter portat onus tale & hoc propter salarium & lucrũ, sic tales humiliter portant onus aduersitatis. Et quilibet talis potest cantare duodecimum psalmum, Domine nõ est exaltatũ cor meum &c. Decimotertiò, Charitas omnia credit. Nota omnia, scilicet determinata per ecclesiam, per Christum & per Apostolos prædicata credit, sed aliqui volũt disputare & examinare dicendo: Videamus quomodo est Iesus Christus in hostia, magna stultitia est, nã iã fuit examinatũ & purificatũ. Ideo debemus & tenemur cũ mãsuetudine

illa

illa suscipere,& poterimus tunc cantare cũ Dauid 13. psalmum graduum. Memento Domine Dauid & omnis mãsuetudinis eius. Decimoquarto, Charitas omnia sperat.s.à Deo promissa,& finaliter saluationẽ,non solùm suã sed etiã omniũ,tam iustorum,q̃ etiam iniustorũ,quia Deus poterit eos cõuertere. Et tales possunt tũc cantare 14.psalmum.s.Ecce quã bonum & q̃ iucundũ,&c.Decimoquintò, Charitas omnia sustinet. Ecce sustinentiã. nam multi sustinẽt verba iniuriosa,sed nõ sustinẽt infirmitates. Alij sustinẽt infirmitates, sed nõ paupertates vel malum tempus,sed charitas omnia sustinet. Nota similitudinem de illo qui tempore indulgentiarũ vadit Romã,qui quando est iuxta portam nõ intrat Romam, sed redit,talis non lucratur indulgentias. Idem si aliquis seruit Deo,sed antequam sit ad portam mortis si redit de bona vita ad peccata,damnatus est. Ideo dicit,Omnia sustinet.Et quãdo talis intrat paradisum, angeli incipiunt cantare. Ecce nunc benedicite Dominum,&c. Ideo non debemus respicere retrò, sed ascendamus quotidie perseuerando. Si verò sit aliquis vestrûm qui non sit in scala bonæ vitæ,intret modò,quia nunc incipit tempus,scilicet quadragesimæ. Ecce nũc tempus acceptabile,ecce nunc dies salutis,&c.

In die Cinerum. Sermo vnicus.

C*Vm ieiunas, vnge caput tuũ, & faciem tuam laua.* Mat.6.Illud quod in hac mortali vita est præcipuè nobis necessarium in remissionem peccatorum & consecutionem regni cœlorum, in alia est pœnitentia. Nec habemus aliud remedium in peccatis post baptismum factis. Nota ad hoc similitudinem de naui naufragiũ facienti,post quod nauigantes non habent aliud remedium vitæ nisi ponere se ad aliquam tabulam, & ibi firmiter se tenere, aliàs,&c.Ita est de nobis.Nam Dominus Iesus Christus,qui est magnus magister,fecit vnam pulchram nauem ad nauigandum ad paradisum securè.s.innocentiam baptismalem. Et qui cum ista nauigat rectè, vt beatissima virgo, vt vadit ad paradisum & ad portam illius. De ista naui iuxta sensum spiritualem est auctoritas,Ascendente Iesu in nauiculam,id est baptismum,secuti sunt eum discipuli eius.s.Christiani.Mat.8.Hæc nauis,scilicet baptismalis innocentiæ facit naufragia, & rumpitur impingendo in rupem peccatorum mortalium, scilicet vento tentationum diabolicarum vel vndis inclinationum carnalium,seu periculis occasionum mundanalium,intantum,quod tot sunt pericula in mari huius mundi,quòd decem millibus animarum non transfretat vna cum ista naui innocentiæ baptismalis,quin peccet mortaliter,& sic rumpatur.Ideo ad instar nauigantium si volunt se tenere ad tabulam pœnitentię fortiter,adhuc possunt euadere.Hoc dicunt omnes Doctores, tã Theologi quàm Iuristę & Canonistę dicentes,quod pœnitẽtia est secunda ta-

da tabula post naufragium. Sed quare dicitur secunda tabula, quæ est prima? Pro respõsione nota duo naufragia in natura humana, & primum est generale, secũdum particulare. Primum naufragium fuit iustitiæ originalis ex peccato Adæ. nam tunc nauis iustitię originalis fuit rupta, & omnes in ea submersi fuimus. Auctoritas, Per vnum hominem peccatum in hunc mundum intrauit, & per peccatum mors, & ita in omnes homines mors pertransiit per Adam, in quo omnes peccauerunt. ad Roman. 5. Propter quod & vt omnes possent saluari, Deus ordinauit duas tabulas, & prima fuit baptismus, secunda pœnitentia. Ideo pęnitentia dicitur secunda tabula. Si verò volumus loqui de naufragio speciali seu particulari, quod fit, quando tu vel ille peccas mortaliter, tunc pœnitentia dicitur prima tabula & non secunda, quia non habemus aliud remedium ad saluandum. Ideo Christus dicit, Dico vobis, quod nisi pœnitentiam habueritis, omnes simul peribitis. Luc. 13. Ex quo ergo pœnitentia est nobis necessaria, Christus ostẽdit nobis in themate, quomodo est facienda, dicendo: Cùm ieiunas, vnge, &c. In quo Christus ostendit nobis tria necessaria, circa quę isto tempore debemus occupari, si cum tabula pœnitentiæ cupimus saluari, quæ in themate subtiliter intelliguntur, &c.

Pœnitẽtia tabula dicitur secũda post naufragiũ originalis, scilicet peccatũ atque actualis.

Primum est afflictio pœnitentialis, ibi, Cùm ieiunas,
Secundum oratio spiritualis, ibi, Vnge caput tuum,
Tertium est confessio sacramentalis, ibi, Faciem tuam laua.

Dico primò, &c. cùm dicitur, Cùm ieiunas, &c. Sciebat autẽ Christus & sancta mater ecclesia, quæ hoc ieiunium ordinauit, quod ieiunium est afflictio illis, qui non sunt assueti ieiunare. Dicit ergo, Cùm ieiunas, præsumendo quod omnes Christiani ieiunent, incipientes hodie ab hac die vsq; ad pascha, exceptis sex dominicis. Et sic sunt quadraginta dies ieiunales, & sic ieiunando conformamur Christo tanquam boni discipuli & boni ministri nostro Domino, qui pro nobis quadraginta diebus ieiunauit. Ideo Apostolus, Exhibeamus nosmetipsos sicut Dei ministros, in multa patiẽtia, in ieiuniis multis. 2. ad Cor. 6. Nota verbum cùm dicit, in multa patiẽtia, quia cum multiplici patientia seruanda est huiusmodi ieiuniorum afflictio, conformando nos Domino nostro Iesu Christo. Et prima est in se, secunda est in proximis, tertia est in domo propria. De prima, quia non consueuistis ieiunare, ideo in principio est vobis tædium, quia statim in mane stomachus clamat, Esurio, esurio, esurio, & sequitur dolor capitis. Item, quia non cœnatis, vix poteritis dormire. ideo necessaria est patientia pro se, quia in his consistit meritum. Nec propter hoc dimittatur ieiunium, cogitando quod plura sustinuit Christus pro te, plura'q; merentur peccata tua. Ideo quemadmodum diligẽter obseruares dietam à physico pro sanitate cor-

poris, serua potius dictam à Christo ordinatã, pro sanitate animæ, ne contingat vobis sicut timidis militibus, qui in principio belli, quando sentiunt balistas, timent & retrocedunt tunc, cùm magis deberent animari & fortiter bellare. Secundò, necessaria est patientia ad proximos, nã aliqui clerici propter ieiunium efficiuntur impatientes, nec potest homo eis loqui in bono tono, ita accenduntur in cholera. Ideo est necessaria patientia, aliàs esset ieiunium diabolicum, qui semper ieiunant, sed cũ impatiẽtia & malitia. Tertiò, necessaria est patientia in domo propria, quia si fortè quãdo tu venis hora prandĳ, prandium non est paratum, ne indigneris contra vxorem, vel familiam, sed patienter expecta, & interim fac orationem, & si sit coctum nimis vel minus benè paratum, sustine patienter, & non proiicias scutellã vxori ad caput, vt faciũt aliqui miseri, qui perdunt totum meritum ieiunĳ. Ecce quare in multa patiẽtia. Concordat sacra scriptura. Patientia vobis, supple ieiunãtibus necessaria est, vt voluntatem Dei facientes, scilicet ieiunando reportetis promissionem. ad Heb. 10. Nota in ieiuniis multis, scilicet. 40. diebus vt dixi. Modò veniunt tres quæstiones quas vos communiter facitis. Et prima est aliquorum dicentiũ, Ego iam ieiunaui tribus vel quatuor quadragesimis vel decẽ, & vos semper dicitis, quod quadragesima fit in exemplũ quadragesimæ Iesu Christi, qui solũ vnam quadragesimã ieiunauit, quare ergo quolibet anno ieiunamus quadragesimã, cũ Christus nõ ieiunauerit nisi semel tantũ in vita sua, maximè, quia ipse dicit, Nõ est discipulus super magistrũ, nec seruus super dominum suum. Sufficit discipulo, vt sit sicut magister eius, & seruo sicut dominus eius. Mat. 5. Pro solutione nota, quod ista quæstio procedit ex ignorãtia nõ considerantiũ ieiuniũ Iesu Christi. Quomodo vos creditis, ꝙ Christus illã quadragesimam ieiunauit? Dicũt aliqui simplices, quod Christus ieiunauit sicut nos ieiunamus comedendo semel in die, &c. Alĳ dicunt quod Christus tulit secũ quadraginta panes in desertũ, & quolibet die comedit vnũ. Hoc est erroneũ. Alĳ dicunt quod comedebat herbas, & hoc est falsum. Ecce quid dicit textus euãgelĳ, Ieiunauit 40. diebus in deserto, & nihil mãducauit in illis diebus. Luc. 4. Modò si tu vis ieiunare vna tali quadragesima, & facere talẽ quadragesimã do tibi licentiã, ne de cętero ieiunes aliã. Nã totum tempus vitæ Christi fuit sicut quadragesima, quã nos facimus, quia solũ semel comedebat in die, & nõ legitur quod vnquã comedit carnes, nisi de agno paschali, vt legẽ adimpleret. Quia ergo in modo ieiunandi nos nõ possumus sibi assimilari, quia nõ possumus esse quadraginta dieb⁹ sine cibo corporali, ideo sancta mater ecclesia in ordinatione nostri ieiunĳ recepit de. 40. Christi numerum dierũ. s. quadraginta de cõmuni. Et de cõmuni modo suo viuendi, secundũ magistrũ histo

riarum

starā, recipit modū nostri ieiunij annualiter. s. solū semel in die comedere nō carnes, sed cibum quadragesimalē, quia omnis Christi actio nostra est instructio, vt dicit Grego. Item, Iesus cœpit facere & docere. Act. 1. patet ergo prima responsio. Secunda quæstio est, vtrum aliqui sunt exempti ab isto ieiunio? Respondeo, q̄ multæ personæ excusantur, quia nec Deus, nec sancta mater ecclesia intendit aliquem obligare ad impossibile, vel periculū personæ. Et quæsiui quæ personæ excipiuntur. Et epilogaui à doctoribus theologiæ octo conditiones personarū, quæ ab hoc ieiunio excipiuntur. Et primò excipiuntur mulieres prægnātes. Ratio est, quia tales habēt prouidere duabus personis, sibiipsis & filio vel filię quia si ieiunarent, creatura in vtero existens nimis posset debilitari, & nō diu viuere, ideo possunt cœnare sine peccato. Sed si mulier est bene cōplexionata & bene fortis, potest aliquando ieiunare. Secūdò excusantur mulieres lactātes eadē ratione qua suprà. Tertiò infirmi excusantur, nō tamē de omni infirmitate, sed solū illius quę aufert appetitū comedēdi, ne posset semel recipere vnā bonā refectionē, non podagra, vulnus, & huiusmodi infirmitates, quæ nō perturbant appetitū, & de gutta, quæ venit propter excessum cibi & potus, &cæ. nō excusant hominem. Et ideo secundū Guiliehnū in hoc standum est arbitrio boni viri. Quartò pauperes qui hora comedēdi nō possunt habere sufficientem refectionē, vt illi qui petunt ostiatim, vel alij qui nō possunt habere, vel vix caules cum oleo. Si tales possent ieiunare, magnū meritum haberent, aliàs nō tenentur. De hoc vide Tho. 2. 2. q. 118. Diuites autē qui possunt habere pisces & aliqua alia, tenētur ieiunare. Quintò, itinerātes pedestres, propter necessitatem: equitantes autem non excusantur, equus vel mula poterit cœnare, sed nō vos sine peccato. Sextò, laborātes, vt fossores, fabri, qui toto vel in parte nō possent, & qui aliàs non possunt prouidere vxori neq; filiis. Sutores autē & sartores, notarij & similes, qui sedēdo faciunt opera sua, nō excusantur. Septimò pueri, sed cuius ætatis dicit S. Tho. in. 2. senten. & in 2. 2. q. 147. quòd non omnes tenentur ad ieiunium etiā, imò excusantur, quousq; compleuerint pueri tria septēnaria. Ratiò, quia vsq; ad illud tempus corpus augmentatur, & pueri crescunt, ideo tales indigēt ad minus duabus refectionibus. Vna, pro corporis sustentatione, alia, pro corporis augmento. Ideo do vobis istud cōsilium, quòd pueris septē vel octo annorū sufficit, q̄ ieiunēt in die Veneris sancta. Dicatur de aliis secundū maiorē ætatē, si vndecim vel duodecim annorū semel in hebdomada. & sic de aliis. Octauò, senes in certa ętate. s. quando habent talē senectutē, quę aufert ab eis appetitum comedendi, vel quia perdiderunt dentes, & comedunt sæpè vel sæpiùs, sicut faciunt pueri. Sed senes octoginta annorum vel amplius, qui semel benè pos-

Personæ quæ à ieiunio per ecclesiā institutio excusantur.

sunt comedere,tales nõ excusantur in aliquo prædictorũ, quin ipsi
peccent mortaliter. Ideo cũ diligẽtia omnes ieiunemus,aliàs si non
excusantur aliquo modo prædictorũ,peccant mortaliter,quia præ-
ceptũ ecclesiæ transgrediuntur. de quo de conse.dist.3. Non licet.&
cap.nõ oportet. & cap.placuit. Patet ergo respõsio ad secundã quæ-
stioné. Ideo dicitur Iudit.4. Clamauit omnis populus ad Dominũ
cũ instantia magna,& humiliauerũt animas suas in ieiuniis & ora-
tionibus ipsi & mulieres eorum. Tertia quæstio aliquorum est &
maximè diuitum quærentiũ, si possent redimere ieiuniũ per elee-
mosynas,vel permutare dicentes, cùm sint tria opera pœnitẽtialia,
scilicet ieiunium, oratio, & eleemosyna, & ieiunium sit minimum
opus,ideo dicunt ipsi, permutari potest minimum bonũ in maius,
hoc est ieiuniũ in eleemosynã,& per seipsos & propria auctoritate,
& sine licentia permutant,sed non excusantur ex hoc. Nota pro re-
spõsione,quia simpliciter loquẽdo,cæteris paribus, melior est elee-
mosyna quàm ieiunium, sed ex alia parte dico,quod melior est obe-
dientia quàm ieiuniũ,oratio, & eleemosyna. Melior est enim obe-
dientia quàm victimæ.1.Reg.15. Propter hoc si daretis omnia quæ
possidetis in eleemosynis amore Dei, & propria auctoritate fran-
gitis ieiunium contra obedientiã,etiam totum est perditum. Quo-
niam vniuersalis ecclesia ordinauit hoc ieiunium,obedientia ergo
est [illegible] seruanda. Ideo dicit Christus rectoribus ecclesiæ, Qui vos
audit,me audit: & qui vos spernit,me spernit. Luc.10. Si ergo habe-
tis aliquã necessitatem, recurratis ad prælatum, & si fortè prælatus
nõ est certus de vestra necessitate, consulatur de hoc medicus, & si
tunc medicus consulit nõ ieiunandũ, de consilio & licentia medici
& prælati potest permutari ieiuniũm in eleemosynã,alias non. Di-
co [illegible]ndo,&c. quod opus circa quod debemus nunc occupari &
operari est oratio spiritualis,cùm dicit, Vnge caput tuum. Et ad hoc
intelligendũ, sciendum quod in sacra scriptura inuenitur quod Chri-
stus est caput ecclesiæ, tã militãtis quàm triumphantis. Ratio,quia
ad [illegible] capitis est superius, & influit cõmuniter in mẽbra. De hoc
pulchrè definit S. Thom.3.par.q.8. & in 3.scrip. dist.13. Et doctores
eadem dist.3. Auctoritas, Omnia subiecit sub pedibus eius, & ipsum
dedit caput supra omnem ecclesiam,quæ est corpus eius,ad Ephe.1.
Nota omnia,scilicet vniuersalia & particularia. Ideo dicit Aposto-
lus, Volo autem vos scire,quod omnis viri caput Christus est.1.ad
Corinth.11. Oratione autem spirituali hoc caput,scilicet Christus
vngitur,quia ipsum mollificat, & suauem reddit peccatoribus. Sci-
tis, quod vnctio mollificat & suauem facit rem vnctam, licèt antè
esset aspera, sic Christus quantumcunque sit durus & asper pecca-
toribus,tamẽ oratione spirituali efficitur eis suauis & mollis. Ber-
nardus, Oratio Deum vngit,lachryma pungit. Ideo Dominus Ie-
sus

Opera satisfactoria.

ſus Chriſtus qui tempore carnale eſt durus,& aſper propter peccata noſtra,& per rigorē ſuę iuſtitię,ſi modò iſto ſancto tēpore vngatur deuotis orationibus,ipſe fit ſuauis, & mollis. Et iſto oleo ipſe vult vngi,quia multū ſibi placet.Et no.ad hoc parabolā quā ipſe loquens de ſe dixit.Simile eſt regnū cœlorū homini Regi,qui voluit rationē ponere cū ſeruis ſuis.Et cū cœpiſſet rationē ponere,oblatus eſt ei vnus qui debebat ei decē millia talenta.Cùm autē non haberet vnde redderet,iuſsit eum Dominus eius venundari,&c.Mat.18. Seruus ille nequam vnguēto orationis cœpit vngere caput ſuum, dicēdo,patientiā habe in me,& omnia reddā tibi, vſque,quoniam rogaſti me.In hac parabolā Chriſtus loquebatur de ſe,qui eſt Dominus, & Rex noſter,nos verò ſumus diſpēſatores,& oportet ſibi reddere rationem,qualiter diſpenſamus cogitationes, locutiones, operationes,& omnes ſibi tenemur ad decem millia, quę decē ſunt præcepta, in quibus includuntur omnes perfectiones huius vitæ, qui peccādo obligamur ad ſatisfactionem. Si ergo vis,vt debitum tibi dimittatur,vnge caput tuum,ſcilicet,Chriſtum.Si autē vis ſcire modū vngēdi, reſpice Mariam Magdalenam,de qua dicitur,Acceſsit ad eum mulier habens alabraſtrū vnguenti pretioſi,& effudit ſuper caput ipſius recumbentis.Mat.26. Et oſtenduntur hîc tres modi qui ſunt ſeruandi in deuota oratione.

Primus modus eſt,quando dicit, Acceßit ad eum mulier,id eſt,anima deuota, cogitando deuotè,cum quo loquitur,quando dicit, Pater noſter qui es,&c.

Secundus modus eſt, quando dicitur, habens alabaſtrum, id eſt, corpus vnguenti prætioſi,ſcilicet reuerentialis timoris.

Tertius modus eſt ibi,quando dicit,effudit ſuper caput ipſius, & hoc eſt quando aperitur os,dicendo deuotè verba orationis

Et ſicut beata Maria Magdalena bis vnxit Chriſtum , ita tu bis in die vngere debes Chriſtum, ſcilicet,deuotè orando & ſero.ecce ergo quare dicit,Vnge caput tuum,&c.Et hoc de ſecunda parte.

Dico tertiò,quod tertium opus in quo iſto ſancto tempore debemus occupari,eſt confeſsio ſacramentalis,cū dicit,& faciē tuā laua, &c.Facies animæ eſt conſciētia.Ratio,quia ſicut in facie cognoſcitur perſona,ita Deus in facie cognoſcit,qui ſunt diſcipuli.Et de iſta facie loquitur Dauid dicēdo,in Pſal.26.Tibi dixit cor meū,exquiſiuit te facies mea.i.conſcientia.Hęc facies eſt modò lauanda per confeſsionem ſacramentalē. O qui faciē corporis nō lauaret, niſi ſemel in anno,quot maculas,& turpitudines haberet.Sic eſt de facie conſcientię.Hęc lauatio fuit prefigurata.4.Reg.5.vbi Deus figurauit cōfeſsionē eſſe neceſſariā in Naamā leproſo. Et no.breuiter hiſtoriam cùm dixit Heliſęus Propheta, Vade,& lauare ſepties in Iordane,& recipiet ſanitatem caro tua,atque mundaberis.Nota quod lepra ſignificat peccatum mortale,Et nota,quod lepra habet conditiones

omnium peccatorum mortalium. Et primò, quia lepra inflat hominem. Ecce hic cõditio peccati superbiæ. Secundò inducit sitim magnam, per quam denotatur peccatum auaritiæ. Tertiò inficit cohabitantes cum ea. Ecce conditio peccati luxuriæ. Quartò consumit humidũ radicale. Ecce hic inuidia. Quintò facit anhelitũ fœtidum. Ecce hîc cõditio peccati gulæ. Sextò facit vocem raucam. Ecce hîc cõditio iræ. Septimò debilitat omnia membra ad operãdum. Ecce hic peccatum acidię. Remedium curãdi ergo est, ire ad Iordanem, & dicitur Ior. i. flumen, & dan. i. iudicium. Ecce hîc confessio, quæ non est nisi flumen iudicij. Nam ibi fit iudicium de peccatis. Ibi enim debet homo denudari, ostendendo omnes suas verecundias, id est, peccata nudè, id est, clarè, confessori. Ideò dicit vade. s. ad confessorem, lauare septies, id est, confitere de septem peccatis mortalibus, ad quæ omnia alia peccata reducuntur. In prima vice homo lauatur de peccato superbiæ: in secunda de auaritia, &c. In septima autẽ homo est purus, & facies munda ab omnibus mortalibus maculis, ita quod nulla sibi remanet, facta cõfessione. Sunt ergo benè miseri qui sua peccata nolunt confiteri. Si Deus præcepisset nobis, vt proiiceremus nos in ignem pro remissione peccatorum, faciendum esset, quantò magis debemus confiteri cùm sit tam leue. Ideò dixerunt serui ad Naamã. Et si rem grãdem dixisset tibi Propheta, certè facere debueras, quantò magis, quia nunc dixit tibi lauare & mundaberis. Si possibile esset, iam omnes deberetis hodie cõfiteri, vt haberetis partem de beneficiis ecclesiasticis. Ideò dicit Ioannes, concordans cum figura dicta. Si cõfiteamur peccata nostra, fidelis & iustus est Deus, vt remittat nobis peccata nostra, & emundet nos ab omni iniquitate. 1. Ioan. 1. Modò scitis in quibus operibus debetis hoc tempus sanctum expendere. Deo gratias.

Feria V. post diem Cinerum. *Sermo vnicus.*

E*Go veniam & curabo eum* Mat. 8. Conclusio est, & doctrina generalis in sancta Theologia, quòd in qualibet conuersione peccatoris de mala vita ad bonam, & de culpa ad gratiã, de vitio ad virtutem, in tali cõuersione si sit vera, semper Deus præsentialiter venit per gratiam, nec ad talem conuersionem sufficit posse alicuius creaturæ. s. hominis vel Angeli, quia sine me nihil potestis facere. Ioan. 15. Conclusio est omnium Theologorum. Et hæc conclusio potest declarari per regulam ad generalem conuersionẽ & redemptionẽ mundi, ad quã ipse Deus venit principaliter, nullus alius fuisset ad hoc potens vel sufficiens. Quemadmodũ in magno hospitali in quo iacẽt multi infirmi, de infirmitate incurabili, oportet ꝙ ad curandũ eos veniat magnus Medicus. Sed omnes eramus decumbẽtes in hoc hospitali huius mũdi, magnis infirmi-

tatibus peccatorum, propter quod de studio Paradisi venit ille magnus Medicus practicare, & infirmos curare. Ideò Aug. super illo verbo Mat. 9. Non veni vocare iustos, sed peccatores, di. De cœlo ad nos venit magnus Medicus, quia totus mũdus iacebat ægrotus. Patet ergo quod ad redemptionẽ vniuersalẽ necessarius fuit eius aduentus. Sic dico quod in cõuersione peccatoris oportet ipsum venire principaliter, quia nullus esset sufficiens. Ideò Dauid in spiritu prophetiæ intelligẽs istã conclusionẽ, & doctrinã de aduentu eius, regratiãs Deo, dicit animę suę, in Psal. 102. Benedic anima mea Domino, & omnia quę intra me sunt nomini sancto eius. Benedic anima mea Domino, & noli obliuisci omnes retributiones eius. Qui propitiatur omnibus iniquitatib⁹ tuis, qui sanat omnes infirmitates tuas. ideò quãdo ille Centurio de quo loquitur Euangeliũ hodiernũ, supplicabat Christo, vt veniret ad curandũ seruũ suũ, respõdit Christus, Ego veniã, & curabo eum. Sed quare dixit veniã, quia non iuit, nec ire intẽdebat, nunquid dixit mendaciũ? Respõdeo secundũ Doctores, quãdo Deus curabat aliquẽ in corpore, etiã curabat in anima, quia Dei perfecta sunt opera. Ideò dicebat ipse, totũ hominẽ sanũ fecit. Ioan. 7. Totũ. i. in corpore & anima. Et nisi ipse veniat per gratiam, nulla anima potest curari, ideò propter hoc dicit, Ego veniã nõ per præsentiã corporalẽ, sed per gratiã spiritualẽ, & curabo eum. Cùm ergo Christus sit Medicus proprius, & immediatus ipsius animæ peccatricis, videamus quomodo curet animã infirmã. Ista materia est multũ subtilis, ideò declarabo vobis per similitudinẽ Medici corporalis, qui in curatione corporalis facit septẽ. Nã bonus Medicus primò vult videre infirmũ, qui cõmuniter iacet in camera clausa, & obscura. Secũdò Medicus accẽdit lucernã & respicit eius faciẽ, in qua cognoscit interiorem dispositionem.

Primò facies eius inspicitur,
Secundò pulsus tangitur,
Tertiò vrina attenditur,
Quartò dieta præcipitur,
Quintò syrupus immittitur,
Sextò purgatio tribuitur,
Septimò refectio conceditur.

Omnia ista per ordinẽ seruat Christus, Medicus cœlestis, in curatione animæ peccatricis. Et primò vult videre faciem, id est, dispositionem peccatoris, quia iacet in camera obscura culpæ, in lecto peccati, nec videt periculũ dæmonũ qui eũ obseruãt. Quia si peccator videret clarè bona quæ per peccatũ amittit, & mala quæ incurrit, & periculũ in quo est, statim exiret de peccato. Ideò dixit Dauid loquẽdo de peccatoribus in Psal. 81. Nescierunt neq; intellexerunt, in tenebris ambulãt, &c. No. cùm dicit nescierunt bona. s. quæ per-

viderunt neq; intellexerunt. i. mala quę incurrunt, in tenebris ambulant. s. non videntes periculũ in quo sunt. s. cadendi in infernum si tunc morerentur. Sed quando venit Christus accẽdit lucernã suę misericordiæ, quã ponit corã facie. i. conscientia peccatoris, ipsum illustrando, vt peccata sua cognoscat. Quando religiosus dicit, O miser tot anni sunt, &c. Idẽ de clericis, & laicis, tũc illustratur radio diuinæ misericordię, quãdo cognoscit suã malã vitã, & peccata quę fecit, ideò scriptura dicit, Lucerna Domini, spiraculũ hominis, quę inuestigat omnia secreta ventris. i. mentis. Prou. 20. Hanc practicã seruat Christus, & seruauit in curatione B. Petri, qui in nocte suæ passionis cùm abnegauit ipsum, in prima abnegatione nõ cognouit peccatum, quia iacebat in obscura camera, nec in secũda nec in tertia, sed dicit textus quod gallus cantauit. Et cõuersus Dominus respexit Petrũ, & recordatus est Petrus verbi quod dixerat ei Iesus, Priusquã gallus cãtet, ter me negabis. Et egressus foras, fleuit amarè. Luc. 22 No. ꝙ Christus nõ respexit Petrum in prima negatione, nec in secũda, sed post tertiã postquã gallus cãtauit. Sed quare tunc magis ipsum respexit quàm antè. Dicit B. Greg. in moral. quod gallus cantans significat prædicatorẽ, duplici ratione. Prima, quia gallus antequã cantet, excitat se, cum alis seipsum percutiẽdo. Sic prędicator primò debet seipsum excitare, duabus alis seipsum excutiendo & percutiendo: primò debet à peccato cauere, secũdò debet bonam vitam continuare. Quia si vult aliquis prędicare humilitatem, videat ꝙ ipse nõ sit superbus, & sic de aliis. ideò dicit Apostol. Non enim audeo loqui aliquid eorũ, quæ per me non efficit Christus. Rom. 15. Idẽ, Castigo corpus meũ, & in seruitutẽ redigo, ne fortè cùm aliis prædicauerim, ipse reprobus efficiar. 1. Cor. 9. Secunda ratio est, quia gallus fortius & sæpius cãtat in fine noctis appropinquãte die. Ita prædicator, & fortius & sæpius debet prædicare, modò in fine noctis huius vitæ appropinquãte die iudicij. Et nota hic quomodo Deus fecit multas quæstiones Iob, inter quas fuit ista, dicens, Quis posuit in visceribus hominis sapientiã, vel quis dedit gallo intelligentiam? Iob 38. Non loquitur de gallo animali, sed de gallo prædicatore spirituali, qui debet habere sapientiam cauẽdi à peccatis, & tenendi bonã vitam, & intelligentiã prædicandi, maximè modò. s. in fine noctis, vt gentes surgant de peccatis. Quando ergo gallus cantat prædicando. s. prędicator, tunc Christus respicit nos illuminando. Tunc enim habetis cognitionẽ, & recordationẽ de peccatis. Ecce ergo primum opus medicinalis curæ Domini nostri Iesu Christi. Secundũ opus Medici corporalis, est pulsus tactus. Sic & Christus, & hoc in cordis contritione. Nam cõtritio est quidã medicinalis tactus manus Christi in vena cordis, & sicut Medicus tangit pulsum cũ tota manu, sed vno digito singulariter sentit,

ſic etiam Chriſtus manu ſuæ miſericodiæ, quę manus habet quinq; digitos. i. quinq; motiua contritionis tangit pulſum. Et primus eſt timor dānationis æternæ, qui eſt quaſi pollex, quia cōmuniter peccatores ab iſto incipiūt contritionē. ſ. timore. Secūdus eſt dolor perditionis, quia ex peccatis perdidit totū meritū intantū, ꝙ ſi tūc moreretur nihil ſibi valerēt bona quę fecit. Ideò plorat, ſicut mercator qui perdidit. Tertius eſt damnū, quia perdidit hęreditatē Paradiſi. qualiter triſtaretur, & qūo eſſet Regis primogenito dolor, ſi culpa ſua perderet hæreditatē regni. Quartus eſt principaliter, quādo cogitas ꝙ peccando offendiſti creatorē tuū, qui tot bona tibi dederat. Quintus cogitādo qūo effectus es ex peccatis inimicus Angelorū, & omniū ciuiū cœlorū, ac ſi oēs huius villę eſſent tui inimici capitales, peior eſt illa amicitia. Patet ergo ꝙ vera cōtritio nō eſt niſi quidā medicinalis tactus diuinæ manus. De hoc eſt auct. Abij amarus in indignatione ſpiritus mei. Ideò manus domini erat mecū, cōfortans me. ſ. dando contritionē, & propoſitū nō redeundi ad peccata. Eze. 3. Ideò cōfeſſores in fine cōfesſionis debēt interrogare, & dicere, Diſplicēt vobis etiā illa peccata, & habetis propoſitū nō redeūdi ad ea? ſi dicit nō, nō eſt abſoluēdus. Tertiò, attenditur vrina. Nam in aqua Medicus cognoſcit infirmitatē, & corporis diſpoſitionē. Et ecce hîc oris cōfesſio, nā per confesſionē oſtēditur, & mōſtratur interior diſpoſitio peccatoris. Confesſio eſt ſicut vrinale, in quo vrina peccatoris fetens, ab interiori exiſtēs, oſtēditur cōfeſſori, & ibi infirmitates animæ cognoſcuntur, ſed requiritur, quod vrinale ſit clarū. i. clarè cōfiteatur peccata ſua. No. contra illos qui palliatè, & excuſantes ſe, cōfitentur accuſando alios, oportet enim clarè oſtendere vrinā malæ vitę cōfeſſori, ſe fortiter accuſando ſeruata veritate. Ideò do vobis conſiliū, ne velitis facere confeſsionē veſtrā cum illis cōfeſsionalibus, ordinatis, & impectoratis, quia ibi eſt duplex error. Primò, accuſando ſe de peccatis quę nō fecit, quod eſt peccatū mortale mentiri in cōfeſsione. Secūdò, quia per illas generalitates multa peccata abſcōduntur. illę cōfesſiones ſolū ſunt ad memorandū peccata, ſed nō ad cōfitendū. Itē requiritur ꝙ os vrinalis ſit clauſum. ſ. ne in cōfeſsione veſtra reueletis peccatū alterius, imò quòd ſi aliquis peccauerit cum ſorore vel filia, auertat ſe, vt quærat cōfeſſorem qui nō cognoſcat filiā, vel ſororem, ne peccatū publicetur. Si autē non inuenit talem confeſſorē debet ſic facere & dicere, Pater ego peccaui cum vna multū mihi propinqua. Iſta eſt mens B. Tho. in 4. d. 16. ſ. ſeruare famā alterius in cōfesſione. De iſta cōfesſione eſt aucto. figuratiuè. Ait Ioſue ad Achā, Fili mi, da gloriam Domino Deo Iſraël, & confitere atq; indica mihi quid feceris, ne abſcondas. Reſpōdit Acham Ioſue & dixit ei, Verè ego peccaui Domino Deo Iſraël, & ſic, & ſic feci. Ioſue 7. No. cùm dicitur fili, hîc habent exem-

Caſus ſingularis qui in cōfeſſione ſacramentali accidere poteſt.

pium confessores, vt loquantur dulciter peccatori. Et ideò Apostolus, Si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui spirituales estis, instruite huiusmodi in spiritu lenitatis. Ad Gal. 6. & loquitur confessoribus. Secundò dicit, da gloriã Domino Deo Israel, quia honor qui fit confessori, Deo fit, quia confessor habetur loco Dei. Nota contra illos qui ambulando volunt confiteri, sicut si tripudiarẽt, &c. Quartò, dieta præcipitur cognita infirmitate, hoc fit in vitæ restrictione, & abstinentia à peccatorũ occasione. Ver. gra. Nã dieta quã dat Christus mediante cõfessore, superbo, vano, pomposo, est quod humilietur. Idẽ de muliere vana, & sic de aliis peccatis luxuriç & auaritię, &c. No. contra aliquos cõfessores, qui nesciũt dare nisi dietam missarũ, cuilibet morbo apponũt vnã medicinam. No. etiam contra illos, qui nolunt tenere dietã datã à cõfessore pro sanitate animç, sed benè seruant dietã à medico pro sanitate corporis. Ideò Apostolus, Charissimi, obsecro vos abstinete vos à carnalibus desideriis, quç militant aduersus animã. 1. Pet. 2. Quintò syrupus immittitur: hoc fit in gratia, & deuota oratione. Syrupus est dulcis, sic dulcis est oratio. Nũquid videretur tibi dulce, si omni hora posses loqui cũ Rege, vel Papa? Cũ Christo Rege, & Papa, loquitur homo in deuota oratione. Et ipse respondet iuxta modũ dãdo cõsolationem, illuminationes, bonũ propositũ, & istis similia. Sed multi sunt surdi, qui nõ audiũt. Sed Dauid Propheta audiuit, ideò dicit in oratione in psal. 118. Quã dulcia faucibus meis eloquia tua, super mel ori meo. Secũdò syrupus recipitur de mane & sero in certa mẽsura. Sic debet fieri oratio. No. mane & sero & in certo numero. s. tot Pater noster, & tot Aue Maria, &c. Tertiò syrupus recipitur cũ aqua calida mixta: Sic etiã quando in oratione Deus dat aliquas lachrymas, &c. de quo dicitur, Potũ dabis nobis in lachrymis in mẽsura. Psal. 79. De isto dicit Christus, Oportet semper orare, id est, omni die. s. mane & sero, & non deficere. Lu. 18. Sextò purgatio tribuitur. Hoc fit in ablatorũ restitutione & iniuriarũ remissione. Purgatio enim amara expellit humores corruptos, superfluos, & emittit eos. Purgatio datur contra cholerã, & significat quod debemus remittere iniurias propter Deũ, claudere oculos. Dicãt gentes quidquid voluerint, necessariũ est restituere iniustũ. Tu latro, si habes aliquid de furto in domo, vel tu vsurarie, vel tu manumissor, tu iudex, tu aduocate, tu mercator, vel tu clerice, si cũ simonia obtinuisti beneficium, necessaria est vobis purgatio restitutionis si vultis saluari, & ideò dicitur, Nõ enim remittitur peccatũ, nisi restituatur ablatum. Regula est tam Theologorũ, quàm Iuristarum. 14. q. 6. Si res. Certè diceret aliquis ista purgatio amara est, aliç medicinç satis placent mihi, remediũ contra istã amaritudinẽ est gustare, siue mordere in vna parte mali punici amari, quod fit cogitãdo acer-
bitatem

bitatem æternæ damnationis,& mortem per quam vi vel sponte te oportet dimittere omnia quæ habes. Melius est modò dimittere meritoriè restituendo. Vnde Hiero. ad Paulinum vlt. ca. Facilè contēnit omnia, qui semper cogitat se esse moriturum. Cum remedio huius cogitationis leuiter recipitur purgatio restitutionis. Vnde Apostolus, Reddite omnibus debita, & nemini quidquā debeatis. ad Rom. 13. Septimò refectio cōceditur, quando pro confortatione dantur carnes, non de boue, vel de vacca, sed de pullo. Et hoc fit in eucharistiæ cōmunione, quia facta restitutione homo potest communicare, & comedere agnum filiū illius benedictæ ouis virginis Mariæ. Caro est delicatissima, & bibitur vinū. s. eius sanguis qui intra hostiā continetur. Vnde ipsemet dicit, Caro mea verè est cibus, & sanguis meus verè est potus. Qui manducat meā carnem, & bibit meū sanguinem, in me manet & ego in illo. Ioan. 6. Sicut enim corpus infirmi confortatur in refectione, sic anima in digna communione. Sed sicut infirmo esset mors ante purgatonē comedere carnes, ita peccatori ante restitutionem cōmunicare. Ecce ergo dicit, Ego veniam & curabo eum, quod est thema. Deo gratias.

Feria VI. post diem Cinerum. Sermo I.

A*Ttendite, ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus*. Matth. 6. Thema est verbum Christi, auisando nos, dicendo, Attendite, &c. Dominus Iesus Christus in hoc themate vocat pœnitentiam iustitiam. Est etiam consuetudo in sacra pagina, tam in veteri quam in nouo testamento, quòd vera pœnitentia dicitur iustitia. Ratio, quia per pœnitentiam bonam homo facit veram iustitiam de se, & de omnibus bonis, ex quibus communiter peccauimus quæ sunt tria, scilicet,

Corpus materiale,
Anima rationalis,
Et substantia temporalis.

Pœnitentia enim si vera est, debet facere iustitiam & punitionem de his tribus. Et primò facit iustitiam de corpore per ieiunia, vigilias, & disciplinas, peregrinationes, &c. ipsum affligendo, quia eius inclinatione multa peccata committimus. Et ideo ne Deus faciat iustitiam de corpore in inferno per illos malos ministros, homo per pœnitentiam debet hic facere iustitiam. Hoc priuilegium fecit Deus singulariter humanæ naturæ, quòd quēlibet fecit iudicem in causa propria. Etsi homo facit iustitiā de seipso est contentus. Ecce priuilegiū. Si nosmetipsos diiudicaremus, non vtiq; à Domino iudicaremur in corpore nostro. 1. Cor. 11. Ideo quando anima pœnitens, quæ fecit iustitiam, venit coram Christo ad iudicium, & accusatur à dæmonibus, tunc anima respondet dictum Dauid in Psalmo 118. Fecit iudicium & iustitiam, non tradas me calumniantibus

tibus me. Item pœnitentia de anima. Multa peccata sunt intra animã per cogitationes malas, per odium, rancorẽ, malitiã, per malam voluntatẽ, vel per errores, & falsas opiniones. Sed pœnitentia facit iustitiam per deuotas orationes, quasi animã suspendendo vinculo orationis deuotæ, quæ per collum transit verbaliter, cuius caput ligatur in pede cathedrę Christi, quasi dicendo, Domine, ex quo sum ego iudex in causa propria, suspẽdo animã meam, &c. ne vos eã suspendatis in furca inferni, &c. Tertiò, pœnitẽtia facit iustitiam de bonis temporalibus, quæ fuerũt tibi occasio peccãdi, faciẽdo furta secreta, rapinã, vsurã, extractiones superfluas, ad excipiendum pretium, labores seruorũ retinendo, vel bona ecclesiæ vel defunctorũ, non soluendo decimas, primitias, &c. Pœnitentia autem facit iustitiam. s. restituendo. Patet ergo quod vera pœnitentia nõ est nisi iustitia, ideo dicitur, Si impius egerit pœnitentiam ab omnibus peccatis suis, quę operatus est, & fecerit iudiciũ & iustitiam, vita viuet, & nõ morietur. Omnium iniquitatũ eius quas operatus est non recordabor, in iustitia quã operatus est viuet. Ezech. 18. De ista iustitia. s. vera pœnitentia loquitur thema cùm dicit, Attendite, ne iustitiam vestram. i. pœnitentiam faciatis coram hominibus. Patet ergo the. Quomodo sit autem cauendũ, ne iustitia pœnitentialis fiat coram hominibus ostendit ipse Christus, & declarat in sancto euangelio hodierno, in quo sunt tres partes in quibus ostendit, quomodo iustitia pœnitentialis non est facienda coram hominibus.

Et primò, de corpore materiali,
Secundò, de abundantia temporali,
Tertiò, de anima rationali.

Dico primò, &c. & hoc cũ dicit in prima parte euãgelij, Attẽdite, ne iustitiã vestrã, &c. quę fit de corpore per ieiunia, vigilias, & abstinẽtias, faciatis corã hominibus. s. ad eorũ cognitionẽ, sed Dei. No. hic differentiã inter cognitionẽ hominũ & Dei. Nã cognitio hominũ solũ se extendit ad opera exteriora, & nõ ad interiora. Sed cognitio Dei se extẽdit ad vtraq; opera, quia videt omnia clarè, nec iuxta intuitũ hominis ego iudico. Homo enim videt ea quæ apparẽt, Deus autẽ intuetur cor. 1. Reg. 16. No. secundũ S. Tho. 1. par. q. 57. ar. 4. quo quærit, vtrũ angeli cognoscãt cogitationes cordiũ. Respõsio, quod cogitatio cordis potest dupliciter cognosci. Vno modo in suo effectu, & sic non solũ ab angelo, sed etiã ab homine cognosci potest, & tantò subtilius, quantò effectus huiusmodi fuerit magis occultus. Cognoscitur enim cogitatio interdũ non solùm per actũ interiorẽ, sed etiam per immutationẽ vultus. Et etiã medici aliquas affectiones animi per pulsum cognoscere possunt, & multò magis angeli & dæmones, longè subtilius huiusmodi immutationes occultas corporales perpendunt. Alio modo possunt cognosci cogitationes

prout

prout sunt in intellectu, & affectiones, prout sunt in voluntate. Et si: solus Deus cogitationes cordiũ & affectiones voluntatũ cognoscere potest. Cuius ratio est, quia voluntas rationalis creaturæ soli Deo subiacet, & ipse in ea solus operari potest, q est principale obiectũ eius, & vltimus finis, & ideo ea quę ex voluntate sola dependẽt, vel quæ in voluntate sola sunt, soli Deo nota sunt. Manifestũ est autẽ quòd ex voluntate sola depẽdet, quòd aliquis actu aliqua consideret, quia cũ aliquis habet habitũ scientiæ, vel species intelligibiles in eo existentes, vtitur eis cũ vult. Et ideo dicit Aposto 1. Cor. 2. ꝙ quæ sunt hominis nemo nouit, nisi spiritus hominis qui in ipso est. Hæc S. Tho. vbi supra. Idẽ dicit 2. scri. di. 8. ad quintũ. Itẽ in 4. di. 45. q. 3. ad quintum. Modò igitur ad propositũ redeundo, videamus quid est ieiunare corã hominibus, & quid est ieiunare coram Deo. Ieiunare coram hominibus, est à cibis carnalibus abstinere, & pręcipuè semel in die comedere. Item ab aliis delectationibus corporis abstinere. Hoc tantũ est ieiunium, quod cadit in cognitionẽ hominum, sed ieiunare coram Deo est, quãdo non solũ corpus, sed etiam cor abstinet à cibis potionatis, siue venenatis malarũ cogitationũ, prauorum desideriorũ, rancorũ, malarum voluntatũ, & à desiderio vindictæ. Et quia sunt multi qui ieiunãt corã hominibus & non coram Deo, ideo dicit, Attẽdite, ne iustitiã vestram faciatis, supple solùm coram hominibus, sed etiã corã Deo. q. d. sicut ieiunatis à cibis carnalibus abstinendo, ieiunate etiã à cibis mortiferis & indigestibilibus cordis, &c. Hoc ieiuniũ pręcipit Christ⁹ in euãgelio. Mat. 5. in 1. parte euangelij. di. Audistis, quia dictum est antiquis, Diliges proximũ tuum, & odio habebis inimicũ tuũ. Ego autẽ dico vobis, Diligite inimicos vestros, benefacite his qui oderunt vos, & orate pro persequẽtibus & calũniantibus vos, vt sitis filij patris vestri, qui in cœlis est, &c. vsque ibi. Estote perfecti sicut pater vester cœlestis perfectus est. No. cũ dicit estote perfecti. s. ieiunãdo, non solũ coram hominibus, sed etiã coram Deo, sicut pater vester cęlestis perfectus est, qui in hoc mundo multos habuit inimicos. s. omnes peccatores & infideles, tamen diligit eos, & dat eis beneficia solis, lunæ, pluuię & prouisiones. Ideo vt boni filij assimilemur patri nostro cœlesti. Itẽ, quiá plus nos tenemur facere pro Deo q̃ infideles, qui solũ diligunt se diligentes, hoc etiã faciunt canes. Sed quãdo creatura diligit amore Dei, non solùm qui eam diligunt, sed etiam inimicum, ibi est meritum. Item si resalutetis, qui vos salutãt, nullas grates habebitis, sed multi sunt qui dicunt se non odisse aliquem, sed non loqueretur cum eis, nisi prius alter eis loqueretur. Et dico vobis quod ille qui prius loquitur, & salutat alium, ille lucratur tunc meritum, siue coronam, ideo ieiunemus, non solùm coram hominibus, sed etiã coram Deo, tunc erimus perfecti in nostro ieiunio. Et cum isto

Actus humani simpliciter interiores & occulti soli Deo patent. Innotescunt autẽ angelis atque hominibus per effectus.

se… nio concordat epistola hodierna cum euangelio. Dicatur quomodo Iudæi tẽpore Esa. Prophetę, vt habetur Esa.58. habebant magnas tribulationes siccitatũ, famis, locustæ, & huiusmodi in Ierusalem, per Rectores ciuitatis fuit ordinatum, vt omnes ieiunarẽt certis diebus, & quantò plus ieiunabant tantò magis augmentabatur tribulatio, propter quod venerunt ad templum, & orando dicebãt, Quare ieiunauimus, & nõ aspexisti, humiliauim⁹ animas nostras, & nescisti, scilicet acceptando Et respondit eis Deus per Esaiã Prophetam, Ecce, in die ieiunij vestri inuenitur voluntas vestra. No. nõ dicit Dei qui præcipit remittere & diligere inimicos, & omnes debitores vestros repetitis. Ecce, ad lites & ad contentiones ieiunatis, & percutitis pugno impiè. Nolite ieiunare, sicut vsque ad hanc diem, vt audiatur in excelso clamor vester. Nunquid tale est ieiuniũ quod elegi, per diem affligere hominem animam suam? Nunquid illud vocabis ieiuniũ, & diem acceptabilẽ Domino? No. debitores dicũtur inimici, patet cũ dicitur, Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. i. inimicis. Repetuntur eis debita per desideriũ vindictæ. Sed ieiunium, quod vult & elegit, est hoc quod sequitur. Dissolue colligationes impietatis, quæ fiunt dupliciter, vel per parentes, vel per valentam, siue adiutoriũ. Et quãdo dicitur eis, quod faciant pacem, dicunt, Non facerem, nisi amici mei vel illi de mea valenta, siue adiutorio facerent. Bonum est requirere eos, quod faciant pacem, alias colliga te cum Deo, Et si eis fecisti iuramentum de valenta, siue adiutorio, nõ est seruandũ, quia est cõtra charitatem. Ideo dicitur in plurali, Dissolue colligationes. Secundò solue fasciculos deprimentes. s. odium quod quilibet tenet in corde, & hoc est ieiuniũ, quod elegit. Patet ergo prima pars. Ecce quare dicit, Attendite. Dico secundò quod Christus ostendit ne iustitia pœnitentialis fiat coram hominibus de abundantia temporali quę fit per restitutiones, & eleemosynas. Et hoc ostendit Christus in 2. parte euangelij Mat.6. cùm dicit, Cùm facis eleemosynam, noli tuba canere ante te, sicut hypocritæ faciunt, &c. quæ sequuntur, vide in euang. &c. vsq; huc, Reddet tibi. Pro declaratione huius textus, nota quomodo antiquitus Iudæi Rabini, & Pharisæi non curabãt de gloria cęlesti, sed de gloria temporali & terrestri, ideo quidquid faciebant totum faciebant solùm coram hominibus. Et quãdo debebãt dare eleemosynas, primò præconizabatur per ciuitatem, &c. & ipsi sequebantur præconem vt à populo audirẽt laudes dicendo, O quã pius est iste, & delectabantur in istis laudibus, ecce vana gloria: ideo de ipsis dicit Christus. Amen dico vobis receperũt mercedẽ suam. Sic perditur illud magnum salarium, quod Deus promittit personis misericordię dicendo, Beati misericordes, quoniã ipsi misericordiam consequentur. Mat.5. Quando anima quę ex vana glo

ria

ria fecit eleemoſynam, vel alia bona, venit ad iudiciũ coram Christo, ſtatim remittitur ipſa ad infernum, dicendo quod iam hic recepit mercedem ſuam. Si dicatur, ergo quem modum tenebimus in dando eleemoſynas, hoc oſtẽdit Christus dicendo, Te autẽ faciente eleemoſynam, neſciat ſiniſtra tua, quid faciat dextera tua. No. hic tres morales expoſitiones. Prima, Manus dicũtur diuitię temporales. Ratio, quia ſicut manibus facimus omnia opera, vnde dicit Philoſophus, quod manus eſt organũ organorũ: ita cũ diuitiis homo facit omnia negotia. Manus dextra, eſt pecunia de bono iuſto congregata, ſcilicet de laboribus propriis vel poſſeſſionibus acquiſita. Manus ſiniſtra, eſt pecunia de malo ſiue iniuſtę acquiſita, vel congregata. ſ. de furto, vſura, rapina, ſimonia, & ſimilibus. Vnde circa hoc Salomon. Leua eius ſub capite meo & dextera illius amplexabitur me. Can. 2. De ſiniſtra autem debet fieri reſtitutio, & de dextera facienda eſt eleemoſyna. Ideo dicit, Te autem faciente eleemoſynam, neſciat ſiniſtra tua, quid faciat dextera tua, &c. Ideo do vobis vtile conſiliũ, quod in taxia veſtra, ſiue burſa faciatis medium, & pecunia de bono iuſto ponatur in vna parte, & de iniuſto ponatur in alia parte, quia quando ſimul ponitur reſtitutio obliuioni traditur: & per illud medium reducitur ad memoriã: & tunc ſcietis de qua manu facitis eleemoſynam, & de qua reſtitutionẽ. Et ſecundum iſtum intellectum dicebat Tobias filio ſuo, Fili mi de ſubſtantia tua, non aliena, fac eleemoſynam, & noli auertere faciem tuam ab vllo paupere, ita enim fiet, vt nec à te auertatur facies Domini. Tob. 4. Secunda expoſitio eſt ex parte intentionis dãdi eleemoſynam. Dicitur manus dextra, quando intẽtio eſt recta. Quando eleemoſyna datur ſolo amore, & honore Dei qui nobis fecit tot eleemoſynas, ſcilicet creando, prouidendo, & theſauro ſui ſanguinis redimendo. Iſta intentio dicitur manus dextra. Vel cogitando, Dabo modò iſtam eleemoſynam, vt quando ego petam eleemoſynam ad portam Paradiſi. Deus det mihi vnum fruſtum gloriæ ſuæ. Iſta eſt ergo intentio recta. Caue ergo ne ſiniſtra intentione. ſ. laudis vel vanæ gloriæ facias eleemoſynam. Neſciat ſiniſtra tua, ſcilicet intentio vanæ gloriæ. Multa enim opera & magna perdũtur ſiniſtra intentione. Tertia expoſitio, modus dandi eleemoſynam qui poteſt eſſe bonus vel malus, dicitur eſſe manus dextra vel ſiniſtra. Bonus modus dandi eleemoſynam eſt, quando eleemoſyna quæ eſt opus pietatis, datur cũ pietate, benignitate, & ex pura charitate, tũc enim datur cũ dextra. Quando verò malo modo fit, datur vt panis cani, vel quia fingunt ſe non audire pauperem, vel cum indignatione ex importunitate petentis, tunc datur in ſiniſtra. Ideo dicit textus, Te autem faciente eleemoſynam, &c. Ideo ſeruandum eſt conſilium Apoſtoli dicentis, Vnuſquiſq; prout deſtinauit in corde ſuo, ſcilicet

dare

dare eleemosynam, non ex tristitia aut ex necessitate. Hilarẽ enim datorem diligit Deus. 2. Cor. 9. No. practicam, quãdo vadit aliquis ad ecclesiam, vt portet in manu quod proposuit dare amore Dei. Ecce quare dicit, Te autẽ faciẽte eleemosynam, ne sciat sinistra tua quid faciat dextra tua. Et seruatur consilium thematis. s. Attendite ne iustitiã vestrã faciatis corã hominibus. Dico tertiò, quod in parte tertia euãgelij, Christus Dominus noster ostendit facere iustitiã pœnitentialẽ de anima rationali, non corã hominibus, sed secretè. Cùm oratis non eritis sicut hypocritæ, vsque reddet tibi. Dicatur modus orandi antiquorum hypocritarum in synagogis, vicis & in angulis platearum, vbi gentes conueniebant vt viderentur, qui cũ magnis suspiriis & gestibus orabant vt laudarentur. O de istis benedictis, de quibus Christus in euangelio, Amen dico vobis, receperunt mercedem suam. O stulti, quod tam preciosum iocale, vt est oratio, dabant pro tam modico & vili pretio. Ideo Christus ostendit modum orandi di. Tu autẽ cùm oraueris, intra in cubiculũ tuũ, & clauso ostio, ora patrem in abscondito, & pater tuus qui videt in abscondito, reddet tibi. No. intra cubiculum tuũ, sed circa hoc posset aliquis dicere, ergo non est orandum in templo Dei vel in ecclesiis? Responsio, quod hoc intelligitur dupliciter, Primo modo, cõsciẽtia dicitur cubiculum secretum, & ista oratio fiat in ecclesiis. s. non clamando, nec magnos faciendo gestus, vt videamini, ne alij perturbentur, sed claudendo ostium. s. secretè orando. Et hoc debet intelligi de orationibus, quæ fiunt in publico seu cõmuni. De aliis orationibus particularibus & cęteris debet se homo claudere in camera, sic intelligitur textus. Sed posset hic aliquis arguere dicens, Videtur quod Domin⁹ noster in doctrina sua sit sibiipsi cõtrarius, quia dicit in euangelio hodierno, Attendite ne iustitiam vestram faciatis corã hominibus, &c. Et in alio loco dicit, Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum qui in cœlis est. Matth. 5. Videtur hic contrarietas. Responsio, quod non est ibi contrarietas. Sed audi declarationem, Christus cùm sit Dominus & magister vniuersalis, dabat doctrinã hominibus, tã perfectis personis, quàm etiã imperfectis. Quia habebãt alios instruere & informare in vita spirituali & doctrina, dicebat, Vos estis lux mũdi. Et loquebatur apostolis & aliis personis perfectis, quibus ventus adulationis nõ nocuit. Ideo ait, Sic luceat lux vestra. s. opera vestra & catholica doctrina coram hominibus, vt videant, &c. ac si dixisset, Portate literam regiã, id est doctrinam euangelicam sub sigillo bonæ vitæ, vt quilibet dicat pro certo, iste seruat quod predicat, quia aliàs nõ creditur sibi. Sed imperfectis, & inchoantibus bonam vitam, quibus ventus laudis posset nocere dicit, Attendite, ne iustitiam vestrã faciatis corã hominibus, &c. Hæc

quæ

quæstio fuit semel facta B. Antonio, qui eã declarauit isto modo, Si cut magnus ignis non extinguitur vento, imò potius etiã accenditur, sed modicũ lumen modico vento extinguitur, sic etiã magnus ignis ardentis deuotionis & charitatis est in corpore perfectorum, sed modicus in imperfectis, ideo statim extinguitur modico vento laudis, sed in perfectis magis accenditur & augmentatur. Et nota de magno honore facto beato Petro, cùm veniret Antiochiam, & de beato Ioanne de exilio redeunte, & de beato Paulo in Galatia, vt patet ad Gala. 4.

Feria VI. post diem Cinerum. *Sermo II.*

A*Nnuntia populo meo scelera eorum.* Esa. 58. & in epistola hodierna. In præsenti sermone volo vobis ostendere, & declarare aliqua grauia peccata, propter quæ Deus est iratus contra nos. Ideo mittit istas tribulationes pestilentiarum & mortalitatum per mundum. Vt ergo ista peccata corrigantur, & cesset ista plaga, volo nunc ista peccata declarare. Sed primò salutetur virgo Maria. Annuntia populo meo, &c. Pro huius verbi declaratione & materiæ prædicandæ introductione, sciendum quod defectus & vita & peccata nostra in sacra scriptura nominantur diuersimodè. Vnde defectus, qui fiunt contra proximum immediatè & de directo, vt furari, ipsum diffamare, vulnerare, se occidere, dicuntur iniquitates, id est non æquitates, quia ibi non seruatur ęquitas à Deo nobis data, dicente, Diliges proximum tuum sicut teipsum. Mat. 22. Alij defectus fiunt immediatè & de directo contra corpus, sicut nimis comedere & bibere, inebriari & huiusmodi. Ideo dicit scriptura, Propter crapulam multi obierunt, qui abstinens est, adijciet vitam. Ecclesiast. trigesimo septimo. Item, luxuria est cõtra corpus. Apostolus, Omne peccatum quodcunque fecerit homo, extra corpus est, qui autem fornicatur, in corpus suum peccat 1. ad Cor. 6. Item, peccatum acidiæ est contra corpus ad instar ensis, gladij seu ferri, quod rubiginatur, quando non seruit. Idẽ est de corpore, ideo laborate modo ordinato, &c. Isti defectus dicuntur propriè peccata, id est, peccatorum acta secundum etymologiam, quia comedere bibere, luxuriari & otiari, sunt acta pecudũ. Alij defectus sunt, quæ fiunt immediatè, & de directo contra animam qui non tangunt proximum, nec corpus, vt præsumptio, superbia, quæ solùm tangunt animam, & etiam vana gloria, hypocrisis, ira, inuidia, odium, malitia, mala desideria, malæ cogitationes, desiderium vindictę, nõ sunt nisi venenum, quæ occidunt animam, expellunt gratiam Dei, quæ est animæ vita. Eze. 18. Anima quæ peccauerit ipsa morietur. Ista propriè dicuntur delicta, quasi derelicta, quia anima debet diligenter custodiri conseruari quasi reliquia pretiosissima. Alia sunt quæ immediatè & de directo fiunt cõtra Deum, quæ sunt aliis maiora,

sora, & grauiora, sicut iurare, renegare, blasphemare & huiusmodi. Et ista dicuntur propriè scelera. Patet ergo differentia, quæ est inter defectus, vitia & peccata strictè loquendo. Aucto. Iob petens veniã à Deo, dicebat, Quãtas habeo iniquitates & peccata: scelera mea atq; delicta ostende mihi. Iob. 13. Modò ostende mihi quæ ad peccatorum correctionem necessaria sunt, quia requirit ipsorũ cognitio, & nunc sequitur correctio de peccatis, quę fiunt singulariter contra Deum, loquitur thema prædicatori dicens, Annuntia populo meo, supple tu prædicator scelera eorum. Non dicit iniquitates, nec peccata nec delicta, licèt sint etiam annuncianda & corrigẽda, sed scelera. Ideo iuxta præceptũ Dei volo vobis declarare & nuntiare peccata, quæ fiunt contra Deum, ex quibus veniunt istę tribulationes. Quam annuntiationem faciam, per quandam figuram quę habetur Eze. 8. Vbi legitur, quod in terra Iuda & in ciuitate Ierusalem venit magna tribulatio mortalitatis & pestilentiæ, & populus orabat Deum vt ipsos iuuaret, & tribulatio augmẽtabatur. De quo propheta dolens, & admirans, plangens populum orando dicebat, O Domine, & quare datis tot mala populo vestro. Tunc Deus volens reuelare prophetæ rationem & caussam subitò portauit eũ in Ierusalem, vt videret peccata, quæ ibi fiebant contra Deum. Et posuit ipsum in porta ciuitatis dicens. Respice. Et propheta respexit, & vidit ibi idolum zeli ad prouocandum iram Dei. Et omnes gentes recurrebant ad idolũ. Cui dixit Deus, Fili hominis, vides quid faciunt isti? Et propheta, O Domine, quale peccatum. Istud sufficit vt veniant tot mala. Nõ dixit Deus, quia adhuc ostendam tibi alia. Et duxit eum ad vnam magnam plateam ciuitatis muratam in circuitu, & dixit sibi, Fode parietem, & vide abominationes, quas isti faciunt. Qui fodit, & vidit ibi diuersas imagines bestiarum pictas, quibus senes ciuitatis dabant incensum. Et dixit propheta, O Domine, nõ mirum si mittis mala, &c. Posteà duxit eum ad aliam plateam, & ibi vidit mulieres plorantes & plangentes Adonidẽ, secundum poëtas, Deũ amoris. O Domine dixit propheta, quale peccatũ neq; mirũ, &c. Adhuc dixit Deus, Ostendam tibi amplius. Et duxit eũ ad plateã tẽpli dicens, Respice. Et ibi vidit gentes vertentes dorsum templo Dei adorantes ad orientẽ. Et dixit propheta. O Domine, tam magnum peccatum. Tunc dixit sibi Deus, Ex his peccatis ego faciam, supple, vindictã in futuro meo, nec parcet oculus meus nec miserebor, & cùm clamauerint ad aures meas voce magna, nõ exaudiam eos. Ezec. 8. In qua figura Deus ostendit prophetæ quatuor scelera seu peccata, quæ fiebant contra Deum. Quæ significãt, & figurant quatuor peccata grauia quæ fiunt modo in mũdo cõtra Deũ immediatè, & de directo. Ex quibus veniunt ista mala. Et nos clamamus ad Deũ, & ipse claudit. s. aures, Ideo dicit, Annuntia po-

pulo meo scelera eorum, & domui Iacob peccata eorũ. Me etenim de die in diem quærunt, & scire vias meas volunt, quasi gens quæ iustitiam fecerit, & quæ iudicium Dei sui non dereliquerit. Rogãt me iudicia, &c. Hæc ciuitas est Christianitas à Domino Iesu Christo fundata, & ędificata magnis laboribus, & multis priuilegiis & gratiis dotata, de qua Dauid in Psal. 86. Gloriosa dicta sunt de te ciuitas Dei. Porta huius est baptism⁹, nec aliquis potest esse ciuis, seu habitator huius ciuitatis, nisi intret per portam huius baptismi. Hæc porta Domini, scilicet, actiuè, & passiuè iusti intrabunt in eã. Et ibi datur fides Christo, & abrenuntiatur diabolo, & põpis eius. Dic modum baptizandi. Sed hîc ponitur idolum zeli, quando contra fidem Christo promissam in nostris necessitatibus recurrimus ad diabolum, vel pro sanitate habenda, vel pro re perdita ad inueniendũ, vel pro filiis habendis, vel si estis maleficiati, statim vaditis ad idolum, id est, diuinũ in quo est diabolus, cũ quo diuinus facit sua opera. Ecce idolum zeli ad prouocãdum iram Dei, quia rex indignaretur si aliquis iret per ciuitatem, subtrahẽdo sibi populum, & trahendo ad suum inimicum. Quid faceret rex contra illum, & contra villam hoc facientem, & ipsum sustinentem tanquam proditorem? daret ipsum ad furcam. Ita facit diuinus cõtra regem Christum, cui subtrahit populum, & trahit ipsum ad diabolũ. Ideo corripiantur, &c. Dic quomodo in omnibus suis necessitatibus quilibet bonus Christianus debet recurrere ad Christum, qui sanat omnes infirmitates, quia diabolus non potest aliquẽ curare veraciter sanando, sed à læsione cessando, vt legitur in historia beati Bartholomei. Ideo in sacra scriptura pręcepit Deus, dicẽs, Vir siue mulier in quibus pithonicus, vel diuinationis fuerit spirit⁹, morte moriãtur, lapidibus obruent eos. Leu. 20. Et quare omnis populus lapidabit? nunquid sufficeret, vt combureretur, vel suspẽderetur? &c. Respõdeo. quia diuinus omnibus nocet, quia prouocat iram Dei, ideo voluit Deus, quod non ab vno solo homine, sed à toto populo occideretur. Ideo quando in vna villa, vel patria sustinetur vnus diuinus, ex illo peccato Deus mittit tribulationes, vel inundationes aquarum, vt patet de abysso diluuij, &c. vel mortalitates, vt de rege Saul qui recurrit ad pithonissam in Endor, propter quod mortuus fuit ipse, & perdidit regnũ pro se & suis. 1. Paral. 10. Mortuus est Saul propter iniquitates suas, eò quòd pręuaricat⁹ sit mandatũ Domini, quod præceperat, & nõ custodierit illud, sed insuper etiã pithonissam consulerit, nec sperauerit in Domino, propter quod interfecit eũ. & trãstulit regnũ eius ad Dauid filium Isai. Vel si sit diuisio propter regimen. Dic quomodo illud idolum significat domum consilij. Nota, quia Deus præcepit antiquitus Moysi, quod domus consilij esset in porta ciuitatis, vt forenses possent eam statim inueni-

re. Quæ

re. Quæ quidem domus est idolum zeli ad prouocandum æmulationes seu inuidias. O quot inuidiæ & æmulationes & zelotypiæ sunt in hac villa ex hoc idolo, quod omnes adorant. Dicit vnus, O ille fuit cõsiliarius, & ego non fui, qui sum de meliori genere, &cæ. Omnes laborant, vt habeant regimẽ. Et quo sequuntur multa mala, inuidię, destructiones cõmunitatis & rancores. Ecce damnatio animarum, propter multa peccata, quę ibi cõcurrunt. Primũ est periurium, quod est maius peccatum quã homicidiũ, vt dicũt Theologi. Et quãdo intrant in regimẽ, iurant, quod procurabunt bonũ cõmunitatis fideliter, & quòd corrigẽt peccata notoria, & nihil faciũt, ideo sunt periuri. Secundum peccatũ est furtum, quia multa ex ambitione regiminis expẽdunt. Et quãdo sunt intus, volunt recuperare, ideo furãtur à communitate quidquid possunt, quod est maius peccatum & maius furtum, quã si reciperent furtiuè à persona particulari, quia magis tenẽtur diligere bonũ cõmunitatis quã particularis personæ. Tertiũ peccatum est damnũ & destitutio cõmunitatis. No. similitudinem de naui, quę ire debet vltra mare. Et personæ tenent cõsilium, quis erit patronus nauis, & quis nauta, & qui marinarij, &c. Sic in proposito magna nauis trium coopertūrarũ est cõmunitas. Prima coopertura secreta, sunt religiosi in monasteriis abscõditi. Secũda est clericorum, vbi sunt merces sacramentorum. Tertia verò, vbi fit exercitiũ, est laicorum. In qua oportet ponere patronũ. s. vicarium seu neutam, subuicariũ & marinarios. s. maturos. Ideo in cõsilio quilibet debet attendere & respicere communitatẽ & nõ cõsanguinitatẽ, nec amicitiã vel partẽ, sed vtilitatẽ villæ, aliàs adorant idolũ. Ideo neq; mirũ si Deus mittit ista & ducit secũ filios vestros. Idem faciet de vobis nisi vos corrigatis, &c. Secundũ peccatum quod ostendit Deus prophetæ in platea ciuitatis fuit de imaginibus & de illis qui dabant eis incẽsum. Hoc peccatum significat ludum taxillorum. Quid sunt aliud taxilli quàm imagines bestiarum depictæ, quibus maiores & seniores dant incensum? Antiquitùs solùm ludebant ribaldi & lenones, &c. Sed modò, maiores villę sine aliqua verecundia ponunt se ad ludendũ ibi cum ribaldis & emittunt incensum versus cœlum, scilicet, blasphemiarũ contra Deum & virginem Mariam, &c. Ex quo peccato veniunt multa mala & plaga mortalitatum. Aucto. Vir multũ iurans implebitur iniquitate, & nõ discedet à domo illius plaga. Eccl. 23. Idem de villa in qua Deus notoriè blasphematur, à quo nõ recedet plaga. No. pœnã blasphemantiũ. Leu. 24. No. etiam historiam de illo sancto, qui iuxta altare Dei vidit altare diaboli, vbi gẽtes cõfluebant, &c. Dicunt quidam, si amouetur ludus, perdemus impositionem siue lucrum, &c. Sed melius est perdere impositiones, quàm corpus & animam & bona temporalia per tempestates, ideo prouideatur, &cæ. Tertium

ctũ peccatũ ꝙ Deus oſtẽdit Prophetę, fuit de mulierib⁹ plangẽtibus. Adonidẽ, &c. hoc ſignificat peccatũ mulierũ, quę modò plangũt, & plorant, quãdo perdunt filiũ, vel filiã dilectã, dicentes multa vel ba ſtulta contra Deũ, cũ tamẽ deberẽt lætari. Nũquid gauderetis, ſi rex tranſiẽs per iſtã villã, reciperet in curiã ſuã filiũ veſtrũ, & faceret ipſum magnũ Dominũ. Idẽ de Regina quę reciperet filiã veſtrã, &c. Sic modò Rex Chriſtus, ſeu Papa Ieſus trãſit per villã, & recipit in curiã ſuã filiũ veſtrũ innocentẽ, & bonũ, vt ipſum faciat magnũ dominũ, maiorẽ quã ſit hic Rex, vel Papa. De hoc ergo ploratis vos. Ideò Apoſt. Nolumus vos ignorare de dormiẽtibus, vt non cõtriſtemini ſicut cęteri, qui ſpẽ nõ habẽt. 1. Theſſ. 4. Sed nõ ploratis, nec plãgitis mortẽ animarũ filiorũ adultorũ, qui dãt ſe peccatis blaſphemiæ, luxuriæ, &c. qui recta via vadũt ad infernũ, & nõ curatis. Ideò poteſt vobis dicere filius veſter, quando moritur, Nolite flere ſuper me, ſed ſuper vos flete, & ſuper filios veſtros. ſ. adultos, Lu. 23. Quartum peccatũ fuit illorũ, qui verterũt dorſum ad templũ, & adorabãt ad oriẽtem. Ecce hic peccatũ de fractione feſtiuitatum, quãdo gentes deſpiciunt præcepta, & ordinationes eccleſię, tunc vertunt dorſum ad tẽplũ Dei, & adorauerũt ad orientẽ, ſecundũ quod dicit Dauid, Ortus eſt Sol, & exibit homo ad operationẽ ſuã. Quãdo ergo gẽtes nõ ſeruant feſta, ſed faciunt negotia in foris, & feriis, &c. tunc vertũt dorſum tẽplo, & adorãt ad orientẽ, cũ tamẽ Deus optimè dimiſit tẽpus, quod totũ currit in ſeptẽ diebus, & dedit nobis ſex dies ad laborandũ & vos vertitis vos ad oriẽtem. ſ. orto Sole vaditis ad agrũ veſtrũ, vineã, forũ ſeu feriã. Septimum diẽ Deus retinuit ſibi. ſ. dominicã, & vult ꝙ illa die vertamus faciem ad templũ, & dorſum ad orientẽ. Et vos facitis oppoſitũ, quia quãdo dicitur miſſa, in qua omnes tenemini eſſe, quidã ſtant in platea, &c. quidã in vineis, quidã in lupanari, quidam in taberna, &c. O dicit Deus, & vos aufertis mihi tempus meum, ideò ego auferam vobis tempus veſtrum. Iſta ratione veniũt mortalitates, quia ille qui debebat viuere quadraginta, vel ſexaginta annis, morietur cras. & ideò dicit ipſe, Cũ accepero tempus, ego iuſtitias iudicabo. Pſal. 74. Ecce hic peccata quę fiũt cõtra Deũ, propter quæ veniũt iſtæ tribulationes, & mala. ideo corrigãtur per bonas ordinationes, & Deus iuuabit, aliàs ecce quid dicit, cũ multiplicaueritis orationẽ veſtrã nõ exaudiam. Eſa. 1.

Sabbato poſt diem Cinerum. *Sermo I.*

A*Scendit ad eos in nauim, & ceſſauit ventus.* Matthæi ſexto. Poſtquam Chriſtus multa mirabilia fecerat in terra, fecit & in mari, quod oſtenditur ab omnibus Euangeliſtis, vt oſtenderet ſe eſſe Dominum, non ſolùm terræ, ſed etiam maris. Dicatur breuiter hiſtoria Euangelij, modò vt intremus ſecreta, oportet loqui de tribus.

Et primò de ista naui posita in iam magnâ, & valida fortuna,
Secundò de hora qua venit illa fortuna,
Tertiò de bono aduentu & tranquillitate ex præsentia quando ipse intrauit nauem, & de isto tertio loquitur thema.

Quantum ad primum sciendum, quod secundum omnes doctores & glos. nauis illa in tã magno periculo posita signat ecclesiam militantẽ duplici ratione. Prima ratio ex officio. Ratio, quia sicut nauis portat personas & merces de vno loco ad alium, sic etiam ecclesia. Et qui nõ nauigant cũ ista naui, omnes pereunt, sicut tempore Noë perierũt omnes qui extra arcã inuẽti fuerunt. Ecce officium huius nauis. ideò Salomon ad literã de ecclesia dicit, Facta est quasi nauis institoris de longe portãs panẽ suum. Prouer. vlt. Ecce, quod propter officiũ ecclesia dicitur nauis vt cõmuniter dicũt doctores. Secunda ratio est & subtilior, quod nauis signat ecclesiam, & si volumus attẽdre ad formam, seu figuram nauis quæ est in principio, hoc est in prora angusta, in medio lata, & in fine, scilicet in puppi angusta. Rectè nauis signat ecclesiam militantẽ, quę est huiusmodi formæ, & Dominus noster Iesus Christus est quasi prora siue anterior pars nauis vbi cõiunguntur duę tabulę, scilicet duo Apostoli vt Petrus, & Andræas, qui fuerunt primi Apostoli Christi, deinde vndecim Apostoli. 1. ad Cor. 15. Deinde creuit per 70. discipulos, deinde per tria millia cõuersorum. Act. 2. sic tandẽ creuit paulatim per totum mundum. Quia in omnẽ terrã exiuit sonus eorũ. s. prædicationis. ad Rom. 10. Sed iã diu estquod nauis ecclesiæ angustatur & restringitur circa finem. Nota hîc decem diuisiones ipsius Christianitatis, intãtum, quod dicit Christus Iesus, filius hominis cũ venerit, putasne inueniet fidẽ in terra? Luc. 18. Patet ergo quod ecclesia militans dicitur nauis, nõ solùm propter officium, sed etiã propter formam & figurã. Et totum hoc tangitur in dicta auctoritate, facta est, scilicet ecclesia militans quasi nauis institoris. Ecce formam. De longe portans panẽ suum. s. merces. Ecce officium. sed agitatur fluctibus. Est enim in magno periculo nauis. s. ventorum. Hoc clarè potestis videre, si vultis cogitare ad hoc quod dico. Quãdo enim vacat vnus magnus episcopatus, statim Reges & Domini temporales rogant pro indignis etiam cum minis vel munere. Vnde Papa videns quod rogant pro indigno, qui nesciret custodire tres capras, tribulatur. Item iam videtis qualiter ordinationes ecclesiæ seruantur, quia despiciuntur libertates & immunitates ecclesiasticę frãguntur. Nam quilibet reputat se dignum ad maiorem mũdi prælationem, quilibet seruat de ordinationibus ecclesię prout vult & sibi placet, nihil aliud. Ecce quomodo nauis est in magnis periculis. Iam enim verificatur illud quod dicitur Matth. 14. Nauicula autẽ in medio mari iactabatur fluctibus, erat enim contrarius ven-

ventus. Quarta autem vigilia noctis venit ad eos ambulans supra mare. Et videntes eum supra mare ambulantem, turbati sunt dicentes, quia phantasma est. Et præ timore clamauerunt. Statimq́ Iesus locutus est eis dicens, Ego sum nolite timere, &c. Quantum ad secundum, videndum est de hora in qua venit illa fortuna. Nam dicit textus, Et cùm serò esset, erat nauis in medio mari, ipse autem solus erat in terra. Et videns eos laborantes in remigando, erat enim contrarius eis ventus. Occasus Solis facit vesperũ. Modò videamus in qua hora diei sumus. Dicatur quod sicut Sol radiãs super terram facit diem artificialem, & quãdo irradiat valles, & torrentes & colles adhuc est mane, sed quãdo non irradiat vertices montium, nec valles, tunc est sero. Ad propositum, in sacra scriptura Christus dicitur Sol. Ideò dicitur virgini Mariæ. Fœlix nanque es sacra virgo Maria, & omni laude dignissima, quia ex te ortus est Sol iustitiæ Christus Deus noster, &c. Modò ad cognoscendum in qua hora sumus diei, scilicet durationis huius mũdi, videamus an radij Solis, scilicet Christi irradiẽt torrẽtes, valles, &c. Torrentes sunt laboratores triplici ratione. Primò, quia sicut torrentes sunt asperi & petrosi, sic etiam vita laboratorũ aspera est & dura, & petrosa. Secunda ratio est quia torrentes aliquãdo abundãt aquis, aliquãdo non. Sic laboratores aliquãdo abundant bonis temporalibus, aliquãdo nõ, ex siccitate vel aliàs. Tertia ratio est, quia sicut torrẽtes sunt in inferiori parte terrę, sic rustici & laboratores sunt deiecti, & omnibus aliis inferiores intantũ, quod potest dici dictum Danielis, Imminuti sumus plus quàm omnes gentes, sumusq́ humiles in vniuersa terra. Danielis 3. Sed modò iam torrentes & laboratores non irradiante Sole Iesu Christi. Antiquitus tamen irradiabãtur, quia erant deuoti. Nam quolibet mane & sero orabãt vir in vno angulo, & mulier in alio. Nota quomodo primò se signabant, deinde dicebant, Credo in Deum, sciebant benè Pater noster, & Aue Maria, & decem præcepta legis, nam ista est scientia laboratorum. Modò autem nesciunt se signare, nec sciunt Credo in Deum, nec Pater noster, nec Aue Maria, nec etiam aliquod bonum, sed benè sciunt sortilegia, coniurationes, & vanitates, sciunt etiam quot denarij sunt in vno floreno. Ideò iam Sol iustitiæ ab istis torrentibus retraxit radios suos. Item antiquitus quolibet die audiebant Missam in aurora. Deinde ibant ad sua negotia, sed modò nec in dominica nec in aliis diebus volunt audire Missam, & si fortè veniunt, iam pransi & tardè veniunt, & quando sunt in ecclesia, non faciunt nisi loqui. Item antiquitus communicabant quolibet die dominico deuotè, & processionaliter, modò autem non nisi semel in anno: ideò Dauid, Nescierunt, neque intellexerunt, in tenebris ambulãt, mouebuntur omnia fundamẽta terræ. in Psal. octuagesimoprimo.

Modò videamus an radij Solis iustitiæ illuminẽt valles. Valles dicuntur omnes homines diuites, ideò quia vallis est terra delitiosa & abundãs, nã talis est vita diuitũ, pinguis & delitiosa & abundãs. Ideò Dauid in Psal. Valles, id est, diuites abundabũt frumẽto. Psal. 64. Sed iam ab istis recessit Sol iustitię, id est, gratia Dei misericordię & veritatis, nam antiquitus diuites quærebãt, si erat aliquis qui venisset ad paupertatẽ, vt possent eum iuuare in aliquo. Sed modò vellent sibi inuicẽ auferre oculos. Antiquitus si diues videbat agrũ vel vineam alicuius incultã, vel filiam alicuius adultam, immediatè dicebat sibi, quare non seminatis agrũ, &c. de quo viuetis, &c. Et statim mutuabant semen, & pecunias, maritabãt puellas virgines. Sed modò si pauper laborator qui habet domum plenã filiis, indiget pecunia, pane, & vino, &c. & venit ad diuitẽ vt recipiat, &c. Nota vsuras quas faciunt. Item quãdo vident viduã vel puellam pauperẽ, laborãt quod fiat meretrix. Ecce quomodo Sol iustitiæ recessit, & verificatur verbũ Christi dicentis, Quoniam abundabit iniquitas, refrigescet charitas multorũ. Matth. 23. Item videamus, an radius Solis tangat costas. Costæ dicuntur esse simplices presbyteri. Ratio, quia sicut costę sunt torrẽtibus & vallibus altiores, & mõtibus & collibus proximiores, sic simplices clerici sunt populo altiores in dignitate & sanctitate, & magis iunguntur mõti. i. Christo. Ideò dicit scriptura de eis. Separauit vos Deus Israël ab omni populo, & iunxit sibi vt seruiretis ei in cultu tabernaculi, & staretis corã frequẽtia populi. Nume. 16. Sed modò ab istis retraxit radios suos Sol iustitię, nam antiquitus irradiabãtur deuotione & sciẽtia, sed modò quasi nullã habent deuotionẽ, vel scientiã, imò sunt ignorãtes. Et iam verificatur de eis prophetia dicẽs: Sacerdotes eius cõtempserunt legem meã, & polluerunt sanctuaria mea. Inter sanctũ & prophanũ nõ habuerũt distantiam, inter pollutũ & mũdum non intellexerunt, & à sabbatis meis auerterũt oculos suos, & coinquinabar in medio eorũ. Ezech. 22. Modò videamus an irradiet colles Sol iustitię. Religiosi dicuntur colles. Ratio, nam merces quę portantur de loco ad locũ transeunt per colles. sic etiã merces cœlestes, s. sanctarum doctrinarũ veniunt ad vos per religiosos. Itẽ quia via, seu transitus per colles, est angustia, talis debet esse vita religiosorum stricta & aperta per pœnitentiam. Et ideò Dauid in Psalm. 64. Pinguescent speciosa deserti, & exultatione colles accingẽtur. Nota qualiter antiquitus religiosi seruabãt obedientiã, paupertatem, & castitatẽ, & omnes cæremonias, quia tunc Sol iustitię tangebat colles, sed modò seruant obedientiã. s. de capone. Sed si vltra voluntatem pręcipitur aliquid, statim sequũtur appellationes, &c. Item tenent paupertatem siue indigentiam in his quę nõ possunt acquirere. De castitate autẽ & de cęremoniis, ipsi sciunt quomodo viuunt.

Ibo ergo ad optimates & loquar eis, ipsi enim cognouerunt viam Domini & iudicium Dei sui. Et ecce magis hi simul cōfregerunt iugum, ruperunt vincula. Hiere. 5. Iam transiuit ergo hora vesperarum, &c. Item videamus, an Sol iustię tangat mōtes, siue summitates montiū, & isti sunt Prelati siue Domini temporales. Ratio, quia sicut mōtes eminēt super terrā, sic Prelati, & Domini sunt alti, eminentes ex dignitate, & dominio temporali. Videamus modò an illuminātur à Sole iustitię, quoniā antiquitus Prelati nō dabāt prælationes, dignitates vel beneficia, nisi bonis personis sanctis & dignis, & illos cogētes, & plus curabant de animabus quàm de reditibus. Nota modò qualiter fit iuxta illud Apostoli, Omnes quæ sua sunt quærūt, non quę Iesu Christi. ad Philip. 2. Idē de dominis temporalibus, nam antiquitus seruabant iustitiā, & cōtentabantur de propriis reditibus quos etiā diuidebāt. s. pro seipsis, pro Deo & pauperibus. Sed modò nota de iniustitiis & exactionibus quas faciūt. Iam enim verificatur illud dictū propheticū di. Principes tui infideles socij furum. Omnes diligunt munera, sequuntur retributiones, pupillo nō iudicāt, & caussa viduæ nō ingreditur ad illos. Esa. 1. Nunquid ergo videtur vobis si sumus in fine diei, & in occasu solis? Ecce qualiter illa fortuna nauis in sero figurabat fortunā finis mundi quæ dicitur sero. Et ideò dicitur, Cùm autem sero factum esset, dixit Dominus vineę procuratori suo, Voca operarios, & redde illis mercedē suam. Mat. 20. Quantū ad tertium, &c. videnda est tranquillitas ventura ex Christi præsentia, cùm dicit the. Ascendit ad eos in nauim & facta est trāquillitas magna, & cessauit ventus. Et nota hic historialiter, quomodo Christus in quarta vigilia noctis descendit de mōte ad discipulos qui erant in mari. Ita modò in isto sero, scilicet in fine mūdi, vt ex prædictis patet, quādo nauis ecclesiæ periclitatur, Dominus Iesus descēdit de mōte altissimo cœli empirei, vbi modò interpellat pro nobis apud patrē, ostendens patri latus, & vulnera, & virgo Maria, &c. De isto monte ex alia parte dicit Dauid, Quis ascendet in montem Domini, &c. Psal. 23. De isto monte descendet in die iudicij supra mare huius mundi, quia non descendet in terram, sed in aërem. Auct. Hic Iesus qui assumptus est à vobis in cœlum, sic veniet quemadmodum vidistis eum euntem in cœlum, &c. Act. 1. Dicatur, qualis timor & tremor erit tunc peccatoribus in eius aduentu, intantū, quod dicit Propheta, Ecce venit, dicit Dominus exercituum. Et quis poterit cogitare diem aduentus eius? & quis stabit ad videndū eum? Ipse enim quasi ignis cōflans, & quasi herba fullonum. Et sedebit cōflans, & emundans argentum, & purgabit filios Leui. Subdit, Ego accedam ad vos in iudicio, & ero testis velox maleficis, & adulteris, & periuris, & qui calumniātur mercedē mercenarij, & humiliāt viduas, & pupillos,

& opprimunt peregrinum, nec timuerunt me. Malach.3. O qualis timor erit illis. Sed bonis dicet, Ego sum, nolite timere, confidite. Si mali timent, non erit mirum, quia videbunt eorum damnationem paratam, contra quos dabit sententiam dicendo: Discedite à me, &c. Deinde data sententia ascendet in nauiculam, id est, totam ecclesiam Christianam, & secuti sunt eum eius discipuli, id est, boni, & statim fuerunt ad aliam terram, vt dicitur Ioan.6. Sic erunt boni Christiani pertinentes ad terram illam. De qua dicit Dauid, Portio mea Domine, sit in terra viuẽtium. & tunc cessabit ventus tribulationum & infirmitatum, & erit tranquillitas æterna. Ideò dicitur, Absterget Deus omnem lachrymam ab oculis sanctorum. Apocalypsis 7.

Sabbato post diem Cinerum. Sermo III.

Erat nauis in medio mari. Mar.6. Nota mysticè quod pœnitentia dicitur nauis propter quatuor quæ habet ad instar nauis, scilicet,

Diuersam figuram,
Grandem mensuram,
Altam staturam,
Incertam venturam.

De hoc quarto modo dicit propositũ thema, Erat nauis, &c. Quãtum ad primum, nauis non habet vnam figurã vniformẽ sicut alia ædificia quadrata, vel rotũda & huiusmodi, sed in principio est stricta, in fine etiã stringitur, licèt non tantũ quantum in principio, & in medio est lata. Sic pœnitentia in principio inchoandi est stricta. Luc.13. Contendite intrare per angustam portam, quia dico vobis multi quærent intrare & non poterunt. Posteà propter assuetudinem & adiutorium gratiæ Dei fit spaciosior. Prouer.4. Viã sapientiæ monstrabo tibi, & ducam te per semitas ęquitatis, quas cùm ingressus fueris, non arctabuntur gressus tui, & currens non habebis offendiculum. Tandem propter debilitatẽ carnis incipit arrari aliquantum. Ideò Prouer. vlt. Facta est quasi nauis institoris, de longè portans panẽ suum. Quantum ad secundum, pœnitentia est quasi magna nauis. s. trium coopertur arũ. Prima inferior & secretior, est cordis contritio. Iere.15. A facie manus tuæ solus sedebã, quoniam amaritudine replesti me. Secunda est oris cõfessio. Prouer.28. Qui abscondit scelera sua nõ dirigetur, qui autẽ confessus fuerit, & reliquerit ea, misericordiam cõsequetur, &c. Tertia est operis satisfactio. Luc.3. Facite fructus dignos pœnitentiæ. Ideò pœnitentia est illa maxima nauis Noë. De qua Gen.6. Cœnacula & tristega facies in ea. Quantum ad tertium altitudo huius nauis est maxima, propter malum crucis, quo velum extensum est caro Christi mũdissima. Absq; hoc malo non nauigatur. Io.15. Sine me nihil potestis facere,

cere. Gabia qua præcipuè defenditur nauis, est titulus triumphalis cruci superpositus. Iuxta illud Prou.18. Turris fortissima nomē Domini, ad ipsum currit iustus, & saluabitur, vel exaltabitur. Ideo Cātic.8. Statura tua assimilata est palmæ. Quantū ad quartum quandiu nauis est in medio mari propter innumera pericula incertus est euentus eius, donec peruenit ad portum, Ecclesi.9. Sunt iusti atque sapientes & opera eorū in manu Dei, & tamen nescit homo vtrum amore an odio dignus sit, sed omnia in futurum seruantur incerta. Sed optimum remedium securę gubernationis ostenditur in euangelio, scilicet assumere secum Christum. Nota historiam breuiter. Christus autem assumitur in eucharistia. Ioan. 6. Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, habet vitam ęternā. Ideo hic in euangelio, Confidite, quia ego sum. Nolite timere, & ascendit ad illos in naui, & cessauit ventus. Vnde dicere potest fidelis pęnitens à quo Christus sumitur per eucharistiæ communionem. Si ambulauero in medio vmbræ mortis non timebo mala, quoniam tu mecum es. Psalm.22.

Dominica I. in Quadragesima.
Sermo vnicus.

Accesserunt angeli, & ministrabant ei. Matth. 4. Sanctum euangelium hodiernū declarat nobis de sancto ieiunio Iesu Christi quatuor puncta vt sequitur,

Primò locum conuenientem,
Secundò tempus sufficiens per quod ieiunauit,
Tertiò medium expedientem, quomodo ieiunauit,
Quartò fructum prouenientem ex ieiunio.

Et de isto quarto loquitur thema, Accesserunt angeli, &c. Fructus enim qui sequitur ex ieiunio, quia angeli accesserunt, &c. Dico primò, quod euāgelium hodiernum declarat nobis de sancto ieiunio Iesu Christi locum conuenientem vbi ieiunauit. Vnde sciendum, quod quando Christus voluit quadragesimā ieiunare, noluit eam ieiunare in ciuitate Bethleem, vbi fuit natus, nec in templo vbi fuit præsentatus, nec in Nazareth vbi fuit nutritus, nec inter homines, sed in deserto quod est habitatio bestiarum. Et hoc dici principium euangelij, Ductus est Iesus in desertum à spiritu, volens supple ieiunare, & iste locus fuit valde conueniens. Ratio, propter conueniētiam quam habet locus desertus cum fine ieiunij, nam ieiunium ordinatur ad triplicem finem, scilicet ad

Refrænationem,
Liberationem,
Meritum.

Primò ad refrænandū s. vitia, & peccata quæ pro maiori parte accidunt ex carnis inclinatione, propter hoc ordinata fuerūt ieiunia s.

Vitia cō-primit ieiuniū, mentem eleuat, virtuté largitur, ac præmia. ad refrænandum. Nam sicut homini stulto, & armato auferūtur arma cū quibus multis nocuit, sic etiā corpus hominis stultū armatū cibo & potu, & aliis delectabilibus, quę nobis Deus dedit ad necessitaté naturæ indiscretæ sumptus, multoties occidit animam. Ideo ibi subtrahi debent prudenter, & amoueri. Secūdò ordinatur ieiuniū ad liberandum. s. animā, quæ quādiu est vnita corpori, multum à corpore impeditur in bonis. s. spiritualibus. Et ideo dicitur, Corpus quod corrumpitur, aggrauat animā. Sap. 9. Ideo vt anima sit libera ad operandū spiritualiter deprimitur caro. s. per ieiunia, & sic anima eleuatur liberè in Deū. Sicut de statera, nā quando vna pars deprimitur, alia eleuatur, & ecōuersò. Tertiò, ad merendum, & acquirendū thesaurum spirituale, quoniam sicut per totum annū homo laborat pro necessitate corporis, sic ieiunādo ad minus isto sancto tēpore laboretis pro anima. Vnde Apost. Vnusquisq; propriam mercedē accipiet, secundum suum laborem. 1. ad Cor. 3. de omnibus istis rationibus vide auctoritatem beati Greg. dicētis, Qui corporali ieiunio vitia comprimis. Ecce primum. s. refrænare. Mentem eleuas. Ecce secundum. s. animā liberare. Virtutē largiris & pręmia. Ecce tertium, scilicet mereri. Huic triplici fini ieiunij valdè conuenit locus desertus, vbi vitia cōprimuntur, quia nō habetis occasiones peccādi, nec oculis vidēdo, &c. & sic de aliis sensibus. Patet ergo quod desertus locus est conueniens ieiunio. Ideo super illo verbo, Ductus est Iesus in desertum à spiritu, dicit beatus Greg. in homilia hodierna, Dubitari enim solet à quibusdā à quo spiritu ductus est Iesus in desertum? Verè, & absq; vlla quæstione cōuenienter accipitur, vt à Spiritu sancto in desertum ductus credatur. Sed diceret aliquis. Istę rationes nō sunt ad propositum de Christo, qui in suo corpore nunquā habuit malas inclinationes: Itē nec ex carne impediebatur anima, quin haberet perfectissimè suas fruitiones. Item, quia iā meruit inquantū Deus, & inquantū homo. Respōdeo, quod quantum ad personā Christi bona est ratio, sed ipse hoc fecit, vt daret nobis exēplum. s. vt tēpore ieiunij vadamus ad desertum dimittentes ciuitates, villas, & communitates, quod sic intelligēdum est, vt in sancto tempore dimittamus negotia temporalia, quęstiones, & discordias, &c. Detur hic modus omnibus. Et primò religiosi, & clerici in hoc sancto tempore satis sunt occupati circa horas, & officium. Laboratores verò in hoc sancto tempore debēt summo mane audire missam, & sermonem, si prędicatur in aliquo loco, & post negotiētur, vt possint prouidere filiis, & domibus suis. Diuites autē surgant in aurora ad adorandū. Deinde audiant missam maiorem, & sermonem, & post dicant psalterium post missam, orando, & hora prandij erit perfectum. Illi diuites qui nesciunt psalterium, post missam, orādo perquirāt ecclesias, monasteria, & hospitalia, vbi cō-

munitę

muniter sunt magnæ indulgētię. Post prandium verò possunt dormire. Deinde ire ad cōpletorium, & post dicere vesperas, vel septem psalmos pœnitētiales, vel Pater noster, &c. Ex isto modo homo vadit ad desertum. Et istū modum tenuit Dauid rex ille magnus dicēs de se, Ecce elongaui fugiens, & mansi in solitudine. Expectabā eum qui saluum me fecit, à pusillanimitate spiritus. & tēpestate. Psal. 54. Non legitur quod Dauid ex quo fuit coronatus fuerit in deserto, sed mansit in solitudine cameræ sui palatij elongatus à negotiis, & ad quem finem ostendit. Expectabā eum, qui saluū me fecit. Et fructus meritorū à pusillanimitate spiritus. Ecce libertas animæ, & tēpestates supple malarū inclinationū carnis. Patet ergo locus conueniens pro ieiunio. Dico secūdò, &c. quod tēpus sufficiēs fuit. s. quadraginta dierū. Nā dicit textus, ꝙ cùm ieiunasset quadraginta diebus, & quadraginta noctibus. Et quare dixit quadraginta noctibꝰ? Respōdeo, ꝙ hoc dicitur ad differētiam ieiunij Iudæorum, qui antiquitus per diē ieiunabāt, & de nocte comedebant ad sufficientiā, sicut modò faciunt Agareni. Non credatis, quod tale fuit ieiunium Christi in illis quadraginta diebus, & 40. noctibus, quia nihil gustauit. Tempus tamē quadraginta dierū, & noctiū fuit sufficiēs. Ratio, quia iā scitis quod omnia pręcepta Dei sunt decē, in quibus omnia alia includūtur fundamētaliter. Sicut enim Deus dedit decē digitos corpori ad operandū omnia, ita dedit animæ decē præcepta, quasi decē digitos ad operandū meritoriè. Ista autē præcepta frangimus quadrupliciter. s. cogitatione, locutione, opere & omissione. Cogitatione enim frāgimus duo pręcepta singulariter. s. illud. Nō cōcupisces vxorē proximi tui, quia nō sufficit seruare corpus mundum ab illa operatione, sed etiam animā à cogitatione. Secundò, illud, Nō cōcupisces domū proximi tui, nec aliqua quę illius sunt. Ex cōcupiscētia enim oriūtur diuisiones, & guerræ, & ideo dicitur, Radix omniū malorū est cupiditas. 1. ad Tim. 6. Locutione autē frāgimus alia duo præcepta. s. illud. Non assumes nomē Domini Dei tui in vanū, quia nunꝗ̄ est iurandū, nisi ex necessitate vel vtilitate, Item illud, Non falsum testimoniū dices. s. quacunqꝫ causa nec in iudicio nec extra. Operatione frangimus quatuor. s. Non adorabis deos alienos. Non occides. Non mœchaberis. Non furtum facies. Omissione autem frāgimus duo. s. festa nō sanctificando, & parentes nō honorando. Ecce ergo quod istis quatuor modis frangimus decem pręcepta, & quater decies surgit in numerum quadraginta, propter hoc facimus quadraginta dies de pęnitentia, quia quater decies occasione carnis peccamus. Et ideo Grego. Per voluntates mortales corporis, præceptis dominicis cōtrahimus, quæ per decalogū sunt accepta, quia ergo per carnis desideria decalogi mādata cōtempsimus, dignum est vt eandem carnem quater decies affligamus. Ecce

ergo tempus sufficiens quo Christus ieiunauit, dando nobis exemplum. Modò est hîc quæstio tripartita de Christo, cùm Christus in deserto ieiunauit quadaginta diebus. Et prima quæstio est, vbi dormiebat. Secūda quid faciebat. Tertia quā societatem habebat, Modò audite deuotè. nam Euāgelistæ non dicūt expressè vbi tunc dormibat, sed multoties de figura elicitur veritas, sicut de spica excutitur granum. Hæc Christi dormitio in deserto figurata fuit in patriarcha Iacob, qui cùm fuisset peregrinus, & viator de Chanaan in Mesopotamiā, & transiret per partes huius deserti in nocte quādo voluit dormire, supposuit sibi lapidē capiti, & in nocte vidit cęlum apertū, & scalā, &c. Dic historiā, vt habetur Gene. 28. Iacob vt dicūt omnes doctores, significat Christū, scala verò pœnitētiam, habens quadraginta gradus ieiunij, & quidā ascēdunt cōtinuando ieiuniū, quidam autem descēdunt frangendo ieiuniū. Et Iacob excitatus timuit, ac tremuit de dicta visione. Cui diuinitus fuit reuelatū quòd Christus saluator mundi ibi ieiunaret, & dormiret. Tunc Iacob dixit, Verè Dominus est in loco isto. Patet prima questio. Sed hic cōtemplate modicum, Christus incœpit suum ieiunium in crastinum Epiphanię, quando maius frigus viget, & tunc dormiebat in terra, dando nobis exēplum, quod in isto sacro tempore dimittamus linteamina, culcitras, & delectationes. Ideo Dauid, Beatus qui intelligit super egenum, & pauperē, in die mala liberabit eum Dominus, Dominus opem ferat illi super lectū doloris eius. in Psal. 40. Secunda quæstio, quid faciebat Christus homo? tum quia nō operabatur manibus, & cùm staret quadraginta dies, nūquid erat otiosus? Textus nō dicit clarè quid faciebat, sed Lucas alibi dicit quid faciebat Christus in desertis dicens: Factum est in diebus illis, exiit in montem orare, & erat pernoctās in oratione Dei. Luc. 6. In somno ergo & oratione expendebat tempus noctis, & de die quid faciebat? Respōdeo, quod in tribus occupabatur. s. in legendo, in cōtemplando, & in orando. De primo ipse legebat in libro quem secum portabat semper maiore tota biblia. s. libro vitæ. s. scientię Dei, in quo scripta sunt omnia quæ vnquam fuerunt, sunt, & possunt esse. Et quolibet die Iesus Christus legebat totum illū librum, legendo primū capitulum. s. de gloria Paradisi. Et secundū de ordinatione angelorum. Tertium de pœna dānatorum. Quartum de pœnitētia purgandorum, & sic de aliis. Item de naturis pisciū maris, de auibus in aere, de animalibus terræ. Et omnia ista videbat nō solùm in genere, sed etiam in specie, & indiuiduis, non solùm vt Deus, sed etiā vt homo. De secundo stabat omnia ista cōtemplando. Quantum ad tertium post prædictam lectionem, & cōtemplationem orabat, dicens orationem quam posteà nobis ostendit, scilicet Pater noster. Nam cœpit Iesus facere, & docere. Actor. 1. & in persona nostra ipse dicebat

In eodē loco ieiunauit Christus in quo Iacob scalam inter dormiēdum vidit.

Christi opera diurnè pariter & nocturnè dum in deserto ieiunabat.

cebat ipse Pater noster. Item, dimitte nobis, &c. quia sicut os loquitur pro pedibus,& aliis membris, ita Christus vt caput, loquebatur in persona membrorum. In his ergo debemus tempus huius quadragesimæ exemplo Christi expendere. Ideo dicebat, Operamini non cibum qui perit, scilicet negotia huius mundi, sed qui permanet in vitam æternam, scilicet opera meritoria? Ioannis sexto. Tertia quæstio. Quam societatem habebat? Dico, quod ferarum, bestiarum & latronum. De bestiis dicitur Mar.1. quod in illo deserto frondoso erant leones, vrsi, lupi, & multa alia animalia. Ait enim textus, Erat in deserto quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, & tentabatur à satana. Eratq; cum bestiis. Marci primo. Venio ad practicam, & potestis per vos cogitare quod prædicta animalia de die latitant in antris, & de nocte vadunt pascendo. Et quando videbant Christum possumus dicere, sicut de boue, & asino, qui Christum adorauerunt, sic etiam, &c. Ecce societas Christi de nocte, de die habebat societatem latronum, & malorum hominum. Nam istud desertum est inter Ierusalem, & Iericho. de quo Lucæ decimo, Homo quidam descendebat ab Ierusalem in Iericho, & incidit in latrones, &c. Hic locus Hebraicè dicitur adumim, & interpretatur rubra siue ascensus ruforum. Iste locus est ille cruentus, & sanguinarius, quo deuenit homo ille qui incidit in latrones. Et dicitur sanguinarius, quia ibi multi viatores occidebantur à latronibus. Cogitate quando latrones videbant ipsum à longe, veniebant ad eum visuri, si fortè haberet pecunias. Sed Iesus Christus mutabat eorum corda, & voluntates, & exhibebant Christo magnam reuerentiam. Sic nos moraliter debemus stare inter bestias, feras, scilicet peccatorum, cogitando quomodo vixisti, vt bestia peccando, &c. Inter latrones, cogitando quomodo peccando furati fuerimus Deo honorem, & reuerentiam, & timorem, & nobis atttribuendo honorem, & gratiam. Propter hoc dicebat Dauid, Non nobis Domine non nobis, sed nomini tuo da gloriam. in Psalmo centesimodecimotertio. Tertiò videndus est modus expediens quomodo ieiunauit Christus, qui vicit tentationem diaboli. Dicunt doctores, & singulariter magister historiarum, quando in baptismo Christi vox Patris intonuit dicendo. Hic est filius meus dilectus. Luc.3. Tu es filius meus dilectus, in te complacui mihi, &c. Dicit quod diabolus audiuit istam vocem, & quia iam videbat diabolus tempus Messiæ completum, & ideo quando videbat Christi mirabilia, concepit ipsum esse filium Dei. Sed quando vidit ipsum esurire, credidit oppositum, propter quod voluit ipsum tentare. Et assumpta forma humana, & habitu viri deuoti, salutauit ipsum. Cui respondens Christus, dicit, Bene veneritis, non credatis quod ita truncatè dixerit Christo, Si filius Dei es.

A demoni, Rufus, Gen.25. versu 25 in plurali adumim. Zach.1. versu 8.

Sed

Sed Euāgelista dimittit nobis, vt ponamus digitum ad practicam, Ideo notate eam. Et potestis cogitare, quod quando diabolus venit ad Christum ipum salutando dixit, Aliqui opinātur quod tu sis filius Dei. Nam filius Dei antiquitus mutauit virgā Moysi in serpentem, aquam Ægypti in sanguinem. Exo. 7. vxorem Lot in statuā salis. Gen. 19. Ideo si filius Dei es, dic vt lapides isti panes fiant. nō intelligatis quod diabolus subitò dixit, Si filius Dei es, &c. sed posuit se in verbis cum eo primo, in fine concludendo, quod si filius Dei es, &c. Et respondens Iesus dixit. Scriptum est de te. s. non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo quod procedit de ore Dei. Deu. 8. Ecce hic modus expediens. s. pro nobis, quia modò quando ieiunamus diabolus tentat nos dicens, Dic vt lapides isti panes, &c. Nos autem verba dura & aspera comedamus per impatientiam, si prandiū non sit paratum vel aliter, &c. secunda tentatio. Victo diabolo in prima tentatione per Christum ex auctoritate, Nō in solo pane, &c. diabolus sumpta occasione à dicta auctoritate, quia verba Dei proponuntur in templo, processit ad secundam tentationē, *dicens:* Vis vt vadamus ad ciuitatem ad templum? Christus autem, vt bonus miles, volens se exhibere suo inimico in omni platea, secutus est eum vsq; ad templum, vbi erat magnus populus congregatus, & tunc dixit diabolus Christo, Vis vt ascēdamus supra pinnaculum? quia vbi magis secretè poterimus orare, & quādo fuerunt superius, dixit diabolus Christo, & quot gentes sunt hic, & multi sunt hic qui non credunt te esse filium Dei, ideo mitte te deorsum, quia de te scribitur, Angelis suis mandauit de te, vt custodiant te in omnibus viis tuis. in Psal. 90. Ad quem Christus dixit, Scriptum est, Non tentabis Dominum Deum tuum. Hic Christus dat exemplū personis spiritualibus, & deuotis quando diabolus tentat eos de vana gloria, ne cadant, sed stent fortes. Videns autē diabolus quod Christus excusauit se, ne incurreret vanam gloriā, diabolus voluit eum aliter tentare, & dixit ei. s. Christo, vis vt vadamus ad desertum ad vnum montem satis altū vbi erimus solitarij, & orabimus, & quando fuerunt in monte, diabolus ostēdit Christo, omnes partes mundi, dicens omnia esse sua, & posse dare cui vult, sed mentitur, & dixit. Hæc omnia tibi dabo, si cadens adoraueris me. Christus autem qui in aliis tentationibus habuerat patientiam auctoritatibus, excusando se, in ista indignatus est; & clamauit dicens: Vade satana, Scriptum est, Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruies. Deut. 6. Sed quare hoc? dicit Chrysost. quod alię tentationes tangebant humilitatem, sed adorare tangit diuinitatem, & ad coronam Dei, &c. Dicit beatus Hierony. quod Christus dat nobis hic exemplum quod iniurias proprias debemus patienter tolerare, sed illas quæ tangunt Deum cum indignatione increpare. Chrysost. in pro-

priis iniuriis quenquam esse patientem,laudabile est,iniurias autē Dei vsque ad aditum sufferre, nimis est impium. Nota.hîc de sancto Ludouico rege Franciæ qui consueuit cauterizare blasphemantes Deum. Sed modò verificatum est illud propheticum. Esaiæ 52. Dominatores populi mei iniquè agunt, dicit Dominus,& iugiter tota die nomen meum blasphematur. Quartò ostenditur fructus proueniens ex ieiunio in themate, cùm dicitur,Ecce Angeli accesserunt,& nota similitudinem, & poteris intelligere qualiter fuit, quando duo magni domini,sed principes,faciunt duellum in campo clauso, vbi rex tenet campum securum, & amici, & exercitus vtriusque expectant finem hincinde, & facto prælio, victus cum suis fugit,& seruitores, & amici victoris cum gaudio ad eum accedunt sibi necessaria ministrando.Sic Christus, & Lucifer maiores principes mundi,vt dicit magister historiarum, sed diuersimodè, nam Christus est princeps sanctitatis,& Lucifer iniquitatis,hodie fecerūt duellum,& Deus pater tenuit campum securum, Christus autem,vt dicit Chrysostomus præcepit Angelis, vt ab eo elongarentur,ne à Lucifero viderentur. Idem fecit Lucifer de suis & soli ipsi duo intrauerunt campum. Et arma diaboli fuerūt tria,scilicet, lancea,ensis,& daga. Cum lancea superbiæ, & vanæ gloriæ,cum ense gulæ, & cum gladio auaritiæ Christum tentauit, & accessit. Nam ipse Lucifer cum istis armis plures occiderat, sed Christo in nullo nocuerunt,sed victus fugit. Et tunc dicit thema de Christo, Accesserunt angeli ad eum,& ministrabant ei,&c. Sed in quo ministrauerunt ei? Nota illud quo Christus magis indigebat erat cibus,ideo ei in hoc angeli ministrauerunt. Dicunt hîc aliqui deuoti contemplatiui,quod sancti angeli iuerunt subitò ad virginem Mariam,quæ nesciebat aliquid de filio suo, nec vbi esset, qui sibi dicebant præliū,& victoram, quæ auditis rumoribus victoriæ per dictos angelos,misit sibi prandium,quod pro se parauerat,vt caules, vel brodium, vel spinachia, & fortè sardineta rogans angelos,vt quod sibi supererat,vel superesset ad ipsam reducerent ad prandiū. Ecce quomodo accesserunt angeli & ministrabant ei,Ita erit de nobis.nam modo sumus in prelio cum diabolo in campo clauso, scilicet in quadragesima, si sumus victores de gula,vana gloria,& auaritia,facto prælio,scilicet in die Paschæ, accedent angeli,id est sacerdotes,& ministrabunt cibum quem virgo Maria parauit,scilicet,materialiter,effectiuè autem Spiritussanctus in coquina vteri virginalis,scilicet corpus Christi intra cortinam,id est in hostia consecrata.Ideo Dicit Christus, Vincenti dabo manna absconditum, quod nemo scit,nisi qui accipit. Apoc.2.

Feria secunda post Dominicam primam in Quadragesima.

Sermo

Sermo primus

S*Tatuet, oues quidem à dextris*. Mat. 25. Pro declaratione huius verbi, & veniendo ad materiam prædicandam, est sciendũ, quod Christus loquens de suo aduẽtu ad iudicium dixit, Cùm venerit filiis hominis in maiestate sua & omnis angeli eius cum eo tunc sedebit super sedem maiestatis suæ & congregabuntur ante eũ omnes gentes, & separabit eas ab inuicẽ, sicut pastor separat oues ab hœdis, & statuet oues quidem à dextris, hœdos autem à sinistris Mat. 25. nota in maiestate. nam in primo aduentu, scilicet, pro redẽptione facienda nõ venit in maiestate, sed in humilitate & paupertate. Sed in secundo aduentu quando veniet ad faciendum remunerationem, nõ veniet in humilitate & paupertate, sed in tãta maiestate & potestate, quod totus mũdus tremet. Scitis qualiter? Nota per similitudinẽ de arbore in qua sunt volucres, * seu multę aues cantantes & saltantes, sed quando falco venit, tremunt, & timent. Ita iste mundus est sicut arbor faciens fructus malos. s. vanitatum, pomparũ, & delitiarũ, & quilibet vult colligere sinũ vel capitium plenum, quilibet tamen perquirit ista mũdana. In hac arbore omnes creaturæ ad instar auium sunt ludentes, vt patet in Sole & Luna & planetis. Dic de motu eorum & eclipsi, &c. Idem de elemẽtis. Terra autem in vno tempore producit herbas, plãtas, flores, & fructus. & in alio tempore totũ dimittit. s. in autumno. Aqua aliquando fluctuat, &c. aliquando non. Idem de aëre. item modò volucres in vere cantant, & faciunt matrimonium, nam quælibet vult suam ita quod omnes creaturæ mundi videntur ludere. Sed quando veniet, & euolabit falco, seu aquila grandi s. Dominus Iesus Christus, totus mundus timebit. Nam Sol stabit in Oriente, & Luna in Occidente, ita quod non mouebit se, nec etiam stellę, & omnes mõtes liquescent, &c. propter hoc ecclesia in persona cuiuslibet Christiani dicit, Libera me Domine de morte æterna, &c. Si ergo cœlũ, & terra, & aliæ creaturæ impeccabiles, quæ nunquam præterierũt Dei præceptum timebunt, dic quid facies ô tu, qui toties peccasti, quod iuramenta, quod corruptiones fecisti, &cæ. Tunc peccatores vellent potius esse in inferno, quã videre iudicẽ iratum. Vnde dicit Iob in persona peccatoris, quis mihi hoc tribuat, vt in inferno protegas me, & abscõdas me donec pertrãseat furor tuus. Iob. 14. Tunc dicent montibus & petris, cadite super nos, & abscondite nos à facie sedentis super thronum, & ab ira agni. Apocal. 6. Sed illi de bona vita, qui in hoc mundo vixerunt, secundũ diuinã ordinationem & nõ secũdum propriã inclinationẽ, tunc nõ timebunt, sed gaudebunt dicendo, Domine istã diẽ desideraui, ego modo ero gloriosus in corpore & anima, & ideo dicent. Gloria tibi Domine, &c. ideo Christus, His autem fieri incipientibus, respicite, & leuate capita

vestra

vestra. Glo. Exhilarate corda, quoniam appropinquat redemptio vestra. Lu.21. Secundò dicit, tūc sedebit super sedem maiestatis suæ, quia iudex sedendo dat sententiam. Ideo ipse vt iudex vniuersalis omnium sedebit iudicando, nō in terra, sed in aëre, vt ab omnibus videatur. Mali videbunt suam humanitatem, boni autem humanitatem, & diuinitatem. Et sedebit cū eo virgo Maria & Apostoli, & omnes illi qui tenuerunt vitam apostolicā, Auctoritas, Ecce nos reliquimus omnia & secuti sumus te, quid ergo erit nobis? Amē dico vobis, quod vos qui secuti estis me, in regeneratione cū sederit filius hominis in sede maiestatis suæ, sedebitis & vos super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israël. Mat.19. O quantum deberemus laborare pro isto honore obtinēdo. Item congregabūtur ante eum omnes gentes, & separabit eas, scilicet, per angelos, sicut pastor segregat oues ab hœdis, & statuet oues quidē à dextris, hœdos verò à sinistris. Patet ergo thema. Et sum in materia morali, ergo illa die solum oues erunt à dextris, cùm dicit, Statuet, &c. Ergo illa die melius erit esse ouem Iesu Christi quàm fuisse Papam, vel Regē vel Imperatorē. Modò ego video in sacra scriptura, quod ex quinque virtutibus homo efficitur & ostenditur ouis Iesu Christi, etiam si antè fuerit capra diaboli, scilicet, per.

Simplicem innocentiam,
Amplam misericordiam,
Firmam patientiam,
Veram obedientiam,
Dignam pœnitentiam.

Dico primò, quod prima virtus, &c. & hoc est quādo homo viuit simpliciter, nec nocet alicui corde, odiendo, nec ore diffamando, nec manibus percutiēdo, vel furando, & ideo talis vita dicitur simplex innocentia, quæ facit hominem Christi ouem. Ratio, nam sicut ouis nō ferit cornibus vt taurus, nec mordet dentibus, sicut lupus, nec percutit calcibus, sicut equus, sed simpliciter viuit. Sic etiā si vultis esse oues Christi, neminem percutiatis cornibus, scilicet, scientiæ vel potentiæ, nā cornu scientię feriunt notarij, iuristę, aduocati, vel homines qui habent magnam scientiam. Item mercatores, alios decipiēdo. Cornu autem potentiæ feriūt domini & potētiores faciendo rapinas vel iniurias & exactiones, calumnias & oppressiones, & ideo auisa, quia ecce quid dicit Dominus ore Dauid, Omnia cornua peccatorū confringam, & exaltabūtur cornua iusti in Psal.74. Item nō mordeatis dentibus, vt faciunt lupi, diffamādo mordent famam proximi, dicēdo talis fuit hic. Ita quod diffamare nō est nisi mordere, ideo diffamatores, nō sunt oues Christi, sed lupi inferni. Ideo Apostolus: Omnis lex in vno sermone impletur, Diliges proximū tuū sicut teipsum, quòd si inuicem momorderitis &

comeditis, videte ne ab inuicē cōsumamini. ad Gal.5. Nota differētias inter mordere & comedere, quia mordere est morsum dare, & comedere est totū transglutire. Mordēt illi qui ad vnā partē laudāt hominem vel mulierē, & ex alia diffamāt dicēdo: Cognoscitis talē, ô bonus homo est, & bona mulier, sed habet talem defectum. Ecce morsus de fama. Illi autē comedūt quando nō dicunt aliquod bonum alium laudando, sed totum malū. Ecce quare dicit Apostolus, Si inuicem mordetis. Itē, non percutiatis pedibus, vt faciunt equi. Nam tunc calcāt pedibus quando aliquis despicitur, ideo filij non despiciant parētes, nec parentes filios, nec iuuenes despiciāt senes, nec sani infirmos, nec diuites pauperes, nec domini vasallos, nec prelāti clericos, & ecōtra, sed tanquā ouis, innocēter se habeat quisque ad omnes. Vnde Christus, Videte ne contēnatis vnū ex his pusillis. Matth.18. Patet ergo quid sit simplex innocentia. Innocens quasi nō nocens, nam tales erunt oues Iesu Christi, & erunt ad dextrā cum angelis Dei. Nota hîc historiā Dauid qui licèt fuerit sanctissimus, tamē peccauit in numeratione populi: propter quod De⁹ misit mortalitatem in populo, ita quòd infrà tres dies mortui fuerūt.70. millia homines à.20. annis & suprà, vltra paruulos & mulieres, qui fortè fuerunt totidem. Videns autem Dauid mortalitatem populi, in quo ipse puniebatur, ipse magis volens mori dixit, Ego sum qui peccaui, & ego iniquè egi, isti qui oues sunt, quid fecerunt. Vertatur obsecro manus tua cōtra me & cōtra domum patris mei. 2.Reg.vlti. Ecce hîc simplex innocentia. Secunda virtus, &c. Et hoc quando de bonis tam temporalibus, quàm spiritualibus, sibi à Deo commissis largitur & distribuit indigentibus, & ex hoc efficitur quis ouis Christi. Ratio, quia inter omnia animalia ouis est animal magis beneficum. Nam ouis exuendo se lanam, facit nobis misericordiam & beneficium misericordiæ, quia quot pauperes induit ouis? Nam nullus nostrûm fuisset indutus de lana, nisi ouis dedisset nobis. Item dat nobis lac ad comedēdum & agnos etiam, &c. Ideo si vultis ei assimilari, eritis ouis Christi, dādo lanam, scilicet, bona exteriora, & temporalia, scilicet, panem & vinum, pecunias & vestes, & huiusmodi. Si habetis pauperes in vestra villa seu vico, detis eis de ista lana. Secūdò dando lac, id est, bona interiora & spiritualia dando bonam doctrinam ignorāti, sicut ego do vobis modò. Si habetis lac scientiæ, deuotionis, seu eloquentiæ, detis non habenti. No pro hoc historiam euangelij, dicit enim, Esuriui, & dedistis mihi manducare, sitiui, & dedistis mihi bibere, nudus fui, & cooperuistis me. Nota etiam in legēda beati Martini legitur, quod semel in via admirans de oue attonsa, discipuli quæsierūt, pater quid miràmini? Qui respondens dixit, Hæc ouis compleuit præceptum euangelij dicens, Qui habet duas tunicas det vnam non habenti,

& qui

& qui habet escas similiter faciat. Luc.3. Tertia virtus est firma patiētia, & hoc quādo homo de iniuriis sibi factis vel dictis nō curat, nec vult recipere vindictam, imò omnes diligit generaliter, & pro omnib⁹ orat. Hęc virtus facit hominē ouē Christi. Ratio, quia ouis est animal multum patiens, quia comedens si persequitur, vel percutitur, nō se defendit, sed vadit aliundè, nec vindicat se sicut canis vel capra, sed humiliter cedit. O benedicta persona, vir vel mulier, quæ talem habet patiētiam, & de nulla iniuria recipit vindictā, sed parcit, vt Deus sibi parcat. Ideò Apost. Si fieri potest quod ex vobis est, cū omnibus hominibus pacē habentes non vosmetipsos defendentes, glos. id est vindicātes charissimi, sed date locū iræ, scriptum est enim, Mihi vindictam, & ego retribuā dicit Dominus. Si esurierit inimicus tuus, ciba illum, si sitit, potū da illi ad instar ouis. Ro.12 Nota mihi vindictā. Et ideò non debet homo vsurpare regalia Dei, aliàs, &c. Domini temporales & Iudices possunt facere & debent facere vindictā iuridicè cum processu, quia iustitia fit sine peccato. Item remissio iniuriarum est meritoria. Nam patientes assimilantur Christo, de quo Esa.53. dicit, Sicut ouis ad occasionem ducetur, & quasi agnus coram tondente se obmutescet, & non aperiet os suum. Ideò Apostolus, Sequamini vestigia eius, qui peccatum non fecit, nec inuētus est dolus in ore eius. Qui cùm malediceretur nō maledicebat, cùm pateretur non cōminabatur. 1. Pet.2. Quarta virtus est obedientia, scilicet quādo homo in vita sua nō facit aliquid, nec cogitando, nec loquendo, nec operando secundum volūtatem & inclinationem suam, sed secundū voluntatem & ordinationē diuinam, talis est ouis Christi. Ratio, Nam iam videtis qualiter oues sunt obedientes pastori. Nam vnus puer vel puella faciliter cū modica virga gubernat triginta vel quadraginta oues, secùs est de capris seu hœdis, quia quælibet indigeret vno pastore. Si ergo in die iudicij vultis esse oues Christi, sitis obediētes pastori, scilicet illi qui dicit, Ego sum pastor bonus, & cognosco oues meas, & cognoscunt me meæ. Ioannis 10. Videamus nunc, quid præcipit iste pastor. Primò quod viuamus humiliter. Mat.11. Discite à me, quia mitis sum & humilis corde. 1. Petr.5. Humiliamini sub potenti manu Dei, scilicet pastoris vestri, &c. Qui ergo vult ire per viam superbię non est ouis Christi, sed capra diaboli. Secūdò quod vadamus per viā misericordiæ & liberalitatis dādo. Estote misericordes, sicut & pater vester misericors est. Date & dabitur vobis. Luc.6. Item mutuādo, ibidē, Mutuum date, nihil inde sperantes, & erit merces vestra multa. Et eritis filij altissimi, quia ipse benignus est super ingratos & malos. Lu.6. Qui ergo inobedienter vadit per viam auaritię faciendo vsuras, rapinas, furta, &c. nō est ouis Christi, sed capra diaboli. Tertia, quod ambulemus per viam munditię, castitatis, &c. Matthęi.19.

Sunt qui seipsos castrauerunt propter regnum Dei, qui potest capere capiat. primæ ad Thessalonicenses quarto. hæc est voluntas Dei sanctificatio vestra, vt sciat vnusquisque vas suũ possidere in sanctificatione. Qui ergo vadit per viam immundam & lutosam luxurię & carnalitatis, talis non est ouis Christi, sed capra diaboli, quibus dicit Christus, Vos non creditis, quia non estis ex ouibus meis, Oues meæ vocem meam audiunt, scilicet obedienter, & sequuntur me, & ego vitam æternam do eis. Ioannis decimo. Quinta virtus est digna pœnitentia, scilicet de peccatis commissis. Quia nullus potest excusari à peccatis. Et ideo dicitur, Non est enim homo iustus in terra qui faciat bonum & non peccaret. Ecclesiastic. septimo. Ideò necessaria est digna pœnitentia, scilicet conterendo de peccatis, & proponendo non redire, confitendo & satisfaciendo. Et isto modo pœnitentia facit hominem ouem Christi. Ratio, Nam ouis & capra differunt, quia ouis cum cauda cooperit verenda sua, sed capra non, immò ostẽdit totum. Modò cognoscitis quis est ouis, & quis capra. Omnes quotquot sumus habemus verenda peccatorum, quæ licèt modò nõ appareant, tamẽ in die iudicij omnia mala & peccata apparebunt in facie. Sicut patent peccata enormia illius, qui condemnatur & ponitur in scala cum pergameno in fronte in quo sunt peccata picta. O quanta mala occulta discooperientur. Multi & multæ qui modò reputantur bonę personę quãdo tunc videbuntur, dicetur, Quis est ille, & non est ille talis religiosus? O de traditore hyprocrita. Idem de clericis, laicis, & mulieribus. Sed si verẽda peccatorũ cooperiantur hîc cum cauda pœnitentiæ, tunc non apparebunt in confusionem, nec in verecundiam vestram. Et nota hîc exemplũ de scutifero cõfesso in stabulo, qui cooperuit peccata sua cum cõfessione, intelligatis cum cauda pœnitentiæ. Nam taliter cooperuit peccatum, quod diabolus nõ recordabatur. Et nõ est mirũ si tunc cũ diabolo sunt in obliuione, quia etiam ab ipso Deo obliuiscũtur. Auct. Si impius egerit pœnitẽtiã ab omnibus peccatis suis quę operatus est, & custodierit omnia præcepta mea, & fecerit iudicium & iustitiã, vita viuet, & nõ morietur. Omnium iniquitatum eius quas operatus est nõ recordabor, supple ad puniendum. Ezech. 18. Ideò dicit David, in Psalm. 31. Beati quorum remissæ sunt iniquitates, & quorũ tecta sunt peccata, scilicet cauda pœnitentiæ. Capra autem quę totum ostendit, significat personam inuerecundam diffamatam, quia omnes sciunt suam malam vitã & peccata, vt sunt mali clerici, & alij notorij concubinarij, nec volunt eam cooperire cauda pœnitentię, sunt enim impœnitentes, ideo faciamus pœnitentiã, Ecce ergo quare dicit thema, Statuet oues quidem à dexteris. Deo gratias

Feria II. post dominicam Inuocauit. Sermo II.

I*Bunt hi in supplicium æternum, iusti autem in vitam æternam.* Matth. 25. Sermo noster erit de sancto Euangelio, quod loquitur de iudicio generali. Sed primò salutetur virgo Maria. Ibunt hi, scilicet mali, in supplicium æternum, iusti autem in vitam æternam.

Est hîc quæstio primò introductione materię prędicandæ, propter quod oportet esse iudicium in fine mundi, cùm iam sanctæ animæ habeāt retributionem æternæ gloriæ in cœlo, & malæ in inferno, quia dicit scriptura, Statutum est omnibus hominibus semel mori quantum ad corpus, & post hoc iudicium quantum ad animam immortalem. Hebr. 9. Ad quid ergo erit aliud iudicium? Responsio, quod tota ratio illius finalis iudicij & generalis erit ad ostendendum iustitiam & æquitatem iusti Iudicis, qui nō solùm in suo iudicio vult facere æquitatem, sed etiam conformitatem, quia secundum modū per quem facta sunt bona opera, boni habebunt retributionem, & secundum modum per quem facta sunt mala opera, mali habebunt punitionem. Aucto. Psalm. 61. Semel locutus est Deus duo hęc, audiui, quia potestas Dei est, & tibi Domine misericordia, quia tu reddes vnicuique iuxta opera sua. No. potestas Dei, scilicet ad puniendum quoscunque siue magnos siue paruos. Et tibi Domine misericordia, scilicet ad remunerādum bonos, quia tu reddis vnicuique iuxta opera sua. Modò videamus qualiter fiunt bona opera, siue mala, & sic videbimus rationem iudicij generalis. Bona siue mala primò fiunt ab anima, cogitando, deliberando, & ordinando. Deinde in executione corpus associatur animæ ad faciendū opus bonū, siue malū. Ideò anima prius meretur, vel demeretur. Verbi gratia, In quolibet statu de bonis operibus, deinde de malis practicè, ideò cōformitas diuinę iustitiæ primò dat retributionē animæ. Verbi gra. vbi sunt animæ sanctorū? Respōdeo, sunt in gloria, sed corpora permanēt adhuc corrupta. Sed in iudicio generali suscitabuntur corpora, vt simul cum anima habeant gloriā. Ideò dicit, Tu reddis vnicuique iuxta opera sua. Idem per omnia dicatur de malis operibus. De his omnib⁹. Auctoritas. Omnes nos manifestari oportet, scilicet ex dicta ratione, ante tribunal Christi, vt referat, id est, reportet vnusquisque propria corporis, non dicit animæ, sed corporis simul cum anima prout gessit, siue bonum siue malum. 2. Cor. 5. Quoniā boni Iudices non solùm puniunt latronem, vel homicidā, sed etiā illū qui ipsum associauit. Patet ratio iudicij generalis, cuius cōclusio est thema, Ibunt hi, &c. De illo iudicio Euangelium hodiernum ponit tria puncta, scilicet,

Generale vltimūque iudicium erit ad ostendendū iudiciū quod statim post mortem fit particulare.

Ordinatio iudicialis,
Diffinitio sententialis,
Executio perpetualis.

De isto dicit thema, Ibunt hi, &c. Dico primũ, quod in iudicio erit ordinatio iudicialis, quia quæ sunt, à Deo ordinata sunt. Rom. 13. De ista ordinatione dicit Euãgelium. Cùm venerit filius hominis in maiestate sua, &c. vsq; ad hœdos à sinistris. Vide hoc in præcedenti sermone, in primo aduentu, quãdo venit pro redemptione, non venit in maiestate, sed in humilitate, & paupertate, propter hoc Iudæi nolebãt ipsum recipere, imò quãdo B. Ioãnes ostẽdit ipsum di. Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Ioã. 1. dixerũt, nolumus hũc regnare super nos. Vndè de tota illa multitudine non nisi duo secuti sunt Christũ. i. B. Andræas, & quidã alius. ideò Esa. 53. In humilitate iudiciũ eius sublatũ est, sed quando veniet ad iudicium cum tanta maiestate, &c. Nota errorẽ dicentium quod tunc virgo Maria orabit pro peccatoribus, quia imò erit cõiudex cũ filio sedẽs, &c. omnes Apostoli, & de illa vita apostolica, vt dicit glo. super illud, Ecce nos reliquimus omnia. Mat. 19. Tunc omnes oues, id est, boni erunt ad dexteram. Ratio, propter tres conditiones, quas habuerunt ad instar ouium quæ sunt, scilicet misericordia, obediẽtia, & pœnitentia. Vide in præcedenti sermone. Secundum quod erit diffinitio sententialis. Dic practicè, quomodo Christus iudicabit propria auctoritate. Et licèt nõ indigeat cõsilio matris, nec Apostolorum, volens ipsos honorare, dicet Christus matri, quę sedebit ad dexteram eius, iuxta figuram 3. Reg. 2. Positus est hic thronus matri Regis, quæ sedet ad dexterã eius, Mater mea, quid videtur vobis, quid debeam facere his qui sunt ad dexteram? Dicunt aliqui quòd hæc locutio erit mentalis, &c. Sed oportet quod ego dicam vobis vocaliter. Respondebit virgo Maria Fili mi, videtur mihi, ex quo isti non vixerunt iuxta suam inclinationem, sed iuxta vestram ordinationem, nec secundum suos sensus, sed iuxta vestras monitiones, ideò videtur mihi, quod debeant hìc esse nobiscum in gloria. Item dicent Apost. Tunc Christus, vt Iudex imperatiuè dicet læta facie. Venite benedicti patris mei, possidete paratũ vobis regnum à constitutione mundi. Mat. 25. Tunc boni prostrati dicent. Gloria tibi Domine, &c. Tunc virtute gloriæ ascendẽt in altum. Auctoritas. 1. Thess. 4. Hoc etiam vobis dicimus in verbo Domini, quia nos qui viuimus, &c. simul rapiemur cum illis in nubibus obuiã Christo in aëra, & sic semper cum Domino erimus. Deinde dabit sententiam contra malos de consilio matris, & Apostolorum di. Et ego vt Iudex vniuersalis & Dominus, diffinitiuè, & irreuocabiliter dico, vt fiat sicut dicitis. Tũc dicet, discedite à me maledicti, &c. Vbi sunt septẽ clausulæ. Prima. Discedite. tunc illi maledicti facient planctũ. Hiere. 20. Maledicti dies in qua natus sum, dies in qua peperit me mater mea, nõ sit benedicta. Maledictus vir qui annuntiauit patri meo di. Natus est tibi puer masculus, & quasi gaudio lętificauit eũ.

In generali iudicio mater Dei non intercedet, sed iudicabit.

Tertium erit executio perpetualis, quę statim fiet, nō sicut in mundo de aliquibus sententiis, quæ nunquam executioni mandantur. Nota quomodo in executione est ordo contrarius diffinitioni sententiali. Quoniam primò fecit executionem de malis, quia dicit thema. Ibunt hi in suppliciū æternum. Dic quomodo Christus clamabit, Inferne aperi os tuum, & degluti impios istos. Tunc terra se aperiet, & absorbebit omnes malos, iuxta illud. Mat. 13. In tempore messis dicam messoribus, Colligite primum zizania, & alligate ea in fasciculos ad comburendum. Nota practicè quomodo fiunt fasciculi, quoniam sicut fuerunt similes hic in culpa, sic erunt similes in pœna. Vnus fasciculus fiet de malis dominis temporalibus, &c. alius de malis Pręlatis, alius de malis religiosis, &c. Congregabuntur in cōgregatione vnius fascis in lacum, & claudentur ibi in carcere, Esa. 24. Et erunt ibi in secula seculorum. Melius eis fuisset nunquam fuisse. Dixit Christus de Iuda, Bonum erat ei si natus non fuisset homo ille. Matthæi 26. Dicit glosa, melius fuisset Iudæ omninò non fuisse. Postmodum fiet executio de bonis introducendo eos in cœlum, præcedentibus Angelis cantando sequentibus omnibus sanctis. Christus verò cum Virgine matre in medio, & ascendent, & quando transibunt, videbunt cœlum Lunæ, Solis, & videbunt oculis carnalibus. Idem de pulchritudine cœli Empyrei, vbi inuenient suas cathedras cum nominibus suis, & ibi collocabūtur quidam in ordinibus Angelorum, quidam Archangelorum, &c. Super omnes erit virgo Maria, iuxta illud, Exaltata es sancta Dei genetrix super choros Angelorū ad cœlestia regna. Si enim quotidie oportet nos tormēta perferre, si ipsam gehennam paruo tempore tolerare, vt Christum videre possemus in gloria venientem, & sanctorum eius numero sociari, nónne dignius erat pati omne, quod triste est, vt tanti boni, tantæq; glorię participes haberemur.

Feria tertia post Inuocauit. Sermo I.

D*Ocebat eos de regno Dei* Mat. 21. Tota difficultas huius thematis est scire, quid per regnū Dei intelligitur. Pro quo sciendum, quod in sacra scriptura, maximè in nouo testamento regnum Dei dicitur Christus, & hoc triplici ratione.

Prima possessiuè,
Secunda causatiuè,
Tertia obiectiuè.

De prima, quia sicut Rex potens pacificè possidet regnū sibi fidele, ita pater possidet filiū suū Christū in sua humanitate pacificè, quia nunquā in suo corpore, nec in anima habuit rebellionē, nec inobedientiā seu peccatū. Dicit enim S. Tho. 3. scrip. di. 12. q. 2. ar. 1. q. simpliciter loquēdo Christus nullo modo peccare potuit. Vnde Damasce- *Per regnū Dei intellige in nouo testamēto Christum.*

nus dicit in tertio libro, quòd impeccabilis est Dominus Iesus. Potest enim Christus, vt dicit S. Tho. vbi suprà tripliciter cõsiderari. s. vt viator, vt comprehensor, & vt Deus. Et omnibus istis tribus modis Christum considerando, Christus est impeccabilis. Quod sanctus Thom. vbi suprà, inductiuè & pulchrè probat, & declarat. Secundò causatiuè, quia Christus ex sua euangelica prædicatione, & exemplo virtutum & conuersatione erat causa, vt gentes conuerterentur. Et ideò, quia Deus pater regnat super gentes super quas ante tyrannicè regnabat Lucifer, antè. s. per quinque millia annorum. Tertiò obiectiuè, quia totum obiectum gloriæ in regno cœlesti, vel cœlo Empyreo est Christus, videndo Christi diuinitatem, quæ est eadem in tribus personis, & eius humanitatẽ homo est gloriosus, & beatus. Dicit enim S. Thom. ꝙ beatitudo est vt finis quo est aliquid creatum, non autem, vt ꝙ sit obiectiuè. sic enim est quid increatum. 1. 2. q. 3. ar. 1. Idem prima parte. q. 26. art. 3. Ecce ratio quare Christus dicitur regnum Dei, & de hoc est auct. Luc. 17. quod Rabini, & Pharisæi inimici Christi fecerunt Christo quæstionem, dicendo: Quando veniet regnum Dei. s. homini in iuuentute aut in senectute, ex eleẽmosyna an ex ieiunio, in templo, an extra? Respondit eis Christus, & dixit, Non veniet regnũ Dei cum obseruatione, neq; dicent, ecce hîc aut illic. Ecce enim regnũ Dei intra vos est. Luc. 17. No. cùm dicit, Non veniet cum obseruatione operis, vel loci. Et docebat eos de regno Dei. i. de se, quomodo erat vna persona in trinitate. Item quomodo erat verus Deus, & homo, & Messias, & sic de aliis veritatibus fidei. Patet ergo the. In sancto Euangelio hodierno Christus ostendit nobis triplicem veritatẽ de regno Dei, id est, de se, triplici testimonio, scilicet,

Siue Christus sequaciꝰ viator siue quatenus cõprehensor peccare nõ potuit.

Per testimonium humanale, & hoc in principio Euangelii.
Per testimonium diuinale, & hoc in medio Euangelii.
Per testimonium scripturale, & hoc in fine Euangelii.

Et primò dico, ꝙ Christus, &c. quia homines spiritu sancto illuminati cõfitebantur veritatẽ in principio Euãgelij, cùm dicitur, Cùm intrasset Iesus Ierosolymã, cõmota est vniuersa ciuitas dicẽs, Quis est hic? Populi autẽ dicebãt, Hic est Iesus Propheta à Nazareth Galilææ, &c. Ecce testimoniũ hominum. Nota, cùm dicit cõmota est vniuersa ciuitas. s. ad honorificè recipiendum Christũ venientem, propter quod Rabini & Pharisæi quibꝰ summè displicebat talis receptio ex inuidia, & malitia, dicebant populo. Quis est hic? Filio vnius carpẽtarij facitis tantũ festũ. Nam tale festũ & receptio talis, solũ debet fieri Regibus & Principibꝰ. Ideò despectiuè dicebãt, Et quis est hic? quemadmodũ dicitur in cõciliis, quãdo pauper loquitur. Et quis est hic? Et ideò Ecclesiast. 13. Diues locutus est, & omnes tacuerunt, & verbum illius vsque ad nubes perducent. Pauper

locutus

locutus est, & dicūt, quis est hic? Sed ecce testimoniū populi, scilicet hominū simplicium, non autē superborum, Hic est Iesus Propheta Nazareth Galileæ, quasi dicerēt, Talis honor sibi conuenit. Et nota hic quinq; excellentias quas attribuebant Christo illuminati spiritu sancto, ex quibus dignus erat illo honore. Et prima excellentia erat vel est, quia dicebant eum esse Deum creatorem, quando dicebant, Hic est, quia esse est proprium nomen Dei, quia esse significat diuinitatem. Et si dicatur, Et nunquid nos habemus esse? Responsio, quod esse nostrum propriè loquendo, non debet dici esse, sicut nullus propriè dicitur diues, nec dicitur dominus ex pecunia, quam accepit mutuo, quia non est sua, immo oportet eam reddere cum vsuris sub magna pœna. Sic etiam Deus, qui propriè habet esse, mutuauit nobis esse, quia esse essentialiter soli Deo competit, esse verò nostrum mutuo accepimus à Deo, & oportet nos reddere in morte, quia oportet nos mori, & tunc redditur cum vsuris, scilicet meritorum, & bonorum operum, aliàs, &c. Ideo quando Deus voluit mittere Moysen ad liberandum populum Israël de manu Pharaonis, Moyses voluit scire nomen. Cui respondit Deus, dicens, Ego sum qui sum. Sic dices filiis Israël, Qui est, misit me ad vos. Exod. 3. Quando ergo populus dicebat, hic est, confitebantur Christi diuinitatem, propter quam meretur istum honorem. Secunda excellentia est humanitas & incarnatio, quam cōfitebantur cum dicebant, Iesus: quia sicut esse est nomē diuinitatis, ita Iesus est nomen humanitatis, & ideo vocatum est nomē eius Iesus. Luc. 2. quod idē est quod saluator. Ideo dixit angelus Gabriel ad Ioseph, Vocabis nomen eius Iesum. Ratio, Ipse enim saluum faciet populum suum à peccatis eorum. Matthæi 1. Tertia excellentia est prophetia quam sibi attribuebant, quando dixerūt eum prophetam. Nam propheta secundum etymologiam dicitur quasi procul fans, scilicet à cognitione humana & naturali. Et hoc dicitur propter eius prędicationē in qua loquebatur, scilicet de mysterio Trinitatis, de gloria Paradisi, de ordinibus angelorum, de pœnis inferni, & de purgatorio, & de limbo, & de generali iudicio. Ista enim procul sunt à cognitione humana. Secùs est de Moyse, qui locutus est de Deo solùm dicendo illa, quæ possunt sciri naturaliter, scilicet quod est vnus Deus, id est vnum principium. Hoc etiam sciunt Philosophi, ideo Moyses debet dici propheta, id est prope fans, & non procul. Sed Iesus Christus debet dici propheta, id est, procul fans. Ideo dicit populus de eo, Propheta magnus surrexit in nobis. Luc. 7. Quarta excellentia est vita Christi virtuosa quam cōmendabant, & sibi attribuebant, quando dicebant, A Nazareth, quod interpretatur flos, vel cāpus floridus. Ecce hic vitā Christi floridam, & odoriferā dantem odorē virtutum, & cōsolationis animabus deuotis. Ideo Salo-

Esse soli Deo essentialiter cōuenit.

mon, hyems abiit, & recessit. s. tempus Moysi, flores apparuerũt terra nostra. Can. 2. Sibi ergo cõpetebat iste honor, quia dicit Philosophus, quod honor est reuerentia alicui exhibita in testimoniũ virtutis. 1. Ethicorum. Quinta excellentia est sua passio, quã testificabantur Hebraicè, quãdo dixerũt, A Galilea, quæ secundum Hebraicam interpretationẽ quadrupliciter interpretatur. s. rota, volubilis, transmeans, transfiguratio. Quãdo ergo populus dicebat à Galilea, dabant testimoniũ suæ passionis, in qua Iesus Christus primò fuit in rota, quando ducebatur rotando de vno iudice ad alium. Secundò fuit volubilis, quando data sententia, vt crucifigeretur, impetuose fuit ductus ad montem caluariæ. Tertiò fuit transmeans. s. mortem quãdo fuit corpus positum in monumento, & anima descendit ad limbum. Quarto trãsfiguratus in die resurrectionis, quãdo anima rediit ad corpus, & resurrexit gloriosus. Fiat ergo ratio, quando Iudæi præsumptuosi ex inuidia dicebant, quis est hîc? testimonio humano fuit à spiritu sancto testificatũ. Hic est Iesus propheta, &c. De hoc ergo Christus regratiando patri in oratione sua dicebat, Confiteor tibi pater, Domine cœli & terræ, quia abscondisti hæc, scilicet supradicta secreta à sapientibus, & prudentibus, & reuelasti ea paruulis, quoniam sic fuit placitum ante te. Matthæi. 11. Secunda virtus fuit ostensa de Christo per testimonium diuinale siue diuinum, quia tale signum nõ poterat dari nisi à Deo immediatè. Dicitur enim in medio euangelij, Intrauit Iesus in tẽplum Dei, & eiecit omnes vendentes, & ementes in templo, & mensam nummulariorum, & cathedras vendentiũ columbas euertit, & dicit eis, scriptum est, Domus mea domus orationis vocabitur, vos autem fecistis illam speluncam latronum. Et accesserunt ad eum cæci, & claudi in templo, & sanauit eos. Et si dicatur, quomodo ipsi permittebant, vt ita eos expelleret de templo, quare nõ defendebant se? Dicit beatus Hieron. quod à facie Iesu Christi procedebat quidam radius splendoris qui terrebat eos. Ecce testimonium diuinale, nam talia non possunt, nec poterant fieri nisi à Deo. Ideo Christus dixit, Opera quæ ego facio, testimonium perhibent de me, quia pater misit me. Ioan. 5. Modò notate hîc tria moralia secreta. Nam Iesus Christus inuenit in tẽplo tres conditiones gentiũ quas eiecit de tẽplo, vt patet in euangelio. Primò mercatores, emẽtes, & vendẽtes. Modò videam⁹ an sint adhuc mercatores in ecclesia. Et nota de simonia prælatorum vtrũ modò eiiciant ementes & vendentes ecclesiastica beneficia. Item si aliquis vult facere capellanias, non possunt fieri nisi emendo, & vendendo. Dicatur modus simoniacus quem tenent, & detur eis bonus modus qualiter debẽt facere. Itẽ de sepulturis, quia modò emuntur, & venduntur omnes, nunquid sumus mercatores plani? Item dicendo, quam crucem vultis, quia pro maiori dabitis

tantum.

tantum. De sacramentis baptismi, confessionis, communionis, matrimonij, extremæ vnctionis, oportet aliquo modo totũ emere. Ecce quare Christus eiiciebat ementes & vendentes de tẽplo, quia ista peccata eiicienda sunt de ecclesia, aliàs sic ementes, & vendentes eiicientur de Paradiso, & recipientur in inferno. Ideo Propheta, Non erit mercator vltra in domo Domini exercituũ in die illa Zach. 14. Secundò, in templo erant campsores, quia mẽsas nummulariorum euertit. Modò videamus, an in ecclesia Dei sint mensæ nummulariorum. Dico, quod sic, altera ratione, quia sicut in mensis nummulariorum fit permutatio pecuniarũ pro pecunia. Ita modò in altari. Nam Christus dicitur denarius. Matth. 20. Voca operarios, & redde illis mercedem. Ibidem, Cùm venissent acceperunt singulos denarios. Omnes glosæ dicunt quod iste denarius est Christus. Nimis est auarus, qui isto denario non est contentus. Ideo quãdo beatus Thomas de Aquino fuit interrogatus à Christo dicente, bene scripsisti de me Thoma. Quam ergo mercedem accipies? Respõdit B. Thomas dicens, Domine non aliam mercedem recipiam nisi teipsum. Sed modò fit cambiũ in altari, quia sunt mali clerici, qui nõ dicerent missam nisi pro pecuniis, faciẽdo pactũ & pretiũ, & in missis sancti Amatoris. Nota defectus quod pro pecuniis corruptibilibus permutant denarium incorruptibilem, scilicet Christum. Ideo Christus subuertit mensas nummulariorum, innuẽs, quod tales clerici sicut debent ire ad Paradisum, vadũt ad infernũ. Ideo dicit, Fiat mensa eorum coram ipsis in laqueũ & in retributiones & in scãdalum. Nota in laqueum. s. culpæ mortalis. s. simoniæ. Et in retributiones. s. pœnę temporalis. s. paupertatis, & in scandalum. s. damnationis infernalis. Tertiò, cathedras vendentium columbas subuertit. Quomodo intelligitur hoc? Nunquid vendentes columbas sedent in cathedris? clarum est quod non. Ideo hoc sic intelligitur. Iam scitis quod spiritus sanctus descendit super Christum baptizatum in forma columbæ. Luc. 3. Ex ista ratione gratię spirituales venduntur modò in templo à sedentibus in cathedris. s. iudicibus, prælatis & confessoribus. Nam gratia spiritualis est absolutio à peccatis, dare pœnitentiam vel datam commutare, vel in votis dispensare. Iam istæ gratiæ vendũtur in ecclesia Dei quãdo petunt tantum, vel tantum pro absolutione vel dispensatione, vel mutatione nesciunt dare alias pœnitentias nisi de missis, &c. Sicut si vna medicina esset bona omnibus plagis. Ecce quomodo columbæ hodie venduntur. Et nota de illo homine paupere qui de tota quadragesima non potuit inuenire confessorem quousq; portauit florenum in manu extendens illum. Ideo beatus iile qui istas columbas nõ vendit. Et ideo Dauid in Psalm. dicit, Beatus vir qui non abiit in consilio impiorum, & in via peccatorum non stetit & in cathedra pestilen-

tiæ non sedit, dicitur autẽ cathedra pestilẽtiæ, quia dãnat se & alios. Psa. 1. Tertium testimoniũ est scripturale, quia Christus per sanctam scripturam manifestauit veritatẽ de se in fine euangelij, vbi dicitur, Vidẽtes autem Principes Sacerdotũ & Scribę, vsq; huc docebat eos de regno Dei. Nota hic quomodo antiquitus mulieres lactabãt filios suos per tres annos, & communiter in isto anno pueri incipiũt loqui, ideo Christus dixit, Non legistis, ex ore infantiũ, id est non fantium, & lactantium perfecisti laudem, &c. Nota, destruas inimicum & vltorem inimicum, id est collegium Pharisæorum, & vltorem, scilicet Scribarum iracundorum, seu vindicatiuorum.

Feria III. Dominicæ primæ Quadragesima. Sermo II.

I*Ntrauit Iesus in templum Dei.* Mat. 21. Pro declaratione huius verbi & introductione materiæ prædicandæ sciendũ est, quod consuetudo fuit, vt veniens Ierusalem primò intraret templum Dei ad orandum. Nota historiam euangelij breuiter qualiter ipsum populus recepit honorificè, & processionaliter, quod videntes. s. Pharisæi indignati dicebant populo, & quis est hic? Not. vt habes in alio sermone præcedenti, de quinque excellentiis, & de isto ingressu dicit the. Intrauit Iesus in templum Dei, dando exẽplum prędicatoribus, quòd quando veniunt ad villas primus introitus templũ Dei debet esse. Patet ergo thema. Modò iuxta hoc thema volo vobis declarare, quomodo exemplo Christi debetis intrare tẽplum Dei in die Dominico, vel in die festo. Ego amore vestri quęsiui modum in sacra scriptura, & inueni in quadam auctoritate in Psal. Dauid. 99. Iubilate Deo, &c. Populus eius & oues pascuæ eius, introite portas eius in confessione, atria eius, in hymnis confitemini illi. Vbi ponit septẽ conditiones à laicis obseruandas in audiendo missam in diebus Dominicis & festis.

Prima conditio est, vt sit populus eius, scilicet Dei, quod sit de populo Christiano,
Secunda vt sint oues pascuæ eius,
Tertia quod intrent portas,
Quarta quod sint in confeßione,
Quinta quod visitent atria eius,
Sexta quod occupentur in hymnis,
Septima ne ante finem recedant, ibi, confitemini illi.

Prima conditio ergo volẽtibus intrare ecclesiam, & missam audire est, quod sint de populo Dei. s. de populo Christiano. Diceretis vos, iam omnes sumus Christiani per gratiã Dei, ideo omnes possumus dici populus Dei. Dico quod excõmunicatus nõ est de populo Dei. Sicut enim exul & bãnitus de aliqua villa nõ est de populo illi⁹ villæ, licèt fuerit, quia nõ auderet venire, eo qa est exul ab ipso populo, Ita etiam de Christianis omnes sumus de populo Dei per baptismum,

ſimum,ſed per excõmunicationem efficitur quis exul & bannitus à villa eccleſiæ,& populo Chriſtiano,& nõ habet partẽ in bonis quę ſũt in Chriſtianitate,nec quandiu eſt excõmunicatus debet venire ad eccleſiã,nec eſt cũ talibus participandũ.11.q.3.omnis. Omnis Chriſtianus dilectisſimi qui à ſacerdote excõmunicatur, ſatanæ traditur,quomodo? quia.ſ. extra eccleſiam eſt diabolus,ſicut in eccleſia Chriſtus, ac per hoc quaſi diabolo traditur,qui ab eccleſiaſtica cõmunione remouetur. Ecce quomodo excommunicatio nõ eſt niſi proſcriptio, vel bãnitio. Ideo valde timere debetis ſententiã excõmunicationis. Si diceretur mihi quid velletis amplius perdere,digitũ vel auriculã,aut eſſe per annũ excõmunicatus? Dico vobis quòd magis vellẽ perdere digitũ,& manus & etiam caput,quã per horam eſſe excõmunicatus,quia excõmunicatio includit peccatum mortale.11.q.3.nihil. ſic debet formidare Chriſtianus,quã ſeparari à corpore Chriſti. Si enim ſeparatur à corpore Chriſti,nõ eſt membrũ eiꝰ, ſi nõ eſt mẽbrum eius,nec vegetatur ſpiritu eius. Quiſquis autem inquit Apoſt. ſpiritũ Chriſti nõ habet,hic nõ eſt eius. Nõ attẽdatis ergo vt ſitis de populo Dei. De hoc Auct. Oſeę.1. legitur ꝙ propheta Oſeas habuit vnũ filiũ quẽ vocauit Iezraël, ꝙ interpretatur ſemen Dei. Deinde habuit filiã,quã vocauit abſq; miſericordia. Deinde tertiũ quẽ vocauit nõ populꝰ meus. Quia vos nõ populꝰ meus,& ego nõ ero veſter Deꝰ. Oſeę 1. Iſti tres filij ſignificãt tres cõditiones Chriſtianorũ. Et prima eſt obedientium & deuotorum,qui dicuntur ſemẽ Dei. Secunda eſt nõ excõmunicatorum,ſed peccantiũ,qui viuũt in peccatis.ſ.qui viuũt in ſuperbia,aut auaritia,vel luxuria,&c. Hęc cõditio gentiũ dicitur filia abſq; miſericordia.quia quandiu ſunt in peccato mortali,nõ conſequuntur miſericordiã. Tertia cõditio eſt excõmunicatorum qui nolunt facere de ſe rationẽ. Et de iſtis dicit Deus,non populus meus. Ideo auiſetis vos ne intretis eccleſiã dum fit officium quandiu eritis banniti, quia ibi eſt pœna ſuſpẽſionis in furca inferni. Sed ſi quæratur,quid ergo faciã in die feſto? Reſponſio,oretis Deũ in domo veſtra dum dicitur miſſa,& laboretis vt habeatis abſolutionem faciendo de vobis rationem. Secunda conditio eſt & neceſſaria,quod ſint oues paſcuæ eius. Nã oues non comedunt nec bibunt,quouſq; ſunt in ouili,vel in paſcua. Sic vos nõ debetis comedere nec bibere, ſed ieiuni debetis miſſam audire & iſto modo eritis oues paſcuę Chriſti: Paſcua autẽ eſt ſacramentũ altaris. Sed ſi dicatur, nullus comedit de eo niſi ſacerdos. Dico quod imò omnes comedunt,ſicut quando vos prandetis ſolum os comedit & non manus nec pes, tamen ex iſto cibo omnia membra fortificantur. Ita de corpore myſtico. Nam ſacerdos eſt os,oculi ſunt contemplatiui, aures ſunt iudices, brachia milites, venter mercatores, pedes ſunt laboratores. Sacerdos autem comedit, ſed omnia

Os ſacerdotis ſacramentũ altaris dũ ſumit, totũ Chriſti eccleſiæ os cẽſetur.

alia mēbra fortificantur. Ideo dicit sacerdos in fine missæ, Refecti cibo potuq; cœlesti, &c. Non dicit refectus. Qui ergo veniunt ieiunī ad missam, oues sunt pascuæ Christi. Nullus vestrū qui haberet loqui Papæ vel regi vellet comedere, ante vel bibere. Et quid sunt papæ, vel reges, nisi vermes respectu illius maiestatis papæ & regis Iesu Christi cum quo loquimini in ecclesia orādo, qui est ibi cū suis baronibus & angelis. Cogitate ergo qui debēt dicere, quādo sentiunt anhelitum fœtidū de cibo vel potu, ideo non debetis comedere nec bibere in talibus diebus ante missam etiam si inuitarent vos. Nam debetis dicere & respondere. Non bibam, quia habeo loqui cum papa vel rege. Multi excusantur à ieiuniis ecclesiæ, sed ab isto nullus excusatur. Oues diaboli pascuntur in prato eius, scilicet in taberna, & tandem in inferno. De quibus loquitur Dauid in Psal. 48. Sicut oues in inferno positi sunt, mors depascet eos. non dicit destruet. mors corporalis destruit corpus, sed mors infernalis nō, sed depascet eos, quia semper viuent cū dolore & miseria. Secùs de ouibus Christi, de quibus dicit ipse Christus. Ego pascam oues meas, & ego eas accubare faciam. Ezechiel. 34. Nota cùm dicit, Ego pascā oues meas, prout suprà declaraui, ego accubare eas faciam, quia de ista pascua venimus ad pascuam paradisi. Tertia conditio est necessaria, ne scilicet extra ecclesiam maneatis. Ideo dicit. Introite portas eius, scilicet ecclesiæ. Hoc dicitur contra vnum magnum defectum illorum, scilicet, qui, quando dicitur missa, stant in platea, vel cœmiterio loquentes, sed in eleuatione corporis Christi, quando pulsatur campana veniunt, tanquā porci ad escam, & nunquid est ista vita Christianorum? Et nunquid illi qui inueniuntur extra castrū obsessum, capiuntur ab inimicis? Castrum in quo populus Christianus se recipit, & fortificatur in diebus festis, est ecclesia, & obsidetur ab inimicis. i. dæmonibus, qui quando dicitur missa nō audent ecclesiam intrare, sed obsident & peccatoribus insidiantur, ideo mirum est, quod non ducunt secum illos quos inueniunt. Et nota ad hoc figuram. Datus est mihi calamus similis virgæ, & dictū est mihi, Surge & metire templum Dei & altare, & adorantes in eo, Atrium autem quod est foris templum, eiice foras & ne metiaris illud, quoniā datum est gētibus supple infernalibus. Apoc. 11. Templum est ecclesia in qua mensurātur deuotio & oratio, & alia opera bona Christianorū, vt de istis reddatur eis præmiū. Opera autē illorū qui sunt extra nō mensurātur à Christo, sed à diabolo. ideo dicit, Introite portas eius. Nota miraculum de illo sancto rectore, qui sæpè corrigebat populum, quia nolebant ecclesiam intrare, & semel venerunt dæmones visibiliter, & secū duxerunt illos quos inuenerūt in platea. Quarta cōditio est, ne tardè veniāt ad missam. Si dicatur, in qua hora debemus intrare templum? Respondet Dauid, In confessione.

Ratio,

Ratio, quia illa cõfessio generalis ante missam pro vobis fit, quia sacerdos iam debet esse cõfessus sacramentaliter. Et qui deuotè audit missam cõpletã in die dominica, si infra hebdomadã moritur, habetur pro cõfesso & communicato, aliàs ibi essent mille diaboli, ideo dicit in cõfessione. Dicit enim beatus Tho. in 4. scrip. di. 21. q. 2. art. 1. & 2. quod cõfessio generalis quæ fit in missa prima & cõpletorio delet peccata venialia, & etiã mortalia oblita. Et ergo intrare debemus templum, vt simus in principio missæ, quãdo fit cõfessio generalis. Nam in conuiis magnorum dominorum quilibet debet esse in ablutione manuum. Nam in ista ablutione, vel cõfessione abluuntur manus conscientiæ, ideo dicit Dauid. Confessio & Pulchritudo in conspectu eius, sanctimonia & magnificẽtia in sanctificatione eius. in Psal. 95. scilicet 1. Cãtate. Ideo quando pro missa pulsantur cãpanæ, quilibet debet venire festinanter, vt sit in cõfessione. ideo Dauid, Pręoccupemus faciẽ eius in confessione, & in psalmis iubilemus ei. Psal. 94. Iesus Christ⁹ enim descẽdit in hostia in cõsecratione, quasi rex exiens de camera & ponens se ad audientiam in cathedra, ideo dicit, Pręoccupemus faciem eius in cõfessione, &c. scilicet antequã descendat, & simus in cõfessione, quia milites debent regem expectare & non econuerso, ideo venite pro tẽpore, &c. Quinta est, atria eius, supple tenere. Hic respondet tacitæ quęstioni si quęratur in ecclesia vbi stabo & in quo loco? Respõdet, in atria, non nimis accedere debetis ad altare nec per cancellos intrare. Nota qũo ad altare tẽpli Salomonis quod nõ valebat tãtum quãtum altare nostrũ in quo Christus sacrificatur, nunquã Christus, nec virgo Maria de quinquaginta passibus accedebãt ad altare. Nota exemplum de Pharisæo & Publicano. Luc. 18. Nã Pharisæus accessit ad altare dicẽs, Gratias ago tibi domine, quia nõ sum sicut cęteri hominum, &c. Publicanus autem à longe stans percutiebat pectus suum dicens. Deus propitius esto mihi peccatori. Ex ista humilitate, iste descendit in domũ suam iustificatus, & alter condemnatus, ideo Dauid in Psalm. Ecce nunc, scilicet in die festo, benedicite dominum omnes serui domini. Qui statis in domo domini, in atriis Domus Dei nostri. Psal. 133. Sexta cõditio est in hymnis. Respondet quęstioni. Diceret quis ex quo sum de populo Dei, ouis pascuæ eius, &c. sed quid ego faciam, in quo me occupabo? Respondet in hymnis & laudibus diuinis. Tunc enim non debetis intẽdere circa temporalia, nec debetis loqui, etiam si pater vester veniret de lõginquo, sed cum signis facere sibi reuerentiam & locum, & dicta missa, extra ecclesiam faciatis sibi bonum festum, sed dum dicitur missa, debetis vos occupare in hymnis, id est, laudibus diuinis. Pater noster, Aue Maria. & in psalmis, scilicet cum silentio ne alij perturbentur. Sunt multi miseri qui dũ dicitur missa, nõ faciũt nisi

Effectus generalis cõfessionis.

loqui de factis & negotiis mundanis. Idem de mulieribus quæ ibi disputant de panno tunicæ & mantelli, & de vanitatibus & si esset possibile quod in introitu ecclesiæ fueretur os, bonum esset, ideo dicit euangelium hodiernum quod Iesus Christus inuenit in ecclesia negotiatores, &cæ. Nota hîc historiam concludendo per illud, Domus mea domus orationes, &c. Non legitur, quod Christus vnquã propriis manibus peccata correxit nisi hic, quia fecit flagellum de funiculis & eiecit omnes de templo. Ioan. 2. Hic apparet quantum sibi displicet is, qui tangit ecclesiam sponsam suam, de qua generat filios & filias. Nota quãtum displiceret regi, si in præsentia sua inhoneste tangeretur regina, Sic etiam regi Christo quando inhoneste tangitur ecclesia, loquendo de vanitatibus, vel in ea comedendo, bibendo, vel tripudiando, vel impudicè respiciendo mulieres, ideo Aug. In oratorio nemo aliud agat, nisi ad quod est factum, vnde & nomen accepit. Septima conditio est ne ante finẽ missę recedant. ibi, cùm dicitur confitemini, à con quod est simul, & audite missam perfectam, scilicet, quod sitis in principio, vt in confessione & in fine scilicet, in benedictione quæ est magnæ virtutis ex Christi præsentia. Est enim quasi signum vt vadatis ad comedendum. No. hic figuram. Mandauit enim Deus antiquitus in sacrificio pacificorum, offerte simul caput, pinguedinẽ & caudam totã. Leuit. 3. Offerte Deo pacificorum hostias sacrificiũ domino, adipẽ & caudã totã. Hostia pacificorum, id est sacerdotum, quorum vita debet esse talis, quod sint in pace cum Deo & cum proximis dicendo officiũ, & missam deuotè, & distinctè. aliàs autem si sint indeuoti & concubinarij & lusores, &c. non habent pacem cum Deo, sed guerrã, nec debent celebrare, &c. Caput victimæ est principium missæ, cauda, est finis, ideo dicit. Confitemini, id est, ex toto fateamini. Et quia non facitis, ideo habetis mortalitates, charistias, siccitates & terræmotus, &c. Ideo continuetis ecclesiam, quia inde habentur omnia bona. Nota exemplum de sutore quolibet die missam audiẽte, qui dixit aurum se inuenisse, &cæ.

Feria I I I I. post dominicam primam in Quadragesima. **Sermo I.**

Vicunque fecerit voluntatem patris mei qui in cælis est, ipse meus frater, soror, & mater est. Matthęi duodecimo. In isto Euangelio hodierno habemus quatuor doctrinas multum vtiles, & proficuas, quas Christus dedit Iudæis & per eos, venerunt ad nos, scilicet.

Prima est doctrina reprehensiua,
Secunda est doctrina comminatiua,
Tertia est doctrina auisatiua,
Quarta est doctrina informatiua,

Dico

Dico quod prima est reprehensiua, quia reprehendebat Iudęos qui dubitabant ipsum esse messiam, & hoc dixit principium euangelij. Accesserunt ad Iesum dicētes, Magister volumus à te signū videre: quibus respondit, Generatio mala & adultera signum quęrit, & nō dabitur ei nisi signū Ionæ Prophetæ. Sicut enim Ionas, &c. vsq; ibi noctibus. Et dicuntur scribę nō ab officio scribēdi, sed à notitia scripturæ. Dicatur historia. Modò in isto textu nota stultitiam illorū, qui petebant à Christo signum, cùm Christus innumeris miraculis confirmasset suam doctrinā curādo cæcos, surdos, leprosos, adhuc petebant signū. Patet ergo eorum stultitia. Item faciebat alia signa maiora in animabus, quæ valent plus quàm corpora, quia quam plures dimissis peccatis, & mala vita, conuertebant, & agebant pœnitentiam, &c. Ideo Aug. ait, Magis est de impio iustum facere quā cœlum & terram creare. Sed ipsi, vt stulti, petebant alia signa, vt faceret descēdere ignē de cœlo. Ipse faciebat signa diuina, & ipsi petebant signa quę possunt fieri per creaturas, vt patet de igne qui descēdit ministerio diaboli super oues Iob. Et ideo respōdit eis Christus, reprehendēdo eos, dicēs, Generatio mala, id est, malè viuendo moraliter, & adultera. s. ex infidelitate, quia sicut mulier quæ se dat adulterio, dicitur adultera, ita Iudæi recedētes à Christo dicuntur adulteri. Et iste defectus secūdus sequitur ex primo, quia mala vita & peccata faciunt creaturā adulterare. Ideo dicit Christus, Generatio mala, scilicet à Deo recedēs, & adultera quātum ad infidelitatē. Quoniā excęcauit eos malitia eorū. Sap. 2. Sed Christus ex superabundātia pietatis dedit eis signū Ionæ prophetæ. Nota hic historiā breuiter de sententia data per dominū cōtra ciuitatē Niniuę ad quā ibat Ionas, Et in primo sermone Ionas prędicauit di. Adhuc quadraginta dies sunt, & Niniue subuertetur. Et crediderūt viri Niniuitæ domino, & fecerūt pęnitētiā. Ionę 3. Et facta pęnitētia per tres dies, fuit eis significatū, quod Deus eis pepercit. Tale signū dixit Christus dabo vobis, quod filius hominis tribus diebus erit in corde terrę. s. in limbo, & in tertia die resurget, quia exiet de corde beluæ, vt Ionas. Et prima dies est recipere fidem Christianā. secunda dies est recipere sanctū baptisma. tertia dies est recipere obedientiā ad Dei mandata. Istud etiā signum datur nobis Christianis, quia postquā homo peccat mortaliter, statim datur à Deo sententia cōtra talem. Auct. Anima quę peccauerit ipsa morietur. Eze. 18. Ideo recipiamus signū Ionæ, vt simus in angusta pęnitentia, quę quasi belua dicitur. Prima dies est cordis cōtritio. Secunda oris cōfessio. Tertia operis satisfactio. Dicuntur enim dies, quia nō sunt sine claritate Dei gratiæ. Secunda doctrina est cōminatiua. s. æternæ dānationis dicens, Viri Niniuitæ surgent in iudicio cū generatione ista, & condēnabunt eā, quia pœnitentiā egerūt in prędicatione Ionæ. Et ecce plusquam

quā Ionas hic. Et regina austri surget in iudicio cū generatione ista & condēnabit eā, quia venit à finibus terrę audire sapientiam Salomonis, & ecce plusquam Salomō hic. Vt hoc melius intelligatis dicatur quomodo viri Niniuitę in primo sermone Ionę se cōuerterūt & fecerūt pœnitentiā, & Iudæi noluerūt credere Christo, nec se cōuerterunt. ideo dicebat eis Christus, Viri Niniuitæ, &cæ. Modò est difficultas quomodo condemnatio intelligitur? Responsio, quod intelligitur comparatiuè, quemadmodum pannus albus à niue cōdemnatur, quia quasi nihil est pāni albedo respectu albedinis niuis. Sic in iudicio modica & parua erit cōdemnatio Niniuitarū respectu Iudæorum. Sic etiā de nobis Christianis. Moraliter sunt quāplures qui diuersis excusationibus excusant se ab hoc ieiunio quadragesimę. istos condemnabit beatus Nicolaus qui puer ieiunauit. Ista damnatio est comparatiua. Idem de aliis peccatis ad libitum. Et ecce Aucto. Condemnat autem iustus mortuus viuos impios, & iuuentus celerius consummata longā vitā iniusti, Sap. 4. Secundò, Christus fuit comminatus Iudæis per reginam Saba. 3. Reg. 10. Nota historiam qualiter venit de finibus terrę Ierusalem, vt videret, & audiret sapientiam Salòmonis. Et fortè venit de centum dietis. Et Iudęi nolebant Christum audire, imò dicebāt, Dæmonium habet, & insanit, quid eum auditis? Ioan. 10. Ideo cōminando dixit Christus Iudęis, Regina austri, &c. condemnabit, comparatiuè, vt dixi. Moraliter ex istis comparationibus Iesus Christus ostendit, quod gentes damnantur ex negligentia, vt sunt illi qui libenter audiunt sermones, sed sunt negligētes, quia nesciunt audita exequi, ac si thesaurum acquisitum nescirēt in tacita bursa vel capsa cōgregare. Ita de verbo Dei. Ideo dicitur. Lu. 11. Beati qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud. Tertia doctrina est auisatiua, scilicet de periculo quod Iudæis imminebat dicēs, Cùm immundus spiritus exierit ab homine, ambulabat per loca arida quærens requiem, & non inueniens. tunc dicit. Reuertar in domum meam vnde exiui. Et cū venerit, inuenit eam vacantem, scopis mundatam, & ornatam, tūc vadit, & assumit septem alios spiritus secum nequiores se & intrantes habitāt ibi, & fiunt nouissima hominis illius peiora prioribus. Sic & erit generationi huic pessimæ. Iesus Christus auisando eos scilicet Iudęos, declarat eis cōditiones diaboli dicēs, Cùm immūdus spiritus, &c. Loca arida, sunt corda & corpora pœnitentiū qui nō habēt humiditatē luxurię carnalitatis, nec delectationis, nec auaritię, aut gulę, &c. Nā istos tētat diabolus, & nō suos. Ideo Beatus Greg. Illos tētare negligit, quos quieto iure possidere se sentit. Et quādo nō potest castrū nouiter acquirere, reuertitur ad domum vnde exiuit, quia iam scit eius introitus, & venit cum aliis septē, & fiunt nouissima hominis illi⁹ peiora prioribus, qa dicūt medici, quod peius

est reci-

est recidiuū quā infirmitas, quare ergo Christus dicebat ista? propter hoc, quia Iudæi à principio prędicationis Christi cognouerūt ipsum esse verum Messiam, vt dicit textus Euang. Mat. 21. Dixerunt coloni, Hîc est hæres, venite, occidamus eum, & habebimus hæreditatem eius, &c. Dicunt hîc glo ę, quod Iudęi cognouerunt Christum esse Messiam. Ideò magnus rabbinus Nicodemus dixit Christo, Scimus quia à Deo venisti magister. Io. 3. Sed quia Christus corrigebat eos de peccatis publicis, diabolus rediit ad eos, propter q̄ Christus prædicta dicebat. Ideò B. Petrus qui optimè intellexit sermones Christi di. Si enim refugientes coinquinationes mundi, in cognitione Domini nostri, & saluatoris Iesu Christi, his rursus implicati superātur, facta sunt eis posteriora deteriora prioribus. Melius enim erat illis, non cognoscerę viam iustitiæ, quàm post agnitionem retrorsum conuerti ab eo quod illis traditū est sancto mandato. 2. Pet. 2. Moraliter, si à nobis eiicimus diabolum per pœnitentiā, caueamus, ne reuertatur per recediuū, aliàs dicit Christus, Nemo mittens manū ad aratrū, & respiciēs retrò, aptus est regno Dei, &c. Lu. 9. Aratrum est pœnitentia. Quarta doctrina est informatiua, de qua dicit the. Quicunque fecerit voluntatē patris mei qui in cœlis est, ipse est meus frater, soror, & mater. Dicatur tota vltima pars euāgelij historialiter, q̄do cùm Christus prædicasset, venit virgo Maria mater eius cū parentibus suis, quos scriptura vocat fratres, ex quo sunt vnius generis. Hic habemus exemplū duarū doctrinarū. Et prima est ordinatio charitatis, & dilectiōis. i. deū super omnia diligere. Secūda est spiritualis operatiōis, q̄ opus spirituale nō est dimittendū pro parentib⁹ seu amicis, vt ieiunare, aut religionē intrare, & huiusmodi. Itē iudices habēt hîc exemplū, ne in iudicio cognoscāt parētes seu amicos, sed purā iustitiā. Et ideo dicitur. Qui dixerit patri suo vel matri suæ, nescio vos, & fratrib⁹ suis ignoro illos, & nescierūt filios suos, hi custodierūt eloquiū tuū, & pactū tuū seruauerūt, iudicia tua ô Iacob, & legē tuā ô Israël, &c. Deut. 33. Et no. cū dicit the. Quicūque fecerit voluntatē, videtur ergo q̄ faciēdo voluntatē Dei homo efficiatur mater Christi. Dico quod sic. Nota gradus spirituales. Nam magna gratia creaturę fit, quando efficitur filia Christi in baptismo, sed maior, quādo fit frater Christi, sed multò maior, quādo efficitur mater Christi, vt patet de virgine Maria. filius efficitur homo in baptismo. ideò dicitur, Dedit eis potestatem filios Dei fieri. Io. 1. Frater autem Christi efficitur homo per pœnitētiam, quando de peccatis post baptismū factis, facit pœnitentiā. Ex hoc Christus & homo efficiuntur filij eiusdē patris per gratiā pœnitētialem. Sed mater Christi efficitur homo, audiēdo verbū Dei, quia sicut mater Christi cōcepit Christū in vtero, ita homo in sermonib⁹ cōcipit Christū in vtero consciētię quādo proponit facere eius volūtatem.

Erāt cō sanguinei Christo: & matri erant sorores aut nepotes ex sororib⁹

tem, parit autem Christum quando conceptum propositum efficitur. Et de hoc est auct. A facie tua Domine cõcepimus, & quasi parturiuimus, & peperimus spiritũ salutis. Esa. 26. No. à facie tua. i. in prædicatione in qua Deus cognoscitur, vt homo in facie. de qua dicit Dauid in Psal. Faciem tuam Domine requirã, &c. & quasi parturiuimus. Ecce generatio spiritualis, de qua Dauid, Hæc est generatio quærentium Dominum quærentium faciem Dei Iacob. Psal. 23.

De eadem feria IIII. post Inuocauit. Sermo II.

A*Ssumit septẽ alios spiritus nequiores se.* Mat. 12. Sermo erit de magna auisatione, vt caueatis à tentatione dæmonum, & peccatis, quia dæmones vellent quod omnes essemus damnati cum eis. Ideò ne eorum damnationibus damnemini, volo vos auisare in præsenti sermone, sed primò salutetur virgo Maria. Assumit, &c. Pro huius verbi declaratione, & materiæ prædicandæ introductione, sciendum quod doctrina est communis in sancta theologia, quod ex peccato primorum parentum totum genus humanum fuit captiuum diaboli. Si dicatur, & quare filij sunt captiui, qui nondum erant nati? Dico, & respondeo per similitudinem. Sic enim in domo vestra vos habetis virum, & vxorem captiuos, si illi generant filios vel filias, nunquid erunt captiui vestri, vt parentes? Imò sic Adam, & Eua, vir & vxor tanquam captiuos vendiderunt se diabolo pretio vnius pomi, nescitur tamen cuius speciei erant illi fructus. Isti mali mercatores fuerunt, nam modico pretio se vendiderunt, & captiui fuerunt diaboli. ergo rationabiliter, & filij fuerunt captiui consequenter. Patet ratio. Sed de hoc etiam est auctoritas dicens, Propterea captiuus ductus est populus meus, quia non habuit sciẽtiam, & nobiles eius Adam, & Eua. s. interierũt fame, & multitudo eius siti exaruit. Propterea dilatauit infernus animã suam, & aperuit os suum absque vllo termino. Esa. 5. Nota cùm dicitur, propterea captiuus ductus est populus meus, id est, totum genus humanum captiuũ. Ratio, quia non habuit scientiam. Hic tangit rationem, quare primi parentes peccauerũt. s. quia non habuerunt Dei scientiã. Propterea dilatauit infernus. i. diabolus animã suã absque vllo termino. i. exceptione, quia quantũcunque essent boni & sancti ad infernũ descendebant immortaliter. Patet ergo doctrina theologiæ. Sed habuimus remediũ per aduẽtum Christi quando dignatus est venire ad liberandũ populũ suũ de captiuitate diaboli. Si dicatur si vendiderũt se diabolo, nunquid ergo Christus fecit iniuriã diabolo, sibi captiuos auferẽdo? Dico quod Adã & Eua erant captiui Dei, ideò nõ potuerũt se diabolo vendere, nec diabolus ipsos iuridicè poterat possidere, sicut nec captiui vestri. Ideò venit filius di. patri. Cõparior captiui, ideò pater, ego solvã residuũ pro ipsis, & in die Veneris sancta soluit. Et sic redemit & liberauit

liberabit nos à diaboli captiuitate,& modò sumus captiui Christi, excluso dæmone. ideò Christus in sua passione dixit,Nunc iudiciũ est mundi,nunc Princeps huius mũdi eiicietur foras.Et ego si exaltatus fuero à terra,omnia trahã ad meipsum.Ioan. 12.Et no.cùm dicitur,Nunc Princeps huius mũdi.s.diabolus qui tyrãnicè huic mũdo dominabatur ex prędicta ratione.Sed venit dominus noster Iesus Christus qui per suam passionẽ abstulit sibi principatũ,& ligauit ipsum in inferno. Ideò dicit,Nunc Princeps huius mundi,&c. Omnia.s.genera hominũ trahã ad meipsum.Sed si dicatur,Si Lucifer est à mũdo expulsus,& in inferno ligatus,quomodo ergo tentat nos? ecce huic quæstioni thema respõdet,assumit septẽ alios spiritus,quia ipse personaliter non potest exire ad tentandũ vsque ad tempus Antichristi,tunc etiã soluetur.Iam assumit alios septẽ spiritus tanquã Capitaneos septẽ capitaliũ peccatorum,& cum infinita multitudine minorũ dæmonum ei subiectorũ mittit eos per mundum in odium Iesu Christi,& inuidiam nostri.Et no.cùm dicit nequiores se.s.in effectu tentandi,sed non in affectu, quia in affectu nullus est nequior Lucifer,ideò dicit the.Assumit,&c.Ac si magnus Rex decumbens in lecto,& non potens ire ad bellum, vocaret Capitaneos dicens eis.Iam videtis,&c. ideò vos de quibus ego confido,vadatis cum vestris gentibus armorũ, & faciatis bellũ. Sic etiã Lucifer iacet in lecto durissimo inferni di. Iam videtis quomodo ille Christus me ligauit hìc,& sibi nõ possumus nocere,eamus contra suas gentes,&c.ideò vadatis.Ecce qualiter assumit septem alios spiritus,&c. Et primus Capitaneus est Leuiathan. Ita nominatur Iob 41.dicẽtis.Leuiathã ipse est Rex super omnes filios superbię,& hic tentat de primo peccato mortali.s.de superbia.Et vocatur à lucifero dicente,Leuiathã velles ne facere vnũ seruitiũ mihi? Respondet,Domine libẽter faciã.Et cùm vexillo suo.s.circulo superbiæ,& vanitatis,cum infinita multitudine dæmonum ipsum sequentium discurrit per mundũ,qui tantũ sciuit facere cum suo exercitu quod iam totus mũdus est superbus,& vanus. Nam tantã superbiam posuit in dominis temporalibus , & in Prælatis Ecclesiasticis , quod iam non sufficiunt reditus ad vanitates,ideò habẽt facere exactiones,simonias,&c. No.differentiã inter vanitatem,& superbiã,quia vanitas ostenditur ad extra in excessu vestium,& ornamentorum. Superbia autem ad intra in corde consistit , quando persona non vult se regere secundum Dei ordinationẽ,sed secundum propriam inclinationem,sic quod Deus præcepit vnum,& ipse facit totũ contrariũ,dicendo,quid ad me? nolo hoc. Ecce quid est superbia,quia vanitas solũ est effectus superbiæ. Ver.gra.Si filius vester infirmatur, & non habetis Medicũ ad quem recurritis , nónne ad diuinos seu sortilegos,&c.& quando dicitur vobis ꝙ hoc est magnũ pecca-

Vnus nõ quã spiritus & si nõ superet alterius nequitiã in affectu excedit tamẽ in effectu.

tum,vos dicitis,Nunquid permittã filium meũ mori? Ecce superbiam nolle obedire pręceptis Dei dicentis,Non habebis Deos alienos.Item,si perdidistis aliquid. Itẽ si estis vocati à Iudice in testem mediante iuramẽto,& quando dicitur vobis magnũ peccatum est falsum iuramentum,dicitis, O ille amicus meus est punitus. Item nolendo seruare festa,cùm tamẽ nullus Dominus det prouisionem alicui nisi faciat sibi aliquod seruitium. Si ergo per totã hebdomadam seruiuistis mũdo,in dominica seruiatis Deo audiẽdo Missam, sermones,&c.Ex ista superbia,Leuiathan infinitos secum ducit ad infernum,propter quod Christus sciens hoc, auisando nos,clamat di. Tollite iugum meũ super vos, & discite à me,quia mitis sum,& humilis corde,& inuenietis requiem animabus vestris. Iugũ enim meum suaue est,& onus meum leue. Mat.11. No. cùm dicit,Tollite iugum meum super vos.Domine nunquid nos sumus boues?Nota qualiter bos supponit collũ iugo,cùm tamen possit se cornibus defendere,sed nõ facit, sciens naturali instinctu quod Dominus non daret sibi prouisionem.Sic etiã erit de nobis nisi portemus iugum, id est,onus præceptorũ. Si dicitur, Domine de cætero volo humiliari ad portandũ iugum,sed quomodo est portandum?Respõdet, Discite à me, quia mitis sum & humilis corde.q.d. Ego qui sum Dominus,& leo de tribu Iuda, & portaui iugum patris.s.mãdatorum.Si dicatur Domine Rex,& quid ex hoc habebimus?Respondet, Inuenietis requiẽ animabus vestris, nõ solũ corporalibus prouisionem, sed etiã requiem post hanc vitã animabus vestris. Ecce salariũ.Si dicatur,Domine,onus vestrũ ponderat multũ. Respondet,Iugũ enim meum suaue est,& onus meũ leue.Secundus capitaneus dicitur mãmona,qui tentat de auaritia. De quo Mat.6.Non potestis Deo seruire,& mãmonæ. Dicatur vt de primo quomodo vocatur à Lucifero. Nam iste cũ bannerio,& cũ titulo auaritiæ,& cupiditatis,& cũ exercitu suo destruxit, quasi vniuersum mũdum. Hic etiã tantũ fecit,quod totus mundus est auaritia plenus. Quia iam hodie religiosi, clerici,Prælati, seu domini omnes sunt auari, nõ respiciunt,vnde vel quomodo pecuniæ veniunt,sed habeamus. Omnes in viã suã declinauerũt,vnusquisq; ad auaritiã suã,à summo vsq; ad nouissimũ.Esa.56. Item à minore vsque ad maiorẽ omnes auaritiæ student,& à Propheta vsq; ad Sacerdotẽ cuncti faciũt dolũ.Hiere.6.Antiquitus nullus erat vsurarius nisi Iudæi, modò etiã Christiani faciunt vsuras mutuando. No.modũ & quomodo falsè vocantur censualia.No.duas conditiones censualium. Item emere pro minori pretio quàm res valet propter solutionis pręuentionẽ, vel vendere carius propter solutionis dilationẽ,iniustitia est, & ex auaritia vtrunq; procedit.No.etiã de confratribus faciendo etiam vsuras. Contra quos clamando Christus dicit, Videte & cauete ab

omnĩ

omni auaritia, quia non in abundantia cuiusq; vita eius est, ex his quæ possidet. Luc. 12. Nota multas species auaritiæ. Dicā vobis aliquas, vt caueatis. Nam vna species est, quæ dicitur rapina, & illa est in dominis. Principes eius in medio ipsius, quasi lupi rapientes prædam. Eze. 22. Alia est simonia, & illa est in clericis vendentibus sacramenta. Contra quos Christus, Gratis accepistis, gratis date. Alia est calumnia, & illa est in aduocatis, iudicibus vel procuratoribus & notariis, qui contrariū scientes, protrahunt sententiā, vel opprimunt viduas & pupillos. Contra quos Exod. 22. Viduæ & pupillo nō nocebitis. Si læseritis eos, vociferabūtur ad me, & ego exaudiā clamorē eorū, &c. Alia est sacrilegiū, & illa est in rusticis, retinendo decimas & bona Ecclesię cōtra quos Malach. 3. Si affiget homo Deum, quia vos configitis me. Et dixistis, In quo cōfigimus te? In decimis, & in primitiis, & in penuria vos maledicti estis. Sequitur, Inferte omnem decimationē in horrea mea, & sit cibus in domo mea, & probate me super hoc dicit Dominus, si non aperuero vobis catarrhactas cœli. Alia est furtū secretū in pauperibus. Contra quos Eccle. 5. Super furē erit opprobriū & confusio. Item qui furabatur iam non furetur, magis autem laboret, vt habeat vnde tribuat necessitatē patienti. Ephe. 4. Item fraus in mercatoribus, quia defraudant vel in qualitate, vel quantitate proximū. De primo ait Propheta, Argentū tuum & aurū versum est in scoriam, & vinum tuum mixtum est aqua. Esa. 1. De secundo pręcipit Deus, Non habebis in sacculo tuo diuersa pondera, maius & minus, nec erit in domo tua modius maior aut minor, &c. Deut. 25. Alia est retentio de mortuis, vel retentio mercedis suorū seruorū, vel negādo debitum. Contra proximos. 13. q. 2. qui oblationes. 1. Qui oblationes defunctorum aut negant, Ecclesiis, aut difficulter reddunt tanquā egentium necatores, excōmunicantur. Et 12. q. 2. qui abstulerit. Et Luc. 18. Deus faciet vindictam electorū suorum clamātium ad se. Contra secūdos, Qui effundit sanguinem, & qui fraudem facit mercenario fratres sunt, Ecclesiast. 34. Quare pręcipitur Leuit. 19. Non morabitur opus mercenarij tui apud te vsq; mane. O iste magnus Capitaneus quàm magnam prædam secum trahit ad infernum. Ideò Christus dicit, Videte, & cauete ab omni auaritia. Ratio est, quia non in abundantia cuiusquā vita eius est, ex his quæ possidet. Lucæ 13. Tertius Capitaneus dicitur Asmodæus, qui tentat de luxuria. De quo Tob. 3. Dæmonium nomine Asmodæus occidebat eos mox, vt ingressi fuissent ad eam, scilicet luxuriam, & carnalitatem, & circuit modò mundū, & fecit tantum opus, quod iam completa est prophetia Dauid, qui plangēdo dicebat, Corrupti sunt, & abominabiles facti sunt iniquitatibus suis, Non est qui faciat bonum,

Aliquot auaritiæ species.

supple castitatis,non est vsque ad vnum,supple de adultis. In Psal. 13.& 52. Iam iste proditor fecit tantum quod hodie ferè nullus homo potest dicere cum veritate,nunquã cognoui, nisi vxorẽ meam, iam non seruant multi matrimonium,cõpatres iam faciunt ipsam abominationem.Idem facit quod clerici tenent concubinas,& religiosi beguinas,siue filias spirituales, ita quod totus mundus est corruptus.Nota hîc de illo dæmone in corpore obsessi,qui dixit se inde non exire quousque dicerentur tres Missæ ab aliquo clerico qui esset virgo. Quia ergo iste diabolus fecit tot mala , Christus auisando nos dicit per os Apostoli,Hæc est volũtas Dei sanctificatio vestra,vt abstineatis vos à fornicatione, vt sciat vnusquisq; vas suum possidere in sanctificatione.1.ad Thessalonicenses 4.Caueatis ergo, ne fornicationem faciatis. Nam quanuis minimum peccatum sit peccatum luxuriæ inter peccata,est tamen peccatum mortale . Hîc etiam condemnatur error dicentiũ confessori,disputãdo, Pater & quod peccatum est cum meretricibus? Ego non decepi eam,&c.Si enim cum filia Regis ageres,diceres tu,Cui facio iniuriam? certè Regi.Nam in suo Palatio comedendo suum panem,& suum vinum bibendo,tu facis proditionem. Sed si Rex dat tibi filiam suam in vxorem,habeas cum ipsa placitum,aliàs debes abstinere.Nota vt sciat vnusquisque vas,id est,corpus quod est vas animæ. Sicut enim esset magnum peccatum proiicere vas reliquiarum in lutũ,nobilior reliquiis est anima.Quartus Capitaneus est Beelzebub,qui tentat de inuidia. De quo Lu.11.In Beelzebub Principe dæmoniorum eiicit dæmonia. Et iste cum suo exercitu & bãnerio cum titulo de inuidia & malignitate intantum vexauit totũ mundum,quod totus mũdus est infectus inuidia & malignitate de bono alterius.Primò inter fratres,& inter sacerdotes de sepulturis & pro beneficiis.Inter laicos pro officiis vel regimine. Intantũ quod ex ista inuidia totus mũdus destruitur.Ideò Sapiẽs dicit,Contemplatus sum omnes labores hominũ, & industrias animaduerti patere inuidiæ proximi.Eccle.4.Quæ est hodie ratio quare destruuntur communitates,castra,villę,& ciuitates ex inuidia,dicẽdo,O ille fuit Iuratus vel Consul,& ego nõ,qui sum melior.Iam modò nõ curant quis erit vtilior communitati,sed quis erit amicus. Item est alia inuidia spiritualis,quæ est peccatũ in spiritum sanctum.s.inuidia fraternæ gratiæ,inuidẽdo deuotioni,scientiæ,deridẽdo & persequendo. O iste proditor Capitaneus quot ducit secũ ad infernũ. Ideò Christus auisando nos dicebat. Hoc est præceptum meum,vt diligatis inuicem,sicut dilexi vos.Ioan.15. Domine,nõ datis nobis nisi vnum præceptum? Respondeo ita,quia illud principale est & sufficit. Nota,sicut dilexi vos. Nam sola dilectio fecit ipsum incarnari,

nari,nasci,pati,&c.Ideo legitur de beato Ioanne Euangelista,quod quando debuit mori vocato populo prædicauit eis, dicen. , Filioli diligite inuicem,& nihil aliud dicebat,& fuit sibi dictum,O qualis sermo est iste,& tradidistis obliuioni illas altas speculationes & declarationes theologiæ ? Respondit non,sed istud sufficit,quia dilectio proximi malum non operatur. Ideo remedium optimum contra inuidiam est,orare pro seipso,scilicet vt Deus sibi cõseruet illud bonum officium & dignitatem,& meritò huius orationis,abundabis dilectione. Nam contraria contrariis curantur. Plaga enim inuidiæ medicina charitatis curatur. Quintus capitaneus est Beelphegor. Iste tentat de peccato gulę de quo Dauid in Psal.105. Initiati,id est dediti sunt Beelphegor,& comederunt sacrificia mortuorum. Hic cum suo exercitu & bannerio extenso & cum titulo gulæ & vanitatis tantùm fecit,quod iam non seruant ieiunia ecclesiæ gentes, nec quadragesimam. vnus se facit infirmum,alius dicit,O non possum dormire,& sic comedunt carnes, & vadunt sic ad infernum. Ieiunia enim ordinata sunt vt cum labore fiãt , quia ibi est meritum. No.hic,qui excusantur breuiter à ieiunio,&c. Et quia iste proditor magnam prædam ducit ad infenum,ideo Christus auisando nos dicit,Attẽdite,ne grauẽtur corda vestra in crapula & ebrietate. Lu.21. Sextus capitaneus est Baalberit, qui ad iram inflammat,de quo Iudicum 9. De phano Baalberith,cõduxit sibi viros. Et subditur,Misit Dominus spiritum pessimum inter Abimelech & habitatores Sichem. Hic cum exercitu suo & bãnerio cum titulo de ira & iniquitate discurrit per mundum,& facit multas diuisiones & discordias inter Christianos. Iste diuisit,& procurauit olim scisma in ecclesia, diuisit regna & Reges,Principes,& Barones,dominos & vasallos. O quot ducit iste proditor secũ ad infernum. Ideo Christus,non cogendo liberum arbitrium,sed dando consilium dicit, Pacem relinquo vobis,pacem meam do vobis,non quomodo mũdus dat. Ioannis decimoquarto. Et ideo in natiuitate Domini Iesu Christi angeli cantauerũt, Gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus bonę voluntatis. Lucæ secundo. Et in sua conuersatione salutabat,dicendo semper,Pax vobis,& sequitur. Non turbetur cor vestrum,scilicet vnus contra alium,&c. Septimus capitaneus dicitur Astaroth, qui tentat de acidia. de quo 1. Regũ 7. Auferte deos alienos de medio vestri Baalim & Astaroth . Iste cum exercitu suo & bannerio, cum titulo de Acidia & otiositate discurrit per mũdum. Et iste proditor tantam acidiam posuit in mundo,quod pauci sunt,qui de his quæ ad animam pertinent curant, immo minus appretiãt animam quàm paleam . Per totum annum laboratis pro corpore,& modò in isto sancto tempore Quadragesimæ nescitis modicum laborare pro anima confitendo & pœnitentiam faciendo . Sed quilibet

expectat confiteri vltima die, cùm tamē in prima esset confitendū, & hoc de consilio & congruo, tametsi non de præcepto. Itē acidia circa communionem committitur à nonnullis, quæ debet fieri in paschate tunc recipiendo Christum, vt in cœlo communicantes recipiantur à Christo. Sed si Christus præcepisset nobis recipere venenū amore sui, facere deberemus, & præcipit recipere corpus suū intra hostiam, & non facimus, nónne magna est negligētia. Et ideo dicit scriptura, Quodcunque facere potest manus tua, instanter operare, quia nec opus, nec ratio, nec sapientia, nec scientia, erunt apud inferos, quò tu, supple acidiosè properas. Eccle. 9. Ecce quare dicit the. Assumpsit septem alios spiritus nequiores se. Deo gratias.

Feria V. post Inuocauit.

Sermo I.

Dicebat Iesus ad eos qui crediderunt ei, Iudæos Ioan 8. Sanctū euangelium hodiernum continet vnam magnam & solennem disputationem, quæ fuit inter Christum ex vna parte, *& Iu*dæos ex alia. Et ratiō disputationis fuit, quia Iudæi habebant tantam superbiam, & malitiam, & indignationem, quod offuscabant intellectum, intantum quod non credebant Christo de veritatibus, & si aliquando credebant ei, subitò non durabant, ideo Christus voluit disputare cum eis, vt remoueret ab eis illam superbiam. In qua disputatione Christus fuit arguens, & Iudæi respondentes. Et fecit quatuor argumenta. Et primò arguit contra eos, propter superbiam quam habebant.

Primò propter libertatem maternalem,
Secundò propter nobilitatem paternalem,
Tertiò propter altitudinem diuinalem,
Quartò propter malitiam criminalem.

De qua disputatione dicit the. Dicebat ad eos. s. arguendo, qui crediderunt ei, Iudæos. s. leuiter mobiles. Quantū ad primū argumentum, quod fecit Christus contra Iudæos, secundū quod arguit cōtra eos propter eorum superbiā quā habebāt propter libertatē maternalem. Dicatur quomodo omnes Iudæi fuerunt filij Abraham, qui habuit duas vxores ex diuina dispēsatione. Vnā liberam. s. Saram, & aliam ancillam. s. Agar. Iudæi autē venerunt de libera per Isaac. Ecce libertas maternalis, de qua se extollebant non modicū, intantū quod dimittebant facere bona opera dicētes, quod sine operibus bonis consequerentur benedictionē eis promissam per Isaac, vt patet Gen. 17 & 21. ca. vbi dicit Dominus ad Abrahā, Sara vxor tua pariet tibi filium, vocabisque nomen eius Isaac, & constituam pactū meum illi in fœdus sempiternū & semē eius post eū. Ista superbia ita captabat corda eorū quod radius veritatis Christi non poterat introire, ideo Christus arguens contra illos qui leuiter crediderāt, & liuiter credentes

credentiam amittebāt, dixit, Si vos māseritis in sermone meo, verè discipuli mei eritis, & cognoscetis veritatē, & veritas liberabit vos. Ecce qualiter tangebat eos in fine. Qui statim surrexerunt, superbè respondendo, Semē Abrahę sumus & nemini seruiuimus vnquam. Quomodo tu dicis liberi eritis? Et Christus volēs eos epellere ab illa superbia, replicādo dixit eis, Amen amē dico vobis, quia omnis qui facit peccatū, seruus est peccati. Seruus autem nō manet in domo in æternum, filius autē manet in æternū, si ergo vos filius liberauerit, verè liberi eritis. Ecce vna ratio, quare dicit, catenæ culpæ tenent vos alligatos. No. hîc, qualiter secundū membrum per quod homo peccat, in illo anima ligatur, quæ habet omnia mēbra spiritualia, quæ habet corp⁹ corporalia. Ver. gra. persona peccat, etiā iurādo vel diffamādo, eò quia ista verba transeunt per collū, anima ligatur cū catena per collū habente caput in inferno. Idē si homo peccat manibus, & sic de aliis mēbris, ideo quando anima impœnitēs exit à corpore, catenis constringitur, & dęmones trahūt per cathenas impœnitentiū animas. De his aucto. Iniquitates suæ capiūt impium, & funibus peccatorū suorum constringitur. Prou. 5. Ideo dicebat Christus, in maiori propositione, Amen amē dico vobis, quia omnis qui facit peccatum, seruus est peccati. Cū ergo Iudęi fuissent in magnis peccatis, ideo erāt serui captiui. & licet caro esset libera, tamen non ex hoc dicendi sunt liberi, sicut ille qui patitur in capite, & in toto corpore patitur, siue infirmatur, si habet pedē sanum, non ex hoc dicendus est sanus. Sic etiam si anima quæ est pars principalior corporis, sit captiua & corpus liberum, nō ex hoc dicēdus est homo liber, nam spiritus viuificat, caro autē non prodest quidquam Ioan. 6. Secunda ratio Christi fuit ista, Seruus autem nō manet in domo in æternū, filius autē manet in æternū, quasi dicat, vos scitis, quæ differentia est inter filium & seruum. Nā seruus vadit ad labores extra, filius autem liber manet in domo. Iudæi propter generationē carnalem non habebant stare, nisi in agris, scilicet in hoc mundo ex lege Moysi, sed filij Dei stabunt in domo Dei in æternū. Ideo dicit Christus, Si autē filius vos liberauerit. s. à catenis culpæ, & à miseriis huius mundi, verè liberi eritis, at illi tacuerunt. Moraliter nota hîc pro nobis quibus Deus fecit gratiam, dādo remedia, vt frangamus catenas peccatorum, quæ franguntur in confessione sacramentali, quando enim confessor absoluit, tunc anima est libera à peccatis mortalibus. Et quando intrat paradisum est libera ab omnibus miseriis. Ergo laboretis pro liberatione animę quantū laboraret quis pro liberatione filię suæ si esset captiua, vel pro liberatione corporis sui, vel filij sui, &c. Secundū argumentū Christi fuit cōtra superbiā quā Iudęi habebāt, propter nobilitatē paternalē. Dicatur quomodo Iudæi sicut erāt filij Sarę vxoris liberę, ita erāt filij

Abrahæ nobilis hominis, qui fuit initium virtutum & cognitionis Dei. Cui dixit Deus, Benedicā tibi, & magnificabo nomen tuum, & eris benedictus, benedicā benedicentibus tibi, & maledicam maledicentibus tibi, atq; in te benedicentur vniuersę cognationes terræ. Gen. 12. Iudęi autem nō modicā habebāt superbiam, quia erant generis Abrahæ, & despiciebant pœnitentiā dicendo, quod sine pœnitentia haberent benedictionē Abrahę promissam & semini eius. Quod Christus arguendo cōtra eos dixit, Scio q filij Abrahę estis, sed quæritis me interficerę, & sermo meus non capit in vobis. Ego quod vidi apud patrē hoc loquor, & vos quæ vidistis apud patrem vestrū facitis. Responderunt, Pater noster Abrahā est. Dixit eis Iesus, Si filij Abrahæ estis, opera Abrahæ facite. No. sermo meus non capit in vobis, quia vas plenum nō potest aliquid recipere, nisi euacuetur. Sic Iudæi qui erant pleni superbia nō poterant accipere verba Christi, despiciendo pœnitentiā quā ipse prędicabat. Ideo Ioannes Baptista dicebat eis, Facite ergo fructus dignos pęnitētię. Lu. 3. Vos quæ vidistis apud patrem vestrū facitis. quasi Christus innuat in his verbis, quod pater eorum fuisset malus homo. Ipsi autē Iudęi responderūt Christo dicentes, Pater noster Abraham est. Tunc Christus arguens dixit, Si filij Abrahæ estis, opera Abrahæ facite. Nunc autē quæritis me interficere, hominē, qui veritatem vobis locutus sum, quā audiui à Deo, hoc Abrahā non fecit. Ideo vos degeneratis, quia Abrahā erat nobilis homo, nō ex parte carnis, quia de genere idololatrarū, sed ex parte animæ erat nobilis, & virtuosus, nec vos estis ei similes. Moraliter in isto defectu Iudæorū sunt modò multi Christiani, qui se appretiāt de nobilitate generis, quia de antiquo genere talium, &c. tales sunt similis Iudæis. No. nobilitas, quasi notabilitas. dicatur quid est nobilitas, & qualiter incępit nobilitas. Quando aliquis faciebat aliquā rē notabilē in seruitio Regis, vel Imperatoris, ex hoc Rex, vel Imperator faciebat ipsum nobilē. Qui ergo appretiāt sed de nobilitate, & nō tenent vitam nobilē, & nobiliū viuorum, sed ribaldorum, & lenonum, non debent dici nobiles, quia degenerāt. Nobilis est ille, qui viuit nobiliter appretiando se ne mentiantur, ne inferat damnum alicui, qui defendit veritatem, communitatē, pupillos, viduas, & miserabiles personas. Et no. quid accidit Romæ duobus hominibus, quorum vnus erat nobilis antiquus de Troia, sed erat ribaldus, & malæ vitę. Alius ex quadam victoria quam habuit, factus fuit nobilis nouiter ab Imperatore, & cùm semel ambo contenderent, dixit nouus nobili antiquo, In me incœpit nobilitas, & in te finitur. Dicatur hîc de Ephraim, qui fuit nobilis filius Ioseph, & dominus Ægypti, de quo filius eius Ephraim habebat superbiā, de quo dicit Dominus. Disperdā Ephraim, quoniam Deus ego, & nō homo. Et auolabunt quasi auis ex Ægypto, & quasi

quasi columba de terra Assyriorum, & collocabo eos in domibus suis. Oseę 11. concordat scriptura noui testamenti, Deus superbis resistit, humilibus autē dat gratiā. Iaco.4. Tertiū argumentū Christi fuit contra superbiam quā habebāt de altitudine diuinali. Dicatur quomodo omnes gētes, & nationes mundi erant idololatrę, prçter Iudæos qui solū adorabāt Deū altissimū non factū manibus, sed factorē omnium rerū. Ex altitudine ista Iudæi credebāt nullū aliū saluū fieri posse, nisi ipsos propter fidē quā habebant de Deo, propter quòd dicebant nō esse necessariū facere bona, quia fides sufficiebat. Sed contra eos dicit B. Iaco. Quid proderit fratres mei, si fidē dicat quis se habere, opera autem non habeat? Nunquid fides poterit saluare eū? q.d. nō. Iaco.2. Ideo Christus arguendo cōtra eos dicit, Vos facitis opera patris vestri. q.d. ipsos habere aliquē patrē cui assimilantur. Responderunt Iudæi, Vnū patrē habemus Deū. Ecce superbia de altitudine diuinali. Christus autē volens eos educere de hac superbia, dixit eis, Si Deus pater vester esset, diligeretis me vtique. Ego enim ex Deo processi, & veni. Neq; enim à meipso veni, sed ille me misit, quare loquelā meā non cognoscitis, quia non potestis audire sermonē meū. No. quare loquelā meā nō cogniscitis. Iam scitis, quòd persona maximè cognoscitur in loquela cuius patrię sit. Nā si loquitur Gallicè, Gallicus dicitur, &c. Ita fuit cognitus B. Petrus in nocte passionis Christi q̄ esset Galilæus. Cui dictum est, Verè tu ex illis es, nā & loquela tua manifestū te facit. Mat.26. Modò videam' loquelā Christi & Moysi. Nam Moyses loquebatur linguagiū terrenū, promittēs eis solū terrena. Ideo dicitur, Qui de terra est, de terra loquitur. Io.3. Christus verò loquebatur linguagiū cęleste, quia nihil promittebat in hoc mūdo terrenū, imò prędicabat, quod despicerētur terrena. Nam solū prędicabat de cœlo, & de gloria angelorum solū promittens cœlestia, ideo dicebat. Quare loquelā meam non cognoscitis? Ideo B. Ioannes postquam locutus fuit de Moyse di. Qui de terra est, de terra loquitur. Et loquens de Christo dixit, Qui de cęlo venit, super omnes est. Ioan.3. Et sic vicit eos Christus ratione, Moraliter, si vultis cognoscere personā cuius patriæ sit, respiciatis ad loquelā eius. Nam tres patriæ sunt. s. cœli, terræ, & inferni. Linguagium cœli est laudare Deū, & ipsum benedicere, Ideo Dauid in Psal. Beati qui habitant in domo tua Domine, in sæcula sæculorum laudabunt te. Psal.83. Qui ergo laudant Deum, vt bonus religiosus, clericus, vel laicus, possumus dicere, Verè tu ex illis es. s. de paradiso, nā & loquela, &c. Linguagiū huius mundi terrenū est, hoc est loqui de terrenis negotiis, & tēporalibus. Nam qui de terra est, &c. Linguagiū inferni est renegare, maledicere, & blasphemare, ideo dicitur, Æstuauerūt homines æstu magno, & blasphemauerūt nomen Dei. Apoc.16. Quando ergo vos maledicitis, iuratis, & blasphematis,

sphematis, clarè ostenditis, quod estis patriæ inferni. Et quia Christus non loquebatur loquelā inferni, blasphemando, nec terræ, sed loquelam paradisi, ideo dicebat, quare loquelā meam, &c. Quartum argumentum Iesu Christi contra Iudæos fuit de malitia criminali, dicendo, Vos ex patre diabolo estis, & desideria patris vestri vultis facere. Ille homicida erat ab initio, & in veritate nō stetit, quia non est veritas in eo. Cùm loquitur mēdaciū, ex propriis loquitur, quia mendax est & pater eius. Ego autem si veritatem dico, non creditis mihi. Hîc Iesus Christus ponit tria peccata diaboli, in quibus videtur quod Iudæi assimilabantur ipsi diabolo. Et primum peccatū est inuidia ex qua tentauit Adam. Et ex isto peccato secuta est necessitas moriendi in genere humano. Et ideo dicitur. Per vnū hominem peccatum in hunc mundum intrauit, & per peccatum mors. Rom. 5. Ideo dicit de diabolo Christus, Ille homicida erat ab initio. Secundum peccatum diaboli est mendacium. Tertium quia est persecutor veritatis. Dixit ergo Iesus Christus Iudæis, Vos ex patre diabolo estis, quia sicut ille ex inuidia procurauit mortē Adæ, idē vos ex sola inuidia procuratis mihi mortem. Secūdò, quia sicut diabolus cū loquitur mendaciū, ex propriis loquitur, sic & vos me diffamando, quia Iudæi dicebant de Iesu Christo, Ecce homo vorax est, & potator vini, publicanorum, & peccatorum amicus. Mat. 11. Item nos scimus, quia hic homo peccator est, &c. Tertiò, quia diabolus est persecutor veritatis, de ipso dicente Christo, In veritate non stetit. Aug. Bene fuit in veritate. No. qualiter Deus posuit luciferum super omnes creaturas, & ipse voluit se parificari Deo per suam superbiam, & sic nō stetit in veritate, sed apostatus fuerat, sic & vos dixit Christus Iudæis, non statis in veritate à me audita. Moraliter habemus hîc doctrinam, vt fugiamus non solùm mendacium perniciosum, quod est peccatum mortale, sed etiam iocosum, quia etiam est peccatum, quia per nullam causam, & pro nulla re est dicendum mendacium. Vnde Dauid in Psal. Perdes omnes qui loquuntur mendaciū. in Psalm. 5. Item Sap. 1. Os quod mentitur, occidit animam. De istis argumentis loquitur thema, Dicebat Iesus ad eos, qui crediderunt ei, Iudæos. Deo gratias.

Mendaciū perniciosum aliud, aliud est officiosum, aliud iocosum.

Feria V. post Inuocauit. Sermo II.

SI *manseritis in sermone meo, verè discipuli mei eritis.* Ioan. 8. Materia præsentis sermonis erit, quomodo poterimus esse boni discipuli Christi. Magnum quid est esse magistrum in theologia, vel episcopum, vel archiepiscopum vel Cardinalem, vel Papam, sed multò magis est esse discipulum Christi. Credo quod erit materia vtilis, & proficuosa. Sed vt Deo sit placabilis & gratiosa, salutetur virgo gloriosa, &c. Si manseritis. Semel fuit quæstio facta Iudæis, per vnum bonum hominem, de materia quam volo vobis

bis prædicare, Nunquid vos vultis discipuli eius fieri? Io.9. Iudæi autem indignati maledixerunt ei dicentes. Tu discipulus eius sis, nos Moysi discipuli sumus. O stulti. Super hoc dicit Augustinus, In me sit Domine ista maledictio, vt, scilicet, sim discipulus tuus. Credo quod quilibet vestrum responderet. O vtinam essem discipulus suus. Propterea volo vobis nunc ostendere, quot modis, & quibus poteritis fieri discipuli eius, si vultis. Ego inueni octo virtutes, seu conditiones huius nobilissimi discipulatus, scilicet.

Credentia principalis,
Obedientia generalis,
Pœnitentia sacramentalis,
Patientia virtualis,
Beneuolentia cordialis,
Benefitentia liberalis,
Diligentia spiritualis,
Perseuerantia finalis,

Si vultis esse discipuli Christi, habeatis aliquam istarum virtutum. De vltima dicit thema, Si manseritis, &c. Prima virtus quę facit hominem esse discipulũ Christi, est credentia principalis. s. credere firmiter articulos fidei, & nõ dubitare in aliquo, sic est homo discipulus Christi. Nota quoniam in omni schola cuiuscunque facultatis, oportet discipulũ simpliciter credere magistro, maximè in primis principiis. Verbi gratia. Prima principia literarum sunt 23. Ideo quando magister dicit discipulo, ista est litera a, ista litera b, discipulus debet sibi credere, quia si vellet dicere, quare ista litera a, est magis literis a, quàm ista litera b, vel econuerso, vapularet à magistro. Ideo Philosophus, oportet addiscentem credere. Ita etiam de schola Christi, scilicet ecclesia, quam scholam intrant Christiani in baptismo, quę habet duodecim principia, scilicet, duodecim articulos fidei contentos in Credo maiori, quorũ aliqui pertinent ad Christi diuinitatem, aliqui ad Christi humanitatem. Et quia sunt multi infideles, qui nolunt ea credere, ideo non sunt discipuli Christi. Si ergo vultis esse discipuli Christi, credatis ista duodecim principia fidei simpliciter sine contradictione, disputatione, & dubitatione. Aucto. Manifestauit gloriam suam, & crediderũt in eum discipuli eius. Io.2. Nota manifestauit gloriam. s. in his duodecim articulis. Secunda virtus quæ facit hominem esse discipulum Christi, est obedientia generalis. s. obedire, & seruare omnia quæ Christus mãdat, & præcipit generaliter sine contradictione, & non facere contra eius præceptũ, pro aliquo lucro habẽdo, vel bono, vel officio, vel dignitate, talis est discipulus Christi verus. Ratio, quoniam tanta est dignitas huius magistri, quod oportet sibi obedire in omnibus, etiam contra omnes personas mundi, ita quod si pater, vel mater,

vel omnes parentes, vel amici, immò etiam Papa, vel rex essent ad vnam partem mandantes facere aliquid, quod est cōtra preceptum magistri Christi, magis est obediendum soli Christo, quā his omnibus. Aucto. Legitur Lu. 14. quod cùm Christus iret prædicādo de loco ad locum, magna turba hominum, & mulierum sequebatur ipsum, neque mirum. Et cōuersus Iesus dixit eis, Quid vultis? Cogitate quomodo responderunt, Domine volumus esse vestri discipuli. Et dixit ad illos, Si quis venit ad me, & non odit patrem suū, & matrem, & vxorem, & filios, & fratres, aut sorores, adhuc autē, & animam suam, non potest meus esse discipulus. Sed cùm Deus præcipiat honorare parētes, & diligere vxores, & filios, & animā suā, quare ergo Christus dixit, Si quis vult, &c. Respōdeo, quod hoc intelligitur sic, quia si pater, mater, vel vxor, aut sensualitas propria volunt, quod tu facias aliquid contra preceptū Christi, tunc odisse patrem, matrē, &cæ. & dicere nescio vos, deificum est. Verbi gratia, Si pater tuus dicat tibi, fili, fac vindictā de tali iniuria, mihi facta à tali, &c. Debet dicere filius, Pater non faciam, quia magister meus Christus præcepit oppositum. Ecce quomodo intelliguntur verba Christi, odite patrem isto modo. Idē de matre, & vxore, de filiis, & fratre, & amico, etiam de propria sensualitate quæ inclinat ad delectationē, nec per ea faciatis aliquid cōtra præceptum Christi. Ecce quid est obedientia generalis, ideo auisetis. Tertia est pœnitētia sacramentalis. Tanta est virtus pœnitētię, quod de discipulo diaboli facit discipulū Christi. Quādiu homo est in peccato mortali, & mala vita, homo est discipulus diaboli, & paratus intrare scholā inferni. Sed si homo vult facere pœnitentiā sacramentalē. s. conterendo de peccatis dicendo, O miser, ego sum religiosus, & nō seruaui regulam, &c. Idē de laicis, & clericis cōfitendo peccata, faciendo pœnitentiam datā à confessore. Talis pœnitētia sacramētalis facit hominem discipulū Christi. Ecce quāta virtus pœnitentiæ. Auct. Qui non baiulat crucē suam, & venit post me, nō potest meus esse discipulus Lu. 14 No. crucem suam, nō dicit crucē meā. Quilibet Christianus portat crucē Christi signando se, sed nō saluaretur nisi portaret crucem propriā. s. pœnitentiæ. Crux dicitur à cruciando, ideo significat crucē pœnitētię, quę crutiat pœnitentē, de qua dicit Christus. Qui non baiulat crucē suam, &c. Et sicut crux Christi habuit quatuor brachia tanquā quatuor partes principales, sic crux Christianæ pœnitentiæ habet quatuor brachia. Primum sursum est cōtritio, quæ debet esse sursum, per respectū ad Deum, quē peccando offendit, aliàs dolore de peccatis propter periculū, vel verecundiā, vel perditionem bonorum vel famæ nihil valet, quia nō est contritio. Brachium dextrum, est bonū propositū viuendi, de cætero secundum diuinam ordinationem, & nō secundum suam inclinationem,

tiem, Brachiũ sinistrũ est oris confessio. Sic enim mundatur camera pœnitentiæ à stercore peccatorũ. Brachiũ inferius quod sustinet totũ pōdus, est satisfactio, quæ portat totũ onus ieiuniorũ, orationũ, vigiliarũ, eleemosynarũ, &c. Ista crux est nostra. De qua dicit Apost. ad Gal. 5. Qui Christi sunt supple discipuli, carnẽ suã crucifixerũt, supple in cruce pœnitētiæ. Ecce quare Dicit Christus, Qui nō baiulat. i. accipit crucẽ suam, &c. Quarta est patientia virtualis. s. patienter sustinere aduersitates, dolores, infirmitates, paupertatẽ, & miserias, non recipere amaritudinẽ cordis, nec murmurare cōtra Deũ, sed cōmittere se Deo, quia ipse scit quibus indigemus, & quid nobis expedit, & sic homo fit discipulus Christi. Ratio, quoniã magister, & Dominus noster Christus patienter sustinuit aduersitates, tribulationes, & persecutiones, ideo vult, vt sui discipuli assimilẽtur sibi. Videtur Christus tenere modũ quorundã antiquorũ Philosophorũ, qui per patientiã volebãt illos probare, qui volebãt esse discipuli. Signanter legitur de Pithagora philosopho, ꝙ quãdo aliquis volebat esse discipulus suus, primò faciebat ipsum ad portã scholę expectare, deinde faciebat ipsum ab aliis vituperari, dic. Et qui es tu? Respondebat, Vellem esse discipulus huius magistri, & philosophi. Et illi, Vade ad trahendũ aratrũ rustice, & huiusmodi. Si erat patiẽs recipiebat ipsum in discipulum, aliàs nō. Hunc modũ seruat ille magnus magister, & doctor Christus in sua schola. Quãdo aliqua persona proponit in corde suo tenere bonã vitã, & sanctã: signum est quod vult esse discipulus Christi, O dicit Christus, Expecta modicum, oportet vt proberis de patiẽtia. Statim alij vituperant eũ di. O qualis hypocrita, phantasticus, fatuus, &c. Si in his verbis iniuriosis habet patientiam, bene stat, ideo vult adhuc vt probetur magis, per ict⁹ siue verbera. s. infirmitatũ, dolorũ, &c. Sed vos murmuratis dicẽdo, O miser, quid est hoc? ante nō sentiebam ista, ideo teneatis fortiter, quia tunc Christus recipiet vos in discipulũ suũ. Hoc etiã modò Deus pater ꝓbauit filiũ suũ Christũ, licèt iã sciret quid esset in eo, sed vt nobis Christũ daret in exẽplũ patientię, ideo dicit Christus Mat. 10. Nō est discipulus super magistrũ, nec seruus super dominũ. Sufficit discipulo si sit sicut magister ei⁹, & seruo sicut dominus eius. Si patrẽfamilias Beelzebub vocauerũt, quãtò magis domesticos eius. i. discipulos. Quinta virt⁹ est beneuolẽtia cordialis. Vult magister noster Iesus Christ⁹, ꝙ sui discipuli nō habeãt discordias, diuisiones, vel rixas, sedꝗ cōcorditer viuãt. Ratio. quia magister pacis, & charitatis, & dilectionis, nō vult in schola sua discipulos maleuolos, & discordes. Ideò omnis villa, seu communitas pacifica est schola Christi. Et oĩs cōmunitas diuisa est schola diaboli, ideo dicit Christus. Io. 13. In hoc cognoscẽt oẽs quia mei estis discipuli, si dilectionẽ habueritis adinuicẽ, ideo debent pacificari de remittendo

iniurias

iniurias,& quātò maior est iniuria quæ remittitur, tātò magis placit Deo, aliàs schola inferni est parata vbi cōtinuè, & semper se iniuriantur. Sexta est beneficentia liberalis, scilicet de mutuo iuuando tam in bonis temporalibus, quàm spiritualibus. Ratio, quoniā sicut magister scholæ habet multos seruitores, captiuos, & liberos, nō decet discipulos nobiles esse tenaces, & auaros, cū ignobiles liberales sint. Totus mundus est schola magistri Christi cuius seruitores, & ancillæ sunt omnes creaturæ insensibiles. Dauid, Ordinatione tua perseuerat dies, quoniā omnia seruiunt tibi. Psal.118. Sol ad instar captiui, quia nihil potest facere, nisi quantū Deus vult, qui iussu Domini portat nobis lumē de die, & Luna de nocte, qui dāt nobis quidquid Deus dedit eis. Idem de aliis planetis, & elemētis quæ liberaliter cōmunicant, & ministrāt quidquid habent. Quantò ergo magis discipuli qui sunt creaturę nobiles, & rationales, debent esse liberales amore magistri, dando vel mutuādo sine vsura, vel emendo nō minus propter denarios promptos nec vendendo pluris propter spem, &c. Ex his efficitur homo discipulus Christi. Auct. Omnis ex vobis qui nō renuntiat omnibus quę possidet, nō potest meus esse discipulus. Luc.14. Hęc auctoritas habet duos intellectus, quæ nisi bene intelligatur, daret occasionē errādi, Duo modi sunt discipulorum Christi. Primus est Apostolorū & tenentium vitam Apostolicam, & isti renuntiant, & dimittunt omnia Mat.19. Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te. Hoc modo intellectus prædictę auctoritatis, Omnis ex vobis, clarus est. Secūdus modus discipulorum est bonorum Christianorum, qui non obligātur dimittere omnia primo modo, sed volūt dimittere omnia quātum ad singularitatem, sed nō quantum ad proprietatem, quia possunt habere proprietatem, sed nolunt habere singularitatē, scilicet quod illud quod habent, solùm seruiat eis singulariter, imò volunt dare aliis propter Deum. Ecce quid est beneficentia cordialis. Septima est diligentia spiritualis. s. quod simus diligentes in operibus spiritualibus, quia nō sufficit facere opus spirituale, sed etiā fiat cū diligentia. Religiosus non solùm tenetur facere id quod dicit regula & constitutiones, sed quod faciat illa diligenter. Idem de presbyteris & laicis, qui non tantùm in dominica die tenentur audire missam, sed etiam cum diligentia, vt sint in principio missæ. Item non sufficit confiteri, sed cū diligētia iā in principio quadragesimæ. Itē non sufficit dicere pœnitentiam, sed quod dicatur cum diligentia genibus flexis, quia supplicat regi vel papę Christo. Item cū diligētia cōmunicare. Item cum diligentia eleemosynam dare. Talis diligentia facit hominem discipulum Christi. Ratio, quia magister diligens & nobilis non vult discipulos somnolentos, vel negligētes, sed vult quod sint diligentes. Aucto. In hoc clarificatus est pater meus

meus, vt fructũ plurimũ afferatis, & efficiamini mei discipuli. Io. 15. Octaua virtus est perseuerãtia finalis, de qua loquitur the. Si mãseritis, &c. ergo necessaria est perseuerãtia finalis. In studiis generalibus quãdo magistri, & doctores incipiũt legere. s. in festo S. Luc. tota schola est plena discipulis, sed in medio anni sunt valdè pauci, in fine autẽ, quasi null⁹ remanet, ideò sunt multi inutiles discipuli, solũ sciũt principiũ libri, modicũ de medio, & de fine nihil sciunt nisi illi qui perseuerant. Sic de libro vitę, qui est sancta vita, bona & deuota, multi incipiũt, & sciũt principiũ bonę vitę, sed paulatim deficiũt & nesciũt finẽ libri bonę vitæ, ideò tales intrãt scholã paradisi, sed illi qui benè incipiũt, meliùs continuãt, & optimè finiunt, sunt boni discipuli & veri Christiani, ꝑpter hoc dicit Christus. Si mãseritis in sermone meo, verè discipuli mei eritis. Et quãdo bonus discipulus Christi intrat aulã paradisi, statim De⁹ dat sibi duas chartas. s. diuinitatis & humanitatis, in quo homo recipit maiorẽ scientiã, quã habuerũt in hoc mundo philosophi vel doctores. Aug. Hęc sciẽtia habetur ex studio libri bonę vitę, ideò est necessaria perseuerãtia finalis. De hoc dicit Euãg. hodiernũ. Dicebat Christus ad eos, qui crediderũt ei, Iudæos. s. fidei catholicę in hoc, &c. *Si manseritis* in sermone meo, verè discipuli mei eritis, & cognoscetis veritatem.

Feria VI. post Inuocauit. Sermo vnicus.

Ecce sanus factus es, iam noli peccare. Habetur textualiter. Ioã. 5. Et officiatur in Euangelio hodierno. Sanctum euangelium hodiernum continet vnum miraculum & grande & excellens. Nam quidam paralyticus sanus factus fuit per Iesum Christum, qui trigintaocto annis tenebatur in infirmitate, & hoc, solo ipsius præcepto, sicut & solo verbo mundus factus est, & continet tria miraculosa secreta, & est

Primum locus vbi factum est.
Secundum quomodo factum est.
Tertium ad quem finem factum est.

Et de isto vltimo loquitur nostrũ thema. s. vt anima istius infirmi curata, caueret sibi à peccato, & ideò dixit, Ecce sanus factus es, &c. quod fuit thema. In quibus quidem verbis erit noster sermo. Et primò videamus de loco. Dicitur igitur in euãgelio. Est autem Hierosolymis probatica piscina. Appellatur piscina, & hoc Latinè, probatica Grecè, Hebraicè bethsaida. Et dicitur piscina à pisce, sed per contrarium, quia nõ erãt ibi pisces, sicut dicitur in ecclesiis piscina vbi aqua lauacri mittitur, & tamẽ nõ sunt ibi pisces. Græcè dicitur probatica. Nã probatõ Grecè dicitur ouis Latinè, quoniã in illa lauabãtur oues quę in tẽplo offerebãtur. vnde probatica. i. ouina. Hebraicè dicitur bethsaida à beth ꝙ est domus, & saida quod est gregis, siue pecudis. vnde bethsaida dicitur idem quod domus pecudũ.

Et ista piscina nominari ideò meruit, propter virtutẽ ipsius, quia in certo tempore anni Angelus descendebat ad reuoluendũ aquam, vt habetur in textu. Et qui primus attingebat aquam post descensionem angeli, & reuolutionem aquę, ille curabatur tantũ, de quacunque specie infirmitatis detentus esset, & ideò quia Christus ignorabatur, rectores ciuitatis Ierusalem fecerunt fieri quinque porticus, in quibus infirmi habitarent. In vna leprosi, in alia scabiosi, in alia febricitantes, in alia paralytici, in alia verò vniuersi alij infirmi. Et illi qui non poterant ire, ducebãtur ab aliquibus aliis ad piscinam, vt quilibet citius posset sanari. Et hęc historia cõtenet secreta, & per quæstionẽ potest declarari. Quæritur ergo vnde tantã virtutẽ ista piscina habebat, quod toties quoties angel⁹ descẽdebat ad mouendũ aquã, quod habebat illã virtutẽ. Dico quod hîc sunt tria secreta,

Et primum est, vt ostendatur virtus sanctæ crucis & passionis Iesu Christi,
Secundum est, vt ostendatur virtus baptismi,
Tertium virtus confeßionis.

Primũ ergo secretũ est, vt ostẽdatur virtus crucis & passionis. nam circa hoc dicit magister historiæ scholasticæ, ꝙ in illa piscina erat illud lignũ ꝙ in posterũ seruiuit ligno crucis. Nã etiã in biblia inuenitur...3.Reg.10. quod Regina Saba venit Ierusalẽ audire sapientiã Salomonis. Et cũ trãsiret per torrentẽ, erat ibi quoddã lignum, quod seruiebat ad transeundũ, vt moris erat. Et fuit sibi reuelatum quod in illo ligno deberet Christus suspẽdi & mori pro totius mũdi redẽptione, & ista ratione noluit lignũ calcare, sed transiuit subtus torrentẽ. Et ad patriã reuersa ipsa scripsit Salomoni reuelationẽ suam quã viderat, & Rex Salomon sciẽs Christũ crucifigẽdum, prophetauit dicẽs, Sub arbore mali suscitaui te. Ibi corrupta est mater tua, ibi violata est genetrix tua. Can.8.q.d. populo Christiano, Ego sub arbore pomi suscitaui te, sed mater tua. s. gens Iudaica, ibi corrupta est in sua credulitate. Illud ergo sciebat Salomon lignum fore, & ideò Salomon ligno accepto, abscõdit illud subtus terram penè viginti passibus. Et ibi facta fuit ista piscina de qua loquitur euangeliũ. Et ista ratione ibi erat tanta virtus, quod ibi erat huiusmodi lignum, & recipiebãt infirmi sanitatẽ, quia signabat passionẽ Christi. Nec obstat, quod illud lignũ antequã portasset Christum, & ante suspensionẽ Christi nullã habebat virtutẽ. Dico tibi ꝙ verũ est, quod nõ habebat virtutẽ, sed iã illud significabat secundũ ꝙ habetur. Nume 21. Fac serpentẽ æneum, & pone eũ pro signo, qui percussus aspexerit eũ, viuet, &c. Nam ante mortẽ Christi signũ crucis magnam virtutẽ habebat, vt ibi habetur. Ideò ad illum locum accedebãt infirmi, vbi crux erat vt sanari possent. Ista ratione Iudęi sanari potuerunt qui aspiciebãt illud signũ, & hoc erat iã quingentis annis ante Salomonem, & ante passionẽ Christi. 1000. quingentis annis.

annis. Si ergo sola ligna illius loci habebãt illã virtutẽ, quãtò plus lignũ vbi suspendi debebat Christus? Vnde cùm de morte Christi tractabatur, Dei virtute lignũ natauit supra aquã, & Iudæi accepe-rũt illud. Est ergo rationabile quod legitur in Ecclesiis, Nos autem gloriari oportet in cruce Domini nostri Iesu Christi, in quo est salus, vita & resurrectio nostra, per quẽ saluati & liberati sumus. Et habetur partim ad Gal. 6. Quoniã Iudæi inde gaudebãt antequam nos. Nũc dico quod allegoricè resultat nũc secretũ. Lignũ illud crucem significat, piscina autẽ significat dolores, mortẽ, & alia multa mala. nã sicut aqua ex illa piscina exire nõ poterat, ita oportuit pati Christũ & mori. Lu. 24. Et sicut illa aqua sanauit, ita Christ⁹ emũdauit nos per mortẽ, iuxta illud, Sanguis Christi, qui per spiritum sanctũ semetipsum obtulit immaculatũ Deo, emũdabit conscientiã nostrã ab operibus mortuis, ad seruiendũ Deo viuẽti, & ideò noui testamẽti mediator est, vt morte intercedẽte, &c. Hebr. 9. Et quinque porticus signãt quinque vulnera principalia: alia autẽ vulnera innumerabilia sunt. Dico ergo de quinque principalibus, in quibus omnes nos infirmi esse debemus, quia mota aqua, qui ibi erat sanabatur. Et ideò inquit Salomon, Veni colũba mea, veni ad me. i. ad passionẽ, & mũdaberis in foraminib⁹ petrę, in cauerna macerię. Cant. 2. Petra autẽ erat Christus. Foramẽ petræ est eius diuinitas, cauerna ipsius est ictus lateris. Et quia aperuit, vnũ solũ foramen fecit, & saluauit tũc vnũ solũ, quia Christus angelus qui quidẽ angelus est magni cõsilij cũ aquã reuolueret. i. patiebatur, vnũ tũc curabat. s. latronẽ. Vnus est & secundũ nõ habet. Eccle. 4. Secũda ratio est spiritualis, quia prædicta piscina erat figura baptismi. Creditur quod in illo tẽpore in quo Christ⁹ ordinauit baptismũ, & fuit à Ioãne baptizatus, quod illa virtus sanãdi infirmos per aquæ motũ fuit ostensa, quia primò omnes aquæ erãt mortuę quãtum ad istũ effectũ. s. mundationem animarũ. Aug. Quæ est tãta vis aquæ, vt corpus tãgat, & animã lauet? Sed descẽdit angelus de cœlo, fili⁹ Dei, saluator mũdi, qui dicitur angelus. i. missus. Esa. 9. Paruul⁹ natus est nobis, & filius datus est nobis, & vocabitur nomẽ eius admirabilis cõsiliarius, secundum 70. interpretes magni cõsilij Angelus. item Malach. 3. Veniet ad templum sanctum suum dominator quem vos quæritis, & Angelus testamenti quem vos vultis. Iste Angelus tetigit aquam Iordanis, quando fuit à Ioanne baptizatus, tunc aqua fuit mota, & habuit virtutẽ sanatiuã. Dicit Beda, quod Christus tactu suæ mundissimę carnis vim regeneratiuã cõtulit aquis, & tunc omnes aquę naturales fuerunt motæ & viuę ad purificandum, & sanãdum animas, & fuit cõpleta prophetia Zachariæ. 13. In die illa erit fons patens domui Dauid, & habitantibus Ierusalem in ablutionem peccatorum & menstruatæ. Hic baptismus habet quinque porticus

quatuor infideliũ ad orientẽ,ad occidentẽ,ad aquilonẽ & meridiẽ. quinta est puerorũ,qui solũ habẽt infirmitatẽ peccati originalis,& ibi sanãtur omnes in quacunq; infirmitate detineãtur peccati.Ideò Paulus,Domin⁹ omniũ diues est,in omnes qui inuocãt illũ,omnis enim quicunque inuocauerit nomẽ Domini,saluus erit. ad Ro.10. sanabatur autẽ vnus.s.ille qui prius descẽdebat post motionẽ aquę, Figura fuit, quia baptismus solũ semel & vna vice habet virtutẽ & efficaciã sanãdi animas, sicut solũ semel ꝓ peccatis nostris mortuus est Christ⁹. Secũdò sanabatur tantũ vnus quia quilibet haber duas substãtias.s.substantiã corporalẽ & incorporalẽ.i.corpus & animã. Nã quãuis anima lauetur,adhuc corpus vitiosum est. & ideò vnus tantũ curatur.Et ideò Paulus ait,Condelector enim legi Dei secundũ interiorẽ hominẽ,video autẽ aliã legẽ in mẽbris meis repugnantẽ legi mẽtis meæ.Ad Ro.7.Curatur enim sola anima. Videre igitur istã rationẽ quid piscina significet.i.ille locus,& quid aqua,quę est tãta vi,vt corp⁹ sanet & animã. Tertia ratio spiritualis,quare piscina habebat prędictã virtutẽ, quia figurabat cõfessionẽ sacramẽtalẽ.Ratio,quia sicut ibi lauabãtur oues offerendę in tẽplo,sic oportet nos lauari & purificari in piscina cõfessionis ab omnib⁹ culpis & maculis peccatorũ,si in tẽplo paradisi volumus offerri.Et ideò dicitur,Si cõfiteamur peccata nostra fidelis est Deus & iust⁹,vt remittat nobis peccata nostra,& emũdet nos ab omni iniquitate,&c.1.Io. 1.Nõ enim est verendũ,nec debeo vereri,sed omnia reuelare peccata nullũ omittẽdo,& isto modo purificatur.s.ex ista piscina.Et habet ista piscina.5.porticus.i.quinq; cõditiones peccatorũ. Et prima est cogitatio,vbi sunt omnes qui intrinsecus tenẽt peccata.s.superbiã,auaritiã,&c.in hac sunt multi infirmi & sine numero.Secunda est locutio, & hic sunt omnes qui loquũtur in Deũ & cõtra proximũ peccãtes.s.diffamãtes,blasphemãtes,&c.Tertia est operatio,hic sunt omnes qui opere peccãt,vt luxuriosi tanquã leprosi,latrones, vsurarij,& gulosi.Quarta est omissio,& hic omnes religiosi cõcurrunt,suũ ordinẽ nõ seruando,omnes mali Presbyteri horas nõ dicẽdo,aut inordinatè viuẽdo,& etiã cęteri.s.laici Missam nõ audiendo,vel alios perturbãdo,& hic iacẽt nõ cõfitentes,nec cõmunicantes. Quinta est obstinatio,hic iacẽt obstinati & indurati in peccatis,vt lenones,meretrices,impœnitẽtes. Omnes hi iacẽt in circuitu piscinæ cõfessionis,expectãtes motũ aquæ per Angelũ,Angelus est infusio gratię quę de cœlo habet descẽdere,qui mouet aquã in contritione,quia aliàs sine motu cõtritionis nullus sanatur in piscina. Auct. Sicut parturiẽtis cor tuũ phantasias patitur, nisi ab altissimo fuerit emissa visitatio.Eccl.34. No.phãtasias dicẽdo,Miser quomodo cõfitebor diffamãdo,&c.omnia hæc sunt phãtasię:ergo oportet vt Angelus descẽdat.i.infusio gratiæ,vt moueat aquã per cõtritionẽ.No.

Quinque modi, quibus contingit nos peccare.

nẽ. Nõ sanabatur tantũ vnus, quia cõfessio faciẽda est secretè, ita ꝙ vnus post alterũ cõfiteatur, quia cõfessio duorũ simul nihil valeret, etiã si in peccatis fuerũt socij, oportet ꝙ solũ vnus cõfiteatur. Ratio nẽ assignat Tho. in 4. dicens, ꝙ in cõfessione illud ꝙ geritur exterius debet signare illud quod fit interius, quia interius cęlãtur peccata diuinitùs per remissionẽ virtute cõfessionis. iuxta illud, Beati quorũ remissæ sunt iniqui. & quorũ tecta sunt peccata. Ideò secretè debet fieri cõfessio exterius. Secũdò sanabatur vnus, quia vnus oĩa peccata sua vni cõfiteri debet & nõ diuidere, quia nihil valet talis cõfessio. Aug. Caueas, ne verecũdia ductus diuidas cõfessionẽ, quia hoc est semper venia carere, ad quã putas per frustra peruenire. Secundo videndus est modus, qũo factũ est miraculũ, & est secũda pars Euang. cũ dicitur in textu, Erat ibi homo quidã. 38. annis infirmus. Nã iste dicit, hominẽ nõ habeo, cùm pauper esset, & seruũ nõ haberet, & quia seipsum portare nõ poterat, ideò alius pręueniebat eũ, & ideò tot annis fuit ipse infirmus, cui Christus dixit, Surge, &c. Modò intremus nũc secreta & quęramus cur cũ ille. 5. porticus essent infirmis plenę, vnũ tantũ curauit, & de aliis nullã fecit mentionẽ, cùm ipse dominus sit vniuersaliter liberalis. Respõsio, ꝙ Christus in isto maiorẽ vidit deuotionẽ q̃ in aliis. Nec credatis ꝙ Christus curabat omnes infirmos qui recurrebãt ad eũ, nõ quin posset omnes curare, quantũ ad suã potentiã, sed ex indispositione ipsorũ, quia nõ habebãt deuotionẽ, vel quia sanitas corporis nocuisset animæ. Simile potest videri in Sole, qui liberaliter mittit radios suos, & quantum est ex parte Solis, totũ mundũ saltem illuminabilẽ illuminat, tamẽ nõ omnes illuminat, quia nõ omnes aperiũt sibi fenestras, &c. vt patet de incarceratis in obscuro loco. Sed ꝙ illos nõ illuminat, nõ est ex culpa vel defectu Solis, &c. ita de Christo qui dicitur esse Sol iustitiæ, iuxta dictũ Ioã. 1. Erat lux vera quę illu. omnẽ ho. ve. in hunc mun. &c. Ecce quæ est ratio quare nõ illuminat Iudęos vel alios infideles, quia nõ est ex defectu Solis, quia vniuersaliter oẽs illuminat, imò ex defectu ipsorũ Iudęorũ qui sunt, & volũt esse in carcere Moysi, vel Saracenorũ, qui volunt esse in carcere Machometi, & sic de aliis. Ergo dicendũ est quòd de omnibus illis infirmis nullus erat tantũ deuotus Iesu Christo, nec tantũ affectus, quoniã alij fortè confidebant, vnus in bonis cibis, alius in seruitoribus, alius in diuitiis. Sed iste erat pauper & paralyticus, ideò nõ poterat ire, sed ductus deuotione, inquirebat iuxta verbũ Dauid, Domine ante te omne desideriũ meũ, & gemitus meus à te nõ est abscõ. Psal. 37. Et ideò nõ erat defectus liberalitatis Iesu Christi. Ideò habetur Lu. 6. Omnis qui venit ad me & audit sermones meos, & faciet eos, ostẽdam vobis cui similis sit. Similis est homini ædificãti domũ, qui fodit in altum, & posuit fundamentũ supra petram. Inundatione autẽ facta, illisum

Ratio quare cõfessio secreta esse debet.

est flumen domui illi, & nō potuit eam mouere. Fundata enim erat supra firmā petram. Multi enim osculabantur ei manus, tamē non omnes sanabantur, eò quia nō habebāt rectā mentem & intentionem, & quia fortè sanitatem non petebant bono fine, vel intentione. Et ideò dicitur, Non poterat ibi virtutem vllam facere, nisi paucos infirmos impositis manibus curauit. Mar. 6. tamen benè poterat de potestate absoluta. Sed non poterat, quia non condecebat, nec congruebat eis, neque erāt omnes digni, quia Christum negligebant, ideò non omnes tangentes curabat, sed credentes & confidentes, sed istum curauit, quia credidit in eum. Et ista est ratio literalis. Sed aliæ sunt rationes meliores, quare ibi curabantur, & hoc dupliciter. Primò ad ostendendū virtutē baptismi, quia in illa piscina nullus curabatur, nisi ibat per se, vel portabatur per alium in piscinam, ad innuendum, quod nullus potest saluari, nisi vadat ad fontem baptismi, si adultus sit, vt Iudæus, Agarenus, vel portetur, vt pueri infantes. Ioan. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, &c. Sed quid de infideli qui vult omninò baptizari, & hoc desiderat, & affectat, sed nō potest ire, quia fortè occiditur vel moritur. Idē de infirmo qui nō potest ire, quia vel est claudus, vel iacet in lecto, & nemo vult eum baptizare? Dicēdum est quod in tali casu talis sanatur à Christo, sicut iste fuit sanatus à Christo, & baptizatur in baptismo flaminis, id est, spiritussancti, & ideò Christus, Ego sitiēti dabo de fonte aquæ viuæ, gratis. Qui vixerit, possidebit hæc. Apo. 21. Et iste solū sine ablutione aquæ, curatus est & saluatus. Ostenditur ergo cùm alios curare voluit, quod qui potest baptizari, & non facit, nō est saluus. Ad ostendendum virtutē cōtritionis, si volumus loqui de illa piscina, inquātum significat confessionem, in illa quis potest saluari sine cōfessione sacramentali. Si habet opportunitatē confitendi, & nō vult, non saluabitur. Auctoritas, Prouer. 28. Qui abscondit scelera sua, nō dirigetur. Qui autem cōfessus fuerit & reliquerit ea, misericordiā Dei consequetur. Sed si est aliquis in tali casu, quod nō potest ire ad confessionem, nec potest ipsum confessorem vocare, quia occiditur vel moritur subitò, sed desiderat & affectat animo confiteri, & habet contritionem de peccatis suis, talis sanatur à Christo supernaturaliter, & ex sola contritione. Et iuxta istam materiam dicam vobis vnū miraculum. In quadam ciuitate erat quædam mulier peccatrix, quæ fecit multos homines peccare & occidere, & semel ipsa venit ad audiendū sermonem, & ita venit multū benè ornata. ideò vt videretur ab omnibus gentibus, & posuit se in loco vbi posset videri. Contingit quod prædicator tetigit de peccato luxuriæ, & quomodo erat magnū peccatum, & illa habuit contritionem, & incepit flere acriter cum magno dolore, intātum quod ipsa cecidit in terram, & mortua est, & gentes hoc videntes dolebant,

Baptismus flaminis.

ſtant, quòd ſine cõfeſſione deceſſiſſet. Et prædicator dixit, Bona gẽs orate Deum pro ea, nam contritionẽ habuit. Et immediatè fuit audita vox de cœlo dicens, Frater non oretis Deum pro iſta, ſed oretis eam, vt oret pro vobis, quoniam ipſa eſt in Paradiſo. Videatis ergo quod iſta non venit ad piſcinam confeſſionis, ſed fides & contritio ſufficiunt. vnde Dauid, Sacrificium Deo ſpiritus contribulatus, cor contritum & humiliatum Deus non deſpicies. Pſalm. 50. Sed illis qui habent tempus & ſpatium pœnitendi, non valet ſola contritio ſine confeſſione ſacramentali, ideo modò vadatis ad piſcinam confeſſionis, & lauetis vos ibi. Eſa. 1. Lauamini, mundi eſtote. Tertiò videndus finis, quare miraculũ fuit factum, quia ad ſanandum non ſolùm corpus, ſed etiam animam, vt viueret ſine peccato. De hoc dicit thema, Ecce ſanus factus es, iam noli peccare, ne deterius tibi aliquid contingat. Et circa hoc dicunt gloſæ ordinariæ, quòd iſte erat infirmus propter peccatum, & ideò dicunt Medici, quod infirmitas quæ venit per renouationem ſiue recidiuationem eſt peior quã principalis infirmitas. Et ideo Ieſus Chriſtus curauit iſtum non ſolum in corpore, immo etiam in anima. Iuxta dictum Ioanis, quia totum hominem ſanum fecit. Ioã. 7. Item dicitur. Date magnificentiam Deo noſtro, Dei perfecta ſunt opera. Deu. 32. ex quibus auctoritatibus habetur regula theologię, quod Deus non curabat vnquã corpus ſine curatione animæ. Inquit ergo, Vade iam noli peccare. Nam ſicut medicus deſerit infirmum recidiuãtem, ita Chriſtus recidiuantem in peccatis. Nam etiam medicus dat infirmo regimen & dietam, & ſic Ieſus Chriſtus fecit. Et hoc eſt, quando poſt confeſſionem iniungitur pœnitentia. Et ſi dietam ſeruat peccator, bene facit: ſin autem recidiuat, & ſic eſt, quia ſi centum curantur de infirmitate, decẽ non curãtur de recidiuatione, vt videtis de Iuda quem Chriſtus ſanauit, ſibi omnia peccata dimittẽdo. quando miſit ſe in cura Chriſti, ſed poſtea recidiuauit, ideo Chriſtus ipſum deſeruit, quia triginta denariis fuit à medico diſtemperatus, meritò ergo dicit thema, Ecce ſanus factus, &c. noli peccare, id eſt recidiuare. Ideo Petrus, Si enim refugientes coinquinationes mundi in cognitione Domini noſtri & ſaluatoris Ieſu Chriſti, his rurſus implicati ſuperantur, facta ſunt eis poſteriora deteriora prioribus. ſecundæ Petri ſecundo. Item Hieremiæ quinquageſimo primo. Curauimus Babylonem, & non eſt ſanata, derelinquamus ergo eam. Curauimus Babylonem, id eſt perſonam confuſam ex peccatis, & non eſt ſanata, quia recidiuauit, ideo derelinquamus eam. Ecce ſanus factus es, &c. corporaliter, ideo noli peccare, id eſt noli recidiuare. Itaque bona gens, omnes infirmi ſumus, veniamus ergo ad piſcinam, vt mundemur per pœnitentiã vt ſanemur ab omnibus infirmitatibus & peccatis noſtris, & per conſequens veniamus ad gloriam.

Sabbato ante Reminiſcere. Sermo I.

F*Aciamus hîc tria tabernacula,&c.* Mat.17. Recitatiuè autē in euangelio hodierno ſecundum ſeriem. Ad declarationem iſtius verbi,& materiæ prædicandæ introductione, eſt ſciendum, quod in ſacra ſcriptura doctrinæ euangelicæ deuotè auditæ, & auſcultatæ tabernacula vocantur. Nam ſi benę inſpiciantur vtilitates tabernaculorum, rectè appropriātur euangelicis doctrinis. Nam quando fiunt ab aliquibus armigeris tentoria, ſeu tabernacula,fiunt triplici ratione.

Et prima ratio eſt.pro ardore ſolis,& hoc cauſa refrigerandi,
Secunda contra venti impetum,pro ſecuritate,
Tertia contra pluuiam protegendo.

Omnes has vtilitates dant doctrinæ euāgelicæ diligenter auſcultatæ,& hoc cōtra triplicem defectū. Et primò doctrina ęuangelica refrigerat,& præſeruat hominem contra ſtimulū, & ardorem carnis. Nam mouet multos,& commouet in peccatis luxurię,alios in auaritia,alios in aliis peccatis. Sunt ergo iſtę doctrinæ dātes refrigeriū contra ardorem carnis. Secundò in hoc mūdo ſunt magni venti,& turbelenti,& tentationes dæmonū,ſed non intra tabernaculum,id eſt orationem & contemplationem. Nam oratio & contemplatio excludūt tētationes diaboli. Tertiò ſunt pluuiæ magnæ,& diluuia, & iſtę ſunt mūdus qui multas occaſiones dat peccādi. Sed ingredere tabernaculū doctrinæ euāgelicæ,& erit tunc remedium. Et ideo Eſaias inquit de euangelica doctrina, Super omnem gloriam protectio,& tabernaculū erit in vmbraculū diei ab æſtu,& in ſecuritatem & abſconſionem à turbine,& à pluuia. Eſa.4. Item oratio,vel contemplatio dat refrigeriū in die contra carnis ardorem. ecce primam vtilitatem. Idem dat ſecuritatem contra impetū ventorum,& hæc eſt ſecūda virtus,vel vtilitas. Item abſconſionē dat pluuiarum, ecce tertia virtus. Et ſic ratione,& auctoritate, hæ doctrinæ apparent tabernacula,& ideo tres doctrinas prædicare intēdo, quæ erūt tria tabernacula. Faciamus hic tria tabernacula, quod fuit thema noſtrum,ergo ſermo contemplabitur circa hanc trāſfigurationem glorioſam tripliciter,ſeu erit triplex contemplatio.

Prima quia hæc transfiguratiò fuit glorioſe celebrata,
Secunda quia hæc transfiguratio fuit placidè accepta,
Tertia quia hæc transfiguratio fuit piè abſcondita.

Ponamus ergo nos bona gēs in his tribus tabernaculis, vel in vno iſtorū. Dico primò quod fuit celebrata glorioſè,quia in euangelio dicitur. Aſſumpſit Ieſus Petrū,& Iacobū, & Ioannem fratrē eius,& duxit illos in montē excelſum ſeorſum,& trāſfiguratꝰ eſt ante eos, & reſplēduit facies eius ſicut ſol, veſtimēta autem eius facta ſunt alba ſicut nix. Et ecce apparuerūt illis Moyſes,& Elias cū eo loquentes.

tes. Et hîc Domini volo primum tabernaculũ ædificare. Tres ergo elegit Iesus, vt sequerentur eũ, eis secretũ ostensurus, quos duxit ad verticẽ montis, & dum ipse oraret, trãsfiguratus est, non tamẽ quod mutasset figurã, quam iam habebat, sed quod resplẽduit vt sol, non vt solebat, sed incõparabiliter plusquã sol, sed in euangelio dicitur vt sol, ideo quia in mũdo nihil lucidius inuenitur, & non solùm in vultu, & manibus, sed etiã & vestes erant vt nix, licet & plus incõparabiliter. Et apparuerunt ibi duo viri sancti, & antiqui. s. Moyses & Elias. Intelligatis animã Moysi, nã mortu⁹ erat, & anima ipsius erat in inferno sanctorũ patrũ, tamen Elias nõ erat mortuus, imò viuus, nam adhuc viuit in Paradiso terrestri. Et iste debet prædicare tempore antichristi, & cõtra ipsum antichristum qui interficiet eũ martyrizãdo. Et isti tres Apostoli, quãuis nunquam viderunt eos, illicò cognouerunt eos propter splendorem, & viderunt eos loquentes cùm Iesu. Sed quid loquebantur non dicitur per Marcum, nec per Matthæũ, sed dicit B. Lucas quod loquebãtur adinuicem, de excessu passionis Christi in Ierusalẽ faciẽdæ in illis diebus. Luc. 9. Nunc bona gens videamus prãcticam. Isti sic stantes cum Iesu, Moyses & Elias adorauerunt Iesum, scientes Iesum Deum esse, & hominem, & mirabantur quã plurimũ, quare ipse permitteret se ita catenari, & à Iudęis ligari, & hoc tamẽ pro peccatoribus, cũ solo verbo potuisset hoc facere, multum admirantes de hoc cùm ipse gloriam angelis & omnibus aliis det, & dicebãt, O Deus, & quanta charitas est ista. Sigillatim totam eius passionem discurrendo, & recitãdo excessum passionis. Quæ passio dicitur excessus propter excessiuũ dolorem & amorem, quos in hoc nobis ostensurus erat, quia. s. Deus diues est in misericordia, & propter nimiã charitatem & misericordiã dilexit nos secundum quod dicitur ad Ephe. 2. Deus autẽ qui diues est in misericordia, propter nimiam charitatem suam qua dilexit nos. Ecce ergo quomodo gloriosè est celebrata ista transfiguratio. Ecce primum tabernaculum, hîc quiescamus contra impetum & tentationẽ diaboli. Et hæc ad literam. Intremus tamen secreta. Et quæro primò quare Christus trãfigurari voluit. Secũdò, de personis quas appellari voluit. Ad primã respondeo, vt ostẽderet intrinsecã gloriam & secretã. Sicut dictũ est per doctores. Declaremus ergo quod quando Christus assumpsit humanitatem, quare illam assumpsit videamus. Dico quod duplici de causa. Nam anima ilicò vt fuit creata in vtero virginis Mariæ, immediatè tantam habuit gloriam, quantam habet modò in cœlo, & hoc propter eius diuinitatem, quia erat substantia spiritualis, tamẽ erat abscondita in corpore. Et ideo dicimus, Vidimus gloriam eius, gloriam quasi vnigeniti à patre, &c. Ioan. 1. Corpus assumpsit, non gloriosum, sed passibile & mortale, sicut nos, & plus quàm quilibet nostrum, & hoc nostra vtilitate.

Sed de anima aliter, & hoc propter ſuam debilitatem debuit per omnia fratribus aſsimilari ſecundũ quod legitur ad Heb.2. Vnde debuit per omnia fratribus aſsimilari, vt miſericors fieret. In quo corpore anima glorioſa erat non tamẽ videbatur à gẽtibus. Quo credebatur, quòd ſicut corpus, ita anima eſſet paſsibilis, quòd Chriſtus monſtrare voluit non ſic eſſe. Ex iſta ratione voluit oſtendere ſuam gloriã quæ ſupra corpus exiuit & redundauit. Et audiatis parabolã. Si fortè eſt aliquis homo malè veſtitus, & eſt ditiſsimus, gẽtes reputabunt illum pauperẽ, & ipſe cõuocat omnes amicos & parentes ſuos, & oſtendit eis diuitias ſuas, & illum ſequuntur gentes dicentes, Licèt ille malè ſit veſtitus, diues eſt, ſequamur ergo eum. Iuxta vulgare, quia denarij faciunt bonũ ſocium. Ideo Chriſtus voluit transfigurari. Nam iam ipſe promiſerat dũ dixit. Sunt quidam de hîc ſtantibus qui non guſtabunt mortem, donec videant filium hominis venientem in regno ſuo. Matth.16. Et dicebat de iſtis, quos accepit modò ſecũ. Moraliter pro vobis. Et primò Chriſtus habuit gloriam, & corpus erat paſsibile. Sic de animabus ſanctis quę tranſeunt de iſta vita ad aliam. Nam primò animę ſunt in gloria, & corpora remanẽt in putredine, tamen transfigurabitur corpus noſtrũ in die.ſ.reſurrectionis, & anima glorificata reſumet corpus & redũdabit ſupra corpus. Et illud dicitur glorificatum corpus clarum, & clarius quàm ſol erit in die iudicij Et ideo dicitur Mat.13. Tunc fulgebunt iuſti ſicut ſol in regno patris eorum. Ad ſecundam quæſtionem, quare ſingulariter accepit tres apoſtolos & non plures, nec omnes ſanctos, niſi iſtos duos tantùm, & veteris teſtamenti, & ſic vocauit quinque. Dicunt ſancti doctores, quod in ore duorum vel triũ ſtat omne verbũ, ſi de numero quæratur. Sed & ſi de perſonis, dico de apoſtolis, quia hi erant Chriſto familiares, quia promiſsione diuina B. Petrus erat iam papa cõſtitutus, vt meliùs ſciret. Secundò vocauit Iacobum maiorem, quia primus erat martyrium ſuſcepturus, vt habetur Act.12. Occidit autem Iacobum fratrem Ioannis gladio, &c. Tertiò vocauit Ioannem, quia fuit à Deo virgo electus, & inter cęteros magis dilectus, ergo meruit à Domino magis honorari. De aliis duobus, quia Moyſes erat mortuus, iam erãt mille anni Dico quod ad transfigurationẽ voluit mortuum & viuum vocare, vt iudex videretur viuorum & mortuorum. Non ſic de dominis temporalibus, quia illi non iudicabunt mortuos. Ideo dicitur, Nolite timere eos qui occidunt corpus, animã autem non poſſunt occidere. Matth.10. Ideo Acto.10. Quia ipſe eſt, qui conſtitutus eſt à Deo iudex viuorum & mortuorum. Sed quare magis Elias quàm Enoch, cùm eſſet adhuc viuus? quæſtio eſt inſoluta. Et quare Moyſes mortuus pluſquàm alij ſancti patres? Quia ſunt plures mortui, maximè cùm Abrahã eſſet capitaneus. Et ideo dicitur in ſinu Abra-

ha.

hæ.Lucæ.16. Ego dico secundum doctrinas varias, circa hoc, & capio vnam partem seu opinionem dicendo, quod alij sancti patres nunquam ieiunauerunt quadragesimam, nisi isti duo. Habemus de Moyse, vt dicitur Exod.34. Fuit cum Domino Moyses quadraginta dies & 40. noctes, panem non comedit & aquã non bibit. De Elia. 3. Reg.19. Comedit & bibit, & ambulauit in fortitudine cibi illius quadraginta diebus & quadraginta noctibus vsq; ad montem Dei Oreb. Quia ergo quadragesimam ieiunauerunt, ideo meruerũt interesse transfigurationi. In quo clarè patet, quantum placet Deo sacrum hoc ieiunium quadragesimę. Ideo debemus ieiunare quadragesimam, & in die paschæ erimus in tranfiguratione. s. cõmunicando, & poterimus dicere cum Apostolo, Nos verò omnes reuelata facie gloriam Dei speculantes, in eandem imaginẽ transformamur à claritate in claritatem, tãquam à Domini spiritu. 2. Cor.3. Nota hic quomodo Christus, Moyses & Elias ieiunauerũt quadragesimam, & dic quod Christus ieiunauit orando. Luc.6. Exiit in montẽ orare, & erat pernoctans in oratione Dei. Moyses ieiunauit quadragesimã audiẽdo. Exo.34. Vbi dicitur quòd steterat in monte cum Domino. Elias ieiunauit itinerando siue ambulando. 3. Reg.19. Sic nos ad instar Christi debemus vacare orationibus. Ad Ephesi.5. Estote imitatores Dei sicut filij charissimi, per omnem orationem & obseruationem orantes. Secundò, ad instar Moysi audire missas, sermones, & sic erimus similes Moysi. Tertiò, ad instar Eliæ ambulare & ieiunare itinerando, quia cùm ieiunatis orando, sicut Christus, & auscultando, sicut Moyses, ieiunare debetis sicut Elias itinerando, hoc est visitando ecclesias, quia in omnibus sunt multæ indulgentiæ, & pòst ire ad vesperas, & in posterum in pascha eritis digni habere gloria in paradisi. Debetis enim vos forenses his temporibus vestros libellos præponere, & exceptiones & allegationes facere, dicendo orationes, dicendo, Pater noster, Aue Maria, &c. & post sermonem auscultando & orando itineretis, vt dixi vobis, vt lucremini aliquid pro anima vestra, vos diuites. Et recordamini quod dixit Christus, Nolite murmurare in inuicem. Ioannis sexto. Antiquitus enim his temporibus non aperiebatur, neque forum tenebatur, tamen non est sic. Et hoc de primo tabernaculo. Secunda pars est, in qua hæc transfiguratio fuit placidè accepta, scilicet ab Apostolis, Moyse & Elia. Istud patet, quia dicit sanctus Petrus, Domine bonum est nos hic esse. Faciamus hic tria tabernacula. Fuit ergo placidè accepta, quia cùm Christus sic staret transfiguratus, ipsis sentientibus gloriam Paradisi, dixit Petrus, Bonum est nos hîc esse, quia gustauerat tabernam Paradisi, quia dixit, Faciamus hic tria tabernacula, quasi credendo quod Ioannes staret cum Moyse, & Iacobus cum Elia, & quod ipse habitaret cum

Christo.

Chriſto. Sed circa hoc dixit S.Lucas, quia neſciebat quid diceret, Sed venit nubes ſplendida, & obumbrauit eos. Circa hoc vide. nam licèt nubes de ſe ſit clara, tamen propter impedimentũ videtur eſſe ſicut vmbra. Et ſic ſtantibus, venit vox de cœlo dicens: Hic eſt filius meus dilectus. Et ceciderunt omnes in facies ſuas. Et Apoſtolis ſic iacentibus, venit Ieſus, & leuauit eos, & ipſi erecti viderunt quod Moyſes & Elias iam receſſerant, Moyſes ad locum ſanctorum patrum, Elias ad paradiſum terreſtrem. Et circa hoc poteſtis cogitare, quod quando anima Moyſi venit ad locum ſuum, fuit interrogata dicendo, Vnde venis & quid vidiſti? Quæ reſpondit, Vidi mundi redemptorem qui iam habet tot annos, citò veniet ad liberandum nos, ô magnum gaudium fuit eis. Idem dicimus de Elia, quando ſocius ſuus Enoch vidit eum, & dixit ei, O ſocie vnde venis, in quo loco fuiſti? Dicas mihi aliqua noua vidiſti ne Saluatorem? Certè reſpondens dixit, Vidi Saluatorem. Nam ego fui portatus per ſanctũ Michaëlem, & plenè vidi Dominum transfiguratum, & ſibi totum recitauit. Conſiderate de dolore alterius dicentis, O cur ego non fui, ô cur ego non fui. Tunc potuiſſet reſpondere, quia nõ ieiunaſti. Ita de Moyſe poterit quilibet cogitare, quot interrogationes factæ fuerunt, & ideo fuit accepta placidè. Sed quæro quæ fuit ratio, quare Chriſtus non reſpõdit petitioni Petri dicentis, Faciamus hîc tria tabernacula. Secundum glo. vide quod nõ reſpõdit verbo, eò quòd non fuit rationalis petitio, & bene. Sed dico Ieſum ſecretè reſpondiſſe. Nam Petrus petebat in illo monte gloriam ſuam, & Chriſtus oſtendit quod fieri non poterat, quinq; rationibus. Prima eſt propter aduentũ nubis. Ecce facto reſpondit. Secunda propter vocem patris. Tertia quia ceciderũt. Quarta quia Chriſtus fecit eos ſurgere. Quinta quia neminem viderunt niſi Chriſtum. Et ideo voluit Chriſtus primò oſtendere Petro quinq; antequã deberet venire, & habere gloriã. Et primò nubes venit, & iſta ſignificat pœnitentiam. & ideo pœnitentiã agite, appropinquabit enim regnum cœlorum. Mat. 4. Ideo primò facienda eſt pœnitẽtia. Secũdò vox patris intonuit, Hic eſt filius meus dilectus, ipſum audite, & ſignificat obedientiam. Ideo dicitur, Si impius egerit pœnitentiam ab omnibus peccatis ſuis quæ operatus eſt, & cuſtodierit omnia pręcepta mea, ecce obedientia, vita viuet, &c. Ezech. 18. Tertiò requiritur timor & humiliatio, quia ceciderunt. Nam quilibet ſanctus timet in morte. Nã ſecundum Philoſophum, Finis omniũ terribilium eſt mors. Quartò Chriſtus venire habet, & hoc in die iudicij, quãdo excitabuntur à morte diuina virtute, & hoc innuitur, quia Chriſtus fecit eos in ſua transfiguratione ſurgere, quando eis dixit, Surgite, & nolite timere, quia peccatores timebunt eius aſpectum. Sed dicetur iuſtis, Nolite timere, ſurgite. Quintò leuantes oculos neminẽ viderunt

niſi

nisi solum Iesum, vt intelligatur, quod sola diuina essentia & nulla creatura est obiectum gloriæ, siue vitæ æternæ, loquendo de gloria essentiali siue principali, de quo vide B. Thomã.1.par.q.12.art.8.in solutione ad.4. Et ad hanc visionẽ nulla creatura per sua naturalia pertingere potest, vt idem beatus Tho. pulchrè probat eadem quæstione, scilicet.12.ar.4. Et ideo dicitur ad Rom.6. Gratia Dei vita æterna, in Christo Iesu. Illud ergo erit tabernaculũ. Igitur omnia ista habebat facere pòst, & isto modo respondit Christus facto. Et idem in Psal. Iudica me Deus. & dicitur, Emitte lucem tuam & veritatem tuam, ipsa me deduxerunt, & adduxerunt in montem sanctum tuum, scilicet, in montem Thabor. Ecce ergo secundum, scilicet quomodo transfiguratio fuit placidè accepta. Sequitur tertia pars, in qua fuit piè abscondita ista transfiguratio. Nam textus dicit, Descendentibus illis de monte, &c. Dixit eis Iesus, Nemini dixeritis visionẽ hanc, donec filius hominis à mortuis resurgat. Sed quare voluit abscondi dictam transfigurationem? Responsio secũdum doctores, ratio huius abscõsionis fuit pietas Christi, ne Apostoli & discipuli audientes tantã gloriã de Christo, si eis fuisset dicta transfiguratio reuelata, pòsteà visa ignominia passionis Christi, magis fuissent scandalizati, & plus peccassent perdendo fidem, ideo ipsi tres Apostoli tacuerunt, & nemini dixerũt in illis diebus, ex his quæ viderunt Luc.9. Credo tamen quod beatus Ioannes de licẽtia Christi dixit virgini Mariæ gloriosam Christi transfigurationẽ, ideo apparet, quod Christus magis voluit nostram saluationem quàm suam gloriã, cùm dicat, ego nõ quæro gloriã meam, est qui quærat, & iudicet. Ioan.8. Et sic piè fuit abscondita, ergo nunc habetis tria tabernacula, hîc quiescatis, maximè his temporalibus.

Sabbatho ante Reminiscere. Sermo II.

T*Ransfiguratus est ante eos.* Matt.17. Sermo noster erit de sancta & gloriosa transfiguratione Iesu Christi, quia hoc requirit euangelium, & continet magnas speculationes & doctrinas notabiles. Sed primò salutetur, &c. Transfiguratus est ante eos. In isto sermone cogitaui tenere modum imperatorũ, &c. Nota historiam euãg. literaliter. dicit Mat. suprà, quod vna die Christus dimissis aliis discipulis & Apostolis recepit Petrum, &cæt. Dicunt glosæ, quod mons ille vocatur Thabor, qui dicitur sanctus ex multis magnis miraculis à Deo factis, & transfiguratus est ante eos. s. Petrum, Iacobum, & Ioannẽ, & resplenduit facies sicut Sol, nõ dicit quantum Sol, quia sine comparatione facies Christi plus resplẽduit, sed quia in hoc mundo nihil est clarius Sole, ideo euangelista comparauit eam luci solis. Idem de vestimentis eius, sicut nix, immo sine comparatione plus quàm nix, sed nihil in mundo albius niue. Et venit anima Moysi, qui fuerat mortuus per. 1400. annos.

Itē Elias venit, qui fuerat ante mille annos traſlatus in paradiſum terreſtrem ante aduentum Chriſti. ad oſtendendū vt dicunt gloſæ ꝙ Chriſtus eſt dominus viuorum, propter Eliā qui nunquam mortuus eſt, nec morietur, donec veniat antichriſtus, & mortuorū propter Moyſen qui mortuus eſt antè, vt dictum eſt. Petrus autem qui ibi erat, videns illā claritatē & gloriā gauiſus eſt inæſtimabiliter, & tunc dixit Chriſto, O Domine nō recedamus de loco iſto, ſed faciamus hic, &c. Nā petiuit pro ſe, & nō pro Iacobo & Ioanne, quia faciebat cōputum, ꝙ Ioānes, qui fuit ſpeculatiuus valdè, eſſet in tabernaculo Moyſi, qui etiam fuit valdè ſpeculatiuus, & Iacobus qui faciebat pœnitentiā, eſſet in tabernaculo Elię, qui magnā faciebat pœnitentiā, & ipſe faciebat computū ſuum, quod eſſet in tabernaculo Chriſti, & ſic bonus homo eligebat meliorē partē eſſe cū Chriſto, &c. & poſt nubes obumbrauit eos, & ceciderunt præ timore in facies ſuas, & venit vox de nube. ſ. patris di. Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi bene cōplacui, ipſum audite. i. eius doctrinā indubitāter & ſine dubio recipiatis, quia nō poteſt fallere nec falli. Cogitate hic, quādo Elias reuerſus fuit ad paradiſum terreſtrē, quales quæſtiones fuerūt inter ipſum & Enoch ſociū ſuū. Quæſiuit enim Enoch, O ſocie bene veneritis, mirabar enim vbi eras. Reſpondit, O bona noua, & quæ? Ego venio de Saluatore & filio Dei, qui recepit carnē humanā vt ſaluet homines, & habet tot annos, & citò recipiet paſſionē. O mi miſer dicebat Enoch, fui nō dignus videre eum nec eſſe vobiſcū, &c. Idē de anima Moyſi quādo exiuit limbū, dixerūt alij ſancti patres. O vbi eſt Moyſes, quia ibi omnes cognoſcebant ſe, & quando rediit, dicebāt, O domine bene veneritis, vbi fuiſtis? Reſpōdit Moyſes gaudete, ego porto vobis meliora noua quā vnquā audiuiſti. O illū quē ſperabā vidi. O domine dicatis pro certo. Ego vidi ſaluatorē, & locutus ſum ſecū, & breuiter veniet ad redimēdum nos, & eſt iā 33. annorū vel circa, & prędicabat eis quid quid audiuerat, & viderat à Chriſto. Sed quare iſti duo fuerunt in transfiguratione plus quā alij ſanctorū diclarabitur poſteà. Dicit ergo thema, Transfiguratus eſt ante eos. dicit Luc. quod Apoſtoli nemini quidquā dixerunt. Et quando venerūt alij Apoſtoli ad Petrū, Iacobum & Ioannē. O bene veneritis, dicatis nobis, &c. & non dixerunt, ſecretum eſt. Modò veniunt omnes queſtiones, primò de themate. Transfiguratus eſt ante eos. Quæritur vnde venit tātus ſplendor Chriſti in facie & tanta albedo in veſtimentis? Reſponſio ꝙ doctrina eſt theologiæ, ꝙ Chriſtus in inſtanti ſuæ cōceptionis habuit tantā gloriā & ſapientiā in anima, quantam habet modò in cœlo, ſed corpus in ſua ſenſualitate fuit paſſibile & mortale. Ratio huius fuit, quia Chriſti anima habet maiorē cōformitatem cū filio Dei, quā corpus, quia eſt ſubſtantia ſpiritualis ſicut diuinitas,

tas,& decebat vt esset gloriosa propter dignitatẽ diuinæ personæ, cui immediatè vniebatur personaliter. Ideo Ioã.1.dicit in persona istorũ triũ Apostolorũ, Vidimus nos.s.Petrus, Iacob9 & Ioãnes glo riã eius, quãtũ ad animã, & corp9 remãsit passibile, p nostra necessi tate.s.redẽptione. nõne sic oportuit Christũ pati.s.p nobis, &c. Cũ igitur quęritur vnde venit illa claritas, respõdetur, q̃ claritas animę redũdauit, in corp9, nõ habitualiter, sed actualiter, ipsum illuminãs. De hoc vide B.Tho 3.di.16.q.2.ar.2. Itẽ 3.par.q.45.ar.2. Vt cãdela ac censa intra lucernã illuminat eã, sic claritas animæ existẽs interius, illuminabat corpus exterius, ideo resplenduit facies eius sicut Sol, & vestimenta eius sicut nix, & transfiguratus est ante eos. De ista trãsfiguratione Christi subtilissimè determinat B.Tho.3.scrip.di. 16.q.2.& 3.par.q.45.in plurimis articulis. Secunda quæstio quando voluit transfigurari quare recessit ab aliis Apostolis, & venit in altum montem & desertum & inhabitabilem, & nõ in plano, & corã aliis Apostolis & discipulis? Responsio, bonæ gentes sciatis quod pro nobis fecit, & nostro exemplo. Vnde & tempus quadragesimale est mons altus & desertus, & tempus carnale est locus bassus & deliciosus. auctori. Mat.7. Lata porta & spatiosa via est, quæ ducit ad perditionẽ, & multi sunt qui intrãt per eã, sed modò boni Christiani ascendunt montẽ pœnitentię, dimittẽdo delitias, pompam, superbiam, peccata, negotia, solatia, &c. Iuxta illud Esa.2. Venite ascendamus ad montẽ domini.s.montẽ pœnitentiæ. Hoc est domini actiuè, quia ipse ordinauit, & passiuè, quia ipse sustinuit. In monte quadragesimali Christus transfiguratur de figura iustitię rigorosę in figura misericordiæ copiosæ propter nostrã pœnitentiã. Vnde Propheta dicit Psal.101. Tu exurgẽs misereberis Siõ, quia venit tẽpus miserendi eius.s.quadragesimæ. Nota tu exurgens.s.in nobis, in tempore misereberis Sion, id est animę, quia venit tempus miserendi.s.quadragesimale. Et cõcordans Apostolus dicit, Hortamur vos, ne in vacuũ gratiã Dei recipiatis. Ait enim, tempore accepto.s. quadragesimali exaudiui te, & in die saluris audiui te, &c.2.Cor.6. Tertia quæstio, quare Christus quando voluit transfigurari nõ assumpsit nisi tres secum.s.Petrum, Ioannem, & Iacobum? Respõsio q̃ singulariter recepit istos tres ad denotandum q̃ tres conditiones personarum sunt dignæ præ cæteris, ad cognoscẽdum secreta Dei. Primò prælati & episcopi per Petrum designati, quem iam Christus elegerat in prælatum. Dicit beatus Thomas in quodlibetis, quod præ cęteris episcopus debet scire sacram scripturam. Dicit beatus Thomas in quotlibetis, quotlibeto.1.q.7.ar.2. quod episcopi & docto.theologię, sunt sicut principales artifices in ędificio spirituali. Qui autem vacant saluti alicuius in particulari, sunt vt manuales. Sic igitur episcopus præ cæteris debet scire sacram scri-

pturam

ptută,ſed ſimplicibus ſacerdotibus ſufficit intelligere grāmaticam alias nō debent promoueri ad ſacerdotium,nec ad ordines. Curati verò animarū tenentur plus,& vltrà ſcire.ſ.formā ſacramentorū.ſ. quæ eſt forma abſolutionis, baptiſmi, & ſimilia, alias in periculo animæ ſuæ recipiunt curā. Debent etiā ſcire ea quæ faciunt difficultatem in ſacra ſcriptura. De hoc auctoritas.1.Pet.3. Dominū Ieſum ſanctificate in cordibus veſtris, parati ſemper ad ſatisfactionē omni poſcenti vos rationē de ea quæ in vobis eſt ſpe. Secundò, Ioānes erat virgo,purus corpore & mente.Ideo Chriſtus virginē matrem virgini commendauit,quia Chriſtus dixerat.Mat.5. Beati mundo corde,quoniā ipſi Deum videbunt. Et ſignificat,quod mundi & puri corde videbunt Deū. Tertiò Iacobus fuit aſſumptus,quia primus debuit per martyrium paradiſum intrare de Apoſtolis,ideo Chriſtus voluit eum cōſolari , oſtendens ſibi aliquo modo gloriā.Iuxta illud,Beati qui perſecutionē patiuntur propter iuſtitiā, quoniam ipſorum eſt regnum cœlorū.Mat.5.ad oſtendendum, quod illi qui ſuſtinent paſſiones & tribulationes pro ſalute animarū, & proximi,videbunt gloriam Dei. Vel dic quod Chriſtus aſſumit ad gloriā ſuam primo innocentes figuratos per Ioannem. Pſal.24. Innocentes & recti adhęſerunt mihi. Secundò, obedientes,quia aſſumpſit Petrum qui obediens intelligitur. Mat.19. Si vis ad vitam ingredi, ſerua mandata. Tertio pœnitentes,quia aſſumpſit Iacobū qui ſupplantator intelligitur,quia pœnitens ſupplantat diabolum per cōtritionem,mundū per confeſſionem,corpus per ſatisfactionem,& Chriſtus ipſum aſſumit ad gloriā. Agite pœnitentiam quoniam appropinquauit regnum cœlorum.Mat.4. Quarta quæſtio,quare de ſanctis veteris teſtamenti ſolùm fuerunt ibi duo.ſ.Elias & Moyſes? & quare plus illi quam alij ? Dic quomodo anima Moyſi venit de limbo qui eſt in medio terrę,& Elias de paradiſo terreſtri portatus fuit per Angelum. Pro quo nota,ſecundū beatum Thomam.3.par. quæſt.45.art 3.ad ſecundum.&.3.ſcrip.diſt.16.quæ.2.art.1.ad quintū, quod Moyſes tunc ibi non ſumpſit proprium corpus, ſed aliud ſicut angeli. Elias autem habuit proprium corpus, & venit illuc de paradiſo terreſtri,non autem de cœlo empyreo: hæc ille. Sed quare plus anima Moyſi quā Adę,vel Noë,& quare plꝰ Elias quā Enoch? Reſponſio quod cauſſa fuit,quia de aliis omnibus ſanctis qui fuerunt ante aduentum Chriſti,nullus ieiunauit quadrageſimam,niſi iſti duo. De Moyſe dixit textus.Exod.24.ingreſſusq́; Moyſes medium nebulæ aſcendit in montē,& fuit ibi.40.diebus &.40.noctibus.Itē Exod.34.Fuit cum Domino Moyſes.40. dies &.40. noctes, panem non comedit, & aquam non bibit. Dicit de Elia textus.3. Reg.19. Surgens comedit & bibit , & ambulauit in fortitudine cibi illius.40. diebus, &.40. noctibus vſque ad montem Dei Horeb.
Ibi

Ista est ratio moralis. Ideò si vultis esse in societate Christi in transfiguratione in monte gloriæ quadragesimā ieiunetis. Quis vestrum poterit dicere, quod de toto tempore vitæ suæ ieiunauit vnā quadragesimā integrā & perfectè? Credo ꝙ pauci sunt, quilibet excusat se à ieiunio, aliquo modo. Aliqui dicūt, habeo cordis dolorē ex ieiunio. Aliqui, ô ego nō possum dormire, stomachus dolet mihi. Ideò vt boni milites in bello armetis vos ad ieiunandū sine timore. Declaretur per casum, si sit hîc aliquis homo qui cōmiserit vnū magnū crimē cōtra Regē, propter ꝙ Rex dat sententiā, vel ꝙ induat propter illud crimē loricā ferreā ignitā, vel camisiā delicatā, nōne esset benè fatuus si indueret loricā ferreā ignitā? Sic oēs nos bonæ gentes criminosi sumus ex peccatis nostris & sententiati. Ideò oportet recipere iuxta sententiam Dei loricā ignitā, vestiri habemus camisia pœnitentiæ, ieiunādo, abstinēdo, vel vestiri in alio mundo in inferno lorica ignita. s. pœna infernali, vbi est ieiuniū ita strictū, ꝙ nec guttā aquæ potestis habere. Ex quo noluerunt hîc ieiunare, ieiunabūt in inferno, vt patet de diuite epulone. Luc. 16. Modò 1400. anni sunt & vltra ꝙ ipse petiit vnā guttā aquæ quotidie ieiunādo, & non potest obtinere, dicit textus: Cū esset in tormentis eleuauit oculos, &c. Not. quod anima separata habet oculos, vt refrigeret linguam meā. No. etiā quod habet linguā, id est, sententia data à Rege Christo. Luc. 13. Nisi pœnitentiā habueritis omnes simul peribitis. Iā videamus quomodo isti tres. s. Christus, Elias, & Moyses ieiunauerūt quadragesimā. Christus ieiunauit orādo. Luc. 6. Erat pernoctans in oratione Dei. Moyses ieiunauit Deum audiēdo, Elias ambulando. His tribus modis debemus ieiunare audiēdo missas, sermones, diuina officia. Secundò orādo. s. mane & sero. Nota modū orādi in Ecclesiastico, oratio humiliantis se nubes penetrabit. Ecclesiast. 35. Tertiò, debemus ieiunare ambulādo, scilicet ecclesias visitādo, hospitalia, indulgentias, &c. His modis eritis istis tribus similes, & de vobis verificabitur illud Dauid, Ibūt de virtute in virtutē, videbitur Deus Deorū in Sion. Psal. 83. Quinta quæstio, quia dicit Euangelium, & apparuerunt illi Moyses, & Elias loquentes cum eo. de quo loquebātur cum Christo, quid dicebant, & quid loquebantur Matthæus non dicit, sed Lucas declarat quid dicebant. Luc. 9. Ecce duo viri loquebantur cum eo. Erant autem Moyses, & Elias visi in maiestate, & dicebant excessum eius quem completurus erat in Ierusalem. Lucas declarat parlamentū dic. Loquebātur enim de passione quā debebat sustinere pro nobis Christus in Ierusalē. No. excessum suæ passionis, magnus excessus perdere totum sanguinē pro nobis. Cōclusio est theol. ꝙ minima gutta sanguinis Christi erat sufficiēs ex valore diuinitatis, ex in infinita charitate Christi, ad redimendū mille milia mundorū. De hoc vide beatum Tho. 3. par. q. 6. art. 5. ad ter-

ad tertium ar.6.ad ſextum, & 3.ſcrip.diſt.20.art.3. ad quartum.& 6. qui dicit, quod vna minima gutta ſanguinis Chriſti ſuffeciſſet pro omni peccato, & ipſe effudit totum ſanguinē, & multoties effudit, Primò in circuncisione. Secundò in oratione. Luc.22.Factus eſt ſudor eius ſicut guttæ ſanguinis decurrentis in terram. Tertiò in flagellatione. Quartò in cruce. O qualis exceſſus effundere totum ſanguinem pro proditore homine. Iam videamus practicā illius parlamēti, prout rationabiliter poteſtis cogitare fuiſſe factum Moyſi, & Eliç in monte. Primò Moyſes incœpit. O bone ſaluator mūdi, ergo deliberaſtis, vt ſitis capiēdus, ligandus, malè tractandus pro homine, vt nos credētes, & obedientes liberemur à poteſtate diaboli. O Domine qualis exceſſus eſſet, quod Rex vellet acceptare mortē pro famulo, & pro latrone, qui fecit crimen, & commiſit. Ab alia parte Elias clamando dixit, Et vultis flagellari, & verberari pro homine vos qui creaſtis illum, & vultis tantum humiliari. O domine qualis exceſſus charitatis erit iſte, & iterū Moyſes, O domine qualis erit exceſſus iſte, quia iā deliberaſtis coronari corona de ſpinis. Et Elias, O Domine vultis deſpici, & vituperari. Deinde, Moyſes, O Domine vultis ſuſpendi in ligno. O qualis exceſſus. deinde Elias O Domine vultis mori, vt peccatores viuant vita çterna. Ecce quomodo dicebant exceſſum paſsionis Chriſti, & charitatis in miſericordia. De hoc Apoſt. Deus qui diues eſt in miſericordia propter nimiam charitatē ſuā, id eſt, exceſsiuā charitatē, quia dilexit nos, & cū eſſemus mortui peccatis, conuiuificauit nos in Chriſto. Ephe.2. Moraliter habemus hîc exemplū, ſi Chriſtus tantum fecit pro nobis, & nos debemus facere aliquid pro ipſo, ſaltem redimere peccata noſtra per pœnitentiā. Vnde Apoſtolus Hebr.12. Recogitate eum, qui talem ſuſtinuit à peccatoribus aduerſum ſemetipſum contradictionem, vt nō fatigemini animis veſtris deficiētes. Nondum enim vſque ad ſanguinem reſtitiſtis aduerſus peccatū repugnantes. Multi ſunt qui non timēt leonem, vel vrſum aggredi, vel ire ad guerram, & exponere ſe morti, & tamen timent vnā quadrageſimā ieiunare, quæ nō eſt periculū mortis, ſed ſalus corporis & animę. Sexta quæſtio, ꝙ fuit motiuū Petri dicentis, Domine faciamus hîc tria tabernacula. Reſponſio ꝙ Petrus ſcibat prophetiā Dauid de huiuſmodi transfiguratione dixiſſe, Emitte lucem tuā.ſ. Chriſtum qui eſt lux. Ioā.8. Ego ſum lux mūdi. & veritatē tuā, ſcilicet, Chriſtū qui eſt veritas. Ioan.14. Ego ſum via, veritas, & vita, ipſa me deduxerūt, dicit Propheta, & adduxerunt in montē ſanctū tuū.ſ. Thabor. O dixit Petrus, Ego habeo lucem & veritatem mecū.ſ. Chriſtum, & duxit me in montem ſanctum tuum.ſ. Thabor. opto etiam tertiū.ſ. & introducāt in tabernacula tua, & ideò vt prophetia cōpleretur, petiuit fieri tria tabernacula, neſciens quid diceret. No. dicit glo. ſuper Lucam.

eam,quod illa tria tabernacula sunt in cœlo.s.hierarchię angelorum, & in qualibet hierarchia sunt tres ordines Angelorũ.In prima hierarchia sunt angeli,archangeli,&c.dicũtur hîc. Et de istis loquebatur Dauid,& Petrus cogitauit,quod in mõte Thabor essent facienda.Ideò dicit Luc.nesciens quid diceret. Et in primo tabernaculo, id est,in primã hierarchiã ibunt pœnitentes,qui habent contritionem de peccatis suis, qui habent propositũ emendãdi vitam suam, & non redeundi ad peccata sua,& cõfiteri, & sic isti erunt in societate Eliæ. ideò Christus Mat.4.Pœnitentiã agite, appropinquauit enim regnum cœlorum.In secundum tabernaculum.s.secundã hierarchiam ibunt præsidentes.i.boni domini temporales,quãdo bono titulo habẽt titulum dominij,& seruant iustitiã,&c. Item Prælati qui bono iure non simoniacè intrauerunt non per literas dominorũ,nec manu armata, qui plus curãt de salute animarũ,quàm de reditibus,ibunt cum Moyse,qui fuit Prælatus populo Dei,ideò dicit,vnum Eliæ,& vnum Moysi,ideò scriptura loquẽs de istis dominus dicit,Si delectamini in sedibus, & sceptris, ô Reges populi, diligite sapientiã,vt in perpetuum regnetis.Diligite lumen sapientiæ,omnes qui pręestis populis. Sap.6.No.Diligite sapientiã ad benè gubernandum personam vestram,& populum vobis cõmissum. In tertium tabernaculum, siue in tertiam hierarchiam ibunt personæ excellentes in vita apostolica,secundum Apostolum, habentes alimenta,& tegumenta quibus teguntur contenti sunt,&c.De istis dicit Christus, Ego dispono vobis,sicut disposuit mihi pater meus regnum, vt edatis, & bibatis super mensam meam in regno meo. Luc.22.& isti erunt cum Christo in tertio tabernaculo. Ideò dicit, faciamus hîc tria tabernacula,&c. id est, ædificemus meritoriè,in præsenti vita tria tabernacula, & superius habebimus possessionẽ in gloria,&c. Septima quæstio quare Christus præcepit illis Apostolis ne alicui dicerent.s.tantã gloriã,cùm tamẽ fuisset magna consolatio,& gaudiũ aliis si sciuissent? Respõsio quod fecit ad vtilitatem aliorum Apostolorum, sciens Christus, quod omnes debebãt perdere fidem,ideò magis peccassent si sciuissent illam gloriam. In quo videtur plus dilexisse bonum Apostolorũ quàm suam gloriam. Ioan.8.Ego gloriã meãm non quęro,vbi moraliter ostenditur nobis,ne in bonis operibus quæramus gloriã,sed interrogate cor vestrum,quod nõ mentiatur vobis,quare vultis hoc facere. si pro vana gloria.O non faciã,quia Christus noluit gloriã temporalẽ,quãtò magis nos non debemus velle. Vnde Apost.Rom.12.& 2.Cor.8. Prouidentes bona, non tantùm coram Deo, sed etiã coram hominibus. Si vultis facere bonum opus propter hæc,vt Deus det vobis remissionem peccatorum,& finaliter gloriam. O tunc non quæratis vanam gloriam,sed gloriam Dei,&c.

Dominica Reminiſcere. *Sermo vnicus.*

Ecce mulier Cananæa. Mat. 15. & recitatiuè in Euangelio hodierno. Intentio eſt vtilis Eccleſiæ, fideles homines ad orationem prouocare, ſicut in Dominica proximè lapſa prouocauit ad ieiunium. Quia ieiunium, & oratio ſunt duo opera neceſſaria ad veram pœnitentiam. Et eſt iſta ratio: Nam omnes formati ſumus de duabus contrariis ſubſtantiis, ex parte. ſ. carnis, ex ſubſtantia carnali. Et iſta inclinat nos ſemper ad malum, & ad terrena quæ appetit ſpiritualia, & cœleſtia, niſi à carne impediatur, & ſic ſibi contrariantur, & nunquam eſt inter eas requies vera, niſi in Chriſto & in virgine Maria, & ideò dicitur ad Gal. 5. Caro concupiſcit aduerſus ſpiritum, Spiritus autem aduerſus carnem. Hæc enim ſibi inuicem aduerſantur, vt non quæcunque vultis illa faciatis. Sunt enim contraria, & nunquam eſt pax inter ea, & ſancta mater Eccleſia videns hanc controuerſiam, ſciens animam habere iuſtitiam, iuuat ipſam animã, & ordinat contra carnem afflictiones, & ieiunia, & hoc Dominica præterita, quo ieiunio caro refrænatur, & hodie ordinat orationẽ qua anima eleuatur ad Deum, & ſic non ſolùm habebitur victoria de carne, ſed etiã de dæmonibus qui etiã laborant cõtinuè, vt perdamus illam gloriã, quam ipſi perdiderũt, ideò dicit Chriſtus, & ſcribitur Mat. 9. Hoc genus dæmoniorum in nullo expellitur niſi in oratione, & ieiunio, & prouocati fuimus ad ieiunium exemplo Chriſti nobis propoſiti, nec eſt verum, vt quidam rudes ignorantes dicunt, quod Chriſtus 40. panes aſſumpſit ſecum in montẽ, quia nullam refectionem carnalem ſuſcepit. Ideò dicitur Mat. 4. & cùm ieiunaſſet. 40. diebus & . 40. noctibus, poſteà eſuriit. Idem beatus Luc. 4. & nihil manducauit in illis diebus, &c. Si ergo Chriſtus qui nullam habebat contradictionẽ carnis & ipſius, ieiunauit, quantò plus nos. Tum quia ipſe qui eſt Dominus, & redemptor ieiunauit, quid nos miſeri facere debemus, quaſi arguendo per locũ à minori. Sic hodie mater Eccleſia prouocat nos ad orationẽ, inſtruens nos exemplo cuiuſdam infidelis Cananææ, pro noſtra verecundia, vt fortius oremus. Ideò dicit Eccleſia, Ecce igitur mulier Cananæa. Ecce eſt demonſtratiuum, & infidelem demonſtrat, vt melius prouocemur ad orationem. Et iſta mulier ſeruauit tres conditiones orationi neceſſarias.

Primò ſeruauit veram fidelitatem,
Secundò firmam ſtabilitatem,
Tertiò ſeruauit veram humilitatem.

Omnia iſta tanguntur in the. Primum quia ecce, ſecundũ quia mulier, tertiũ quia Cananæa. Sed de his intricationibus nõ curo. Sed ego volo iſta tria trahere ex Euãgelio, & nõ ex themate. Primò ergo habuit verã humilitatẽ, non obſtante, quod eſſet genere infidelis,

lis,tamen habuit istam. Nam dicitur in Euangelio, Egressus Iesus secesfit in partes Tyri,& Sydonis.Et ecce mulier Cananæa a finib⁹ illis egressa clamauit dicēs ei, Miserere mei Domine fili Dauid,filia mea malè à dæmonio vexatur. Vbi dicitur quod Christus exiēs de Nazareth venit in partes Sydonis, vt apparet Mat.14. Et benedictus Dominus cœpit exequi officiũ prędicationis,& noluit in aliqua ciuitatē diu requiescere,nec in castro,sed vt necesse erat expendebat tempus ad prædicandũ.Sicut videmus in Sole,qui cùm oritur,nulli se quieti reponit, sed facit suũ cursum, quia aliàs perfectè nō illuminaret, ita Christus suum cursum fecit, amorē & ardorem dans gentibus,ideò dicitur. Visitauit nos oriēs ex alto. Illuminare his qui in tenebris,&c.Luc.1.In tenebris,id est,in errorib⁹ existentes illuminabat, & calefaciebat eos qui erāt in vmbra mortis, quia erant indurati,& direxit pedes eorũ in viam pacis.Ideò dicitur in Euāgelio,Egressus Iesus,&c. Et non dicitur vnde,sed declaratū superius.Et sequitur,Et ecce mulier Cananæa. Et dicitur Cananæa, quia terra promissionis erat habitatio Cananæorũ quos tempore Iosue,Iudæi expulerunt.Et quia Iudæi non omnes potuerūt exterminare,ideò de genere Cananæorum qui remanserāt descenderat ista. Ideò dicitur Cananæa.Ista primò non credebat Deũ,nec sperabat resurrectionē.Et mortuo viro ipsa remansit cum vnica filia, in cuius corpus diabolus intrauit, & affligebatur multũ,vt poteris videre in homilia hodierna, semel proiiciēs illam in aquam, semel in ignē,& ista Cananęa audiens quod Iesus transibat per illas partes tot miracula faciendo,& faciebat audire surdos,claudos ambulare.Hæc ergo mulier accessit ad Iesum vociferando,& multũ acriter flendo,& dicendo,Miserere mei Domine filij Dauid. Hîc no. fidelitatē quam hæc mulier incœpit habere: quia cùm esset infidelis, pagana de genere Canaan, nihilominus maximam habuit fidem quam ostendit facto & verbo. Primò facto,quia non duxit secum filiā suam,non quæsiuit præsentiā Christi,vt Princeps Synagogæ. Mat.9.Et Regulus.Ioan.4.nec recurrit ad diuinos. Origenes, Non accedit ad Petrum,non rogat Iacobum,nec obsecrat Ioānem,non interpellat Apostolorum chorum,sed pro omnibus illis accipit patientiam comitem,quæ aduocati locum adimpleuit, & sic ad summum pietatis Principem perrexit. Hæc ille. Secundò ostēdit suam fidelitatem in verbo,dicens, Miserere mei Domine fili Dauid,non est in actibus meis bonum,non est mihi de cōuersione fiducia. Ad misericordiā tuam cōfugio,miserere mei,inquit,peccatricis.Diurnorum malorũ quotidie cruciatus,quotidie gemitus meos video. Quò pergam? in eremum ire nō audeo,nec illam solam relinquere.In domo sedere nō possum,quia intrinsecus est inimicus.Cerno

enim oculos tranquillos, aſpectum ſanguineũ, manus intortas, crinem diſſolutum, ore ſpumantia, inimicum incedentem, & non apparentem, neminem interrogantem, & illam cum clamore loquentem, miſerere mei Domine fili Dauid. Et ſic habes duas doctrinas, Vna eſt moralis, alia eſt ſpeculatiua. Et primò videamus ſpeculatiuam. Et quære quæ fuit ratio, quare iſta mulier vocauit Ieſum filiũ Dauid, & nõ filiũ Dei? quia Chriſtus ſecundum humanitatem erat filius, ſeu de ſtirpe Dauid, ſed ſecũdum diuinitatem filius Dei, cùm plus poſſet, vt Deus. Videatis hîc ſecretum. Apparet quod iſta mulier audiuerat ore humano, aut ſpiritus ſancti, nam dicitur quod Rex Dauid tangebat benè citharã, & quod Rex Saul detinebatur multoties per dęmonẽ, & Dauid tangẽdo citharã expellebat dęmonium à Rege Saul. Vide textum de hoc 1. Reg. 16. quomodo ſpiritus malus arripiebat Saul, & tunc Dauid tangebat citharã. Ideò quandocunque ſpiritus malus arripiebat Saul, tollebat Dauid citharã, & percutiebat manu ſua, & recedebat ab eo ſpiritus malus, &c. Timebat ergo dæmon ſonũ illius citharæ? certè non, vel timebat ſanctitatem Dauid? non. quid ergo dicendum? Videte, iſta cithara ſecundum quod dicũt gloſæ, figurabat illam citharã, crucem Domini noſtri Ieſu Chriſti. Nam ſicut cithara fit de ligno arido, ita crux Chriſti, quia annis mille quingentis pręteritis fuerat illud lignum ſciſſum, vt pridiè dixi in primo ſermone cuius thema, Ecce ſanus factus. &c. Item quia in cithara ſunt quatuor paria funiculorũ magis tracta quàm in alio inſtrumento, & habet clauellas aliquas. Et iſta cithara ſignificat crucem, & funiculi ſignificant membra Chriſti quæ fuerunt attracta in cruce, & nerui cum clauis, & clauellæ illæ ſignificãt clauos quibus Ieſus Chriſtus fuit cõclauatus. Item cithara facit ſonum valde acutum. Nam benedictus Ieſus fecit ſeptẽ ſonos in cruce. Et primus fuit, quando dixit, Pater dimitte illis, quia neſciũt quid faciũt. Nam pater ipſe paratus erat recipere vindictã, & omnes illos damnare. nam credebant ſe crucifixiſſe peccatorem, & crucifixerunt Dominum & Saluatorem. Et iſte ſonus ſignificat Domini noſtri Ieſu Chriſti clemẽtiam. Secundus fuit, quãdo dixit latro, Domine, memento mei, dum veneris in regnũ tuum, & dixit illi, Amen dico tibi, hodie mecum eris in Paradiſo. Luc. 23. & iſte ſignificat ſonum inæſtimabilis miſericordię cum peccatore. Tertius fuit quãdo dixit matri ſuę flenti, Mulier ecce filius tuus, ſignificando verſus Ioannem, qui ſonus ſignificat incomparabilem ſonũ pietatis. Quartus fuit, quãdo Apoſtoli & amici receſſerunt eum relinquendo, & dixit alta voce, Eli, Eli, lamazabathani. &c. Non tamen credatis, quod ipſe eſſet à deitate derelictus, nõ, ſed ab Apoſtolis & amicis, & iſte ſonus erat cõpaſsionis, & hoc propter amicorum dilectionem.

lectionem. Quintus fuit, quando dixit, Sitio. Nam ipse desiderabat infidelium conuerlationem. Et sic erat cãtus incomparabilis charitatis. Sextus fuit, quando dixit, Consummatũ est, qui sonus incomparabilis & infinitæ erat cõstantiæ. Septimus fuit, quando dixit, Pater in manus tuas commendo spiritum meum. Et ista cantilena fuit infinitæ confidentiæ, dans exemplum cuilibet Christiano. Ecce ergo citharam Dauid. Et dæmon intelligens hoc secretum, fugiebat regem Saul relinquendo. Et de hoc iam sperans ista Cananęa dixit, Miserere mei Domine fili Dauid, quia filia mea malè à dęmonio vexatur. Loco iam allegato, secunda doctrina est moralis. Pro quo notandum, quandoq; prædictam filiam dæmon inflabat, interdum vt rabie detentam conturbabat, interdum proiiciebat illam in lutum, interdum os vsq; ad aurem perducebat, interdum in puteum siue aquam proiiciebat, interdum in ignem tollens ei virtutẽ. Sed mater illam non relinquebat. q.d. Si Dauid qui erat figura, poterat fugare dęmonẽ per sonum citharæ, plus potest ipsa veritas, i. Iesus Christus. Et hîc est instructio bona moralis. s. quod nostrę animę vexentur à dęmone multis & diuersis peccatis, allegemus ergo sonũ ipsius citharę. Nã nostræ animæ diuturnitate peccati vexantur à dęmone, cùm dæmon vexet multos homines, & hoc propter superbiã, sicut faciebat filiã Cananææ, sic si esset vnum magnum vas inflatũ vẽto. Alij vexantur per auaritiã à dęmone reuoluti. Alij proiiciuntur in lutum. s. luxuriosè viuẽdo. Alij habent os retortum vsq; ad aures, & isti sunt inuidi. Alij proiitiuntur in aquam. s. gulosę viuendo. Alij in ignem, & isti sunt qui desiderant vindictam inimicorum. Alij qui perdunt virtutem propter pigritiam. Tamen habemus remedium Cananęæ dicendo, Domine fili Dauid, miserere mei, quia filia mea, id est anima mea vexatur à dæmone. Et si Dauid Domine, qui fuit vestra figura, & cithara figura crucis illud fecit, & vos facere dignemini, qui estis veritas. Et ideo si laboramus pro corpore & diuitiis, quantò plus pro anima. Nam dicitur Deut. 4. Custodi igitur temetipsum & animam tuam solicitè, ne obliuiscaris verborum quæ viderunt oculi tui, & ne excidant de corde tuo cunctis diebus vitæ tuæ. Docebis ea filios ac nepotes tuos die quo stetisti coram Domino Deo tuo in Oreb, quando Dominus locutus est mihi dicẽs, Congrega ad me populum, vt audiant sermones meos, & discant timere me omni tempore quo viuunt in terra. Ecce mulier ista Cananęa cogitans consilium pluriũ personarum, quod illa ferret ad sortilegos, ad se reuersa dixit, Recurrã ad dęmones, nõ vt filia mea liberetur à dæmone, non faciã, sed solùm volo recurrere ad Christũ. Ideo istam multum laudat homilia hodier. Circa hoc habetis bonã doctrinam. s. quod nõ vadatis ad tales personas pro aliqua necessitate mundi, sed ad solum Iesum Christum, nam si fortè amisisti aliquid

& nescis vbi est, non vadas ad dæmones, quoniam secreta nesciunt cùm sint in tenebris. Benè dicent fortè infamiam alicuius, & non erit verum, vt misceant malum, nam cùm furtum nescire poteris, recurre ad Christum. Isto modo vt si sibi placeat quod ponat in corde illius, qui habet rem vt tibi restituat. Item, si vis habere sanitatē tui corporis mariti aut vxoris, non accedas ad cōiuratores, quia dæmones non possunt hoc facere, & si diceres, Expertus sum, caue, quia deceptus es. Nam dicitur quod dæmon curabat infirmos, nō à sanitate sanando, sed à læsione cessando. Debet ergo homo solū cōfidere in Domino potius, quã ad tales recurrere. Et vos mulieres nō faciatis ratione infantiū. Nam ibi est necessaria creatio animæ, nam diabolus non potest animam creare. Videant ergo rectores communitatum, si sciunt aliquem vel aliquos infideles his artibus vtentes, istos tales ad vitam sustineant, nã istud peccatum est sufficiens iram Dei prouocare super ciuitatē. Et ecce vnū exemplū, Si fortè aliquis Saracenus veniret de Barbaria, & secretè diceret ciuib⁹ & militibus ciuitatis, Ecce dimittatis regem vestrum & detis vos regi nostro, ego dico, quod si ciues & rectores scirēt ista, & nō dicerent, nónne mererētur vt rex destrueret illos? certè sic. Istam pœnam merentur qui ad illos recurrunt & qui sustinent, maximè si est notorium. Si autem est secretum, tunc Deus condemnabit illos qui hoc faciunt, imò etiã illos qui vadūt & cōsentiunt. Concordat Dauid in Psal. 44 .f. Deus auribus nostris. Si obliti sumus nomen Dei nostri, & si expandimus manus nostras ad Deū alienū. Nónne Deus requiret ista, ipse enim nouit abscōdita cordis. Magna iniuria fit sibi cùm in nomine ipsius tanta sit virtus, ꝙ curet omnia, & de hoc est textus in Psal. 39. Beatus vir cuius est nomen Domini spes eius, & non respexit in vanitates & insanias falsas. No. nō respexit in vanitates & insanias falsas, id est sortilegia. Addiscamus ergo à Cananæa ista, quæ non curauit de istis vanitatibus, & erimus fideles regi nostro. Et ecce hîc fidelitatem istius mulieris. Secundò seruauit firmam stabilitatem. Nam dicitur, quod non respōdit ei Iesus verbum aliquod. Et ideo dicitur, Et accedentes discipuli ad Iesum, rogabant eum dicentes, Dimitte eam, quia clamat post nos. Ipse autem respondens ait, Non sum missus nisi ad oues quæ perierunt domus Israël. At illa venit & adorauit eum dicens, Domine adiuua me. Cui respōdens ait, Non est bonum sumere panem filiorum & mittere canibus. At illa, Etiam Domine. Nam Christus dixit ter sibi non, & ista tamen fuit stabilis & firma. Et primò fuit stabilis & firma, quia nō respōdit sibi verbū, quasi sibi contumeliã dicendo, quasi habendo illã excommunicatam & ab eo expellendã, denotando, ꝙ quis cum excōmunicato loqui non debet. Et tunc ista replicando dixit, Si sum excōmunicata, ad te solùm recurro qui habes potestatē absoluendi, dicendo,

Miserere

Miserere mei. Ideo apostoli moti misericordia rogabant eũ dicentes, Dimitte eam, quia clamat post nos. q.d. O Domine iam dicent gentes te crudelẽ esse. Tunc Christus quãuis ex vna parte durus videretur esse, tamen ex alia parte misericors, dicit apostolis. Nõ sum missus nisi ad oues quæ perierunt domus Israël & nõ obstante hoc ista dicit. Adiuua me Domine. Videte, iam apostolis negauerat, sed post dicit Christus. Non est bonum sumere panem filiorum & mittere canibus. Et ista constans & stabilis dixit, Domine si vt canẽ me proiicis per iustitiam, tamẽ miserere mei, & da mihi vt catulæ de misericordia tua, & miserere mei. Notate circa hoc firmã stabilitatem istius mulieris. Et fortè homines dixissent, O & quãto tẽpore vado post eũ, & non possum aliquid ab eo consequi. Non sic ista, imò continuauit. Et circa hoc sunt duæ doctrinæ. Prima est speculatiua, alia est moralis. Speculatiua est eò ꝙ dixit Christus, Non sum missus nisi ad oues quæ perierunt domus Israël. Hic notandũ cum dicit, Non sum missus, &c. ꝙ de aduẽtu Christi possumus loqui dupliciter. Vno modo quantũ ad redemptionẽ vniuersalem. Et sic Christus vniuersaliter ad omnes venit & missus est, quia pretium pro omnibus soluit, quia omnes sunt redempti, sed non omnes saluati, quia nolunt ieiunare. Sicut si aliquis ditissimus transiret vltra mare ad redimendũ Christianos captiuos, omnes qui essent penes Saracenos in Barbaria, cũ magnis pecuniis, dicẽdo, Pro quãto pretio dabitis mihi captiuos? & ipse soluisset pretiũ. Et si vnus diceret, Nolo exire, imò volo hic remanere, quæro cuius esset culpa? Nõ soluentis, nã pretiũ solutũ est, sed noluit gaudere. Dominus iste diues erat Iesus Christus, qui die Veneris sancta aperuit thecam suam, hoc est latus suum pro omnibus nobis captiuis soluendo in ara crucis, & soluit liberè verberibus & aliis plagis multis. Et omnibus nuntiatur dicẽdo, Ponatis vos in nauigio ecclesiæ trium coopertorarum .i. statuum. Et prima est propriè sentina quæ debet esse secreta, & ista significat religiosos, qui debent esse secreti & sine necessitate de ordine non exire. Secunda significat conditionẽ presbyterorum, qui debent honestè viuere. Tertia est laicorum, qui debent bene viuere, bene cõuersando. Ideo Salomõ Prou. vlt. Facta est quasi nauis institoris, de longè portans panẽ suum, &c. Nam venerũt nuntij Domini & dixerũt Iudæis, Venite ad nauẽ Domini. Qui dixerũt, Nolumus. Similiter dicatur de Tartaris & Saracenis, qui dicũt ꝙ noster propheta promittit nobis in alio mũdo riuũ mellis & lactis, sed pro omnibus venit, & hoc probatur in veteri testamento. Parũ est vt sis mihi seruus ad suscitãdas tribus Iacob, & feces Israël cõuertẽdas. Ecce dedi te in lucẽ gẽtium, vt sis salus mea vsq; ad extremũ terræ. Esa. 49. In nouo testamẽto, Hoc enim bonũ est & acceptum coram saluatore nostro Deo, qui omnes homines vult saluos fieri, & ad agnitionem veri-

tatis peruenire. 1. ad Ti. 2. Videmus ergo quod pro omnibus missus est. Alio modo loqui possumus de Christi aduētu quo ad visitationem corporalē. s. ad prædicandū & faciendū miracula personaliter, & sic nō venit, nisi ad oues domus Israël. Et quo ad hoc verificatur auctoritas. s. quo ad visitationē corporalē, quia tantū in terrā promissiōis corporaliter erat venturus. Ideo B. Paulus dicit, Dico enim Iesum Christū ministrū fuisse circuncisionis propter veritatē Dei, ad confirmandas promissiones patrū, gētes autē super misericordia honorare Deū, sicut scriptū est, Laudate Dominū oēs gentes, &c. Rom. 15. Et ita intelligitur, Non sum missus propter Cananæā, quia de illis nō erat. Alia autē doctrina erat moralis, & vide cōstantiā illius mulieris, quia pro nulla iniuria cessauit orare. Disce ergo tu orare, quotidie de mane facere certā orationē. Nā quilibet debet facere & tenere certā orationē. Itē, de sero antequā ponas te in lecto flexis genibus & deuotè dicēdo, Pater noster. Aue Maria. Credo in Deū, &c. cū aliis multis secundū tuā deuotionē, & habebis prosperitatem in corpore & in anima. Et ideo Dauid in Psal. 55. Iubilate. 1. Benedictus Dominus qui nō amouit orationē meā & misericordiā suam à me. Et sic cōtinua, & non dimittas eā propter sociū vel propter aliā causam. Et vide hîc exemplū, Quidā Lōgobardus voluit mundū videre & visitare singulariter sanctū sepulchrū Iesu Christi cū vno scutifero, & accepit licentiā vxoris suę, & proposuit quotidie dicere Pater noster. Aue Maria. Et immediatè incœpit & cōtinuauit quotidie suam orationē, & fuerūt semper incolumes. Cōtigit quod reuertendo ad domum suā, cùm esset iam prope castrū, non curauit vltra facere orationē dicēdo, O iam sumus prope nostram domū, nō oportet modò facere orationē. In posterum sic accedēdo versus domū, ignis accensus est in castro, & castrum & filij preter vxorem omnia cōbusta sunt. Ergo videatis quomodo ex omissione orationis omnia ista aduenerunt sibi. Noli ergo orationē dimittere, quamuis sit parua, cōtinua illā. Et ideo dicitur 1. ad Thes. 5. Semper gaudete. s. in Domino, sine intermissione orate, in omnibus gratias agite. Hęc est enim volūtas Dei in Christo Iesu in omnibus vobis. Spiritū nolite extinguere, prophetias nolite spernere. Omnia autē probate quod bonū est tenete, ab omni specie mali abstinete vos. Ipse autē Deus pacis sanctificet vos per omnia, vt integer spiritus vester & anima & corpus sine querela in aduentu Domini nostri Christi cōseruetur. Fidelis est qui vocauit vos, qui etiā faciet. Fratres orate pro nobis. Sumamus ergo huius mulieris exēplum. Ecce hîc secundum exemplū, quomodo habuit firmā stabilitatē. Tertio seruauit verā humilitatē. Nā ista mulier seruauit istā humilitatē, quāuis Christus canem eā appellauerit vel assimilauerit. Est ista bona mulier dixit Ecce Domine, & catelli edunt de micis quæ cadunt de mēsa dominorum.

rum suorum. Tunc Iesus vidit fidem istius mulieris & dixit, Magna est fides tua. Et ideo dicebat mulier: Non peto magnū miraculum, velut resurgere mortuos, nec solem retroire, mare rubrū diuidere, sed vt liberes filiā vnicam. Fac ergo Domine mihi istam gratiam, & Christus denegare non potuit. Quæro nunc cur Christus tantum fecit illam expectare quod petebat? videtur cōtra se esse & eius doctrinam. Nā dicitur Prou. 3. Ne dicas amico tuo vade & reuertere, & cras dabo tibi, cum statim possis dare. Item dicitur 2. Cor. 9. Vnusquisque prout destinauit in corde suo, non ex tristitia aut ex necessitate, sed supple ex hilaritate. Hilarē enim datorem diligit Deus. Responsio, quia Christus hoc fecit duplici ratione. Primò ex parte mulieris. Secundò ex parte nostra. Primò ex parte mulieris propter meritū augēdum. Christus enim per istā dilationē fecit eam ascendere & crescere in ardenti deuotione & amore ad Deum, & spe, & sic Christus piè implere petitionem mulieris distulit, vt mulier ista plus haberet, quàm si ilico dedisset, quæ à principio non tantū habuisset, sed postea dedit propter amorē & humilitatem. Et circa hęc audiatis parabolā, Miles quidam erat qui multum diligebatur ab Imperatore. Et iste miles petebat ab eo gratiam, & iste Imperator noluit sibi dare pomum, & dedit sibi primò castrum, adhuc petenti pomum dedit sibi equum. Adhuc miles petebat pomū, & dedit sibi vestem, demū iste importunè dedit pomum. Ecce quod si citò dedisset pomum, solū pomum habuisset, & non alia. Ita dicamus de ista petenti pomum. Nam Christus dedit primò sibi castrum, quia ardorē, secundò patientiam, & ecce equū, tertiò humilitatem, ecce vestem, quartò charitatem, & sic plus habuit. Secundò Christus hoc fecit, dando nobis exemplum, vt humiliemus nos in deuota oratione, quia quantò plus nos humiliauerimus, tantò amplius ascendemus. Sint duo homines ęqualis meriti, oratio magis humiliantis se virtute humiliantis plus ascendit, puta si vnus eorum se ponat in oratione iuxta altare, & alius à longè, plus exauditur, cæteris paribus, oratio illius, qui stat à longè virtute humilitatis. Vnde dicitur in Psalmo 101. Respexit in orationem humilium, & non spreuit precem eorum. Ideo dicitur, Oratio humiliantis se nubes penetrabit, & donec appropinquet non consolabitur, & non descendet donec aspiciat altissimus Eccle. 35. Et ecce filius ponitur. Domino placeat, &c. Deo gratias.

Feria secunda in II. Dominica XL. *Sermo I.*

M*Vlta habeo de vobis loqui & iudicare.* Ioā. 8. Sermo noster erit de sancto Euāgelio hodierno, quod cōtinet vnū secretum parlamentū quod fuit inter Christū & Iudęos disputātes cū Christo. Et hoc parlamētum, quantum est ex vna parte, scilicet Christi ostendit nobis tres magnas dignitates.

Prima est sapientia diuinalis,
Secunda excellentia supernalis,
Tertia eminentia principalis.

Quomodo est iudex principalis & vniuersalis. Dicit thema, Multa habeo de vobis loqui & iudicare, sed qui me misit verax est, & ego quę audiui ab eo hæc loquor in mundo. Et non cognouerunt, quia patrem eius dicebat Deum. Dixit ergo eis Iesus. Cùm exultaueritis filium hominis, tunc cognoscetis, quia ego sum, & à meipso facio nihil, sed sicut docuit me pater hęc loquor. Et qui me misit, mecum est, & non reliquit me solum, quia ego quæ placita sunt ei facio semper. Hæc illo loquente, multi crederunt in eum. Dicebat ergo Iesus ad eos qui crediderunt ei, Iudæos. Si vos, &c. Dico primò quod euangelium ostendit de Christo sapientiam diuinalem. Proprium sapientiæ diuinæ est, scire qui sunt saluandi, & qui sunt damnandi, scilicet scire prædestinatos saluandos, & præscitos damnãdos, propria enim sciẽtia Dei est. Sicut rex qui vult facere conuiuiũ nuptiale de filio suo, primò in schedula scribit, & eligit inuitandos duces, comites & barones, &c. Secundò ordinat conuiuium secundũ dignitatem conuiuantium. Sic Deus pater voluit facere conuiuiũ de filio suo, assumendo naturam humanam, quia sicut vir & vxor non sunt duo, sed vna caro, ita Deus & homo non sunt duo in persona, sed vna persona. Spõsalia facta sunt in camera vteri virginalis, & de hoc prophetauerat Dauid in Psal. 18. Tanquam sponsus, id est Dei filius, procedens de thalamo suo, id est vtero virginali. Sed nuptiæ fiũt in cœlis, quia in hoc mundo non est locus conueniens nec sufficiens. Mat. 22. Simile est regnum cœlorum homini regi qui fecit nuptias filio suo. Ex quo Deus pater æternaliter ordinauit illud conuiuiũ, elegit inuitãdos tot Imperatores, tot reges, & tot duces, &c. O quot veniunt ad istud conuiuium. Ista electio dicitur prædestinatio & illa inuitatio dicitur prædestinatio, de quo Apostolus loquens tam de se quàm de electis dicit. Ephe. 1. Elegit nos in ipso ante mũdi constitutionem. Ecce sapientia, vel scientia Dei. Ad Rom. 8 Quos prædestinauit, hos & vocauit, & quos vocauit, hos & iustificauit, quos autem iustificauit, hos & magnificauit. Ex hoc ostendit Deus pater Christo inquãtum erat homo, & sic habebat sententiã prædestinatorum. Et quia sicut non est nisi vnũ esse triũ personarum, sic est nisi vna persona duarũ substantiarũ in Christo. Item ostendit Deus pater animę Christi librũ vitę, & in charta dextera legit, quod patriarchæ & prophetæ, &c. debebãt saluari siue intrare Paradisum ex sua passione. In sinistra legit, quod mali prælati dãnabuntur, nec erunt digni ire ad illud conuiuium. Hæc sapientia ostenditur in euangelio. Vnde Christus disputando cum Iudæis dixit, Ego vado & quęretis me, & in peccato vestro moriemini. No. ego vado. s. ad gloriã resur-

resurrectionis.s.per viam passionis,& quæretis me vocaliter, quia Iudæi quærebant saluatorē,& nō personaliter credēdo quòd Christus sit saluator. Nota in peccato vestro moriemini. Iā sciebat prædestinatos. Idem dicebat semel de Apostolis, Ioan.13. Scio quos elegerim,non de omnibus vobis dico, hoc dicebat propter Iudā damnandum. Sed est hîc argumentum quod vos facitis, Si Deus habet certam scientiam damnandorum & saluandorum, iam ergo quid oportet me bonum facere? nec est vis si faciam malum, quia sciētia Dei non potest falli. Si sum de numero prędestinatorum, ibo cum prædestinatis saluandus, siue faciam bonū, siue faciam malum. Idē de præscitis damnandis quare faciam bonum, quia scientia Dei nō potest falli,& sic ero damnatus, & ex hoc tenet malā vitā. Responsio, quod illud argumentum est cum magna stultitia. Pater, si rex inuitat te ad nuptias filij sui, si super hoc tu diceres, sine dubio postquā rex inuitauit me, ibi ero,& nō oportet me parare, stultè & fatuè diceres, sed dices, Ex quo rex me inuitauit,& fecit mihi honorem, volo me parare, quia ibi erūt magni nobiles,& personæ honorabiles, expendam tantum in vna veste,& equo,&c. Sic consimiliter est de prædestinatis, quod includit, quod tu pares te. Nec sequitur, ergo prædestinatio potest falli, aut scientia. Ratio, quia scientia Dei non fallitur, sed tu potes deficere per malā vitam. Vnde si Deus ore suo te inuitaret, supponitur, quod parares te, ne venires cum veste veteri.s.cum peccato superbiæ,&c. quia antiquius peccatū mundi est superbia, sed venires cum noua veste humilitatis. Idē de aliis vitiis, & virtutibus. Sed si tu dicis, postquam ego sum inuitatus, nō oportet me parare, certè non intrabis. Pro illa veritate nota auctoritatē Christi. Mat.25. Simile est regnum cœlorum decem virginibus. No. historiam euāgelij vsque, nescio vos. & Ezec.34. Si dixero iusto quod vita viuat, & confisus in iustitia sua fecerit iniquitatem, omnes iustitiæ eius obliuioni tradentur,& in iniquitate sua quam operatus est, in ipsa morietur. Si autē dixero impio, morte morieris & egerit pœnitentiam pro peccato suo,&cæ. vita viuet & non morietur, quia verbum Dei sic intelligitur quod homo sit paratus, immo fortius argumentum est. Si illi qui sunt in paradiso,& mille anni fuerunt ibi, haberent vnum peccatum, caderent in momento de cœlo, quomodo ergo tu non paratus, poteris ascendere? Mat.22. Intrauit autem Rex, vt videret discumbentes,& vidit ibi hominē vestitum veste nuptiali, & ait illi, Amice, quomodo huc intrasti nō habēs vestem nuptialem? At ille obmutuit. Tunc dixit Rex ministris, Ligatis manibus & pedibus eius, mittite eū in tenebras exteriores, Non intelligatis quod in Paradiso sit aliquis nō paratus, sed intelligitur per hypothesim, id est, per conditionē, si ibi esset aliquis nō paratus & in peccato, expelleretur. Ideo ista ratio, quid oportet me facere bonum,

Dei prædestinatio, liberum arbitrium non tollit.

bonum, magna stultitia est. Secundò est magna ignorantia. Nātales intelligunt quod in libro prædestinationis scribatur sic tantum talis saluabitur. Petrus, vel Ioannes, &c. Non est verum, imò quæcunq; Deus ordinat ad aliquem finem, ordinat etiam viam, & modum veniendi ad illum finē, verbi gratia de pluuia. Sic cras debet pluere, iā ordinat antè de nubibus quę eleuātur, &c. Ideo liber prędestinationis sic dicit, Tales saluabuntur per bona opera, talis dominus per iustitiam, talis prælatus qui intrauit per portā, & dat bonum exemplum, talis intrabit ex diligētia animarū, talis dominus per iustitiam, talis diues per misericordiā, &c. Dic de quolibet statu ita quod simul est via, & terminus vel finis. Si ergo dimittis viam, ostendis quod nō es prædestinatus. Ad hoc auct. Greg. in 1. lib. dialog. qui sic dicit, Obtineri nequaquā possunt quæ prædestinata nō fuerunt, sed ea quę sancti viri orādo efficiunt, ita prędestinata sunt, vt precibus obtineantur. Nam ipsa ęterni regni prędestinatio ita est à Deo disposita, vt ad hoc electi ex labore perueniant, quæ postulando mereantur accipere, quod eis Deus ante sæcula disposuit dare. Hæc ille ignorāria est ergo dicere quid oportet me facere bonū, quia hoc est dicere, habeo ire ad talē locum, & quid oportet me ire per viam? quia aliter nō ires illuc, nisi per viā? Idē de libro pręscientiæ in quo non scribitur solùm tales damnabuntur, sed simul ponitur ibi finis, & via, vnde sic ponitur. Tales damnabuntur per talia mala opera, per iniustitiā talis dominus, &c. Et ita de quolibet statu, Nam libero arbitrio cuiuslibet Deus dimisit, si vultis saluari vel dānari. Auct. Eccle. 15. Deus ab initio constituit hominem, & reliquit illū in manu cōsilij sui. Glo. in libertate sui liberi arbitrij, quia prædestinatio non aufert liberum arbitrium. Sequitur in auctoritate, Adiecit mandata, & præcepta sua. Si volueris mandata cōseruare, conseruabunt te, & in perpetuū fidē placitam seruare. Apposuit tibi aquam & ignē, ad quod volueris porrige manum tuā. Ante hominem vita & mors, bonum & malū, quod placuerit ei, dabitur illi. Diceret aliquis, Ergo ibimus ad paradisum, quia omnes volumus ire. Verum est verbo volumus omnes ire, sed non facto, imò mentiuntur multi. Vnde si dicitis vos ire Parisios, & recipitis viam ad aliā ciuitatē, &c. falsum dicitis. Itē etiā multi dicunt quod volunt ire ad Paradisum, sed recipiunt viam inferni. Vnde si dicatur vni superbo, Dicatis quò vultis ire? O ego volo ire ad Paradisum. O ista est via superbiæ, quæ tendit ad infernū. Si iam dicitis ꝙ vultis ire ad paradisum, vos estis mēdax, & sic de cęteris peccatis. Ergo ante hominem vita, & mors. i. gloria Paradisi, & mors inferni. bonū. s. saluationis, & malū. s. dānationis, quod placuerit ei dabitur illi. Tertiò, ista ratio est maximus error destruens primò philosophiā, quia philosophi fecerunt librum & virtutibus, vt gentes viuerent

moralites

moraliter bene. O & quare, quia vt peruenirent ad vitam æternã, & tamen iam scit Deus quis erit saluatus vel dãnatus. Dicere ergo quod propter hoc nõ oporteat bene facere, est error, quia Deus quẽ prędestinauit aliquem ad salutem, etiam opus per quod saluabitur prædestinauit. Item destruit secundò medicinã, quia vocãtur medici ad sanitatem habendam, & tamen iam scit Deus, vtrũ iste curabitur vel morietur. Dicere ergo quod oporteat recipere medicinã, fatuum est: quia Deus scit quis per viam medicinæ habebit sanitatẽ. Idem destruit totam industriam humanã, quare Rex cõgregat exercitum pro victoria, quia iam scit Deus si debet habere victoriam vel non. Item destruit totam theologiam, & fidẽ Christianã, quare voluit verbum diuinũ incarnari, voluit vt hominẽ exaltaret, quia iam sciebat Deus qui exaltarentur. Idem de aliis Christi operibus discurre. Ideo siue pręsciti, siue prędestinati sumus, faciẽda sunt opera bona, quia nullus potest saluari, nisi per opera bona, nec dãnari nisi per opera mala. Ideo. 2. Pet. 1. Fratres satagite, vt per opera bona certam vestram vocationem, & electonẽ faciatis. Ecce prima pars, vbi ostenditur sapiẽtia Dei de prædestiatis, & præscitis. Ideo Christus Ioan. 10. Vos non estis ex ouibus meis. Secundò ostenditur de Christo sua excellentia supernalis, cùm dicitur Iudęis, vos, scilicet, Iudęi de deorsum estis, ego de superius sum. Vos de mũdo hoc estis, ego nõ sum de hoc mundo. No. quomodo Deus à principio mũdi fecit duas scalas creaturarum. Primo vnã spiritualium cuius gradus sunt decẽ. primus Seraphim. Secũdus Cherubim. tertius thronus. quartus dominationes. quintus potestates. sexus virtutes. septimus principatus octauus archangeli. nonus angeli. decimus animæ rationales. Secunda scala corporalium creaturarum habet etiã decem gradus. s. cœlum empyreum primus. secundus cęlum crystallinum. de quo Biblia dicit, Et aquę quę super cœlos sunt. & à philosophis vocatur primũ mobile vbi nulla est stella, sed suo motu mouet totum mundũ. Tertius gradus est cœlũ quod dicitur firmamentum, in quo includuntur cœli planetarũ qui à philosophis diuiduntur in septẽ. quartus ignis. quintus aër. sextus aqua. septimus terra. octauus creaturę quę habent esse & viuere, vt plantę, nonus creaturę quę habẽt esse viuere & sentire, sicut animalia, &c. Decimus creaturę quę habẽt esse tantum, sicut lapides, &c. Homo est cõpositus de inferioribus gradibus creaturarum spiritualiũ, & corporaliũ. Ideo dicit Christus. Vos de deorsum estis. Auct. Formauit igitur De⁹ hominẽ de limo terrę, & inspirauit in faciẽ ei⁹ spiraculũ vitę, & factus est homo in animã viuentem. Gen. 2. Ecce infimus gradus creaturarum corporalium. Ego. s. persona diuina sum vna super omnes creaturas, vos de deorsum estis, quantũ igitur humiliari debemus. Moraliter si vultis cognoscere de vobis, vel de aliis si estis de illis

sursum

sursum vel deorsum, attēdatis quomodo cognoscitur homo de qua patria est. Quia idiomate cognoscitur. Auctoritas. Iudic. 12. Vide historiam de Iephte, qui fuit capitaneus Galaaditarū & Manasse contra filios Ammō, quos percussit & interfecit. Tunc cōgregati sunt Effraitæ indignati contra eum, eò quòd non vocasset eos ad prēliū cum eo, & volebant incendere domum eius. Ipse autem Iephte vocatis cūctis viris Galaad multos de Effraim interfecit, & posuit se ad vada Iordanis, vbi reliqui transire debebant, & quando veniebant aliqui de Effraim qui volebant transire, dicebant ad vnumquēque nunquid Effrateus es? Quo dicente non sum, interrogabant eum, Dic ergo Scibboleth, quod interpretatur spica. Ipsi autem respondebant Scibboleth, non valētes exprimere spicam eadem litera. & statim apprehensum iugulabāt, & interfecerūt de Effraim quadraginta duo millia, &cæ. Et nota quot millia fuerunt occisi. Item etiā in nouo testamēto habetur de Petro interrogato, si erat discipulus Christi. Mat. 26. Qui dixerūt, Tu ex illis es, nam & loquela tua manifestum te facit. Ita dico vobis, vultis cognoscere de aliquo vtrum est de superius, scilicet de prædestinatis, attendatis idioma quod loquitur, idioma paradisi est illud de quo dixit Psal. Beati qui habitāt in domo tua Domine, in sęcula sæculorum laudabunt te. Psalm. 83. Laudare Deum est linguagium paradisi. Ideo quando de te vel alio vides quod placeat tibi orare, & Deum laudare, potest dici, tu ex illis es. Idē de sacerdote, vel religioso quidicit deuotè horas suas. Nō per omnia de cæteris. Linguagium inferni est illud, de quo Ioānes Apoc. 16. Æstuauerunt homines æstu magno, & blasphemauerunt nomen Dei habentis potestatem super has plagas. Si ergo vis scire de te, vel alio vtrum es præscitus, vel reprobatus, respice quod linguagium loquitur, si iurat enormiter blasphemat, renegat, &cæ. tu ex illis es, scilicet, damnatis præscitis. Nā & loquela tua, &c. Vir multum iurans implebitur iniquitate. Eccle. 23. Ideo Deus conqueritur de rectoribus, & gubernatoribus. Esa. 51. Dominatores populi mei iniquè agunt dicit Dominus, & iugiter tota die nomen meum blasphematur. Si enim aliquis malè loqueretur de rege, statim puniretur, sed de Deo omnes possunt malè loqui, & nullus corrigitur. Ideo & malè euenit rectoribus, & gubernatoribus ex eo, quia sustinent, &c. Tertiò in parlamento Christi cùm Iudæis ostenditur sua eminētia principalis. de qua the. multa habeo, &c. Ista multa sumi possunt per similitudinē boni iudicis, qui antequā det sententiā, multa facit, & multa loquitur. Primò facit processus. Secūdò dat defensiones iuris. Tertiò examinat processum. Quartò dat sententiam. Sic de vobis primò fit processus. quando aliquis facit aliquod bonum opus, statim scribitur in libro processus conscientię. Ver. gra. si quis orat, opus transit, sed scriptura remanet idē de eleemosyna, & ieiunio,

nio. Auctoritas, Cùm gentes quæ legem non habent naturaliter ea quæ legis sunt, faciunt, eiusmodi legem non habentes ipsi sibi sunt lex, qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis, testimonium reddente illis conscientia ipsorum. Rom. 2. Nota gentes, scilicet ignorantes legem, & scripturam. Idem de malis operibus si maledixistis alicui, opus transit, scriptura manet. Aucto. Psal. 138. Imperfectum meum viderunt oculi tui, & in libro tuo omnes, scilicet, defectus scribentur. Nota omnes, &c. Ecce de primo. Multa habeo de vobis loqui faciendo processum. Secundò dat defensiones iuris, scilicet, quatuor, quibus nos possumus defendere contra omnes defectus, & inimicos impugnantes nos. Prima est peccatorum contritio. Auctoritas, Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ meæ, Esa. 38. Secunda est propositum emendandi. Io. 8. Vade, scilicet ad Paradisum & iam amplius noli peccare. Tertia est oris confessio, in iudicio humano confitenti datur condemnatiua sententia, sed in iudicio diuino datur sententia absolutoria. Ideò dicit scriptura. Qui abscondit scelera sua, non dirigetur. Qui autem confessus fuerit, & reliquerit ea, misericordiam consequetur. Prou. 28. Quarta defensio est pœnitentialis afflictio, scilicet seruare pœnitentiam à confessore iniunctam, quæ non debet dari contra voluntatem. Et ratio est, Ille qui dimittit, damnabitur. Et in iudicio talis poterit dicere Christo, Feci iudicium, scilicet in confessione, & iustitiam per pœnitentiam. Ideò non tradas me calumniantibus me. Psalm. 118. Tertiò tenetur consilium, & examinantur merita, scilicet, quando anima egressa est à corpore; statim venit angelus ad Christum dicens, Domine quid fiet de anima ista? Et Christus tenet consilium cum beata virgine Maria, & sanctis, &cæ. De isto consilio Christus ait. Qui dixerit fratri suo Racha, reus erit consilio. Matthæi quinto. Racha est dictio despicientis. Ideò dicit, Multa habeo de vobis loqui, &c. Quartò habet iudicare. Si homo moritur in peccato dicit Christus angelis. Seruum inutilem non vestitum veste nuptiali ligatis manibus, & pedibus, &c. Matthei. 25. Deinde dicit dæmonibus, &c. & vos mittite eos in tenebras exteriores, & ibi erit fletus, & stridor dentium. Si verò decedat in gratia dicit Christus, Euge serue bone, & fidelis, &c. Ecce quare dicit, multa habeo de vobis loqui.

Feria secunda post Dominicam Reminiscere. *Sermo II.*

Ego quæ placita sunt ei facio semper. Textualiter habetur. Ioan. 8. Recitatiuè autem in Euangelio hodierno. Sanctum Euangelium hodiernum continet pulchrum colloquium inter Iesum, & Iudæos, in quo Christus declarat quatuor excellentias de seipso altissimas.

Prima est humilitas temporalis,

Secunda diuinitas æternalis,
Tertia auctoritas iudicialis,
Quarta benignitas vniuersalis.

Et in his fundamentaliter consistit fides. De vltima, quia se voluit humiliare in complendo patris voluntatem, dicit thema, Ego quæ placita, &c. Primò ergo Christus docuit suam veram humanitatem temporalem, quia verus homo erat. Et hoc inquit ego vado, & quæretis me, & in peccato vestro moriemini, & quò ego vado vos non potestis venire. Et ista est prima pars. Notate quomodo Christus ostendit suam humanitatem. Et nota hic secreta. Nota declarationem, Ego vado. Nam ire, & mutare est diuinitatis, quia immutabilis & inuariabilis est, vt dicit sanctus Thomas prima parte quæstione 9. artic. 1. & 2. Sed oportebat humanitatem temporalem quā accepit in vtero virginis Mariæ, eundo de ætate in ætatem, de tempore in tempus, mutari. Et sic Christus loquitur de sua humanitate secundum quam ibat sequēdo cursum temporis, & ista est humanitas vera, quia semper homo vadit, siue dormiat, siue quiescat. Et potes videre exemplum quādo aliquis est in flumine, vel in mari, quiescens vadit in barcha, & flumen est tempus, quod currit plus quā aliquod flumen. Videas nunc quantū currit Sol dum prædico, in quo tempus figuratur. Et dico certè quod plus mille vicibus quā hinc vsque Romam, & isto modò veniemus ad mortē: ergo noster status nō est semper. Ideò dicitur, Homo natus de muliere, breui viuēs tempore, repletus multis miseriis, &c. Iob decimoquarto. Nam si Adam vsque nunc vixisset, parū plus vixisset, vel minus septem millibus annorum. Nam tantum est quod mundus creatus fuit, sed parum viuimus nos hodiernis temporibus. Vide quid ibi dicitur, Et quasi flos egreditur, & cōteritur. Statim quādo puer est natus incipit ire, siue dormiat, siue vigilet, comedat, vel bibat, semper vadit. Vita enim ista non est nisi via. Christus igitur loquens de eius humanitate dicit, Ego vado, secundum quam ibat sequendo cursum temporis. Ecce quomodo ostēdit suam humanitatem, quia ego vado. Et circa hoc possent dicere Iudæi, Vide quomodo potest esse quod qui firmus stat quod vadat. cùm ergo Deus sit immutabilis secundum illud Malachiæ tertio. Ego Dominus & non mutor: quomodo ergo, &c. Sed dic vt dixi. Et ideò dicitur in passione. Matthæi vigesimo sexto. Filius quidē hominis vadit, sicut scriptum est de illo. Væ autem homini illi, per quem filius hominis tradetur. Bonum erat ei si natus non fuisset homo ille. Respondens autē Iudas qui tradidit eum, dixit, Nūquid ego sum Rabbi? ait, Tu dixisti. Post hoc Christus fecit iter suum vsque ad mortē, & per Iudæos fuit quæsitus, & adhuc illū quærunt, nō tamen re sed nomine, quia adhuc Messiam expectant, nō tamē in persona. Nā ipsimet Iu-

dæi

dęi in eorũ Talmut, oẽs rabbini & doctores suæ legis pro certo habent quod tẽpus Messię iam venit, & Christũ recipere noluerũt, sed receperunt Ioannẽ qui de Christo dixit eis aliqua & credebant. Et ideò dicitur, Mat. 21. Videntes eũ dixerũt, Hic est hæres. Venite occidamus eum, & habebimus hæreditatẽ eius, &c. sed non receperunt Christũ dicẽtes, quia cõtra suã legẽ prædicabat. Et dicit Talmut, & receperunt quendã pro Messia qui vocabatur Barchabã. i. filius falsitatis post mortẽ Christi, & illũ tenuerũt triginta annis pro Messia, & illum occiderunt. Sed tempus finitum erat. Et ideò quia populo dixerant tempus finitum esse, alium incantatorem elegerunt, qui dicebatur Hancobã, qui idem vt ille aliis triginta annis vixit & regnauit, sed ab eis fuit decollatus. Nomine ergo Messiam quærebant, scilicet Christũ, sed non persona. Et ideò in terram vbi Iudæi habitant, venit quidam dicens se esse Messiam, & pro signo dixit, ꝙ ipse diuideret mare per mediũ, & hoc posset facere diabolus, si Deus non resisteret, & diuisit mare, & quãdo tenuit illos, omnes submersit. Et ecce iam habẽt tres. Item in Castella quidam Nigromanticus dixit se Messiam esse, & dixit eis quod omnes venirẽt ad talem montem, & in nube portaret eos omnes ad terrã promissionis, & ad finem destruxit eos. Et dico vobis quod ipsi acciperent vnum diabolũ si veniret, quia iam volebãt accipere Tabiculanum, qui nõ erat Iudæus, & acciperẽt quemcunq; sic facientẽ. Et isto modo accipient Antichristum. & ideò dixit eis Christus, quæretis me nõ in persona, sed in nomine, & nõ inuenietis in persona, sed morte moriemini. s. in peccato vestro infidelitatis. Et quò vado non potestis venire, ad gloriam. s. immortalitatis ibat, quia passibilis erat. Ideò dicitur, Luc. 24. Nónne hęc oportuit pati Christũ, & ita intrare in gloriã suam? &c. & ideò nõ potestis, sed in peccato vestro morriemini. Dixerũt ergo Iudęi, Nunquid interficiet semetipsum, quia dicit quò ego vado nõ, &c. Modus est loquẽdi superborũ dicentiũ, Nõ poteritis euadere de manu mea nisi per mortem. Ita fuit de Iudęis, qui postquã Christ⁹ dixit, Quò ego vado, &c. elati in superbis dixerũt, nisi alius occidat eũ, à nostris manibus nõ euadet, quasi imponẽtes ei vt vellet se interficere. Sed circa hoc videamus moraliter super hoc ꝙ dicitur. Nunqd interficiet semetipsum. Ecce peccatũ est seipsum occidere. No. grad⁹ personarũ quę occidũt seipsas. Quidã per indiscretionẽ: quidã ꝑ diabolicã tẽtationẽ: quidã ꝑ odiũ vel inuidiã: quidã ꝑ finalẽ desperationẽ. Quartũ gradũ occidẽdi seipsum Iudęi imponebãt Christo dicẽtes, Nunquid interficiet semetipsum. s. desperãdo vt fugiat man⁹ nostras. Et si aliquis dicat, aliquis interficiet mihi patrẽ, parcã ei. Vide dupliciter parcitur inimico. Nã ex vna parte est necessaria misericordia, ex alia parte misericordia voluntaria. Necessariũ est ꝙ odiũ proiicias extra te, quia animã occidit

GG 2 haben-

habendo propositum quod non noceres illi si etiam reperires eum dormientem. Voluntaria est dimittere processum, & non requirere iustitiam. Vnde ista potes petere, scilicet per iustitiã non quærendo vindictam, quæ Deo debetur. Ideò dicitur ad Rom.12. Mihi vindicta, & ego retribuã, dicit Dominus. Sed si esurierit inimicus tuus, ciba illũ: si sitit, potum da illi. Hoc enim faciens carbones ignis congeres super caput eius. Noli vinci à malo, sed vince in bono malũ, &c. sed si remitteres per misericordiã voluntariam, esset maximum meritum. Ecce ergo isto modo intelligas cùm dico, quod quis debet iniuriam proximo suo relaxare & parcere. s. quo ad vindictam. Ideò Christus ait Mat.18. Sic & pater meus cœlestis faciet vobis, si non remiseritis vnusquisque fratri suo de cordibus vestris. Secunda est diuinitas æternalis. Ista secũda pars est subtilior. Dicit enim: Vos de deorsum estis, & ego de superius sum, quia loquor vobis, & hoc de diuinitate. Et videtis hîc subtilia secreta, nã vos hîc debetis cogitare, Deum trinitatem esse, ęternum fontem ex quo emanauerunt duo flumina. i. duę species creaturarum corporalium, & quodlibet flumẽ habet decem gradus. In spiritualibus gradibus, primus gradus est Seraphimorũ, & sunt plures quàm homines in vniuerso mundo. Secundu est Cherubimorũ, iam nõ in tam magno numero, & per cõsequens in quolibet numus discurrẽdo. Tertius gradus est tronorũ. Quartus est dominationũ. Quintus est virtutũ. Sextus est potestatum. Septimus est principatuum. Octauus est archangelorum. Nonus Angelorum. Decimus & infimus est animarum rationabilium. Et istæ sunt creaturæ spirituales. Et istud est vnum flumen. Aliud flumen etiam continet alios decem gradus. Primus est cœlum empyreum, & istud est supremus & immobile, & de illo Philosophi non habuerunt cognitionem, & illud pulchrius est omni creatura corporali. Secundus gradus dicitur crystallinum, vbi aquę sunt congelatæ, & istud cognouerũt Philosophi, & istud appellatur primũ mobile, quia quotidie mouetur. Tertius, dicitur firmamentum, quod Theologi sic appellant, sed Philosophi dicunt cœlũ stellatũ. Quartus dicitur ignis. Quintus aëris. Sextus aquæ. Septimus terræ. Octauus creaturarum sensibilium, sicut sunt pisces & animalia. Nonus creaturarum vegetabiliũ non sensibiliũ, sicut arborum. Decimus est creaturarum non vegetabilium insensibiliũ, sicut sunt lapides. Modò est videndum ex quibus homo fuit formatus. Et dico vobis, quod ex inferiori, scilicet ex luto & anima, & ideò de deorsum estis vos, ego de superius sum, & ideò dicitur Gen.2. Formauit Deus hominem de limo terræ, quantum ad corpus, & inspirauit in faciem eius spiraculũ vitæ quantũ ad animã, &c. Ex limo igitur, nõ de aliquo corpore cœlesti & anima, & sic de inferioribus. Quid ergo de põpis das, quia de inferiorib⁹? Sed posset quęri quid de Christo;

ſto. Vide in eo erat diuinitas,& hic de ſuperioribus. Sed quo a.. .u manitatẽ eſt etiã differentia,quia etiam de hoc mũdo. Ideò dicitur 1.Ioã.2. Omne quod eſt in mundo,cõcupiſcentia carnis eſt,& cõcupiſcentia oculorũ,& ſuperbia vitę. Et ideò dicitur,quia de hoc mũdo eſtis,non differtis à Chriſto etiã in humanitate,& ideò dicitur, Niſi credideritis,quia ego ſum,moriemini. Vide ergo quod eſſe tantum cõpetit ſoli Deo. Ponamus ꝙ in aliquo caſtro ſit aliquis homo diues, & omnes alij ſunt pauperes, & quod iſte diues mutuet aliis ad fœnus diuitias,quantitates pecunię ad certũ tempus. Ponamus quod etiã ſub pœna mortis:modò cõſtat quod alij qui lucrati ſunt, erũt diuites certè nõ minus forti obligationis vinculo quilibet eſt aſtrictus Deo,qui ſolus reverà eſt diues. Sic eſſe eſt mihi conceſſum à Deo,& de iſto habeo reddere rationẽ ſub pœna mortis.ſ.ſub pœna inferni. Certum eſt quod nõ habeo eſſe,ſed eſt mihi cõceſſum à Deo,& quia de iſto habeo reddere rationẽ,ergo ſolus Deus habet eſſe per eſſentiam,creatura verò per participationem. Et ideò dicitur. Si nõ credideritis quia ego ſum,moriemini in peccato veſtro. Et ideò Exod.3.dicitur,quod cùm Deus miſiſſet Moyſen ad Iudęos dixit ei, Ecce ego vadam ad filios Iſraël,& dicam eis, Deus patrum veſtrorum miſit me ad vos. Si dixerint mihi,quod eſt nomen eius, quid dicã eis? Dixit Dominus ad Moyſen, Ego ſum qui ſum,ſic dices filiis Iſraël. Qui eſt,miſit me ad vos. Ecce hîc ergo quomodo docet diuinitatẽ. vide quoniã verba ligãt vt catena,& dixit in plurali in peccatis. Sap.2. Excæcauit enim illos malitia eorũ. Sequitur, Dicebãt ergo ei, Tu quis es? Dixit eis Ieſus, Principiũ qui & loquor vobis,quaſi dicat, Nónne incipit teſtamentum vetus, In principio creauit Deus cœlũ & terrã,quaſi dicẽdo, Ego ſum illud principium. Vnde in Pſalm.109.ſcilicet, Dixit Dominus Domino meo,in verſu, Tecũ principiũ in die virtutis tuę in ſplẽdoribus ſanctorũ,ex vtero ante luciferũ genui te.q.d.in die virtutis tuę.i.illa dies incarnationis,paſsionis,reſurrectionis,&c.& tu es illud principiũ. Et vbi cognoſcitur,in ſplendoribus ſanctorũ. Ecce ergo ſpeculando ſecũdam partem. Sed circa hoc videndum eſt moraliter ſuper hoc quod dicit, Non ſum de hoc mundo, & vide ſignum ſi hîc eſt aliquis homo qui non curet emere hoſpitiũ,vel ducere vxorem,ſed qui in altum locum mittit,vel ad aliam ciuitatem ſua bona,iſte nõ dicetur ciuis iſtius ciuitatis,ſecus eſt ſi faciat per contrariũ. Ita poteſtis cognoſcere quis ſit de hoc mundo vel de alio. Perſonæ quę non curãt de hoc mũdo,ſed de meritis,&c. & totũ quod habent,mittũt in aliũ mundum.ſ.per mẽſam nummulariorũ,per eleẽmoſynas,&c. Tales ſunt de alio mũdo. Mẽſę nũmulariorũ ſunt manus pauperũ. Et quicunque talis eſt,prudẽter agit. Et ideò dicitur, Mat.19. Vade & vende omnia quæ habes,& da pauperibus,& habebis theſaurũ in cœlo. Et ideò

vos clerici qui præbendā habetis, nō incarceretis pecunias vestras, sed date pauperibus, & tunc dicetur tibi, nō es de hoc mūdo, benedictus est qui retenta vitæ necessitate, distribuit, & transmittit ad aliū mundū pecunias. Et nō solū clerici, imò & laici hoc practicare debent dando filiis bonā doctrinā. Et cùm Apostoli dixerunt, Ecce nos reliquimus omnia, &c. Mat. 19. dixit eis Christus, Non estis de hoc mundo. Ioā. 15. Sed illis qui totaliter curāt de hoc mūdo, & nihil de alio dicitur, Vos de hoc mūdo estis, ideò cū hoc mūdo peribitis. Ideò B. Ioannes dans optimū consiliū dicit. 1. Ioan. 2. Nolite diligere mundū neq; ea quæ in mundo sunt. Non ergo curetis de hoc mundo. Nam dico, ꝙ citò & benè citò erit finis huius mundi, quia subdit Ioan. quia mūdus transit & cōcupiscentia eius. Et ita prędico frangendo quotidie caput meum. Et hæc de secunda parte. Tertia excellētia est auctoritas iudicialis, nā ostensa humanitate & diuinitate, ostendit auctoritatē iudicij vniuersalis dicēs, Multa habeo de vobis loqui & iudicare, sed qui me misit verax est, & ego quę audiui ab eo hæc loquor in mundo. Et nō cognouerūt, &c. vide hic secretum multū speculatiuū, & morale insimul. Nam primò dicit loqui pòst dicit iudicare, quia tenet modum iusti Iudicis, qui non debet pręcipitare sententiā, sed prius debet loqui & tenere colloquiū, id est, debet partes audire & examinare. Et ideò prius est faciendus processus, dando iuris defensiones. Iste processus quotidiè fit nobis. Nam quoties quis benè operatur, vel malè fit processus. Exemplū, Si aliquis est hodie, qui de mane fecit orationē, dulciter & deuotè. Et ideò dicit Dauid in Psalm. 118. Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua, super mel ori meo. Ecce quod facta oratiōe iam elapsa est, sed processus vel meritū remanet in scriptura, videlicet libelli. Item si aliquid pauperibus dedisti, cogitando, facto, &c. Et dicitur Rom. 2. Cùm enim gentes quę legē non habent, naturaliter ea quæ legis sunt faciunt, eiusmodi legē non habentes ipsi sibi sunt lex, qui ostendunt opus legis scriptū in cordibus suis testimoniū reddente illis conscientia ipsorum, & inter se inuicem cogitationibus, accusationibus, aut etiam defendentibus, in die cùm iudicabit Deus occulta hominum. Econtrà de malis. Nam si hodie peccasti, & non orasti, scriptum est in processu siue facto, siue ore peccasti, siue cogitatione omnia scribuntur. Et ideò dicit Dauid in Psalm. 138. Imperfectum meum viderunt oculi tui, & in libro tuo omnes scribentur, &c. Ergo videte processum circa hoc quod dicit, Multa habeo de vobis loqui. Sed adhuc dātur nobis defensiones iuris quę sunt. s. tempus nobis datū ad pœnitentiā, & ad cōsilia accipienda, & durat hæc defensio vsq; ad mortem, & hoc propter benignitatē Dei. Nam cùm peccauit maior Angelorum & alij Angeli, processus subitò fuit factus, sine datis defensionibus, imò sine aliquo momēto incontinenti,

menti,& ideo habetur. Luc 10. Videbam Satanam sicut fulgur de cęlo cadentē. Ecce dedi vobis potestatē calcandi super serpentes, intellige infernales, & super omnem virtutem inimici, & nihil vobis nocebit: ecce qualiter nobis defensiones & tēpus dantur, quia quot annis vixisti in peccato & audisti sermones & cōsilia, & ideo scribitur Sapientiæ 12. capite, Tu autem dominator virtutis cum tranquilitate iudicas & cum magna reuerentia disponis nos. In posterum postquam renuntiamus defensionibus nostris nobis datis, & anima exit de corpore & non fecisti pœnitentiam, Christus dicet, Videamus processum, quoniam anima ipsamet portat conscientiam & culpam, & nequitiam, & dicetur ab omnibus vadat ad inferos, tunc datur sententia, & ideo dicit, Multa habeo de, &c. Suscipite ergo iuris defensionem. Nam dicitur ad Roman. 2. Ignoras quoniam benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit, secundum autem duritiam tuam, & impenitens cor tuum thesaurizas tibi iram in die iræ & reuelationis iusti iudicij Dei, qui reddet vnicuiq; secundum opera eius, & ecce tertiā partem. Venio ad quartā partem, in qua ostendit benignitatem vniuersalem, vt dicitur themate, Ego quę placita sunt, &c. dicitur enim in textu, Cùm exaltaueritis filiū hominis, tūc cognoscetis, quia ego sum, & à meipso facio nihil, sed sicut docuit me pater hæc loquor, & qui me misit, mecum est, & non reliquit me solum, quia ego quæ placita sunt ei facio semper. Vbi sex notitias eis dedit, sed non cognouerunt donec fuit crucifixus, cùm viderunt solem eclipsatum, & lunam & stellas, & velū templi scissum, & multa alia signa contra naturam secundum veram opinionem & doctrinam theologorum. Et tunc dixit Centurio, Verè filius Dei erat iste. Et ita Lucas dicit, Et omnis turba eorum qui simul aderant ad spectaculū, & videbant quę fiebant, percutientes pectora sua, reuertebantur. Lucæ 24. Tunc ergo cognouerunt, & non ante dicendo, Tu homo cùm sis facis teipsum Deum. Ioannis 10. Hic mortaliter diceret aliquis, ostendatis nobis quomodo Deo placebimus. Vide duabus auctoritatibus. Prima in Psalmo 146. &c. Non in fortitudine equi voluntatem habebit, neque in tibiis viri beneplacitum erit ei. Sed in quo beneplacitum est Domino? super timentes eum, & in eis qui sperant super misericordia eius, &c. Equus dicitur corpus hominis. Nam sicut equus debet regi per militem habēdo frenum & duo calcaria, sic est de corpore. Nam si corpus vult currere ad libidines, & ad alia peccata, debet habere frenum cōtra gulam, luxuriā, & contra alia vitia, faciendo abstinentiam, ieiunādo in pane, & aqua, dimittendo cęnā, & multa alia. Itē debet habere duo calcaria, ita quòd si equus est piger ad bonum, & prōptus ad malum, tangat & refrenet eū calcari pedis dextri. s. amore dicēs, Labora quia habebis regnū. Si hoc nō sufficit, percutiatur calcari pedis sinistri, scilicet

timore damnationis & pœnæ inferni dicendo, Si nō feceris bonū, dānaberis Et isto modo corpus debet regi sicut equus. Et ideo dicitur. Esa. 31. Ægyptus homo & non Deus, & equi eorum caro & non spiritus. Et dicit, nō in fortitudine, vide nō fortes, sed ieiunantes & debilitantes se, placēt Deo. Et ideo dicitur, Neq; in tibiis viri beneplacitum erit ei. Istæ tibiæ dicuntur honor, officiū, placita, gaudia, diuitię & bona temporalia quæ interdū sunt occasio ad dānandum animas. Et istæ tibiæ franguntur, si diuiciæ diuiduntur inter paupe res, & quòd honor refutetur. Sed quid placet domino aut beneplacitū est domino, vt faciamus pœnitentiā, nō vt Iudas qui se suspendit desperādo. Faciamus ergo pęnitentiam & speremus in domino, Ideo Paulus dicit ad Rom. 12. Obsecro itaq; vos fratres per misericordiā Dei, vt exhibeatis corpora vestra hostiā viuentem, sanctam, Deo placentem, rationabile obsequium vestrum. Ideo faciatis pœnitentiam, non corpus occidendo, sed carnem mortificādo. Et ideo placeat Domino Iesu Christo, vt suam voluntatem implentes, ad cœlestem gloriam possimus peruenire. Amen.

Feria tertia post II. Dominicam XL. Sermo I.

SVrge, & vade in Sareptam Sidoniorum. 3. Regum. 17. Tempus istud quadragesimale & thema dant mihi motiuum de quadam materia prædicandi multum vtili & necessaria personæ, quæ stat in peccato mortali & mala vita, quomodo poterit exire peccatum per gratiam Dei. Sed primo salutetur, &c. Surge, &c. Hoc verbum ad literam est dictum Eliæ Prophetæ sub tali modo. Sciēdum quod semel in regno Israël fuit tanta siccitas, quod per tres annos cum dimidio non pluit. Non pluit annis tribus & mensibus sex. Luc. 4. & Iaco. 5. intantum quòd aues & iumenta moriebātur fame, Deus volens prouidere ne Elias moreretur, dixit sibi, Surge & vade in Sareptam Sidoniorū. Surge, scilicet si vis viuere, & recede hinc, & vade, &c. Sed hoc verbū volumus pertractare iuxta intellectum tropologicum, vel moralem, sciendū est igitur quod terra Israël vbi fames est, significat statum peccati mortalis. In quo statu anima moritur fame, quia quandiu stat cū corde impęnitēti, nullum meritum habet de bonis quæ facit, licèt homo ieiunet, nā opera sunt animæ escæ. Iuxta illud Ioan. 4. Meus cibus est, vt faciā voluntatem patris mei qui in cęlis est. Sed ne aliquis vestrū dicat, Ex quo nullum meritum habemus de bonis, ergo dimittant, &c. Hoc nō valet imò tunc animari debet ad plura faciendū, quia licèt non sint meritoria gloriæ, tamen non sunt sine remuneratione in hoc mūdo, quia valent ad omnia, præterquā ad gloriā. vnde ex illis dabit tibi sanitatem, prosperitatē, &c. Et ꝙ magis est, si cōtinuaueris bonum opus, retrahet te de peccato, nec permittet te mori in mortali, sed illa opera disponēt te ad gloriā. Vnde quādo anima veniet ad cœlos, & dabitur sibi

Bonum opus quod ab existēte in peccato fit nō est prorsus inutile.

sibi gloria, si vellet remunerationem de operibus factis in statu peccati mortalis, nõ obtineret, vt patet de Paulo, & Maria Magdalena, & aliis qui in statu peccati mortalis multa bona fecerũt, de quibus nullã remunerationẽ habuerunt in gloria. Ideo in hoc statu anima moritur fame. Auct. Dicebat Christ⁹, Ego sum vitis vera, & vos palmites, qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructum multum, quia sine me nihil potestis facere. Ioan. 15. Si ergo volumus viuere, vadamus in Sareptam Sidoniorum, id est pẹnitẽtiam. Sarepta interpretatur tribulatio. Sidoniorum venatio, qui pẹnitentes venãtur merita gloriã, & gratiam. Iuxta illud. Mat. 25. & Luc. 19. omni habẽti. s. gratiam & pœnitentiã dabitur, scilicet occasio merendi, & abundabit, Omni autẽ qui nõ habet, & quod videtur habere, scilicet naturalia, auferetur ab eo. Ergo surge peccator, qui iaces in mala vita, & vade, &c. Iuxta intellectũ spiritualẽ modo videamus, quomodo surget persona quẹ diu dormiuit in peccato mortali. Hoc dicit Apostolus sic breuiter. ad Ephe. 5. dicens, Surge qui dormis, id est tot anni sunt, &c. & exurge à mortuis, & illuminabit te Christus. Videte itaque fratres, quomodo cautè ambuletis, non quasi insipiẽtes, sed vt sapientes, redimẽtes tempus, quoniam dies mali sunt. Propterea nolite fieri imprudentes, sed intelligentes quæ sit voluntas Dei, & nolite inebriari vino in quo est luxuria. Multũ dormit homo, qui per vnum diem dormit, vel per duos, vel per tres, sed multis annis dormis in peccatis, ideo surge, &c. Modum surgendi à peccatis declarabo vobis per simile de persona solenni. Surgẽs de dormitione facit octo. Primò aperit oculos, secundò sedet in lecto, tertiò incipit se vestire, quartò exit de lecto, quintò ex motu expuit, sextò calciat se, septimò cingit se, octauò lauat manus. Sic ergo surgere à Peccato est surgere à dormitione. Et ista octo debet facere peccator. Primò aperit oculos dicens, Hora est iam nos de somno surgere. Si quis vult surgere à peccatis debet aperire oculos animæ, & cognoscere peccata. Heu quot sunt, qui viuunt in peccatis, & non cognoscunt, tales dormiunt. Sed quãdo claritas gratiẹ Dei ipsum incipit illuminare, tunc scit suam malam vitam, & dicit, O miser sum plagatus, & nisi cognoscat infirmus vulnera, non curat de medicina, sed quãdo cognoscit, tũc quærit medicinam. Idem de peccatore, Verbi gratia, de aliquo religioso, qui diu vixerit vt cẹteri proprietarius, sed quãdo radio diuinẹ gratiæ illuminatur cogitando peccata tũc dicit. O miser, quid erit de me? tot anni sunt, quod portaui habitũ religionis, & adhuc nõ seruaui vota, &c. Idẽ de sacerdotib⁹ laicis & mulieribus, laboraui in hoc mũdo pro tẽporalibus, per tot annos & nihil pro spiritualibus. O miser. Ideo Dauid qui dormiuit per annum in peccato adulterij, & homicidij, nec habebat cogitationẽ de peccatis, sed quando incœpit cognoscere, vt habetur 3. Reg. 12. cœpit cla-

 mare.

mare. Peccaui Domino. Amplius, i. largiter, laua me Domine ab iniquitate mea, & à peccato meo munda me. Quoniã iniquitatẽ meam ego cognosco, & peccatum meum contra me est semper. Tibi soli peccaui, & malum corã te feci, vt iustificeris in sermonibus tuis, & vincas cum iudicaris. Psal. 50. Vnde Seneca, Cognitio morbi est initium sanitatis. Sic ergo quilibet vestrum aperiat oculos, quia hora est iam nos de somno surgere. cogitet quilibet. Iam videamus ergo iuxta statum an viuo ego bene an malè. Ego sum religiosus, & sacerdos, aperi ergo oculos tuos, &c. Secũdò qui surgit, sedet in lecto habens vnam partẽ corporis superius rectam, & aliam curuã inferius sedendo. Hoc significat contritionem, quæ in duobus consistit. Vnum est versus inferius, scilicet dolor de peccatis in hoc mundo, sed non est contritio, sed materia contritionis. Nam aliud est forma quæ dat esse rei. s. contritio, id est dolor ille, qui est de peccatis respectu Dei quem offendit, aliàs si homo haberet tãtum dolorẽ de peccatis quod fleret, sed non propter Deum attritio est, sed non contritio, quæ non sufficit ad saluationẽ, verbi gratia, Si quis dolet de peccatis propter periculum corporis, vel famę, vel bonorum quod sibi imminet, & plorat, nihil valet, quia totũ iacet inferius, verbi gratia, si religiosus dolet quod non seruauit regulã, qui prælatus vult eum incarcerare, non valet, sed respectu Dei. O miser tantã gratiam fecit mihi Deus, quod elegit me in suo seruitio in ista sancta religione, extrahens me de mundo, & de faucibus mũdi, vbi sunt tot malę bestiæ, & posuit me in viridario religionis, & ego nõ seruaui, &c. Hæc est contritio. Idem de sacerdote. Item si quis sit sententiatus, & cogitat, vxor & filij sunt confusi & plorat, & petit veniam, non valet, quia solum est attritio. Sed si dolet respectu Dei dicens, Domine tu creasti me, vt seruirem tibi, & ego seruiui diabolo. Redemisti me vt essem tuus, & ego dedi me diabolo. Lauasti me in baptismo, & ego sordidaui me. Dedisti præcepta quæ seruarem, vt seruando possem saluari, & ego non seruaui pręcepta tua, sed diaboli, & ecce quod ego feci, offendens te, &c. vera est contritio, habens materiam, scilicet dolorem de peccatis, & formam, scilicet respectu Dei, de hoc Auctoritas. Esa. 38. Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ meæ. Domine si sic viuitur, & in talibus vita spiritus mei, corripies me, & viuificabis me, &c. Nota tibi, non mundo, non vxori, non filio, &c. Domine si sic viuitur, & in talibus vita spiritus mei. Nota adiectiuum sine substantiuo in talibus, scilicet respectibus, scilicet dolere de peccatis, & respectibus Dei. Tertiò surgit de lecto, non nudus, sed vestitus camisia sua, vel diploide. Ecce emendandi propositum, quia in puncto quo recipit voluntatẽ emendandi vitam suam iam incipit indui. Auctoritas, Si enim voluntas prompta est, secundum id quod habet accepta est, non secundum id

Formale in contritione.

Materia & forma in cõtritione.

dum id quod non habet. 2.Cor.8. Verbi gratia, Si aliquis perdidit virginitatem, impossibile est quod fit virgo Hierony. Audacter loquor, &c. quia includit contradictionem. De hoc sanctus Tho. 1. par. quęst. 25. art. 5. qui dicit, quod præterita non fuisse, contradictionem implicat, vnde præterita non fuisse, non subiacet diuinæ potentiæ. Hoc idem dicit sanctus Augu. contra Faustum. Et Philosop. 6. Ethi. dicit, quod hoc solo priuatur Deus ingenita facere, quæ sunt facta. Verum vt dicit sanctus Thomas, vbi supra in solutione ad tertium, quod omnem corruptionē mentis & corporis Deus auferre potest à muliere corrupta. Hoc tamen ab ea remouere non poterit, quod corrupta non fuerit. Et sic quod dictum est intelligitur, & verbum sancti Hierony. cum dicit, Cùm Deus omnia possit, non potest facere de corrupta incorruptam, licèt habeat voluntatem magnam, & affectionē virginitatis, & displicet ei, quia non est virgo, sed quia talis habet voluntatem promptam, accepta est secundum illud, quod non habet. Idem de desiderio martyrij, vt legitur de beato Dominico, & Francisco, voluntas erat prompta in his secūdum desiderium & accepta secundū illud quod non habet, quia licet non habeat aureolam martyrij, tamen habet meritum martyrij. Si quādo persona superba proponit emendare. s. humiliari, iam talis volūtas prompta est, & accepta Deo, secundum illud quod nō habet. Idem de auaro, vsurario, luxurioso, acidioso, guloso, iracundo siue furibundo, &c. Iam voluntas est prōpta secundū illud quod nō habet, &c. Ideo Philosop. vocat virtutes habitus in lib. Ethicorū, quia induūt animam. Ideo Aposto. ad Col. 3. Induentes nouum hominem, qui renouatur in agnitionem Dei secundū imaginē eius qui creauit eum. Quartò persona surgens recedit à lecto. Lectus peccatorū est mala societas, recedit ergo ab illa, quia Poëta dicit, Quæ nocitura tenes, quāuis sint chara, relinque, nocitura. s. animę. Sed Christ⁹ declarat hoc melius qualiter debemus recedere à mala societate dicens, Si manus tua, vel pes tuus scandalizat te, abscinde eum, & proiice abs te. Bonum est tibi ad vitā ingredi debilē, vel claudum, quàm duas manus, vel duos pedes habentē mitti in ignē æternum. Mat. 18. Nota proiice, id est procul eiice. Verba sunt figuratiua, quia non est intentio Christi, quod aliquis debeat sibi abscindere aliquod mēbrum corporale vt viuat castè, quia peccaret abscindēdo, sed vult dicere similitudinariè, & ecce quomodo, Officiū enim manus est operari. Vnde dicit Philosoph. quod manus est organum organorum. Vult ergo dicere, si habes aliquem, vel aliquam qui facit opera tua, sed iam scandalizat te, eiice abs te. Verbi gratia, Si aliquis vestrum habet ancillam, quæ seruit sibi, & faciat sibi opera sua. De tali dicitur quod est manus sua, sed si scandalizat te, quia iā cogitas de ea corrupta intērione, foras proiice abs te; Idem de vidua, vel moniali quæ

Non licet aliquod mēbrū abscindere vt peccatum vitetur.

habet procuratorem, qui facit omnia negotia, ſed ſi incipit ſcādaliẑzari, proiice, &c. Officium pedis eſt ambulare, & ſuſtinere corpus. Sic ſi aliquis prouidet vobis viduæ, vel moniali, talis ſuſtinet vos, ſed ſi talis ſcandalizat te proiice, &c. Officium oculi eſt oſtendere res, ſic cōfeſſor, aduocatus, magiſter pueri eſt oculus, ſi ſcandalizet te, &c. erue gladio diſcretionis, & proiice. Melius eſt cum vno oculo. i. ſciētia naturali intrare paradiſum, quā duos oculos habentem ſcientiā naturalem & acquiſitā, mitti in gehēnam ignis. Quintò ille qui iam ſurgit, ſpuit, nō ſolum materiam paruā, ſed etiam groſſam. Ecce oris cōfeſſio, vbi groſſa peccata ſunt ſpuenda, non ſolùm venialia, vt faciūt multi. Sic purificatur ſtomachus animę à malis cibis, & indigeſtionibus peccatorū mortaliū, quę infra annum comedimus. Ideo ſcriptura. 1. Ioā. 1. Si cōfiteamur peccata noſtra, fidelis & iuſtus eſt Deus, vt remittat nobis peccata noſtra, & emundet nos ab omni iniquitate. Sextò talis calciat ſe, ecce iniuriarum remiſſio, vnde incedens diſcalciatus ſtatim ſentit ſpinas. Sic impatiēs, & vindicatiuus ſtatim ſentit de iniuria ſibi facta, ſed patiēs nō curat, talis eſt calciatus, vt Chriſtus qui patienter ſuſtinuit, qui cum pateretur &c 1. Pet. 2. Qui cum malediceretur non maledicebat, cùm pateretur non comminabatur. Sic nos calciare debemus, & non curare de vindicta. Beatus qui poteſt dicere, non habeo odium in corde. Vnde ad Ephe. 6. Accipite armaturā, ſcilicet patientiam Dei, vt poſſitis reſiſtere in die malo, & in omnibus perfecti ſtare. State ergo ſuccincti lumbos veſtros in veritate, & induti loricā iuſtitię, & calciati pedes in præparationem euangelij pacis. Septimò cingit ſe, ecce debitorum reſtitutio. Quidam volunt viuere amplè, & lautè, & de bonis alterius, de rapina, vſura, & de ſalario, & de bonis eccleſiæ, mortuorum, hoſpitalium, &c. Ideo cingatis vos cingendo zona iuſtitiæ, & mutuetis ſtatum quem tenetis, minuendo exceſſum & ornamenta vana. Ideo ſcriptura ad Rom. 13. Reddite omnibus debita, cui tributum tributum, cui vectigal vectigal, cui timorem timorem, cui honorē honorem. Nemini quicquam debeatis, niſi vt inuicem diligatis. Qui enim diligit proximū, legem impleuit. Nam nō adulterabis, non occides, non furaberis, non falſum teſtimonium dices, non concupiſces, & ſi quod eſt aliud mandatum in hoc verbo inſtauratur, Diliges proximum tuum ſicut teipſum. &c. Sint lumbi veſtri præcincti. i. valde cincti, & lucernæ ardentes, id eſt bona opera in manibus veſtris. Octaua perſona honeſta lauat manus. Ecce eleemoſynarū largitio, quia eleemoſyna lauat faciē animæ, quando fit de bono iuſto. Luc. 11. Quod ſupereſt datæ eleemoſynam, & ecce omnia munda ſunt vobis. No quomodo Chriſtus poſtquam prędicauerat, reſpiciebat, ſi aliquis inuitaret eum ad prandiū. Ecce circunſpectis omnibus. Glo. ſi aliquis eū inuitaret, quia voluit eſſe pauper.

Et ſemel

Et semel quidam malus homo ipsum inuitauit,& multos alios pharisæos inimicos Christi,cogitans,quod comedendo Christus diceret aliquod malum verbum,vt accusaretur,sed non est consiliũ contra dominum,qui volens eum corrigere dixit, Vos pharisæi quòd deforis est calicis & catini mundatis, quod autẽ intus est vestrum, plenum est rapina,& iniquitate. Stulte nónne qui fecit quod deforis est,etiam quod deintus est fecit? Veruntamen quod super est date eleemosynam,& omnia munda sunt vobis.Lu.11.No.vos pharisæi,vt cognoscerent quod ipse sciebat corda,& cognosceret,& hoc dicit,quia in corde oderant Christum,& ad extra ostendebant sibi amicitiam.No.quod super est dupliciter. Primò quod superest facta refectione,Hic habetis bonum consilium, Si tenetis vel acquisiuistis aliquid de bonis iniustè, facite medium in capsa,& illud de bono iusto ponatis in dextra,illud verò ad sinistram,quia licèt modò statim non habeatis propositum emendandi, vel restituendi, paulatim tamen quando videbitis distinctionem pecuniarum, cõpungemini in corde,vt restituatis,&c.Item quando volueritis facere eleemosynam,nõ faciatis de sinistra iniusta quæ est in capsa,quia nullum haberetis meritum, sed peccatum.14.q.5.forte, sed de illo quod est in dextra.Et hoc dicit Christus Mat.6.Nesciat sinistra tua quid faciat dextra tua.Non loquitur de manu, quia nullam habet scientiam.Ideo Tob.4.Ex substantia tua fac eleemosynam,non de aliena.Secundò quod superest,scilicet,recepta necessitate,& retenta,quod superest de vino,pane,&c.non reseruate in capsa,nec date canibus, sed date pauperibus.Idem de indumentis, quod superest retenta necessitate,date eleemosynam, & omnia mũda sunt vobis, scilicet,manus,& facies animæ.Ergo surge vade in Sareptam,&c.

Feria I I I.post dominicam secundam quadragesimæ.

Sermo secundus,

QVi maior est vestrum,erit minister vester. Originaliter. Mat.23. & recitatiuè in euangelio est hodierno,Sicut enim totum quod est in euangelio est morale , ita Christus intendit à nobis extirpare & reprobare.

Primò reprobat inobedientiam,

Secundò vanam gloriam,

Tertiò arrogantiam,

Quartò extollentiam,

Hæc magna sunt,& offensiua diuinę maiestatis.Et dequartò,& vltimo ꝙ est quãdo creatura se extollit propter bona tẽporalia,loquitur nostrum thema,scilicet,qui maior est vestrum, scilicet, in bonis à Deo sibi datis,erit minister vester.Veniamus ergo ad primã partẽ in qua Christus reprobat,& vituperat peccatũ inobedientię,quod est quãdo minores maioribus non obediunt,nec filij parẽtibus,nec

vasalli

vasalli dominis, nec populus prælatis ecclesiæ. Contra istos dicit Christus, in principio euãgelij loquens populo & discipulis, dicẽs, Isto modo locutus est Iesus ad turbas, & ad discipulos suos dicens. Super cathedram Moysi sederunt Scribæ, & Pharisæi. Omnia ergo quæcunque dixerint vobis seruate, & facite, secundum opera verò eorum nolite facere. Dicunt enim, & non faciunt. Alligant autem onera importabilia, & imponunt in humeros hominum, digito autem suo nolunt ea mouere. Et pro declaratione istorũ sciatis, quod populus communis attendens, quod rectores communitatis, & sacerdotes erant malæ vitæ notoriæ, retrahebant se ab eorum obedientia. & negligebãt eorũ mandata, & ordinationes, propter hoc primò ostendit, quod licèt domini, & prælati sint mali, tamẽ subditi tenẽtur eis obedire, nisi præciperẽt aliquid quod esset cõtra Deũ & ideo dicit super cathedram, &c. Videatis, Scribæ possunt dici, & hoc propter officium scribendi. Nam scribunt isti tales. Sed non sic hic accipitur, sed dicitur scriba à notitia scripturæ, quia isti tales habebant notitiam scripturarum diuinarum, velut sunt doctores. Pharisæi erant rectores. Et dicitur à phares quod est diuisio & in vestitu & in victu. & isti regebant populum qui ecclesiastici appellabantur, quia curã habebant de ecclesiis. Et si tales erant vitiosi & malæ vitæ. Ideo negligebãtur ab eis subditi. Et Iesus Christus istos reprobat, nam postquam isti sederunt in cathedra Moysi, id est, in officio regiminis secularis vel prælationis ecclesiæ quam habebat Moyses, negligebant gregem sibi commissum. Et de istis dicit Christus, quod quantumq; mali sint, eis obediendum est. Videte quia duas doctrinas posuit. Prima quia omnia quæcunq; dixerint vobis seruate & facite. Non propterea intelligatis quod eorum factis vos assimiletis, & ideo additur secunda doctrina cùm dicitur, secundũ opera verò eorum nolite facere. Dicunt enim & nõ faciunt, alligãt autẽm onera grauia, magnas tallias & magnas collectas populo, & ipsi nolunt illas portare, nec digito mouere, sed hoc non obstante eis obedite. Sed circa hoc quæro duas quæstiones. Prima ex parte populi, diceret populus, Nunquid nos erimus sic oppressi & onerati, quia rectores nos ita comprimunt, & ipsi nihil faciunt? respõsio, quod maius onus portant ipsi quam vos. Videte quia magnum est eorum pondus. In principio regiminis eorum ipsi iurant bene regere, & administrare rempublicam: si fortè faciunt contrarium plus peccant, quam si facerẽt homicidium. Et istam opinionẽ tenet Sanct. Thom. Nam fortius est frangere iuramentum, quàm facere homicidiũ. Periuriũ enim, vt dicit sanctus Tho. in quolibeto. 1. q. 9. ar. 2. est grauius quàm homicidium, & tenet secũdum locum peccatorum post idololatriam. Cuius rationem beatus Thom. vbi supra ostendit. Nec immeritò, quia periurare nomẽ Dei videtur quædam diui-

Periuriũ grauius est peccatũ homicidio.

Eam diuini nominis denegatio. Vnde & apud gentiles iusiurandũ erat honoratissimum vt dicitur in principio Metaphysicæ. Et licèt in hoc mundo durius puniatur homicidium periurio, secùs tamen in alio seculo, vt dicit S. Tho. vbi supra in solu. argumenti in oppositum. Nam acrius punietur quis frangendo iuramentum, quã committendo homicidium. Et vide, quia si faciens contra simplex iuramentum, plus peccat quàm si occidat, quantò plus si contra solenne iuramentum quod faciunt isti rectores. Et ita si post iuramentũ faciunt oppositum. s. communitatem defraudando, pecunias recipiendo, vel indignos promouendo, semper peccant mortaliter. Et promitto vobis, quod si scirent onera quando eliguntur, fugerent de villa vel ciuitate. Ideo beatus Aug. dicit quod quantò quispiam in gradu est superiori, tantò versatur in maiori periculo. Et dico vobis, quod sancti patres tremebãt, & timebãt de sua sola anima, de dando computum Deo in die iudicij. Ideo dicitur Sap. 6. Horrendè de citò apparebit vobis, quoniam iudicium durissimũ his qui præsunt fiet: Exiguo enim conceditur misericordia, potentes autem potenter tormenta patientur. Non enim subtrahet personam cuiusquam Deus qui est omnium dominator, nec verebitur magnitudinem cuiusquam, quoniam pusillum & magnum ipse fecit, & equaliter est illi cura de omnibus. Fortioribus autem fortior instat cruciatio. Idem ad Hebr. 10. horrendum est incidere in manus Dei viuentis. Rememoramini autem pristinos dies, in quibus illuminati magnum certamen sustinuistis passionum. & in altero quidẽ opprobrijs & tribulationibus spectaculum facti, in altero autem socij taliter cõuersantium effecti. Nam & vinctis compassi estis, & rapinam bonorum vestrorum cum gaudio suscepistis, cognoscentes vos habere meliorem & manentem substantiam. Nolite itaq; amittere confidentiam vestram, quæ magnam habet remunerationem, patientia enim vobis necessaria est, vt voluntatem Dei faciẽtes reportetis promissionem, &c. Dicitur enim iudicium durissimum in gradu superlatiuo. Nam creaturæ iudicium Dei est durum, quia ibi de operationibus & cogitationibus habemus reddere computum & rationem. Ideo dicitur Mat. 12. Dico autem vobis, quoniam omne verbum ociosum quod locuti fuerint homines, reddent rationem de eo in die iudicij. Et verbum ociosum secundum Gregorium est quod aut ratione iustæ necessitatis, aut intentione piç vtilitatis caret, de quo reddetur ratio. Sed durius iudicium erit verbũ ociosum cuilibet qui habet regimen, vt mulieris quomodo illã dilexit, quomodo filios instruxit, & seruos, qualiter soluit salariũ sibi seruientibus, durum est de se solo Deo reddere rationẽ. Et quantò sunt potentiores, tantò durius est illud iudiciũ. Iã ergo dixit, Licet mali sint, sitis eis obedientes. Et ideo dicitur, Omnis anima po-

Verbi ociosi definitio, seu descriptio.

testatibus sublimioribus subdita sit. Ro.13. Dicit potestatibus, intelligatis ecclesiasticis, vel etiam secularibus, Nã Dei ordinationi resistit, qui potestati resistit. Sitis ergo obedientes. Diceret aliquis, Forte loquitur de bonis. Respõsio ꝙ nõ est verum. nam dicitur & hoc 1. Pet. 2. vbi textus. Subiecti igitur estote omni humanæ creaturæ propter Deum, Siue regi quasi præcellenti, siue ducibus tãquam ab eo missis ad vindictam malorum, laudẽ verò bonorum, quia sic est voluntas Dei. Ibidem, Serui subditi estote in omni timore dominis non tantùm bonis, sed etiam dyscolis, &c. Et ideo quãtò magis debet reuerentiam populus melioribus & bonis impendere prælatis & rectoribus, sic etiam infidelibus & dyscolis impẽdere tenetur vt Petrus vbi suprà dicit. Et populus quando ista videt, nõ debet murmurare, sed eorum laboribus misereri. Secundò quæro si hi prælati suis ordinationibus me vellent remouere à Deo, aut à gratia Dei an sit faciendũ vel officio diuino, nũquid teneor obedire. Solutio. In primo casu non est obediẽdum eis, quia obedire oportet magis Deo quàm hominibus. Act. 5. Propter hoc fuerunt sancti Martyres occisi, quia nolebant obedire contra præcepta Dei. Secundò dico, ꝙ si ecclesiastici vel officiales volunt te elongare à diuinis officiis, sic quod non intersis diuinis officiis, & hoc faciant per sentẽtiam excommunicationis nominatim vel generaliter, tũc obedire debes, quia illud est in pœnam, & nõ seruantes sunt dãnati, & peccat quis mortaliter eò quòd nõ est separatus à gratia Dei, sed ab officio. imò peccat mortaliter. Etiam generaliter excommunicatus, si missam

Excommunicatus indignus est qui vel in platea corpus Christi aspiciat. Miraculo ostenditur, quàm metuenda sententia excommunicationis sit.

audit, quia iam eiectus est ab ecclesia per sentẽtiam excommunicationis. 11. q. 3. omnis. vbi dicitur, Omnis Christianus qui à sacerdotibus excommunicatur, satanæ traditur, &c. quæ sequũtur. Plus etiã dico, quod si presbyter portat custodiam per ciuitatem ad communicandum aliquem, debes stare non flexis genibus plorando, & nõ debes custodiam respicere. Videte ergo & seruate quæ vobis præcipiunt, sed debes laborare vt absoluaris. Videte hîc quoddam miraculum quod contigit in delphinatu. Erat ibi quidam latro, & vna die intrauit ecclesiam quandã prætextu & contemplatione faciendi orationem, & respexit hinc & inde si posset aliquid furari, & nõ vidit nisi vnum breuiarium super altare, & videns quod ibi non erat aliquis, secum asportauit. Vicarius videns quod breuiariũ sibi deficiebat, perquisiuit cum aliis furem illum. Et fur qui erat procul videns illos venientes, posuit breuiariũ in foramine cuiusdã arboris, & postea negauit se librum accepisse. Tunc reuersus ad locum vicarius habuit literã & sententiam excommunicationis, & dixit quod qui teneret breuiarium, intra spatium trium dierũ redderet suo domino, aliàs incurreret sententiam excõmunicationis. Et post elapsis illis tribus diebus, contigit ꝙ arbor illa mortua fuit. Gẽtes

autem

autem videntes hoc, fuerunt mirati valdè, & quærentes vnde illud veniebat, inuenerunt ibi breuiariū. Videte quomodo potest viuere creatura, si arbor non potuit viuere. Cauete ergo. Sed circa hoc dicunt aliqui, ꝙ excōmunicatio non comedit panē, nec bibit vinum. Et ideò dicitur cōtra tales, Si Ecclesiā nō audierit, sit tibi sicut Ethnicus & publicanus. Mat. 18. Nota etiā hic cōtra illos qui excommunicantur in vna ecclesia, & vadunt audire missam in alia vel monasterio, hi enim peccant, & inobedientiā incurrunt. Venio ad secundam partem, in qua Christus reprobat vanam gloriā, hoc est peccatum vanæ gloriæ. Nam vermis est ventus, & ponit se ibi sicut in pomo vel in malo punico. Nam extra apparet bonum, intus verò nihil valet, quia à verme comestum est. Sic de illo qui bonus apparet, sed intus habet vanam gloriā, nihil valet. Et contra illā dixit Christus, Omnia opera sua faciūt, vt videantur ab hominibus. Dilatant enim phylacteria sua, & magnificāt fimbrias. Amat autem primos recubitus in cœnis, & primas cathedras in synagogis, & salutationes in foro, & vocari ab hominibus rabbi. Vbi ponit Christus .7. gradus vanę gloriæ, in quibus erāt inuoluti. Primò in corde, qui si fecerūt aliquod opus de genere bonorū, tamē intētio eorū fuit mala, quia fecerunt hoc vt viderētur ab hominibus. Ideò dicitur Prou. 4. Omni custodia serua cor tuū, quia ex ipso vita procedit si benè custoditur, aliàs mors. Sed illi nō custodiebāt cor, imò vbi confluebat populus ibi orabant cum suspiriis, vt viderentur & laudarentur ab hominibus. Contra hoc Christus Christianis, Tu cū oraueris, intra in cubiculum tuum. Mat. 6. Idem faciebāt de eleemosyna. Nam illi ambulabāt per ciuitatem præcone præcedente cum tuba dicentes, Talis dominus vult facere eleēmosynam: vadatis ad domum suā, & sic de aliis bonis operibus. Cōtra hoc Christus. Cùm facis eleemosynā, noli tuba canere ante te. Mat. 6. Secūdus punctus est, ꝙ dilatāt phylacteria sua, quia exampliāt se. Vnde dixit Dominus Moysi dans sibi pręceptum. Deut. 11. Ponite hæc verba mea in cordibus & in animis vestris, & suspendite ea pro signo in manibus & inter oculos vestros collocate. i. contemplādo. Ita intendebat Deus. Sicut Deus dedit manibus decem digitos ad operandū, ita dedit .10. præcepta ad meritoriè operandū. Sed illi Iudæi scribebāt illa in quolibet digito vnū, vt gētes illos laudarent, & gentes ideò osculabātur eis manus. Nota in auctoritate prædicta dicitur, Inter oculos vestros collocate, hoc intelligebat Deus de oculis animę, quibus contemplāda sunt diuina pręcepta. Sed ipsi scribebāt ea in chartis de litera grossa quę dicūtur phylacteria. Et ideò dicitur phylacterium à phylaxe quod est seruare, & isto modo laudabātur, & sic dicūtur illa dilatare, & sic nō solùm intus habebant vanā gloriam, sed etiā extra. Tertius punctus est, quia magnificabāt fimbrias. Vnde dicit Deus Moysi. Nu. 15.

Aut potius à φυλάττειν.

circa finem, Loquere filiis Israel, & dices ad eos, vt faciāt sibi fimbrias per angulos quatuor palliorum ponētes in eis vittas hyacinthinas ad quatuor partes vestiū, & hoc ex precepto legis. Has fimbrias etiam portabat Christus. Et ideò dicebat mulier, Si tetigero fimbriā vestimēti sui, salua ero. Mat. 9. Iudęi verò dilatabāt phylacteria propter vanā gloriam, & magnificabant fimbrias suas. Nota, Deus voluit illas apponi, & fecit apponi vt denotarent decem praecepta in quibus omnia alia cōtinentur. Volebat etiā Deus quod Iudaei portarent illas quatuor fimbrias ad innuendum, quod omnia praecepta Dei & ordinationes consistūt in quatuor. s. circa Deū per deuotionem & fidelitatem, circa proximū per dilectionem & charitatem, circa prosperitatem per temperantiam, circa aduersitatem per patientiam. Illi autē hypocritae magnificabant fimbrias suas ... tas siue nimis amplas faciendo. Quartus punctus est quod amabāt primos recubitus in coenis, &c. sicut quādo fiunt nuptiae duplici ratione. Primò ratione superbię, quia est locus honorabilior. Secūdò ratione gulae, quia ibi ponebātur fercula meliora, & ita amabāt primos recubitus, dicentes etiā quod in conuiuiis non debēt respicere genus, sed deuotionē, ad dandum honorabiliorē locū. Quintus punctus est habēre primas cathedras in synagogis dicendo, Ibi debent sedere diuites seu sanctiores vt ipsis inde contingeret. Sextus punctus est salutationes in foro, primò insipientes salutare, vt salutētur. Septimus est vocari ab hominibus rabbi, vt nō nominentur nomine suo proprio, sed nomine rabbi. i. magistri. Contra hoc auisat nos Christus dicēs: Vos autē nolite vocari rabbi. Vnus est enim magister vester, Mat. 23. Desiderare scientiā ad actū docendi non est peccatum sed meritoriū, sed desiderare nomen tantū est peccatum. Ecce septem vanas glorias. Modò est quaestio super hoc quod dicit, Omnia opera sua faciūt, vt videantur. Vtrum facere bona opera ad videndum hominem siue publicè quę possent secretè fieri sit peccatum, videtur quod sic, vt hic dicitur. No. pro respōsione, quod personae sunt in duplici gradu siue differētia. Aliquę sunt personę simplicis vitae, & quae sibi solùm habent prouidere, & non necessarium vt publicēt. Et de his Hiero. in prologo biblię dicit quod sancta rusticitas solum sibi prodest, &c. Secundò aliquę sunt personae quae à Deo sunt transmissę, non solùm sua purgantes peccata, sed etiā aliis dantes doctrinā quae habēt alios instruere verbo & exemplo, tales non debent abscōdere bona opera, sed publicare & manifestare in exemplū aliorum. Nam citò & benè citò erit praeliū Antichristi, & sunt anni quindecim quibus sum missus dādo doctrinā in publico, & nunquā dixi alicui sequere me, & multis volētibus me sequi obsiciebā, & finaliter videns ordinationem & quod faciebant poenitentiā, sustineo & sustinui. Sed etiam aliqui faciunt quęstionem di-

centes, quare vadũt mulieres, quia Deus dat exemplũ aliis mulieribus ita de pueris. Nam legitur Ionæ 3. Infantes lactantes & omnes alij ieiunabant. Non cognoscitis ergo Dei mysterium. Ecce ergo publicare bona opera est meritorium. Ideò dicitur Mat. 5. Sic luceat lux vestra corã hominibus, vt videãt opera vestra bona & glorificent patrem vestrũ qui in cœlis est. Videte secretum. Nam nunquam Christus prohibuit, nec reperies auctoritatẽ quæ prohibeat bona opera manifestari, sed prohibet quod faciens nõ quærat videri ab hominibus. Et ideò dicitur in alio loco. 1. Mat. 6. in principio, Attendite ne iustitiã vestrã faciatis corã hominibus, vt videamini ab eis, alioquin mercedem nõ habebitis apud patrẽ vestrum qui in cœlis est. Videte benè & opera videantur, nõ vos, ideò in Euangelio hodierno dicitur, vt ipsi videantur ab hominibus. Sed isti nostræ societatis non videntur nec cognoscuntur, benè videntur opera bona, & ecce hic secũdam partem. Venio ad tertiam partem in qua Christus reprobat & vetat arrogantiã, & est quãdo creatura attribuit sibi quod nõ fecit, vt si Doctor aliquis subscriberet se in libro quẽ ipse nõ scripsit. Nam illud dicitur peccatũ arrogãtiæ. Et hoc dũ dicitur, Vos autem nolite vocari rabbi. Vnus est enim magister vester, omnes autẽ vos fratres estis. Et patrẽ nolite vocare vobis super terrã, vnus est enim pater vester qui in cœlis est. Nec vocemini magistri, quia magister vester vnus est Christus. Hic nota quod hoc peccatum vetat, quia duo continet magisteriũ & paternitatẽ, quæ Deo tantũ cõpetunt. Nam propriè ille dicitur magister qui audientis conscientiã illuminat, & quis potest hoc nisi Deus? Doctor, vel prædicator solũ recitat, non est ergo magister. Quia solus Deus est qui conscientiam infundit siue qui illuminat. & dicitur in Psal. 93. Deus vltionũ, ibi, Qui docet hominẽ scientiã. Et ideò Grego. dicit In vanũ exteriùs laborat lingua prædicatoris, nisi intus fuerit gratia Saluatoris. Et ideò videatis, non vocetis vos magistros. ibi est peccatũ infidelitatis. Videte exemplũ in Medico. Nam Medicus curat & nõ sanat. curat dando medicinã, sed Deus sanat. Nam Medicus est instrumentũ, medicina dispositio est, sed sanitatẽ solus Deus dat. Et si nunc quis cõuertitur, quis eũ curat, nunquid ego qui prædico? Dicendũ ꝙ non nisi instrumentaliter, sed Deus, quia non tango vulnus ipsius, & qui nõ tangit, non agit, sed Deus tangit, imò dico vobis ꝙ ignis nõ posset stupam vrere sine manu Dei. Ideò dicitur in Psal. 102. Qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis, qui sanat omnes infirmitates tuas, &c. Magna infirmitas ergo est ignorantia. Scientiam ergo docens est Christus. & bis reiterat Euangeliũ, ad denotandum duobus modis haberi scientiã Primus modus est inuentione. Secũdus est reuelatione. Ideò dicitur ad Ro. 1. Deus enim illis manifestauit. Inuisibilia enim ipsius à creatura mundi

Sententia notatu digna.

per ea quę facta sunt intellecta conspiciuntur, sempiterna quoq; eius virtus, & diuinitas, ita vt sint inexcusabiles. Quia cũ cognouissent Deũ, nõ sicut Deũ glorificauerũt, aut gratias egerũt, sed euanuerunt in cogitationibus suis, & obscuratũ est insipiens cor eorũ. Dicentes enim, &c. Et ideò B. Aug. In cœlo cathedrã tenet qui corda docet. Ergo alij repetitores sunt, nõ doctores, & hoc de magistro. Sic dicamus de paternitate, & vide quia qui genuit abusiuè est pater tuus. Ratio. Nam quis facit in te honestũ, & turpe, & rem transeuntem, & modicã. Sed quis format oculos tuos, & omnia membra in vẽtre matris tuæ nisi Deus? sicut fabricãdo thecã, nõ serra, nec axia facit thecã, & sic Deus facit immediatè, & nõ natura. quia impropriè diceretur, securis vel serra fecit capsam, sed faber lignari⁹ fecit ipsam. Et sic natura non est nisi instrumentum, sed Deus est ille qui totum facit. Et licèt moriatur in parua statura, resurget tamen tantę staturæ sicut vnus magnus homo. Et Ideò Iob, Manus tuę Domine fecerũnt me, & plas. me, &c. Iob. 10. Idem Esa. Tu enim pater noster, & Abrahã nesciuit nos, & Israël ignorauit nos. Tu Domine pater noster, redemptor noster. Esa. 63. Videte cõtra vos qui modò appellamini magistri in Theologia, & in legibus, erit malè factũ? Quæro & dico ꝙ solus Deus propriè est pater, & magister, & doctor ex omnibus prædictis, sed cõsuetudinariè, & instrumẽtaliter nõ reprobatur, quin iuxta modũ loquendi cõsuetum, etiã alij præter Deũ possint vocari, & dici patres, & doctores, & magistri ministraliter, & denominatiuè. Et ita vocauit se Apost. 2. ad Tit. 1. Positus sum ego Prædicator, & Apostolus, & Magister gentiũ. Etiã 1. Cor. 4. Vt filios meos charissimos moneo. Nam si decẽ millia pædagogorũ habeatis in Christo, sed nõ multos patres. Nam in Christo Iesu per Euangelium ego vos genui. Rogo ergo vos imitatores mei estote, sicut & ego Christi, &c. Non enim faciebãt cõtra Christum, quia secundum consuetudinẽ. Sed esset arrogãtia, si effectũ sciẽtiæ attribueret magistro. Nam in Psal. 81. Deus stetit in synagoga Deorũ, &c. Ego dixi, Dij estis, & filij excelsi omnes, &c. Videte denominationẽ, Dij dicũtur boni viri. Ita hoc modo dicitur magister. Et ecce tertiũ, Nõ enim vos estis qui loquimini, sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis. Mat. 10. sequitur quarta pars, in qua Christus reprobat, & vetat extollẽtiã. Nam extollentia est, glorificari, & superbire de eo ꝙ quis habet. Hoc reprobatur in textu, vbi dicit, Qui maior est vestrũm, erit minister vester. Qui autem se exaltauerit, humiliabitur, & qui se humiliauerit, exaltabitur. Et circa hoc videte. Nemo debet se in altum extollere, neq; de scientia, neq; de diuitiis, neque de genere, neq; aliqua gratia tẽporali. Et quare data est tibi gratia talis? nõ vt te extollas in altum, sed vt alii ostendas: nõ propter vanitatem, sed propter vtilitatẽ proximorũ. Sed quæ est ratio, quare

mul-

multi magistri & doctores efficiuntur ignorantes? quia proponūt in eorum animo postquam habent gradum quiescere, & nihil labo rare. Nam postquam habes gradum, & scientias, debes alios docere. Qui est ergo maior inter vos, fiat minor. Idem dicendum est de similibus. Et ideò dicitur Mat. 20. Quicunq; inter vos voluerit maior fieri, sit vester minister. Et qui voluerit inter vos primus esse, erit seruus vester, exemplo Iesu qui maior est, venit tamē ministrare, & non ministrari. Nam qui se humiliat, exaltabitur. Et vide hîc secretum in quo misericordia diuina cōstituit maioritatē cœli. Dic in re, quam quilibet potest habere. s. in humilitate. Nam si es in diuitiis, noli vituperare pauperes. Si in dominio, nō seruos. Nam maiores plus se debent humiliare. Si enim quis portat piscem, pondere nō humiliatur vel curuatur, sed qui portat pretiosam thecā grandem, auro onustam, & magnum pondus. Magni ergo maiorem humilitatē debēt habere. Et videte historiā quę recitatur à tribus Euāgelistis. Primò, Mat. 18. Secundò, Mar. 9. Tertiò, Luc. 22. Isti tres dicunt quod semel Iesus Christus ambulabat cum suis Apostolis per viam ipse primus, pòst veniebant Apostoli, & cœperunt contendere, & hoc secundum Lucam, qui dicit vbi suprà, quia non cōcordabant. Marcus dicit, quod disputabant, & sic cōtendebant, quia non conueniebant. Si verò disputabant, faciebant rationes. Dicit enim Mar. 9. cap. quod in via inter se disputauerūt quis eorum maior esset. Isti ergo mouerunt quæstionem. Primò Petrus dixit, Quid contenditis inter vos? iā conclusum, & decisum est quod ego, quia iam Christus mihi promisit maioritatē vicariatus, & quod sim caput, cùm dixit, Tu vocaberis Cephas, quod interpretatur caput. Secundò dicit B. Andræas Apostolus, Quid dicis Petre, quòd tu eris maior? imò ego ero maior. Et ratio est, quia Iesus Christus saluator mundi, & totius generis humani primò vocauit me, ergo nō fiet ratio. Tertiò, dicebat S. Ioannes Euangelista, Quid dicitis vos, quòd vos eritis maiores? imò certè ego ero maior. Nam ego sum virgo, & vos habuistis vxores, & estis carnales, & virginitas multum placet Deo. Item venit alius, scilicet sanctus Iacobus maior, & dixit, Quid dicis tu Ioannes, quod eris maior? certè nō eris. Ratio, Nam ego sum primogenitus, ergo ego ero primus in Paradiso. Item dixerunt Iacobus minor, Tadæus, & Symon, Quid dicitis vos quod eritis maiores? certè non erit verum, imò nos. Nam sumus nepotes ex prima sorore Mariæ virginis: ideò erimus maiores. Item venit sanctus Matthæus dicens: Quid dicitis vos omnes quòd eritis maiores, non credatis. Et quid fecistis vos pro Christo? Tu Petre, dimisisti nauem torquatam, & retia fracta, & ego dimisi plures pecunias, & multa alia bona temporalia. Non est ergo facienda quęstio vltra, ergo ego ero maior. Iam venit S. Philippus dicens: Ego

ero maior. Nam ego fui primus Apostolus, quẽ Christus ore proprio vocauit dicens: Veni sequere me. Ioan. 1. Ergo non est quæstio faciẽda vlterius. Venit S. Bartholomęus, Ha taceatis. Non sum ego de genere regio? ego ero ergo primus qui sum magis generosus. Deinde venit S. Thomas dicens, Quid dicitis vos, & non sum ego doctor? & iam vocor Thomas, id est, abyssus scientiæ, & vos estis omnes rudes, & grossi. Nunquam didicistis literas, tacete. In posterũ venit Iudas Scariotes dicens, Et nónne ego sum procurator omniũ, & ex manibus meis habetis viuere? Iam estis mihi subditi, certè ego ero maior vtiq; in inferno. Christus tacebat, fingens se non audire eorum disputationem. Et post veniẽtes ad Dominum, dicit Marcus, quod Iesus interrogauit illos dicẽs, Et quid tractabatis in via? Venientes autem tacebant, quia verecundabantur dicere Christo stultitias suas dicit Marth. Accesserunt discipuli dicentes, Quis putas maior est in regno cœlorum, &c. Matth. 18. O dicit Christus bona quæstio est ista, & melior quàm illa, Quis erit maior in ista vita, siue societate vel ciuitate? Et dixit Iesus, Quid ergo fuit conclusum? & quilibet habebat verecundiam, & tacebant. Et dixit primò Petro, Dicis quod tu eris maior, quia prælatus, & caput? & nũquid Lucifer fuit prælatus, & caput aliorum, & est damnatus? Et tu Andręas dicis, quia eris primus, & nunquid audiuistis à me. Erunt nouissimi primi, & primi nouissimi, &c. Mat. 20. Et tu Ioannes dicis, Ego ero maior propter virginitatem, vide quia Adam erat virgo quando fuit expulsus de Paradiso terrestri, & sic de aliis. Dicit ergo Matthæus. Aduocans Iesus paruulũ. Determinans Iesus Christus Dominus noster quæstionem statuit paruulum in medio. Dicunt aliqui, quod fuit sanctus Martialis, tamen non benè scitur, & dixit Iesus eis, Quicunque se humiliauerit sicut iste paruulus, quia de se nullam habebat præsumptionem, hic maior est in regno cœlorum. Nam iste paruulus non se extollebat, ergo exaltabitur. Beatus Petrus audiens hanc determinationem ait, Humiliamini sub potenti manu Dei, vt vos exaltet. 1. Pet. 5.

Feria IIII. post Dominicam II. Quadragesimæ. Sermo I.

Q*Vicunque voluerit inter vos maior fieri, sit minister vester.* Mat. 20. Sermo erit de sancto Euangelio, quod continet multa secreta speculatiua pro intellectus illuminatione, & moralia, pro vitæ reformatione. Sed primò salutate virginem Mariam, &c. Quicunq;, &c. Pro introductione sciendum, quod ad saluationem hominis tria concurrunt necessaria, scilicet,

Ordinatio Dei æternalis.
Paßio Iesu Christi temporalis.
Subiectio creaturæ virtualis.

Hoc

Hoc potest declarari per temporalem similitudinem, communiter in quolibet opera tria necessaria sunt.s. causa agens, secūdò instrumentum, tertiò materia siue subiectum. Verbi gratia, in scriptura scriptor est causa agens, siue notarius, instrumentum est calamus, materia est pergamenum siue papyrus. Sic in saluatione nostra, causa agens est ordinatio diuina, sine qua nihil fieret. Dauid in Psal.17. Eduxit me in latitudinem, saluum me fecit quoniā voluit me. Nota eduxit me in latitudinem.s. intellectus ad credendum omnes fidei veritates catholicæ, & voluntatis ad diligendum omnes generaliter, nō solùm amicos, sed etiam inimicos, Item in latitudinem oris, & manus, &c. Instrumentum nostræ saluationis est passio Christi, sine quo instrumento nunquam aliquis fuisset saluatus, nec erit, licèt Deus sine instrumento potuisset saluare homines, tamen voluit habere hoc instrumentum. Ideo Christus, Amen amē dico vobis, nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet. Si autem mortuum fuerit, multū fructum affert. Ioā.12. Tertiò requiritur dispositio materialis.s. quod homo se subiiciat diuinis præceptis, obediendo. Et si homo fecerit contra diuina precepta, requiritur quod homo subiiciat se operibus pœnitentiæ, sic enim subiicitur homo voluntati Dei virtualiter. Hæc tria ostenduntur in Euangelio hodierno, in quo

Primò ponit instrumentum scilicet paßionem Christi,
Secundò dicit ordinationem,
Tertiò creaturæ subiectionem tanquam materiam vel subiectum,

Et de ista subiectione virtuali dicit thema. Quicunq;. Dico primò, quod sanctum Euangelium hodiernum loquitur de causa instrumentali nostrę redemptionis, scilicet de Christi passione in principio dicens, Ascendens Iesus Hierosolymā, assumpsit duodecim discipulos suos secreto, & ait illis, Ecce ascendimus Hierosolymam, & filius hominis tradetur principibus sacerdotū, & scribis, & condemnabunt eum morte, & tradent eum gentibus ad illudendum, & flagellandum, & tertia die resurget. Vbi ponit octo de passione Christi ad literam quæ ad aliam diem pertinent, sed intremus secreta. In his octo quæ Christus dicit secretè discipulis suis ostēduntur octo opera pœnitentiæ. Primum ibi, Assumpsit.12. discipulos suos, &c. Ecce hîc peccatorum cōtritio, quandiu homo viuit in peccatis, est discipulus diaboli. Quidam in schola superbiæ viuunt, quidam in schola auaritiæ, quidam luxuriæ. Sed quando homo conteritur de peccatis, efficitur discipulus Christi, in schola pœnitentiæ in qua legit Christus. talis dicitur venire de schola diaboli ad scholam Christi quod fit secretè, quia cōtritio consistit secretè in corde. ideo dicit Propheta in persona cōterentis, In abscōdito plorabit anima mea à facie superbiæ. Hier.23. Isto modo assumit Christus pęniten-

tem in diſcipulũ, ideo dicit ipſe, eſtis iam mini mei diſcipuli. ſ. per pœnitentiam. Ioã. 15. Secundũ ibi, Ecce aſcendimus Hieroſolymam, quæ interpretatur pacifica. Ecce hic emendandi propoſitum. Peccator ſemper eſt in guerra cum Deo ipſum impugnando, & ſibi rebellando. Sed quando conuertitur, & proponit nõ redire ad peccata, tunc aſcendit in Hieruſalem, id eſt, pacificam. Dauid Pſalm. 83. Beatus vir cuius eſt auxilium abs te, aſcẽſiones in corde ſuo diſpoſuit in valle lacrymarum, &c. quia cordis cõtritio, & emendandi propoſitũ non ſunt ſine diuino auxilio, & infuſione gratiæ. Tertium ibi, Filius hominis tradetur principibus ſacerdotũ, & ſcribis. Ecce hic oris confeſſio, ſed facienda eſt ſacerdotibus, tamẽ non credo hoc quod omnes ſacerdotes habent poteſtatem abſoluendi in peccatis, licèt radicaliter habent officium, tamen nõ habẽt executionẽ quouſꝗ; tradatur eis materia ſubiecta, & tunc Sacerdotes ſunt Principes animarũ, ideo dicit filius hominis. ſ. tradetur principibus ſacerdotũ. Nota quod ſunt duæ claues. ſ. potentiæ, & clauis ſapientiæ ſiue ſcientiæ, quas Chriſtus promiſit Petro dicens: Tibi dabo claues regni cælorum. Mat. 15. Neceſſarium eſt ergo ſacerdotibus quod habeant iſtas claues. ſ. potentiæ, & ſcientiæ, id eſt, auctoritatem, & ſcientiam, ideo quando Chriſtus commiſit has claues Apoſtolis, dicit eis, Accipite ſpiritum ſanctũ quorũ remiſeritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis retẽta ſunt. Ioã. 20. Iam ante. ſ. in die cœnæ ordinauerat ipſos ſacerdotes, poſt reſurrectionem tradidit eis poteſtatem abſoluendi. Quartum eſt ibi, Et cõdemnabunt eum morte. ſ. in pœnitentiæ iniunctione. per quam. ſ. pœnitentiam peccata moriuntur in peccatore. Et iſta eſt bona mors de qua dicit Apoſtolus, Colloſ. 3. Mortui eſtis. ſ. peccatis, & vita veſtra abſcõdita eſt cũ Chriſto. Verbi gratia, Si prudens confeſſor videt quod in peccatore viuit ſuperbia, dicat moriatur in vobis ſuperbia, & viuat in vobis humilitas, & ſic de aliis. Qui enim mortuus eſt peccato, iuſtificatus eſt à peccato. Ro. 6. Quintum, & tradẽt eum gẽtibus ad illudendum. Ecce hic iniuriantis remiſſio, quia tunc pœnitens traditur gentibus mũdanis ad illudendum, & deridendum. Qui poteſt dicere confeſſori, O patervos ponitis me in opprobrium omnium amicorum meorum, & auxiliãtium me in armis, ſed oportet, aliàs nõ eſt abſoluẽdus. De illis qui dederint tales qui remittunt propter Deum, dicitur Prou. 3. Ipſe. ſ. Deus, deludet illuſores, & manſuetis dabit gratiam. Sextum eſt ad flagellandum. Ecce hic impoſitio afflictiuæ pœnitentiæ ieiuniorum, ciliciĩ, vel diſciplinarũ, vnde pœnitens flagellatur truffis, & opprobriis impœnitentium. Ideo ſuſtineat patienter Dauid Pſal. 37. Quoniam ego in flagella paratus ſum. Septimũ ad crucifigendum. Ecce hic debitorum reſtitutio. Quoniam ſicut Chriſtus crucifigebatur tribus clauis, ſic reſtitutio eſt facienda de tribus. ſ. de bonis

Et ſi quilibet ſacerdos poteſtatẽ abſoluẽdi habeat non tamẽ eã exercere poteſt niſi in materiã ſibi limitatam.

tempo-

temporalibus, de fama personarum, de dãno fraternali. Apostolus Ro. 13. Reddite omnibus debita, cui tributũ tributum, &c. Nemini quidquam debeatis, nisi vt inuicem diligatis. Octauũ. Et tertia die resurget. ecce hîc eucharistiæ cõmunio. Quia sicut in resurrectione anima Christus intrauit in corpus, ita in die resurrectionis, corpus Christi debet intrare in cor vestrum per deuotã communionẽ. Aucto. Si cõsurrexistis cũ Christo, quæ sursum sunt quærite. ad Col. 3. Secundum quod concurrit necessario ad nostram saluationem, est ordinatio Dei æternalis, quia Deus æternaliter ordinauit saluationẽ, & modum saluandi. Et de hoc loquitur subtiliter secũda pars euangelij. Tunc accessit ad eum mater filiorum Zebedæi cum filiis suis, adorans & petens aliquid ab eo. Qui dixit ei, quid vis? At illa, Dic vt sedeant hi duo filij mei vnus ad dextram tuam, & alius ad sinistrã in regno tuo. Respõdens autẽ Iesus dixit. Nescitis quid petatis. potestis bibere calicẽ quẽ ego bibiturus sum? Dicunt ei, Possumus. Ait illis, Calicem quidẽ meũ bibetis, sedere autẽ ad dexteram meã vel ad sinistrã, non est meum dare vobis, se quibus paratum est à patre meo. Pro cuius declaratione dicit B. Hiero. in homilia beati Iacobi ꝙ quando Christus dixit Apostolis secretè, Ecce ascendimus Hierosolymam, & filius hominis tradatur, intrauit opinio in cordibus Apostolorũ, quod Christus statim post resurrectionem regnaret, propter quod Iacobus & Ioannes dixerunt matri, vt peteret à Christo di. dic vt hi duo filij, &c. Moraliter cũ dicitur, Tunc accessit ad eum mater filiorum Zebedæi adorãs, & petens. Ecce hîc modus adorandi. Primò accedere ad Deũ debet orans, quia qui vult supplicare Papæ vel Regi, oportet primò accedere. Ita in deuota oratione primò homo debet accedere ad Deũ cũ anima, deuotè cõtemplando quia corpus nõ potest accedere. ideo Dauid Psal. 33. accedite ad eum, & illuminamini, & facies vestræ non confundẽtur. Secũdò adorare eũ debet, quia adoratio multũ iuuat ad orationem. Qui adorat Deũ, in oblectatione suscipietur, & deprecatio illius vsque ad nubes propinquabit. Oratio humiliãtis se nubes penetrabit. Eccle. 35. Tertiò petere debet ab eo. s. dãdo verba orationis, idem in oratione ad virginẽ Mariam. Hæc tria seruauit Maria Salome mater Iacobi. & Ioannes, sed petiit indiscretè cũ dicitur, petẽs aliquid ab eo. Ad quã Christus. Quid vis? dando exemplũ in hoc quod persona discreta nõ debet se obligare ad dandũ aliquid, sicut fecit ille stultus Herodes puellæ saltãti, &c. Mar. 6. Nisi priùs sciat quid vult petere. Tunc illa dixit, Dic vt sedeãt hi duo filij mei. respondit Christus, Nescitis quid petatis vbi Christ⁹ tãgit duo subtiliter. Primò qa ipsi petebãt gloriã sine meritis, & summus gradus gloriæ haberi nõ potest sine summo gradu meritorũ. Passio dicitur calix. Ratio quia passio martyrum mensurata est à Deo, quot ictus, quot flagella, &c. totum est

mensuratum. Mat. 10. Nónne duo passeres asse. i. obolo. veneũt, id est venduntur, & vnus ex illis nõ cadit in terrã sine patre vestro, vestri autem capilli capitis omnes numerati sunt, &c. Secũdò petebãt contra ordinationẽ Dei æternã. Ideo respõdit Christus. Sedere, &c. non est meũ dare vobis, sed quibus paratũ est à patre meo. Nota decem gradus creaturarũ spiritualium, quos Deus ordinauit ab æterno, & ꝙ dicimus gradus. s. animarũ sanctarum adæquatur aliis precedentibus. Quędã animæ adæquantur angelis vt pœnitentes, quędã archangelis, &c. Dic practicè quomodo animæ collocantur, quædam in ordine angelorũ, &c. Et hanc ordinationẽ Deus cõstituit ab initio. Aucto. Mat. 25. Venite benedicti patris mei possidete paratum vobis regnum à constitutione mundi Hieron. Non est fas credere, aliquem sanctorum vltra merita angelorum transcendere, excepta beata virgine, cui super omnes angelorũ ordines ad dextram positus est thronus matris regis, quæ sedet ad dexteram eius. 3. Reg. Si dicatur, sedet aliquis ad sinistram Christi? Respõdeo, quod ideo Christus respondendo dixit, Sedere autẽ ad dex. me. &c. Nota cũ dicitur, sed quibus paratũ est, videtur autem ꝙ plures sunt ibi ad dexteram Christi. Responsio ꝙ solùm virgo Maria sedet ad dexteram Christi. Sed ponitur ibi plurale pro singulari. Tertium necessarium ad nostram saluationem est subiectio virtualis, de qua dicit thema, Quicunque voluerit, &c. Hoc dicit sanctum Euangelium ibi, & audientes decem indignati sunt de duobus fratribus. Iesus autem vocauit eos ad se, & ait, Scitis quia principes gẽtium dominãtur eorũ, & qui maiores sunt, potestatem exercent in eos. Non ita erit inter vos. Sed quicunq; voluerit inter vos fieri maior, sit vester minister. Et qui voluerit inter vos primus esse, erit vester seruus. Sicut filius hominis non venit ministrari sed ministrare, & dare animam suam in redemptionem pro multis. Quoniam quilibet ipsorum credebat esse maior. Petrus ex papatu. Andræas ex prioratu discipulatus, & sic de aliis, vide suprà in precedenti sermone. Ideo indignati sunt, & nisi fuisset Christus ibi, venissent adinuicem cum pugnis. Christus verò vt pater pius omnia supportãs, vocauit Iacobum & Ioannem, & dixit eis, Vos scitis, quod principes, &c. Vos autem non sic. Sed qui voluerit inter vos maior fieri, sit vester minister. Non recipiatis maioritatem ex sanguine, vt Iacobus & Ioãnes, neq; ex dignitate, vt Petrus, & sic de aliis, sed exemplo mei, qui nõ veni ministrari sed ministrare, & dare animam meam in redemptionẽ pro multis. Cogitate quomodo petierunt veniam abinuicem. Quæstio est super hoc. Filius hominis venit dare animam suam pro multis in redemptionẽ, nunquid non pro omnibus? Theologi distinguũt hoc & dicunt quod passio Christi potest considerari, vel secundũ sufficientiã, & sic filius hominis venit dare animam suã pro omnibus sufficienter,

Christi passio est suffi-

cienter, immo & superabundanter. Auctoritas, vnus est mediator Dei & hominum homo Christus Iesus, qui dedit semetipsum in redemptionem pro omnibus. 1 Tim. 2. Vel potest passio Christi considerari secundum efficaciam, secundum quam ipsa passio Christi non habet efficaciam in omnibus, & sic filius hominis venit dare animam suam pro multis in redemptionem. s. efficaciter. Nota ad hoc similitudinem de mercatore soluente sufficienter & abundanter pretium pro omnibus captiuis, sed non omnes volunt exire de captiuitate ex malitia. Ille magnus mercator & Rex gloriæ Christus soluit pretium redemptionis pro omnibus sufficienter, &c. sed non habet efficaciam in infidelibus. s. Iudæis, paganis, &c. quia nolunt vti, nec in multis Christianis, quorum aliqui sunt in carcere superbiæ, auaritiæ, luxuriæ, &c. & nolunt exire. Ita dicit, pro multis, scilicet efficaciter. Ideo oportet subiici virtualiter. *Christus pro redemptione omnium si solam sufficientiam consideres: secus autem si efficaciam.*

Feria IIII. post secundam Dominicam Quadragesimæ. Sermo II.

E*Xaudi deprecationem meam Domine.* Hester. 13. In persona ecclesię proponitur verbum istud, & non dicit precationem simpliciter, vel petitionem, sed deprecationem, id est diuersimodam precationem seu petitionem, quoniã multipliciter potest homo precari seu petere in oratione, scilicet octo modis.

Desiderando ardenter,
Lacrymando plangenter,
Explicando patenter,
Supplicando reuerenter,
Allegando prudenter,
Appellando confidenter,
Mendicando diligenter,
Molestando indesinenter,

Qui in suis petitionibus seruat istos modos, sine dubio obtinebit quod petit: quia omnis qui petit, accipit, &c.

Dico primò quòd est vnus modus petẽdi gratias à Christo domino. s. desiderando ardẽter, quando cor desiderat illã gratiam ardẽter & inflammatur, licèt os nihil dicat quasi ex verecũdia, quia non se reputat dignum illud petere ore, sed corde desiderat illud desideriũ, illud est lacrymalis petitio in auribus domini. Nõ sic de aliis dominus quibus oportet ore, vel signo, vel scriptura suum cordis desiderium aperire siue ostendere. Sed clarius videt corda hominum quàm tu vides faciem. Homo enim videt ea quæ patent, Deus autem intuetur cor. 1. Regum 16. Illud desiderium mouet & inclinat Deum ad dandum gratiam. No. similitudinem. Affectuosus respectus filij in patrem sedentem ad mensam, est clamorosa petitio in auribus patris, prouocans patrem ad dandum filio carnes vel pisces, &c. Ita Deus pater cum regina matre sedet in mensa gloriæ.

Nos

Nos verò in oratione stamus corã eo, quasi dicẽdo, Domine nõ audeo petere, sed vos scitis desideriũ meũ, quasi dicẽdo cũ Dauid, Domine ante te omne desideriũ meũ, & gemitus meus à te non est abscõd. Psal. 37. No. ad hoc historiã de filiis Israël exeũtibus de Ægypto qui ab Ægyptiis insequebantur, & nõ poterãt fugere, quia ad vnam partẽ erat mons altissimus, ad aliã mare rubrũ, & inceperunt murmurare contra Moysen dicendo: Forsitã non erãt sepulchra in Ægypto, ideo tulisti nos vt moreremur in solitudine, &c. Moyses vidẽs necessitatẽ, stetit corã Domino. Non legitur quod diceret aliquid, sed desiderabat in corde auxilium diuinũ. Cui dixit Deus, quid clamas ad me? Exo. 14. dicũt glosę, quod desideriũ Moysi clamor erat in auribus Domini. Et obtinuit quod mare diuideretur. Dixit enim Dominus ad eũ, Tu autẽ eleua virgã tuã, & extende manũ tuã super mare, & diuide illud, vt gradiãtur filij Israël in medio mari per siccũ. Ecce quomodo iste est bonus modus. Dico secundò, &c. scilicet lachrymãdo plãgenter. Quãdo enim persona est in aliqua tribulatione, angustia, vel tẽtatione, & cor restringitur, cerebrũ velut spõgia distillat lacrymas. Iste modus est melior, quia nõ solũ est desideriũ cordis, sed lacrymę, quæ Deũ pungunt. Ber n. Oratio Dominum vngit, sed lacryma Deũ pũgit. Res aspera, dura & rigida si vngatur, efficitur mollis & suauis. Sic propter peccata nostra Deus est nobis rigidus, asper & dur⁹, sed oratio deuota ipsum vngit & efficitur suauis, mollis & benignus. Nota exemplũ de euãgelio, vbi loquens de se dicit in persona cuiusdã regis, quod quidã Rex quęsiuit rationem à suo thesaurario, & facta adæquatione inuenit, quod thesaurarius tenebatur reddere regi 10. millia florenorũ. Qui dixit, Domine nõ habeo vnũ denariũ. Et rex, Quia tu vanè expendisti pecuniã meam cũ vxore & filiis tuis, ideo pręcepit vt caperetur ipse & filij & vxor, & venderẽtur. Ecce hîc duritia & asperitas in rege. Sed dicit textus, quod ille thesaurarius procidens ad pedes regis, orãs humiliter dix. Domine patientiã habe in me. Et misertus est eius. Mat. 23. Et dimisit ei totũ debitum. Ecce oratio quomodo Deũ vngit, sed lachryma Deũ pungit, hoc est plus. Sicut enim oratio Deũ vngit ad remittendum peccata, sic lacryma eũ pungit ad dandum gratiã. Ideo est bonus pro personis bonis & deuotis & tribulatis, vt viduis, pupillis & orphanis, qui non habent aliud remediũ, nisi recurrere ad Deũ, & flere corã eo, & illæ lacrymæ pungunt Deũ, ad dandum eis consolationes gratias, & faciendum iustitiam de persecutoribus. Aucto. Non despiciet Deus preces populi, nec viduam si effundat loquelam gemitus. Nónne lacrymæ viduæ descendũt ad maxillam, à maxilla enim ascendũt vsq; ad cœlum, & Dominus exauditor nõ delectabitur in illis. Eccle 35. Omnis qui petit. s. lacrymando plangenter, accipit. Dico tertiò explicãdo patienter. s. ore, dicendo Deo suas miserias,

tias,necessitates,tribulationes,& tentationes isto modo,Ego Domine sum in tali tribulatione, tentatione,miseria,vel infirmitate. domine velitis me adiuuare.Non intelligatis,quod talia sunt Deo explicāda, quasi ipse nesciat,quia melius scit quàm vosmet orātes, tribulationes,sed dicitur ad humiliandum cor, quia quando tales tribulationes dicūtur ore,cor humiliatur,& deuotio augmētatur. Istum modū ostendit Dauid dicens.Reuela Domino viā tuā,id est necessitatem,& spera in eo & ipse faciet.Psal.26.Legitur in vitis patrū quod quidā sanctus eremita mirabiliter habebat gratiā orandi, & aliqui quæsierūt ab eo,vt doceret eos orare.Qui respōdit eis,Illi qui docuerunt me,docebūt vos orandi modum si vultis.Et quis docuit vos?Respondit,Pauperes qui ostendūt plagas suas dicēdo, respice,&c.mouent pias personas ad dandū.Ita ostendédoDeo plagas peccatorū meorū,vtilitates,miserias meas & necessitates dicēdo,Domine,totus sum corruptus de luxuria per cor,os,& per oculos,ideo iuuetis me dando virtutē castitatis,& sic de aliis.Isto modo omnis qui petit accipit.Dico quartò supplicādo humiliter.Qui enim vult obtinere gratiā à rege,seu papa,nūquid supplicat humiliter genibus flexis,capite discooperto? Ita quādo homo fecit orationes,tunc supplicat regi Christo,vel papæ Iesu.Quādo dicis Aue Ma.supplicatur reginæ cœli.ideo humiliter & flexis genibus debēt fieri orationes,quę nō sunt nisi supplicationes.Sed in hocmulti deficiunt,quia quādo surgunt & induunt se,dicūt orationes,propriè non sunt orationes.Idem de mulieribus,quādo pingunt se,dicunt Aue Ma.dicatur quomodo debent orare, cogitando quod vident Christum iratum ex peccatis,tunc incipias orationes deuotè. Talis supplicatio est humilis.Tunc Papa Iesus signat supplicationem. dicēs fiat. Nota historiam de rege Achab iniquo & malo & idololatra & diuinorum inuocatore & innocentū occisore & sine iustitia,ad quem venit Elias propheta ex parteDei dicēs,Tu fecisti hoc & hoc,ideo hęc dicit dominus Deus,Si mortuus fueris in ciuitate, canes comedent carnes tuas.Si in campo,aues cœli, nec remanebit de Achab vsq; ad mingentem ad parietem.Achab verò timens humiliauit se, scissis vestibus regalibus indutus est cilicio, & in terra comedebat panem & aquam, & depositis ornamentis lecti regalibus,fecit ornamenta de saccis.& ibat humiliter.Statim dixit Deus Prophetę,Nónne vidisti Achab humiliatum coram me?Respōdit, Immo Domine,Vade ergo ad eum, & dic ei,Quia humiliatus est mei caussa,non inducam malum in diebus eius. sed in diebus filij eius.3.Reg.21.Ex illa humilitate Deus pepercit sibi cùm esset ita malus,ideo in vestris orationibus,humilietis vos. Cogitate enim cū quo loquimini. De tali oratione dicit scriptura sancta,Oratio humiliantis se nubes penetrabit,& nō discedet donec altissimus aspiciat,

Ratio vocalis precationis.

ciat Eccle. 35. Dico quintò, allegando prudenter. i. leges, canones, & priuilegia, vt faciunt iuristæ coram iudice & principe multi taliter allegant in oratione qui tamen condemnantur, vt legitur de quodã, Luc. 18. Qui ascendit in templum vt oraret, & petens à Deo gratiã, incœpit allegare. Domine nõ sum sicut cęteri homines, raptores, iniusti, adulteri, vel ut etiã hic publicanus. Ieiuno bis in sabbato, decimas do omniũ quæ possideo. Et publicanus à longè stans, nolebat, nec oculos ad cœlum leuare, sed ait, Deus propitius esto mihi peccatori, &c. Istæ allegationes fuerunt suæ condemnationis caussa. Ratio, quia allegabat sibi multa bona pro parte sua, & irrationabiliter quia creatura in omnibus operibus nõ est nisi instrumentũ, & Deus est operarius, & sicut nõ est regratiandum calamo de bona litera, sed scriptori, ita nec nobis de bonis operibus, sed Deo. Ideo prudenter allegandũ est dupliciter. s. per credentiã obsecrando, allegando quod homo credat de Deo tali vel simili modo. Domine vos estis prouisor omnium, prouideatis mihi, &c. quę credimus de Deo. Per sanctam vitam quam tenuistis, detis mihi gratiã, vt teneã bonam vitã. Secundò per obedientiã, per gratiarum actionẽ allegando ex parte Domini, & non sui, dicendo, Domine ex quo tot gratias fecistis mihi, quia redemptus, baptizatus, &c. placeat vobis etiã facere mihi hanc gratiã, quia ego inclinatus sum ad superbiam, detis mihi cor humile, & sic de aliis. De istis duobus modis allegandi auctoritas, In omni oratione & obsecratione cum gratiarum actione petitiones vestræ innotescant apud Deum. Phil. 4. Isto modo omnis qui petit accipit. Dico sextò, appellando cõfidenter, & nunquid homo potest appellare à rege ad imperatorẽ, ab imperatore ad Papã, &c. Dico quod sic, nõ tamen de vna persona vnius curiæ ad alterã, sed de vna curia ad aliam, vt fit sæpè, quia de curia officialis appellatur ad curiam episcopi, & ab illa ad curiã archiepiscopi, & ab illa ad curiam Papæ. Idem de curiis reg. Deus etiã habet duas curias in quibus dantur sentẽtiæ. Prima est curia iustitiæ. Secunda misericordiæ. De quibus Dauid, Misericordiam & iudicium cantabo tibi domine. Psal. 100. Et quandiu sumus in hac vita, curia misericordię est maior. Auctoritas, misericordia superexaltat iudiciũ, Iaco. 2. Idem Dauid, Miserationes eius super omnia opera eius. Psal. 144. Post mortẽ autẽ curia iustitiæ est maior. Quãdiu ergo viuimus, si datur sententia contra nos in curia iustitiæ, confidenter appellare debemus ad curiam misericordiæ debito modo, quia maiorẽ tunc obtinebimus reuocationem sententiæ. Nota ad hoc duo exempla de veteri testamento. Primum de Dauid qui licèt sanctus, tamẽ grauiter peccauit. Cùm enim semel respiceret de palatio, & videret vxorem Vriæ pulchrã valdè, non auertebat sicut debuit statim auertere oculos suos, sed sic stetit aspiciẽdo, statim aliquis scutifer dixit sibi, Ta-

lis mulier,& vir nō eſt in patria.ideo etiā peccauit cū ea & grauida uit eam. Et ad cooperiendū peccatū interfecit Vriam virū eius,quia vnum peccatum trahit aliud ſecū, ſtatim in curia iuſtitiæ fuit data ſententia cōtra eū,& Propheta nuntiauit ſibi ſententiā dicēs: Viuit Dominus,quia filius mortis es tu.2.Reg.12.Dauid autē fuit ille qui intelligebat factū, appellauit ſtatim ad curiā miſericordiæ: Forma appellationis ſuæ fuit hæc,Miſerere mei Deus ſecundum magnam miſericordiam tuā. Statim Propheta rediit ex parte Domini dicēs, Non morieris. Patet ergo quod ſentētia data in curia iuſtitiæ reuocari poteſt in curia miſericordiæ. Secundū exemplū de Ezechia rege,contra quem fuit data ſentētia iuſtitiæ vt moreretur. Eſaias Propheta legit ſibi ſententiā ex parte Domini,Hæc dicit Dominus,Diſpone domui tuæ,morieris enim tu,& nō viues.4.Reg.20. Qui cōuertit faciem ſuā ad parietē,& appellauit ad curiā miſericordiæ dicens,Obſecro Domine memēto quæſo quomodo ambulauerim coram te in veritate,& corde perfecto,& quod bonū eſt in oculis tuis fecerim,fleuitq; Ezechias fletu magno. Statim dixit domin⁹ Eſaiæ recedēti,Reuertere & dic Ezechiæ, Hæc dicit Dominus Deus, Audiui orationē tuam & vidi lacrymas tuas. Reuocauit ſententiam,& addidit ſibi annos quindecim vitæ ſuæ. Patet ergo quod ſententia reuocatur in curia miſericordiæ,quæ datur in curia iuſtitiæ,ſi ad eā appellatur cōfidenter. Auctori. Si dixero impio morte morieris,& egerit pœnitentiā à peccato ſuo,feceritq; iudiciū, & iuſtitiam,vita viuet,& nō morietur. Auctoritas aurea Eze.33. Nota tria, Primò ꝙ faciat pœnitentiā.ecce cōtritio. Secundò,iudiciū. Ecce cōfeſſio,in qua ſacerdos eſt iudex,ideo debet ſedere. Tertiò iuſtitiā .ſ.ſatisfactionē,vel punitionē de peccatis ieiunando,&c. Iſto modo omnis qui petit,accipit,&c. Dico ſeptimò,mendicādo diligenter ſiue altè ſ.petere oſtiatim. Iſtū modū ſeruamus in tribus diebus rogationū in eccleſia. In proceſſionibus enim tranſimus per vicos ciuitatis paradiſi,mendicādo oſtiatim,ſanctos deprecādo. Primò vadimus ad palatium ſanctæ trinitatis. Iſtum modum debēt tenere perſonæ literatæ,dicere lętaniam quolibet ſero, quia illa oratio eſt multū bona in qua inuocātur omnes ſancti,&c. Ideo amici Iob,qui fuit tribulatus,dederūt ſibi conſiliū,vt teneret modū iſtū,dicentes, Voca ergo,ſi eſt qui tibi reſpondeat,& ad aliquem ſanctorum cōuertere. Iob.5. Omnis qui petit accipit.ſ.iſto modo. Dico octauò moleſtando indeſinenter.ſ.perſeuerando in oratione. Qualiter huiuſmodi Importunitas,vel moleſtia ſit facienda,declaratur Luc.11. Quis veſtrum habebit amicum,& ibit ad illū media nocte,& dicet illi,amice commoda mihi tres panes,quoniam amicus meus, venit ad me de via,& non habeo quod ponam ante illum,& ille deintus reſpōdens dicat,Nolite mihi moleſtus eſſe,iā enim oſtiū clauſum eſt, & pueri

Debet ſacerdotē ſedere in audiendis confeſſionibus.

Sancti ſunt à nobis inuocādi.

pueri mei mecum sunt in cubili, nec possunt surgere, & dare tibi. Et ille si perseuerauerit pulsans, dico vobis, & si non dabit illi surgens eò quòd amicus eius sit, propter improbitatem tamen eius surget, & dabit illi quotquot habet necessarios, qui continuat omni die orationem, ad bonum finem perueniet. Nota hîc miraculum de illo milite capitaneo latronum, in cuius domo stetit diabolus quatuordecim annis in forma humana, & erat coquinarius. Vbi venit ille sanctus religiosus, &c.

Feria V. post Reminiscere.

Sermo vnicus.

Habent Moysen & Prophetas, audiant illos. Lucæ. 16. & in euangelio. Sermo erit de sancto euãgelio, &c. Habent Moysen, &c. Sanctum euangelium hodiernum declarat nobis quatuor multum necessaria ad sciendũ pro nostro auisamento, scilicet, mundialem conuersationem, diuinalem retributionem, infernalem dispositionem, scripturalem confirmationem. Hæc quatuor sunt nobis multum necessaria ad sciendum.

Primò mundialis conuersatio, vt caueamus.

Secundò diuinalis retributio, vt ipsam expectemus.

Tertiò infernalis dispositio, vt ipsam vitemus.

Quartò spiritualis & scripturalis confirmatio, vt per ipsam reformemur.

Et de isto quartò, scilicet, de confirmatione sancta dicit the. Habẽt Moysen. i. scripturas, & prophetas, audiant illos. Dico primo, q̃ in euãgelio hodierno declaratur nobis mũdialis cõuersatio, vt caueamus. Mundialis conuersatio est, de seipso nimis curare carnaliter. Primò in nouo ornatu vestiũ, &c. Secũdò in delitiis corporis. s. comedendo, bibendo, &c. non curare de necessitatibus proximi, quæ ostenduntur in principio euangelij. Homo quidam erat diues, qui induebatur purpura & bysso, & epulabatur quotidie splendidè. Et erat quidam mendicus nomine Lazarus, qui iacebat ad ianuam eius vlceribus plenus, cupiẽs saturari de micis quæ cadebãt de mensa diuitis, & nemo illi dabat. Sed & canes veniebant, & lingebant vlcera eius, &c. Hic induebatur ad carnem de camisiis de bysso, desuper de purpura, &c. Comedebat quotidie splẽdidè de optimo, & multum assatum, & coctum, & nunquam ieiunabat, & de pauperibus nõ curabat. Et erat quidam mendicus nomine Lazarus, qui iacebat ad ianuam, &c. Ecce conuersatio mundialis, contra quã scriptura sacra. Nemo quod suum est quærat, sed quod alterius. primæ Corinthiorum decimo. Sed notanda sunt hîc duo, de quibus se pauci auisant. Quãdo Christus in euangelio loquitur de diuite, nõ nominat eum, sed dicit, Homo quidam erat diues. &cæt. Et quando loquitur de paupere, nominat eum dicens: Erat quidam mendicus

dicus nomine Lazarus. Quare hoc? Certũ est quod diues nomen habebat,& Christus istum sciebat,& tamen dicit homo quidã,ac si nesciret nomen eius,maximè quia vos videtis quod in mũdo diuites sunt multũ nominati,& famosi, quãdo moritur dominus in ciuitate omnes sciunt nomen eius.secus de pauperibus hominibus. Per diuitias faciunt tantum,siue benè,siue malè,quod faciũt se cognoscere,& nominare.Ideò de diuitibus dicit Dauid,Tabernacula eorũ in progenie & progenie, vocauerunt nomina sua in terris suis,sed nõ in cœlis.Psal.48. Quare ergo Christus non nominauit ipsum,sed pauperẽ? Pro responsione,sciendũ quod quandiu homo tenet vitã bonam,& sanctam,& est in gratia Dei, nomen eius scriptum est in cœlo in cathedra, quæ sibi correspõdet secundum præsentem iustitiam.Auct. Christi loquentis de his qui sunt in gratia. Gaudete & exultate, quoniam nomina vestra scripta sunt in cœlis. Lu.10. Scripta sunt in cœlis,id est,in cathedris cœlestibus.Per oppositum persona quę tenet vitã vitiosam, & viuit in peccato mortali, scilicet superbiæ,auaritiæ,luxuriæ,&c.nomen eius raditur in cœlo de illa cathedra,quia in libro diuinę prędestinationis nullus scribitur de nouo,nec raditur,sed raditur de libro secundum præsentem iustitiam.Ideò quando Moyses orauit pro populo de vitulo aureo dixit, Obsecro Domine,peccauit populus iste peccatũ maximum, feceruntq; sibi deos aureos.Aut dimitte eis hanc noxam,aut si non facis,dele me de libro tuo quem scripsisti.Cui respondit Dominus, Qui peccauerit mihi delebo eũ de libro meo. Exo.32. Item Dauid loquens de peccatoribus dicit, Deleantur de libro viuentiũ,& cum iustis nõ scribantur.Psal.68.Et scribitur nomen peccatoris in inferno. O qualis confusio,& verecundia est sibi,ac si Papa haberet nomen alicuius sacerdotis in rotula,vt promoueret eum ad cardinalatum,vel episcopatum,& propter suam culpam Papa deleret nomen eius,& ipsum scriberet inter infimos.Idẽ de Rege habẽte nomẽ alicuius scriptũ inter barones,& comites, sic ex culpa sua ipsum deleret,& scriberet inter truffatores,maior est confusio . Et incomparabiliter maior est verecundia,quando nomen alicuius deletur de libro Dei,& scribitur in rotula inferni.Auct. Domine omnes qui te derelinquunt.s.peccando, confundẽtur,recedentes à te in terra scribentur.Hiere.17.s.in illa de qua Iob dicit cap.10. Terram miseriæ,& tenebrarum vbi vmbra mortis,& nullus ordo,sed sempiternus horror inhabitat.Quia ergo diues iste de quo loquitur euangeliũ,erat peccator,& malæ vitę,& Christus non inuenit nomen suũ in libro prędestinatiõis,ideò noluit ipsum nominare nomine suo. Et quod ita sit,ratio patet per Dauid in persona Dei dic.de diuitibus malis, Non cõgregabo cõuenticula eorum de sanguinibus,id est de peccatis,iuxta illud, Libera me de sanguinibus,nec memor ero nomi-

num eorum,per labia mea. Psal.15. Esse diuitē de bono iusto nō est malū,nec peccatum , sed esse diuitē impiū & peccatorē, hoc est peccatum.Et de talibus dicit,Non congregabo,&c. No.quod vnū conuenticulū est diuitū superborum, volentium habere regimen ciuitatis,&c.nō attendentiū ad onus quod recipiunt.Aliud conuēticulū est auarorū.s.vsurariorū,vt habeāt omnes pecunias. Aliud luxuriosorum signanter illorum, qui ducunt vxores sola caussa explēdę libidinis.Aliud gulosorū,magna cōuiuia facientiū,isto respectu,vt habeant amicos. Aliud iracundorū facientium obligationes,& iuramenta sibi,quod se mutuo iuuabunt,& qui tangent vos,tangent me,&c.De his dicit,Non congregabo,&c.s.in cœlo cum angelis,& sanctis animabus,nec memor ero nominum eorū.Sed quia nomē pauperis Lazari erat scriptum in Dei libro, eò quòd cum bona patientia receperat paupertatē,sperans in cœlo ditari,ideò ipsum nominauit.Et fuit completa prophetia Dauid dicētis,Animas pauperum saluas faciet.Ex vsuris,& iniquitate redimet animas eorum: honorabile nomē eorum coram ipso. Psal.71.Et loquitur de pauperibus.No.animas pauperum,scilicet illorum qui patienter sustinēt paupertatem,qui non indignantur contra Deum,nec furantur aliquid,sed sperāt in Paradiso ditari,saluas faciet. Ex vsuris quas modò faciunt, redimet eos, quia modò pauperes nihil possunt habere à diuitibus,nisi cum vsuris. Si petunt ab eis mutuum,non obtinent nisi cum vsuris . Si volunt emere bladum, vel pannum, coguntur emere cum vsuris plus dādo propter solutionis dilationem. Si pauperes volunt vēdere bladum , vel aliud cum vsura.s.minus propter denarios promptos.Ex iniquitate.s.quam eis faciūt, liberauit eos, quia pauperes nō possunt obtinere iustitiam,quandiu aduocati,& procuratores sentiunt eorū pecunias,omnes funguntur eis. Postea dicunt eis,conueniatis cum parte,quia non multū ius habetis.Sed quare nō dixistis sibi antè,ne dissiparet bona sua,ideò,&c. Et honorabile nomē eorū corā illo.Qualis honor si Rex,vel Papa nominaret,& peteret de aliquo paupere.Secūdò dicit,quod canes veniebāt,& lingebāt vlcera eis. Quid significāt isti canes?Et dicit Greg. in homilia super illo Euāgelio,quod canes sunt prædicatores,scilicet omnes illi qui habent officiū prędicandi.Ratio,quia nullus paterfamiliàs mittit oues suas in desertū locum nisi cum custodibus, & canibus qui ipsas custodiūt à lupis.Ita & iste Dominus qui dicit, Ego sum pastor bonus,Ioan.10. nō dimittit oues in nemore huius mūdi nisi cū custodibus,& canibus. Canes sunt prędicatores,primi optimè latrātes fuerūt Apostoli,deinde Martyres,Doctores,Cōfessores. Hodie omnes illi sunt canes, qui prædicant,& latrant contra lupos inferni ne approximent ouibus Christi. Et nunquid est magna dignitas esse canē Christi.Ecce quid dicit Iob in persona Christi,&

sti,& ita exponit Greg. in moralibus. Nunc autem derident me iuniores tempore, quorum patres nõ dignabar ponere cum canibus gregis mei. Iob. 30. No. nunc in tempore passionis derident me iuniores tempore. s. Iudæi di. Vah, qui destruis templum Dei, & in triduo illud re edificas. Item alios saluos fecit, seipsum non potest saluum facere. Quorũ patres. s. Patriarchas & Prophetas, non dignabar ponere cum canibus gregis mei, quia maior est dignitas Prædicatorum quàm Patriarcharũ, vel Prophetarũ. Isti canes habent linguam medicinalem, quãdo lingũt vlcera peccatorum. Lingitur à prædicatore plaga superbiæ, quę consistit in capite, quãdo laudat & commẽdat virtutem humilitatis, & quomodo Christus, & virgo Maria fuerunt humiles, & quãtum eis placet virtutis humilitatis, & personæ humiles, & quomodo superbia fuit initiũ omnis mali, & perditionis, & aperuit ianuã inferni, & clausit ianuã Paradisi. Idem potest dici de aliis peccatis, & vitiis, & virtutibus oppositis. Ecce quomodo lingua canũ est medicinalis, sed dentes sunt venenosi mordendo, si in prædicatione mordent famam alicuius, vel in confessione, quãdo petunt pecunias, mordẽt bursam, vel bona, &c. Ecce quid significat, Canes lingebãt lingua vlcera eius, qua curantur vlcera peccatoris. Dauid, Lingua canũ tuorum, ex inimicis ab ipso. Psal. 57. Hic est figura ecliptica, quia deficit verbum ibi, Lingua canum tuorum, scilicet prædicatorũ, ex inimicis, id est, peccatis sanat, siue dæmonibus liberat ab ipso, scilicet Domino principaliter agente, quia prædicatores solũ sunt instrumenta. Grego. in vanum exterius laborat lingua prædicatoris, nisi fuerit intus gratia saluatoris. Dico secundò, quod in Euãgelio hodierno ostenditur diuina retributio, vt ipsam expectemus, cùm dicitur, Factum est, vt moreretur mendicus, & portaretur ab Angelis in sinũ Abrahæ. Mortuus est autẽ & diues, & sepultus est in inferno. Ecce hic retributio diuinalis. Dicit Magister senten. in. 4. & omnes etiam alij Doctores, & doctrina est communis, quod in corde terræ sunt quatuor domus inferni. Domus inferior dicitur locus damnatorũ. Secunda dicitur limbus puerorum, in qua non sunt dæmones, nec ignis, solùm sunt ibi tenebrę, id est, carentia visionis Dei. Nõ est ibi ignis materialis, sed ira Dei dicitur ignis. Iuxta illud Deut. 32. Ignis succensus est in furore meo. Augustinus vocat illam iram Dei, ignem Dei, in quo sunt pueri non baptizati, quia nunquam videbunt Deum. Tertia est locus purgandorum in quo est ignis immaterialis, qui virtute diuina torquet, cruciat & purgat animas Christianorum, sed non sunt ibi dæmones, quia in Purgatorio non sunt nisi illi, qui sunt in gratia Dei. Quarta domus superior est sinus perfectorum in quo erant sancti Patres quæ dicebatur sinus Abrahæ propter securitatem, quã habebant de gloria, sicut illud quod habetur in sinu, in se-

curo est. Etiam Paradisus dicitur sinus Abrahę, iuxta illud ecclesię, Exaudi me, vt animam meã in sinu Abrahæ Patriarchæ tui iubeas collocari. Dicit glos. super illud, Factum est, vt moreretur mẽdicus, & portaretur ab Angelis in sinum Abrahę, quia sicut nunc quando moriuntur condignè pœnitentes, statim animæ ipsorum portãtur in cœlum, sic tunc portabatur in sinum Abrahæ. Diues verò sepultus est in inferno. Ecce hîc ad literã diuina retributio. Auctor. Ego Dominus scrutans corda, & probans renes, qui do vnicuiq; iuxta viam suam, & iuxta fructum adinuẽtionum tuarum. Hiere. 17. No. hîc duo secreta moralia. Primum cùm dicitur, Factum est, vt moreretur mend. Si attenditis ad verba Christi, quando voluit loqui de mundana cõuersatione, primò fuit locutus de diuite, quàm de paupere dicens, Homo quidam erat diues. Sed quando voluit loqui de alio mundo, de diuina retributione, primò fuit locutus de paupere di. Factum est, vt moreretur mendicus. Hoc facit Christus ad ostendendum contrariam conditionem diuitum, & pauperum, quãtum ad vitam, & quãtum ad mortẽ. In hoc mundo in vita pręsenti diuites sunt primi in honoribus, dignitatib⁹, officiis, quia semper sunt in primo loco, pauperes autem per oppositum semper sunt vltimi, sed in alio mundo inuertitur iste ordo, quia pauperes erũt primi in honoribus, & dignitatibus Paradisi, diuites verò vltimi. Rectè de diuitibus est sicut de falcone, & gallina. Falco autem quandiu viuit multũ honoratur à domino suo, in manu portatur etiã in ecclesia, qui nollet portare filiũ suũ, & diligẽter seruit ei, & carnẽ crudã mordendo dentibus, & in æstate cum aqua frigida refrigerando, & in hyeme dormit in camera domini, etiam in loco altiori. Et si misera gallina approximat modicum ad comedendũ micas, statim expellitur, nec audet intrare cameram, sed in morte totum vertitur, quoniam gallina cũ magno honore portatur corã domino inter duas scutellas, & falco proiicitur in sterquiliniũ. Quando dicitur domino, Falco est mortuus. Respondet dominus, proiicite in sterquilinium. Ita rectè in hoc mundo diues, vt falco viuit multũ delitiosè, honorificè, &c. Et miser pauper, vt gallina nõ audet appropinquare domui diuitis, imò dicit diues, Quid vult ille homo? ò latro debet esse, foras. Ecce quare Christus primò nominauit pauperẽ, quãdo loquebatur de alia vita. Et verificatur illud quod Christus dicit Mat. 20. Erũt nouissimi. s. pauperes, qui in hoc mũdo sunt nouissimi primi. s. in Paradiso, & primi. s. diuites, qui in hoc mũdo sunt primi in omnibus, in alio mũdo erunt nouissimi. s. in inferno. Ideò quando pauper moritur, anima eius portatur corã Domino inter duas scutellas. s. gloriã animæ quam habebit statim, & gloriam corporis quam habebit post iudicium generale. Duæ scutellæ sunt immunitas pœnæ hic inferius, & abundãtia glorię superius. Secundũ secretum est

tum est ibi, Mortuus est & diues, & sepultus est in inferno. Certum est ꝙ corpus non fuit sepultum in inferno, sed anima, in quo videtur, ꝙ in inferno sunt sepulturæ, & cœmiterium. Dico quod sic, sed auisetis vos ne eligatis ibi sepulturam. Anima sepelitur in inferno, secundũ quod corpus honorabile sepelitur in hoc mũdo. In cuius sepultura seruantur tres cæremoniæ principales. Prima est ꝙ mortuo homine honorabili, aliquis de amicis suis vadit ad ecclesiã ad curatum pro sepultura petenda, & sacerdotes se præparãt, qui cum magna cõmotione disponũt se dicentes, vadamus. idẽ de sepultura animæ. Quãdo malus diues vel alia persona est in extremis, diabolus qui ipsum tentauit, qui naturaliter cognoscit horã siue mortẽ, vadit subitò ad infernum ad curatum. s. Luciferum di. quomodo talis religiosus, clericus vel diues qui tenuit malam vitam est in articulo mortis, ideò paretis vos & mittatis. & fit vna magna cõmotio, quia quilibet vult venire. Auct. de quodam magno diuite, Infernus subtus te conturbatus est, in occursum aduentus tui suscitauit tibi gigantes. Et tunc dicẽt, vulneratus est sicut & nos, nostri similis effectus es, detracta est ad inferos superbia tua, quia noluisti obedire præceptis Domini tui, &c. Esa. 14. Secunda cæremonia seu similitudo quæ seruatur in sepultura corporis, est quãdo sacerdotes cãtando portant corpus ad sepulturam signo crucis præcedente, parẽtes & amici sequũtur flentes. Similiter anima damnata portatur à dæmonibus ad sepulturam inferni nõ cantando, sed cõ fassibiliter vociferando, ac si esset caterua porcorum, præcedente signo Luciferi, s. circulo. Dauid, In circuitu impij ambulant. Sicut à passione Christus accepit signum crucis, sic dæmon accepit signum circuli. Sicut personæ diuotæ inuocando Deum faciunt signum sanctæ crucis dicentis, Deus in adiutorium, &c. Ita diuini inuocando dęmonem faciunt signũ circuli. Et sicut portatur crux in sepultura animę bonę, sic circulus portatur in sepultura animæ malæ à diabolo. ideò dicit scriptura, Vir qui errauerit à via doctrinæ, in cœtu gigantium commorabitur. Prou. 21. Nota qui errauerit à via doctrinę, quilibet malè viuens erat à via doctrinæ, nullus credat posse saluari à sola credentia, quia imò est necessaria obedientia. Iac. 2. Quid proderit fratres mei, si fidẽ quis dicat se habere, opera autẽ nõ habeat? Nũquid poterit fides saluare eum? Si autẽ frater & soror nudi sint, & indigeãt victu quotidiano, dicat autẽ aliquis ex vobis illis, ite in pace, calefacimini & saturamini, non dederitis autem eis quæ necessaria sunt corpori, quid proderit? Sic & fides si nõ habet opera, mortua est in semeipsa, &c. Talis persona malę vitę in morte in cœtu gigantum cõmorabitur, ideò cauete ne erretis à via doctrinæ, id est, obedictiæ. Tertia cęremonia siue multitudo quę seruatur in sepulturà corporis est, quia iuxta statũ & cõditionem personæ datur ei locus

sepulturæ in ecclesia, vel in choro, vel iuxta cornu altari, vel in aliqua capella, &c. Similiter fit in inferno de anima cōdemnata. Iam sunt ibi certæ sepulturæ. Prima pro superbis, nō de terra, sed de igne extinguibili. Aliud sepulchrū pro auaris, de metallis liquefactis ignitis. Aliud pro luxuriosis & sic de aliis. De quibus dicit David. Sepulchra eorū. s. damnatorū domus illorum in æternum. Psal. 48. quod potest intelligi de sepulturis inferni. Ideò auisetis vos ne in vestro testamēto, id est, in vita quā tenetis, eligatis ibi sepulturam. In puncto, quando homo eligit malam vitā, eligit ibi sepulturam, & confirmatur per mortem. Dico tertiò, quod Euangeliū declarat infernalem dispositionem vt ipsam videmus, ibi, Eleuans autem oculos suos cùm esset in tormentis, vidit Abraham à longè, & Lazarum in sinu eius, & ipse clamans dixit, Pater Abraham miserere mei, & mitte Lazarum vt intingat extremū digiti sui in aquam, vt refrigeret linguā meā, quia crucior in hac flāma. Et dixit illi Abraham, Fili recordare quia recepisti bona in vita tua, & Lazarus similiter mala, nunc verò hîc cōsolatur, tu verò cruciaris. Et in his omnibus inter nos & vos chaos magnum firmatū est, vt hi qui volunt hinc transire ad vos, non possunt, neq; inde huc transmeare. Nota eleuans oculos, ergo anima habet oculos, & etiā anima habet alia membra, sed sunt spiritualia, sicut membra corporis sunt corporalia, sed fortiora sunt membra animę. No. pater Abrahā, vbi dicit gl. ꝙ erat de genere Abrahæ, qui etiā vocat ipsum filiū di. Fili recordare, &c. quia pro bonis quæ homo facit in statu peccati, Deus dat retributionē in hoc mūdo. No. chaos magnū, id est, abyssus. No. quod beati obiectaliter transeūt ad damnatos videndo illorum pœnas, sed tamen nō sentiunt pœnaliter. Et damnati obiectaliter transeūt ad beatos, sed nō possunt ad eos transire per pœnitentiā actualem, nec vidēdo gloriā obiectaliter. No. hîc duo secreta. Primū ibi, Eleuans oculos suos cùm esset in tormētis. Ab isto textu extrahūt sancti Doctores Theologię hanc conclusionē quod modo vidēt damnati beatos, sed nō gaudent de tali visione, imò ex hoc eorū pœna augmentatur. Ac si famelicus videret mensam paratā cum magnis epulis & cibis, & non posset accedere nec comedere, ideò pœna sibi augmentaretur. Practicè cogitate quando superbus damnatus eleuat sibi oculos, & videt B. Paulum qui fuit superbus & persecutor Ecclesię quomodo dicit, O miser iste fuit magis superbus quam ego, & tamen est conuersus quia fecit pœnitētiam, ita fuisset de me si pœnituissem. Idem de auaro quando videt beatum Matthæū, de quo dicit Beda ꝙ fuit raptor. Idem de luxuriosis quādo vident beatam Mariā Magdalenam, Mariam Ægyptiacā, & sic de aliis. Aucto. Videntes tui abuntur timore horribili, & mirabūtur in subitatione insperatæ salutis, gementes præ angustia spiritus di. intra se pœnitca-

nitentiam agentes, & præ angustia spiritus gementes. Hi sunt quos aliquando habuimus in derisum, &c. sequitur, Ecce quomodo cōputati sunt inter filios Dei. Sap. 5. & loquitur ad literam de damnatis. Damnati pœnitent de pactis, non ratione culpæ sed ratione pœnæ. in 4. dist. 43. q. 1. art. 3. q. 4. Secundum secretū est de gutta aquę quam petebat, quæ fuit sibi denegata. 1400. anni sunt & plus quod petiit illam dictam guttā aquæ, & qualibet die & hora petit eam, & nunquam obtinebit. Si custodiuisset sibi vnum barile de vino græco, modo seruiret sibi. Hæc gutta aquæ signat refrigeriū aliquod quòd damnati non possunt habere, &c. Dico quartò, quod sanctum euangelium declarat scripturalem confirmationē, cùm dicit thema, Habent Moysen & Prophetas, quod ostenditur cùm dicitur, Rogo ergo te pater vt mittas eum in domum patris mei. Habeo enim quinque fratres vt testetur illis, ne & ipsi veniant in hunc locū tormentorum. Et ait illi Abraham, Habent Moysen & Prophetas, audiant illos. At ille dixit. Non pater Abrahā, sed si quis ex mortuis ierit ad eos, pœnitentiam agent. Ait autē illi, Si Moysen & Prophetas non audiunt, neq; si quis ex mortuis resurrexerit, credent. Videtur quod ex charitate loqueretur, ne fratres sui dānarentur sicut ipse. Respōsio, quod nō loquebatur ex charitate, sed ne pœna eius augmētaretur, quia quantò plus sunt damnati, tātò magis augmentatur eis pęna, sicut pluribus beatis saluatis agmētatur gloria accidentalis beatorum. Ver. gra. si titioni ignito addantur alij titiones, magis ardebit, & si plures, plus ardebit. Respōdit Abrahā. Habent Moysen & Prophetas, audiāt illos. No. quia maior est auctoritas sacrę scripturę quam esset testimoniū cuiuscunq; resurgentis. Ideo Aposto. Licèt angelus de cœlo euangelizet vobis præter id quod euāgelizauimus, anathema sit. Gal. 1. Vnde apostoli qui suscitabant mortuos, cū testimonio sacrę scripturę tanquā firmiori cōfirmabant dicta eorū & doctrinā, 1. Cor. 15. Tradidi vobis in primis quod & accepi, quoniam Christus mortuus est pro peccatis nostris secundū scripturas, & qui sepultus est, & resurrexit tertia die secundū scripturas. Ideo sequitur, Si Moysen & Prophetas non audiunt, neq; si quis ex mortuis resurrexerit, credent. Nunquid Christus suscitauit Lazarū qui multum narrauit de alio mundo vt dicit Augu. & tamē sibi non credebatur à Iudęis. Ideo dicitur Ioan. 12. quod Iudæi cogitauerunt occidere eum. Item Christus surrexit quem non crediderunt Iudæi. Item Apostoli suscitabant multos mortuos qui dicebant de alia vita. Ideo indubitanter & firmiter credendum est testimonium sacrarum scripturarū, & determinationi vniuersalis ecclesiæ. Et esset bonū studere Bibliā, quia cū aliis scripturis nō poterimus arguere cōtra antichristū nec respōdere. Et modo pauci curāt de Biblia, imò iā verificatur illud Hier. ad Paulinū. c. 6. quidquid dixerint hoc legē Dei putāt, nec

ſcire dignatur quid prophetæ, quid apoſtoli ſenſerint, ſed ad ſenſum ſuū incongrua aptant teſtimonia, quaſi grāde ſit & nō vitioſiſſimum dicendi genus deprauare ſententias, & ad voluntatem ſuam ſacram ſcripturam trahere repugnantem. Ideo dicebat Chriſtus Iudæis, Scrutamini ſcripturas in quibus putatis vos vitam æternam habere, & illæ ſunt quæ teſtimonium perhibent de me. Ioan. 5.

Feria V I. poſt Dominicam ſecundam Quadrageſimæ.

Sermo vnicus.

R*Egnum Dei dabitur genti facienti fructum.* Mat. 21. & in Euāgelio. Thema dat mihi motiuum prædicandi & declarandi, quot modis poteſt haberi à nobis regnū Dei. Sed primò ſalutetur virgo Maria. regnum Dei dabitur, &c. Pro cuius verbi declaratione & materiæ prædicandæ introductione, ſciendum quod quilibet de arboribus ſui viridarij vult fructū, nec eſt contentus de foliis & floribus, ſed vult fructus. Sic Deus de horto Chriſtianitatis, cuius arbores ſunt Chriſtiani ibi plantati in baptiſmo, de quibus Deus vult fructus bonorū operum. ſ. pœnitentiæ, miſericordię, &c. Non ſolùm vult flores bonarum cogitationum, nec folia bonarum locutionum, ſed vult fructus bonorum operum. Auct. Ego poſui vos vt eatis & fructū afferatis, & fructus veſter maneat. Ioan. 15. No. vt eatis. ſ. profitendo, & fructus veſter maneat. ſ. vſque in finem. Sed quando Chriſtianus vel religioſus non tenet bonā vitam, vel etiam presbyteri, tales ſunt arbores ſteriles. De quibus dicit Chriſtus, Omnis arbor quæ non facit fructum bonum, excidetur & in ignem mittetur. Mat. 3. Sed boni qui faciunt dignos fructus pœnitentię. Luc. 3. in morte tranſplantantur ab iſto horto in Paradiſum cœleſtem, hoc dicit thema propoſitum, Regnum Dei, &c. Occaſione thematis quęſiui in ſacra ſcriptura quot modis Deus dat regnum cœlorum ſuis. Et inueni quod ſex modis tantùm, ſcilicet,

Primò per directiam hæreditatem,
Secundò per violentam importunitatem,
Tertiò per deuotum ſeruitium,
Quartò per fidele cambium,
Quintò propter continuam petitionem,
Sextò propter iuſtam emptionem.

Quilibet veſtrum cogitet quē iſtorum ſex modorū tenet, & quem fructum facit, quia de his dicit the. Regnum Dei dabitur genti facienti fructum. Dico primo quod Deus dat regnum ſuū perſonis humanis per directā hæreditatem, ſicut Reges & Principes & Domini ſuis filiis legitimis dant hæreditatē, ſic Deus dat, cuius filij ſunt noviter baptizati, ſi decedāt antequā peccēt, ſtatim euolāt, & datur eis hæreditas regni Dei. No. contra errorē vetularum dicentium quod propter dolores matris trāſeunt per purgatorium, &c. falſum eſt. Et quia

quia sunt filij regis Christi & regnę scilicet ecclesiæ, ideo mox cœlum intrãt. No. modum huius generationis in baptismo. Ideo Io.1. Dedit eis potestatem filios Dei fieri, his qui credũt in nomine eius, qui nõ ex sanguinib⁹, id est seminib⁹, sed ex Deo nati sunt. Si ergo iure hęreditario filiis legitimis debetur hęreditas patris, cùm ergo pueri nouiter baptizati sint filij legitimi. ergo, &c. Ideo dicit scriptura sancta. Ipse spiritus testimonium reddit spiritui nostro quod sumus filij Dei. Si autem filij, & hæredes, hæredes quidẽ Dei, cohæredes autem Christi. Rom.8. Si dicatur quomodo habent regnum Dei illi pueri qui nullum fecerunt bonũ, quare permittuntur intrare, &c. Respõdeo quod filiis non fit quæstio quare intrant domum patris, immo si portarij Paradisi dicerẽt eis, quare vos vultis intrare? quo iure? Responderent pueri, quia sumus filij Dei. videatis in fronte nomen patris. Apoc.14. Et nomen patris sui scriptum in frontibus suis. No. historiam quomodo pueri portabãtur ad Christum vt benediceret eos. Mat.19. quos apostoli perhibebãt, quibus dixit, Sinite paruulos venire ad me & nolite prohibere eos, taliũ est enim regnum cęlorum. in qua auctoritate sunt tres clausulę quæ possunt applicari contra tres difficultates, siue impedimenta intrãdi regnũ cœlorũ. Dicatur hic cõtra illos qui nimis plorant pro pueris quando moriuntur, cùm tamen deberẽt gaudere, quia recipiuntur à rege Christo. Dico secũdò, quòd Deus dat regnũ cœlorũ per violentam importunitatem. Isto modo datur personis pęnitẽtibus, qui ex peccatis perdiderunt innocentiam baptismalem & Dei filiationem & facti sunt inimici Dei, sicut filij regis qui inimicantur patri, exhæredantur à patre. Idẽ de nobis qui ex pactis inimicamur Christo Iesu patri nostro, ideo non possumus habere regnũ Dei per directam hæreditatẽ, sed possumus ipsam habere per violentã importunitatẽ. Quod autẽ violenter possit, ego non auderẽ dicere, nisi quia Christus hoc dicit, A diebus Ioannis baptistæ regnũ cęlorũ vim patitur, & violenti rapiunt illud. Mat.11. Hęc violentia fit per pœnitentiam quę à Christo violentia vocatur. Ratio, quia omnia opera pœnitentialia requirunt violentiã. ver. gra. Primò de cõtritione. Conteri de his de quibus homo declaratur & naturaliter inclinatur, & prouocare se ad fletũ violentiã requirit, quæ tanta est aliquando, ꝙ ex illa violentia moriũtur, vt est iã inuentũ. Ideo Iohel.2. Fletu & planctu scindite corda vestra. Secundò, habere propositũ nõ redeũdi ad peccata, quę fortè iam sunt conuersa in naturam ex consuetudine. Ideo requirit violentiã ad se custodiendũ, vt patet in assuetis iurare Deũ. No. de illo qui quãdo iurabat ponebat vndecim denarios in bursa, &c. & sic correxit se, &c. ecce violentia. Tertiò recedere à mala societate, à persona tam dilecta, &c. Ideo requiritur magna violẽtia. Poëta, Quę nocitura tenes, quãuis sint chara relinque. Quartò, oris

confeſſio etiam requirit magnam violentiam, cùm pudor retrahit hominem ne peccata confiteatur, ne ſe diffamet. Ideo eſt neceſſaria violentia ad inſtar illius qui nimis comedit & cum violẽtia ſe prouocat ad nauſeam & vomitum. Item ieiunium requirit violẽtiam, maximè in illis qui conſuecuerũt bibere de mane. Idẽ de reſtitutione & iniuriarum remiſſione. Ecce quare dicit Chriſtus, Regnũ cœlorum vim patitur. ſ. pœnitentię. & violenti. i. pœnitentes rapiũt illud, quia primus homo qui prędicauit pęnitentiã pro obtinẽdo regno cęlorum fuit Ioan. bap. Mat. 3. & Lu. 3. Facite dignũ fructũ pęnitentię, quoniã appropinquauit regnũ cœlorũ. Nunquã autẽ aliquis prophetarũ, patriarcharũ hoc prædicauit, ſed Ioan. incœpit, deinde Chriſtus cõtinuauit di. Matt. 4. Pœnitentiã agite, appropinquauit enim regnũ cęlorũ, &c. Ideo dicit the. Regnũ cœlorũ dabitur gentí facienti fructũ. ſ. pœnitẽtię. Tertiò, regnũ cœlorũ datur propter deuotũ. Quãdo aliquis ſeruit alicui domino, cõſequitur aliquod ſalariũ ſi bene ſeruit, aliàs nõ. Sic Chriſtus ſuis ſeruitoribus nõ dat florenos 10. vel 20. ſed dat eis regnũ cœlorũ, vt ſunt eccleſiaſtici, preſbyteri qui deuotè ſeruiunt Chriſto, quia laici ſunt negotiis mundi multũ occupati, ſed deuoti eccleſiaſtici de die & nocte ſeruiũt Chriſto. No. quod ſeruitiũ eccleſiaſticorũ conſiſtit in tribus præcipuè. ſ. dignè officiare, dignè celebrare, honeſtè cõuerſari. De primo Aug. Pſalmis & hymnis cũ oratis Deũ, hoc verſetur in corde ꝙ profertur in ore, &c. De ſecũdo Exo. 19. Sacerdotes quid accedũt ad Dominũ, ſanctificẽtur, ne percutiat eos. De tertio Ro. 12. Prouidẽtes bona nõ tantũ corã Deo, ſed etiã corã omnibus hominibus. Et Augu. In omnibus moribus veſtris nihil fiat ꝙ cuiuſquã offendat aſpectũ, ſed ꝙ veſtrã deceat ſanctitatẽ. Talibꝰ pro ſalario ſeu mercede datur regnũ cęlorũ. Non omnis qui dicit mihi. Domine Domine intrabit in regnũ cęlorũ. Ergo Domine quis intrabit? Reſpõdet, Qui facit voluntatem patris mei qui in cęlis eſt, ipſe intrabit in regnũ cęlorũ. Mat. 7. Ideo de ſacerdotibus dicit the. Regnũ Dei, &c. Quartò, regnũ cęlorũ datur propter fidele cãbium. Iſto modo maximè habetur à religioſis qui dant Chriſto quod habent, & Chriſtus dat eis principale quod habet. ſ. regnũ cęlorum. Nos religioſi quatuor habemus principaliter. ſ. animã rationalẽ ad imaginem Dei creatã. Ideo eſt pulchrior ſole, niſi deturpetur macula peccati. Hanc dat religioſus Domino per votũ obedientiæ, quia liberũ arbitriũ quod eſt eſſentiale animę, religioſi ſubmittũt ad voluntatẽ pręlati. Ideo Chriſtus dicit, Maiorẽ hac dilectione nemo habet, quã vt animã ſuam ponat quis pro amicis ſuis. Io. 15. Pro iſta Deus dat humili religioſo, & obedienti gloriã ſuã cum angelis ſuis. Ecce cãbium. Secundò, habemus corpus de terra. Ioã. 6. Spiritus eſt qui viuificat, caro non prodeſt quidquam. Ipſum dat religioſus Domino per votũ caſtitatis, quaſi dicendo cum

do cum

de cum Apostolo. 1.Cor.9. Castigo corpus meũ,& in seruitutem.s. Dei redigo. Pro isto Deus dat religioso casto,& honesto resurrectionem incorruptibilẽ. Tertiò, habemus bona tẽporalia quæ religiosus dat Deo per uotum paupertatis, quasi dicendo. Ecce nos reliquimus omnia, &c. Matt.19. propter quod Deus dat religioso pauperi thesauros paradisi, & habet quidquid vult, quod non habet hîc aliquis quantumcunque magnus. Quartò, habemus modos viuẽdi diuersos. Hos dat religiosus Domino seruãdo cęremonias sui ordinis, propter quod Deus dat religioso regnũ cęlorum. Ecce cãbium, ac si tu pro manu plena gariofilis haberes cophinũ plenũ florenis. ideo Christus. Mat.5. Beati pauperes spiritu qui dãt Domino corp⁹ animã,& bona, quoniã ipsorum est regnũ cœlorum. Aug. O fœlix permutatio, dare terrã & accipere cęlũ, dare lutũ, & accipere aurũ, dare trãsitoria, & accipere ęterna. Quintò regnũ cęlorũ datur per continuã petitionẽ. Auct. Quærite primò regnum Dei,& iustitiã eius,& hæc omnia adiicientur vobis. Mat.6. Domine,& nũquid primò petere debemus victũ & vestitũ,& alia nobis necessaria? Responsio, ꝙ nõ, imò primò quęrite regnũ Dei & iustitiã eius,& hęc omnia.s. victus,& vestitus,&c. adiicientur vobis. No. primò dicatur quomodo Deus vult principiũ temporis totius. Principiũ diei est mane, illud vult Deus per deuotã orationẽ. Dic modum orãdi deuotũ. Primò se signãdo,&c. Rabanus, Crux Christi clauis est Paradisi.& sic aperta porta intretis spiritu cogitãdo cũ quo loquimini in oratione. Principiũ noctis est sero. Illud etiã vult Deus, vt oretis antequã ponatis vos in lectũ. Principium hebdomadæ est dominica, quæ fuit prima dies mundi. Hoc principiũ vult Deus cessando ab omni opere,&c. audiẽdo missam, sermones, seruando quatuor cõditiones,&c. Hoc modo obtinent regnũ Dei omnes qui orant Deũ deuotè. Ideo dicit the. Regnũ Dei,&c. Sextò datur regnum Dei per iustã emptionem. Hoc modo habuerunt ipsum sancti martyres dando pretiũ iustum. Aug. Venale, inquit Dominus, habeo. Et quid Domine? Regnũ cœlorum. Quantum valet? Tantum valet quãtum habes.s. de meritis. Pretium iustum est, dare pro ipso vitã & sanguinem,& omnes labores, non quod sit pretium iustum per æqualitatẽ, quia nõ sunt condignę passiones huius temporis ad futuram gloriam quę reuelabitur in nobis. Ro.8. Sed est pretiũ iustũ per proportionẽ, ex quo homo dat Deo quod habet.s. vitam propriam, per martyriũ, Deus dat etiã homini quidquid habet.s. seipsum, gloriã,& regnũ suum. ideo dicit, Quantum valet. Tantum valet quãtum habes. Ideo Christus, Beati, qui persecutionẽ patiuntur propter iustitiã, quoniã ipsorum est regnum cœlorum. Mat.5. Nota propter iustitiam, non dicit propter fidem, quia iustitia est vniuersalior ad omne opus virtutis. Vn de Ioann. Baptist. martyr est præpotens eremiꝗ; cultor, vt dicit

Seu iustũ ratione gratiæ, etiã si nõ iustum sit quantũ ad substãtiam operis.

ecclesia,

ecclesia, tamen nō pro fide sed pro iustitia, quia corrigebat peccata notoria, fuit ab Herode decapitatus. Marc. 6. Si Christus dixisset, Beati qui persecutionem patiuntur propter fidem solum. Ioan. non fuisset martyr. Idem de illis qui patiuntur propter communitatem manutenendam. Idem de scutiferis. Idem de vxore quæ non vult consentire viro, qui vult plus de vxore quàm Deus ordinauit. O quot martyres essent in mundo si vellent. 1. Pet. 3. Si quid patimini propter iustitiam beati. Ecce quare dicit thema. Regnum Dei dabitur genti facienti fructum.

Sabbato post Reminiscere. *Sermo I.*

Sicut prophetam eum habebant. Matth. 21. Sermo noster erit de sancto Euangelio in quo Christus ostendit nobis tria mala de Iudæis, scilicet,

Eorum iustam reprobationem,
Duram condemnationem,
Stultam execationem.

De tertio dicit thema, Sicut prophetam, &c. cū tamen esset & creator omnium prophetarum. Ecce quomodo erant cæci, & non cognoscebāt ipsum esse saluatorem, & Regem Messiam, sicut Prophetam ipsum habebant. Dico primò, quod sanctū euangelium ostendit de Iudæis eorum iustam reprobationem, secundum quod Christus eis ostendit, & ipsi habuerunt concedere. Quoniam Christus dixit eis parabolam, Homo erat paterfamilias qui plātauit vineam, & sepem circundedit ei, & fodit in ea torcular, & ædificauit turrim in medio eius, & locauit eā agricolis, & peregrè profectus est. Cùm autem tempus fructuū appropinquasset, misit seruos suos ad agricolas, vt acciperent fructus eius. Agricolæ autem apprehensis seruis eius, alium ceciderunt, alium occiderunt, alium verò lapidauerunt. Iterum misit alios seruos plures prioribus, & fecerunt illis similiter. Nouissimè autem misit ad eos filium suum dicens, Verebuntur fortè filium meum. Agricolæ autem videntes filium, dixerunt intra se, Hic est hæres, venite occidamus eum, & habebimus hæreditatem eius. Et apprehensum eum eiecerunt extra vineā, & occiderunt. Cùm autem venerit Dominus vineæ, quid faciet agricolis illis? Aiunt illi, Malos malè perdet, & vineā suam locabit aliis agricolis, qui reddent ei fructum tēporibus suis. Ex qua parabola Christus fecit eos concedere ore proprio, quod iustè erant à Domino reprobati, & condēnati. Modò declaremus parabolam. Homo iste paterfamilias est Deus pater, qui licèt non sit homo, tamen propter similitudinem, quam habet cum Deo, Deus rationabiliter se dicit hominem. Adam autem non debet dici pater vniuersalis, quia pater carnalis modicum facit, &c. Sed Deus facit totum, & corpus & animā, &c. Ideo dicit Christus, Patrē, s. vniuersalē nolite vocare vobis super

super terram. Mat. 22. Vinea ista est gens Iudaica quam Deus pater transplantauit de Ægypto, vbi erant captiui, in terram promissionis. Dauid, Vineam de Ægypto transtulisti, eiecisti gentes, scilicet, infideles de terra promissionis, & plātasti eam. Et sepem circumdedit ei, scilicet vt custodiretur, protegeretur, & defenderetur. Hęc sepes est lex diuina. Voluit Deus, vt vinea. i. gēs Iudaica esset clausa, ne malę bestiæ illuc intrarent. Item ne populus saltaret vltra sepem peccando mortaliter, quia propter peccatum veniale, non saltat homo vltra sepem. Amb. in lib. de paradiso diffiniens peccatum, dicit, Peccatum est transgressio diuinæ legis, & cœlestium inobedientia mandatorum. Torcular huius vineę gentis Iudaicæ est altare sacrificiorum, vbi sanguis animalium fundebatur. Turris alta erat templum ędificatum habēs in altitudine centum viginti cubitos, & habebat tria cellaria. 2. Paralip. 3 Et locauit vineam istam agricolis, id est prælatis, magistris, doctoribus, & rabbinis qui habebant viuere de decimis, & primitiis, & oblationibus iuxta ordinationē Dei, & quod ipsi darent sibi fructum meritorum, virtutū, & operum spiritualium quia ideo ipsam ædificauit eis, & ipsi non receperunt fructum de vinea, id est populo. Auct. Dedit illis regiones gentium, vt custodiāt iustificationes eius, id est, opera spiritualia, & virtutum. Et peregrè profectus est. Nō intelligatis ex hoc, quod Deus sit mutabilis, sed reliquit hominē in libertate arbitrij. Dedit sibi pręcepta affirmatiua, & negatiua inducendo ipsum ad bonum, sed nō cogēdo. Eccl. 15. Deus ab initio constituit hominem, & reliquit illum in manu cōsilij sui. Adiecit mandata, & pręcepta sua. Si volueris mādata conseruare, conseruabunt te, &c. Et venit tempore fructuum de vinea sua, misit seruos suos. s. sanctos Prophetas, Esaiā, Amos, &c. vt inducerent gentes ad faciēdum fructum meritorium per sanctitatem vitæ, & illos occiderunt, Esaiam cum serra, Amos cùm in Samaria prophetaret, Amasias sacerdos frequēter cum plagis affixit, tandem filius eius Ozias vecte per tempora transfixit, post hæc semiuiuus in terram suam euectus, post aliquot dies dolore vulneris expirauit. hæc Hiero. in prologo sumpto ex principio commentariorum ipsius in amos. Item Zacharias filius Ioiade fuit lapidatus, & Dominus nō habuit fructus de vinea sua. Deinde tēpore ducum misit alios seruas. s. Hieremiam, Ezechielem, Abacuc, &c. Et fecerūt eis similiter. Deinde misit eis filium suū prædilectū. s. Christū in incarnatione, qui quando ostendit se agricolis prædicādo, & mirabilia faciēdo, dixerunt, hic est hęres, id est, hic est Messias. Ideo Nicodemus quādo venit ad eū dixit, scimus, quia à Deo venisti magister &c. Ioā. 3. Quia videbāt tempus Messiæ completum, & prophetias. Dicunt omnes glosæ tam literales quàm allegoricales, quod Iudæi cognouerunt Christum esse verū Messiam, tam propter mirabilia,

Peccati definitio.

quàm propter tempus, & Prophetias cópletas, quàm etiã propter teſtimonium Ioannis Baptiſtę, & crediderunt à principio, ſed quia Chriſtus arguebat, & reprehendebat eorũ peccata mortalia, ex malitia & cæcitate perdiderunt fidẽ de ipſo di. Circumueniamus iuſtũ quoniam inutilis eſt nobis, & contrarius eſt operibus noſtris, & im properat nobis peccata legis, & diffamat in nos peccata diſciplinæ noſtræ. Promittit ſe ſcientiã Dei habere, & filium Dei ſe nominat. Si enim eſt verus Dei filius, ſuſcipiet illum, & liberabit illum de manibus contrariorum. Cõtumelia, & tormento interrogemus eum, & probemus patientiam eius. Morte turpisſima condẽnemus eum. Hæc cogitauerũt. & errauerunt, excęcauit enim illos malitia eorũ & neſcierunt ſacramenta Dei, id eſt ſacra ſecreta. Sap. 2. Chriſtus autem reprehendebat eos corã populo, auiſando populum ne corrumperetur, & deciperetur ab ipſis, ideo populus auiſatus à Chriſto deſpiciebat eos, videns eorum malitiam, & peccata, nec volebãt dare decimas, &c. Ideo ipſi ex malitia dicebant, Venite occidamus eum, & habebimus hæreditatẽ. i. decimas, primitias, &c. vt prius. Et finaliter fuit data ſententia contra Chriſtum, vt extra Hieruſalem ſ. in monte Caluariæ crucifigeretur ad Heb. vlt. Dominus extra portã paſſus eſt. Cùm ergo venerit Dominus vineæ, quid faciet agricolis illis? Aiunt illi, Malos malè perdet, &cæ. Tunc dixit eis Chriſtus, Ideo dico vobis, quia auferetur à vobis regnũ Dei, & dabitur genti facienti fructum eius. ſ. obedientiæ, pœnitentię, & bonę vitę. Moraliter auiſetis vos, ne accidat vobis vt Iudęis. Vnde ex prędicta declaratione patet, quod Deus vult de populo ſuo fructũ. Nõ enim contentatur de floribus, & foliis. Ideo pro fructu habendo miſit, & mittit quotidie ſeruos ſuos, ſcilicet, prædicatores. No. ſex fructus quos vult Deus, ex quibus dat regnum Dei facienti. Primus fructus eſt innocentia baptiſmalis. Quoniã ſi infans moritur, & portat ſecũ fructũ innocentiæ baptiſmalis, ibi ſtatim datur ſibi regnũ cœlorũ. Ideo Chriſtus, Nolite timere puſillus grex, quia cõplacuit patri veſtro dare vobis regnum. Lu. 12. Secundus eſt obediẽtia generalis ad ſua præcepta. Mat. 7. Non omnis qui dicit mihi Domine Domine intrabit in regnum cęlorum, ſed qui facit voluntatẽ patris mei qui in cœlis eſt, ipſe intrabit in regnum cœlorũ. Tertius eſt pœnitentia virtualis, quia perdita innocentia, & obedientia, oportet facere fructum pœnitentiæ. Lu. 3. Facite ergo fructus dignos pœnitẽtię, quoniam appropinquabit regnum cœlorũ. Quartus eſt patiẽtia martyrij. Mat. 5. Beati qui perſecutionẽ patiuntur propter iuſtitiã, quoniã ipſorum eſt regnum cœlorũ. Quintus eſt indigentia apoſtolicalis. Mat. 5. Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum. Sextus diligẽtia ſpiritualis in his quę tenetur facere ſecundũ ſuum ſtatum, ſi eſt religioſus vel clericus. Mat. 6. Primum quærite

regnum

regnum Dei & iustitiã eius, & hæc omnia adiicientur vobis. Ecce fructus quos Deus vult de vinea populi sui. Nõ contentatur de foliis quæ Iudæi sibi dabãt cãtando Psalmos, & prophetias distinctè & spatiose, sed non dabant sibi fructum deuotionis nec bonorum operum. Ideo ipse Mat. 15. Populus hic labiis me honorat, cor autẽ eorum longè est à me. Sine caussa colũt me. Sic multi clerici modò dant Deo folia, sed nullum fructum meritorum, nec virtutum, nec bonorum operũ, nec pœnitẽtiæ, nec deuotionis. Idem de religiosis qui sibi dant folia promissionis votorum, sed nõ dant sibi fructum quia opere nihil seruant. Idem de prædicatoribus qui dant Deo folia pulchrorum verborum, sed nõ dant sibi fructum bonæ vitę. Idẽ domini, & rectores communitatũ, qui dant Deo folia iuramentorũ quod seruabunt iustitię fructum, sed non dant sibi fructum operis, imò faciunt totum oppositũ. Idem de illis qui in matrimonio promittunt sibi mutuam fidem, &c. Ecce pulchra folia, sed nõ dant fructum obseruando, imò dicunt cõcubinas. Idem de illis, qui quãdo sunt in periculo dant Deo folia votorum, sed postquam sunt extra pericula, non dant sibi fructum operis complẽdo vota. Idem de iuristis, qui prę́sentant pulchra folia verborum, sed nõ dant fructum iustitię. Idem potest dici de quolibet statu. Signum est reprobationis, & condemnationis, sicut de iudęis. Ideo legitur Mat. 21. quod cùm Christus semel veniret in Hierusalẽ, quęsiuit fructũ in ficulnea & non inuenit nisi folia, & maledixit ei di. Nunquã nascatur ex te fructus in sempiternũ, & arefacta est continuò ficulnea. Figura fuit, quia nõ vult Deus, vt nos faciamus solùm filia, sed fructum. Ideo dicit Ioan. 15. Ego posuit vos. s. in vinea Christi, vt eatis, & fructum afferatis, &c. Dico secundò, quod sanctũ euangelium declarat de Iudęis duram condemnationem. s. quod committeret eos infernum condemnatos. Postquã Christus fecit eos cõcedere quod erant iustè reprobati, dixit eis, Nunquã legistis in scripturis. Psal. 117. Lapidem quẽ reprobauerunt ędificantes, hic factus est in caput anguli. A Domino factũ est istud, & est mirabile in oculis nostris. Ideo dico vobis, quia auferetur à vobis regnũ Dei, & dabitur genti facienti fructum eius. Et qui ceciderit super lapidẽ istũ, cõfringetur. Super quem verò ceciderit, cõteret eũ. Pro cuius declaratione literali sciendum, secundũ quòd dicunt glosæ, ꝙ quãdo templũ Salomonis ædificabatur, lapides parabantur extra ciuitatẽ Hierusalẽ, intantũ ꝙ in ciuitate Hierusalẽ non fuit auditus ictus exiæ vel martelli. Et dum ædificarent parietes templi, inuentus est vnus pulcher lapis, & quando volebant ipsum ponere, vel erat nimis altus vel nimis bassus. propter quod fuit à magistris reprobatus, sed finaliter dicti magistri indiguerent vno lapide in angulo ad ligandum opus, tunc ille lapis fuit ad hoc optimus. De quo magistri admirãtes dixerũt, A

Domino

Domino factum est istud. Dictus lapis figurabat Christū, de quo David prophetando dixit, Lapidem quem reprobauerunt ędificātes hic, &c. Psal.117. Modò videamus quis sit ille lapis. Sciendum q in sacra sciptura Christus dicitur lapis angularis. Esa.28. Et loquitur propheta in persona Dei patris, Ecce ego mittā in fundamētū Sion lapidem probatum angularem pretiosum. Qui crediderit nō festinet, sed 1. Pet.2. habetur, non confundetur. Item Dan.2. Abscissus est de monte lapis sine manibus. No. de monte, id est, de dignitate Christi, seu virginitate virginis Marię, sine manibus, id est sine homine. Itē 1. Pet.2. Christus dicitur lapis viuus ab hominibus quidem reprobatus, à Deo autē electus, & honoratus. Reprobatus autem à magistris, & ædificatoribus tēpli, id est, à principibus Iudęorum, qui debebant ædificare populum verbo doctrinę, & exemplo vitæ. Qui multoties reprobauerūt Christū. Primò reprobauerunt eius vitam sanctissimam dicendo, Ecce homo vorax, & potator vini, publicanorum, & peccatorū amicus. Mat.11. Secundò eius miracula dicēdo. Hic nō eiicit dæmonia nisi in nomine Beelzebub principe dæmoniorum. Mat.12. Tertiò eius genus, dicendo, Vnde huic sapientia hæc, & virtutes. Nónne hic est fabri filius? Nónne mater eius dicitur Maria, & fratres eius Iacobus, & Ioseph, & Simō & Iudas, & sorores eius nōne omnes apud nos sunt? Vnde ergo huic omnia ista? Mat.13. Quartò eius doctrinam, dicendo, dæmoniū habet, & insanit, quid eum auditis? Ioan.10. Quintò eius sanctitatem, dicendo. Nos scimus, quia hic homo peccator est. Ioann.9. Sextò eius famam, dicētes, Nónne benedicimus nos, quia Samaritanus es tu? Ioan.8. Septimò eius dominium coram Pilato, di. Nō habemus regem nisi Cæsarem. Ioan.19. Ecce hic lapis à magistris reprobatus sed finaliter in angulo venit, optimè duos parietes cōiungens, i. Iudæorum populum, & gentiliū, ibi consistebat totus mundus, qui hi duo coniuncti sunt, & cōiungentur ante diem iudicij ad lapidem angularem Christum, quādo receperunt, & recipient fidem catholicam. Ecce quare dixit Christus eis, Nunquid legistis, &cæ. Qui ceciderit super lapidē istum, cōfringetur, super quem verò lapis ceciderit, conteret eum. Super lapidem, id est, Christū cadit homo quando peccat mortaliter, & confringitur nostra saluatio, quæ consistit in duobus finaliter & principaliter, scilicet, in vera credētia & deuota obedientia, & vnum sine alio non saluat hominem. Bitumen iungens est gratia Dei. 1. Corin.15. Gratia Dei sum id quod sum. Qui peccat autem mortaliter, gratiam Dei perdit, siue bitumen, & diuiditur & cōfringitur homo, sed adhuc potest consolidari vt scyphus argenti. Ideo David, Cùm ceciderit non collidetur, id est, non conteretur. Ratio quia Dominus supponit manum suā. Psal.36. f. ipsum suscipiendo in fide & obedientia. Cadit Christus super hominē in iudicio

iudicio pondere rigoris iustitiæ. Tunc peccator cõteretur ad instar pulueris,&c. scilicet in operibus & in persona. In operibus, quãdo peccator cadit super lapidem peccando mortaliter, tunc eius merita & bona opera mortificantur. Sed quod reintegratur & solidatur per pœnitentiam, bona opera & merita reuiuiscunt. Sed in iudicio quando lapis cadit super peccatorẽ, totũ conteritur, etiã si haberet tot merita quot habet Maria, omnia perdet, & nullũ refrigeriũ habebit ex ipsis, imò magis cruciabitur, quãdo videbit quod illa bona nõ possunt sibi valere, & quod tũc sunt sibi perdita, tũc totus cõteretur in doloribus & pœnis. Secũdò cõteritur quantum ad personã & in potentiis animæ, quia intellectus est plenus ignorantia & non scit aliquid nisi pœnas. Memoria est plena doloribus. Volũtas est plena obstinatione. Sensus etiã corporalis visus vidẽdo formas horribiles dæmonũ. Auditus, blasphemiarũ clamores. Olfactus fœtoribus plenus. Tactus pœnarũ. De ista cõtritione auctoritas, Confundantur qui me persequũtur, & nõ confundar ego, paueãt illi, & non paueã ego. Induc super eos diem afflictionis, & duplici contritione cõtere eos Domine Deus noster. Hier. 17. Tertiò sanctũ euangelium declarat de Iudæis eorum stultam execationem, quia cùm esset Deus & creator Prophetarum & Angelorum, ipsi habebãt ipsum solũ sicut prophetam, cùm tamen viderent quotidie signa magna & mirabilia quæ faciebat, & perfectionem vitæ suæ, excellentiam doctrinarum cœlestium, nec volebat aliquid huius mũdi, nec honores, nec dignitates, nisi honorem Dei & saluationem animarum, & ipsi vt cæci reputabãt ipsum Prophetam, vnde Mat. 16. quęsiuit Christus à discipulis dicens, Quem dicũt homines esse filium hominis? At illi dixerũt, Alij Ioannem Baptistam, alij autẽ Eliam, alij verò Hieremiam, aut vnum ex Prophetis. De hoc dicit tertia pars euãgelij hodierni. Cùm audissent Principes sacerdotũ & Pharisæi parabolas eius, cognouerunt quod de ipsis diceret, & quęrentes eum tenere, timuerunt turbas, quia sicut Prophetam eum habebant & ideò Luc. 7. Propheta magnus surrexit in nobis, &c.

Sabbato post II. Dominicam in Quadragesi. *Sermo II.*

P*ater illius misericordia motus est.* Luc. 16. In nulla sacra scriptura veteris & noui testamenti ostenditur ita clarè dulcedo diuinæ misericordiæ erga peccatores qui reuertuntur ad Deum per pœnitentiam, sicut in euangelio hodierno, de quo erit sermo noster. Sed primò salutetur virgo Maria, &c. Pater illius, &c. In hoc sermone volo tenere modum Iuristarum, qui quando volunt legere vel disputare, primò ponunt legem in terminis. Deinde determinant difficultates & subtilitates, secundum quod requirit materia. Sic faciam in præsenti sermone. Primò ponam in terminis casum legis Imperatoris Iesu Christi, Secundò ponam determi-

nationes Papæ Iesu. Casus est iste, Volens Christus declarare & ostendere nobis dulcedinem infinitæ misericordię erga peccatores pœnitentes, dixit, quod erat quidam homo qui habebat duos filios, &c. Dicatur historia sancti Euangelij. Ecce hic casus in summa. Ex quo sequitur ista conclusio quod Deus cum magno gaudio recipit peccatorem, quando redit ad ipsum per pœnitentiam. Modò punctemus subtilitates, & tria possunt hic punctari.

Primum est de auersione peccatoris criminosa.

Secundum est de conuersione pœnitentis virtuosa.

Tertium est de miseratione Creatoris copiosa.

De tertio punctamento dicit the. Pater illius misericordia motus est. Primum ergo punctamētum est de auersione peccatoris criminosa, quādo homo peccādo auertitur & recedit à Deo. In quo punctamento sunt quinque notanda. Primū quia pater dedit filio substantiam quæ ad eum pertinebat. Secundum quia filius adolescentior peregrè profectus est. Tertium quia dissipauit substantiā suam viuēdo luxuriose. Quartū quia abiit & adhæsit vni ciuiū regionis illius. Quintum cœpit egere, & moriebatur fame. Primò ergo dicitur, quod pater diuisit duobus filiis substantiā suam, adolescētiori dans suam partem ad eius petitionem. Sic Christus pater omnibus hominibus dat liberum arbitrium faciendi bonum & malum. Nullus dicat si est malus, quia sciebat Deus, quia suum scire nō cogit aliquē, sicut nec meum videre cogit aliquem esse hîc: sic scire Dei non cogit aliquem ad faciendum bonum, vel malum, nec hoc vel illud, sed imò quemlibet dimittit in libertate arbitrij. Primò in intellectu ad credendum vel discredendum illud quod sibi placet. Secundò in memoria ad memorandum Dei beneficia, ad sibi regratiandū, vel ad memorandum iniurias, receptas ad vindicandum. Tertiò in voluntate ad desiderandum bonum vel malum. Item in corde ad cogitandum bona vel mala, ad diligēdum proximum vel odiendum. Item in ore ad Deū laudandū vel blasphemandum, ad dicēdum verū vel falsum. Itē in auribus ad audiendū diuina vel vana vel mundana. In oculis ad videndū bona vel vana & ad malum inclināta. In gutture ad comedēdum vel ieiunandū. In manibus ad dandum vel furandū. Omnia mēbra dimittit in libertate arbitrij. Et totum corpus ad faciendū bonum vel malū, pœnitentiā vel delectationes, &c. Ecce quare diuisit illis bona. s. potētias intellectuales animæ, & potētias sensitiuas corporis, quia omnia dimittit in libertate arbitrij. Auctori. Eccle. 15. Deus ab initio cōstituit hominem & reliquit eū in manu cōsilij sui. Adiecit mādata & præcepta. Si volueris mandata cōseruare, cōseruabunt te. Nota in manu cōsilij sui glo. intelli in libertate arbitrij, adiecit mādata & pręcepta, quę strictè loquēdo differūt, quia mādata sunt instructiones quas Deus dat nobis ad faciendum

Dei præscientia liberū arbitrium non cogit.

ciendũ bona, sicut sunt pręcepta affirmatiua, vt, Memẽto vt diẽ sabbati sanctifices. Honora patrẽ tuũ & matrẽ. Pręcepta autẽ sunt fortiora, sicut sunt pcepta negatiua quę obligãt ad semper & p semper, quia in nullo casu licet facere oppositũ, sicut recurrere ad diuinos, nec falsum iurare, &c. in nullo casu est licitũ. Mãdata autẽ affirmatiua obligãt ad semper, sed nõ p semper, qa licitũ est in die dominico pugnare cõtra inimicos & huiusmodi. Itẽ si parẽtes apostatauerũt à fide, filiꝰ nõ tenetur honorare parẽtes ipsos. Secũdus punctus dicit q filius adolescentior peregrè profectus est in regionẽ longinquã. Ecce hîc mala vita & peruersa peccatoris, quãdo malè vtitur bonis sibi datis à Deo, corde malè cogitãdo, & peccatis consentiendo, ore malè loquẽdo, & opere malè viuẽdo. Sic enim homo elongat à Deo & à cœlesti ciuitate. Si dicatur, qũo potest homo elongari à Deo cũ sit vbiq; & replet omnia, sicut claritas Solis implet totũ aẽrẽ, & ferrũ ignitũ est plenũ igne, & pãnus tinctus colore? Respõsio, q nõ intelligatis, q peccator elõgatur à Deo per distantiã localẽ, quia hoc est impossibile, alioquin annihilaretur, cũ Deus sit caussa omnium rerũ in fieri & in cõseruari, sed elõgatur à Deo per distantiã, vel differentiã formalẽ, sicut ille qui cũ Sole esset, & cooperiret se, elõgaretur à Sole, nõ localiter, sed priuaretur Solis illuminatione. Ita ille q peccat mortaliter, ponit supra se vnũ impedimentũ quod impedit ne claritas diuinæ gratiæ tãgat ipsum, ita q peccatũ est quoddã obstaculũ, &c. Ideò dicitur de August. Inuenit se Augustinus lõge esse à Deo, nõ per distantiã localẽ vel corporalẽ, sed in regione dissimilitudinis. Et sic intelligitur illud Prou. 15. Lõgè est Deus ab impiis. Itẽ illud Psal. Lõgè à peccatoribꝰ salus. Tertius pũctus dicit q dissipauit bona sua, siue substantiã suã viuẽdo luxuriosè. Ex isto tex. habetur q quilibet q peccat mortaliter, perdit oĩa bona & merita quę cõgregauit. Vnde si quis haberet oĩa merita pphetarũ, apostolorũ, &c. & si peccaret mortaliter statim pderet oĩa illa, & nihil remaneret sibi. Ex peccato aũt veniali nõ pdũtur merita, sed pditur feruor deuotiõis. Sed peccatũ mortale ad instar mortis oĩa mortificat, quę nihil dimittit, sed in morte homo oĩa dimittit, etiã si esset dominus totius mũdi, sic peccatũ mortale aufert homini omnia merita. Eccle. 9. Qui in vno peccauerit multa bona perdet, quia non solũ perduntur virtutes cõtrariæ, sed etiã omnia alia. Ver. gra. Si peccas per superbiã, nẽ credas solũ perdere merita quę acquisiuisti per humilitatẽ, sed etiã alia. Ratio, quia omnia merita in gratia Dei fundãtur, qua perdita, omnia merita perdũtur, quia destructo fundamẽto cadit totũ ędificiũ. Ideò Iac. 2. Quicunq; totã legẽ seruauerit, offendat autẽ in vno, factus est omnium reus, quia scissa radice arbor moritur, idẽ de radice gratiæ. Quartus punctus dicit, Et abiit & adhęsit vni ciuiũ regionis illius, & misit illum in villã suã vt pasceret por-

Pulchra differentia inter mandata & præcepta seu inter præcepta affirmatiua, & negatiua.

Mortale peccatũ & gratiã tollit & bona autè acta mortificat, veniale autẽ cã tantummodo remittit.

cos. Hic ciuis est diabolus qui est ciuis ciuitatis inferni, & mittit peccatorē custodire porcos.i.vitia & peccata quę fœtida sunt,& immunda vt porci,quia qui peccat mortaliter, recipit diabolū in dominū,& si nō expresse,tamen de facto. Si dicatur, Si seruus est diaboli,ergo perdit liberū arbitriū,&c. Respōsio,quod non perdit ipsum, sed tenet ligatū in se. Verbi gra. Secundū finē quē homo peccando intēdit,peccat de necessitate, nō de necessitate absoluta,sed conditionata,vt si homo ponat in corde suo quod habeat honores temporales,necesse est vt faciat plura peccata,scilicet necessitate cōditionata. Et sic intelligitur verbū Christi. Vę mundo ab scandalis, necesse est enim vt veniant scandala. Mat.18. Isto modo peccator dicitur seruus diaboli,nō necesstate absoluta,sed voluntaria. ad Ro. 6. An nescitis, quoniā cui exhibitis vos seruos ad obediendū, serui estis eius? Quintus dicit,& cœpit egere,scilicet spiritualib⁹ bonis, & moriebatur fame. Si dicatur,ego video ꝙ peccatores non egent, imò magis abundāt,&c. Dico imò egent,& moriuntur fame,quia honores huius mundi nō satiant esurientē,imò faciunt magis esurire. Idem in diuitiis, quoniā esuriens non satiatur quantumcunque aperit os ad ventū. Itē quid sunt honores Papales vel regales,& sic de aliis,nisi ventus? De vento nullus potest satiari. Ideò illi qui sitiunt dignitatē,quādo habent illam quā desiderāt,statim desiderāt aliā,quia nō est illis saturitas. Idem de esurie diuitiarum,quia non transeunt illo vbi est fames,scilicet in cor,sed in bursam. Item gulosus semper famescit,antequam comedat famescit escas,post prandium famescit,ante prandium,&c. Itē luxuriosus famescit,quia delectationes carnales nō satiāt. Sola gratia satiat hominem,qui habet gratiam Dei non esurit,nec sitit honores,nec diuitias,nec delitias porcorū. Ideò Christus,Qui biberit ex aqua quam ego dabo ei,non sitiet in æternum. Ioan. 4. Patet auersio peccatoris. Secunda ergo difficultas casus legis Christi est de conuersione pœnitentis virtuosa, in qua sunt alia quinque notanda necessaria in cōuersione peccatoris. Primū ibi, In se reuersus. Secundum quanti mercenarii. Tertiò surgā,& ibo ad patrem. Quartò pater peccaui. Quintò,fac me sicut vnum,&c. Quantū ad primum ibo. Ille autem in se reuersus. Ecce hîc peccati cognitio. hoc est primum opus necessarium volenti redire ad Deum vt cognoscat peccata sua. verbi gratia, quando religiosus ad se cōuersus di. O miser,tot anni sunt quod sum in religione & non seruaui regulam. Hoc dicit postquam in se est reuersus cognoscendo peccata sua,quando autem cogitat de mundo de delectationibus,&c. Item de clerico ad se reuerso dicente, O miser tot anni sunt quod sum sacerdos,& vixi vt laicus. Idem de laico dicente. O miser,solo nomine sum Christianus. Ecce quare dicit in se reuersus,quia hic incipit bona vita. Idem Dauid, Postquam pec-

Duplex necessitas: ratione finis, & absoluta

cauit

cauit cum Bersabea per luxuriã,& occidit Vriam,in se reuersus dixit, Miserere mei Deus secundum magnam misericordiã tuam. Et inter alias rationes quas allegauit, dixit, Amplius laua me ab iniquitate mea, & à peccato meo mũda me. Quoniã iniquitatem,&c. Psal.50. Secundum ibi, Quãti mercenarij in domo patris mei abundant panibus, ego autem hîc fame pereo. Ecce hîc peccatorum contritio. Quid valeret peccatorũ cognitio sine cõtritione? nihil, sed postquã peccator cognoscit peccata & cogitat quod est filius tam boni patris, scilicet Christi, & tam bonæ matris, scilicet Ecclesiæ, & quot seruitores sunt in domo patris, quibus ipse prouidet de gratia. Et ego miser hîc fame pereo, propter hoc dicit Ezech. Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ meæ. Esai.38. Tertiò, surgam, ibo ad patrem meum. Ecce hîc boni propositi assumptio, scilicet obediendi & seruiendi Deo & nõ diabolo. Modicũ enim valet peccatorum contritio, nisi homo recipiat firmũ propositum non redeundi ad peccata. Ideò confessor debet petere à confitente, Habetis voluntatem & propositum abstinendi à peccatis? Si dicit nõ, nõ est absoluẽdus, ergo surge qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Christus. ad Ephesios.5. Nota illuminabit te Christus, verbũ est transitiuũ & actiuũ. Nota quod Christus Deus illuminat aliquos, sed nõ illuminat eis, prout est datiui casus, & dicit acquisitionem & vtilitatem, quia multi sunt illuminati ad vtilitatem aliorum, qui nõ sunt illuminati ad vtilitatẽ propriã. Quartò dicit, Pater peccaui. Ecce hîc oris cõfessio, quia cõtritio sola non sufficit si habet opportunitatem cõfitendi, aliàs sufficeret, ideò post contritionẽ necessaria est oris cõfessio, quia camera nõ dicitur mũda quousque immunditiæ proiiciãtur extra de camera. Idem de camera conscientiæ. 1. Ioan.1. Si confiteamur peccata nostra, fidelis & iustus est Deus, vt remittat nobis peccata nostra, & emũdet nos ab iniquitate nostra. Quintò fac me sicut vnum de mercenariis tuis. Ecce hîc pœnitentiæ iniunctio & acceptatio quando peccator ad instar mercenarij acceptat onus pœnitentiæ. Nota quomodo confessor debet esse discretus in dando pœnitentiam, vt secundum plagam peccati det medicinam pœnitentiæ. Sic si peccauit per superbiam, det sibi pœnitẽtiam humilis orationis & deuotæ. Nota quid est deuota oratio. Sic enim humiliatur cor superbum. Si per auaritiam, pœnitentia medicinalis est eleẽmosyna vel restitutio. Si per luxuriam, ieiunia. Sed alicui miseri cõfessores dare nesciunt aliam pœnitentiã, nisi missas ad instar Medici de cæpa rubea quam apponebat cuilibet morbo. Confessor autem est Medicus animæ, ideò debet dare medicinam secundum plagam peccati. Eccle.3. Iudicium patris, id est, cõfessoris, audite filij, & sic facite vt salui sitis. Tertius punctus principalis est remissio creatoris copiosa, in quo sunt alia

quinq; notanda & ostensiua diuinæ misericordiæ. Primum ibi, Et occurrens pater eius amplexatus est eum. Secũdum ibi, Citò proferte stolã primã, & induite illum. Tertium ibi, Date annulum in manus eius, & calciamenta in pedes eius. Quartum ibi, Adducite vitulũ saginatũ. Quintũ ibi, Epulemur, quia hic filius meus. Primò dicit quod occurrẽs pater filio ad eũ cõuerrẽti amplexatus est eum. Ecce hîc culparum remissio. De hoc dicit thema, Pater illius misericordia motus est, q. d. Tu merebaris furcã inferni, sed parco tibi, & remitto tibi omnes culpas. Ecce hîc misericordia Dei maxima. Simile, si aliquis occideret filios Regis, & peccaret cum Regina, sed pòst recognoscẽs culpã suam veniret ad Regem & peteret veniam, si Rex parceret sibi, & amplexaretur eũ & oscularetur eũ, reputatur fatuus. Maiora peccata remittit Christus Rex pœnitẽti, qui dicitur misericors, quia quando videt venire ad se peccatorẽ pœnitentem de peccatis, statim occurrit ei amplexãs & osculãs eum, omnes culpas sibi remittẽdo. Eze. 18. Si impius egerit pœnitentiã ab omnibus peccatis suis, quæ operatus est, feceritq; iudicium & iustitiã, vita viuet & nõ morietur. Omniũ iniquitatum quas operatus est nõ recordabor. Secundò dicit, Proferte stolam primã, & induite illum. Ecce hîc pristinæ gratiæ restitutio. Ecce magna misericordia Christi, qui non solum remittit culpas, sed etiã restituit sibi gratiã pristinã, vestiendo animã veste gratiæ, qua fuerat nudata. Ideò dicit ipse ma. Iere. 3. Vulgò dicitur, id est, vulgariter dicitur de meretrice, Si dimiserit vir vxorẽ suã, & recedens ab eo duxerit virum alterũ, nunquid reuertetur ad eam vltrà? Nunquid nõ polluta erit, & cõtaminata mulier illa? Tu autẽ fornicata es cũ amatoribus multis, tamen reuertere ad me dicit Dominus, & suscipiã te. Lupanaria sunt peccata mortalia & quando anima est induta veste gratiæ potest cantare, & dicere, Gaudẽs gaudebo in domino, & exultabit anima mea in Deo meo. Quia induit me vestimẽtis salutis, & indumẽto iustitiæ circũdedit me, quasi sponsum decoratũ corona. Esa. 61. Nota vestimentis salutis. Nam vestimẽta salutis sunt habitus virtutũ theologicaliũ, & moraliũ, siue cardinalium, & septẽ dona spiritus sancti, omnia ista restituit Dominus pœnitenti. Indumentum iustitiæ est gratia diuina siue charitas habitualis. Tertiò dicit, Date annulum in manu eius. Ecce hîc præcedentiũ meritoriũ restitutio, quia modicum esset restituere habitum virtutũ, nisi etiã restitueret & merita quæ perdidit ex peccatis, quæ quidẽ merita sunt in duplici differentia. s. operationum exteriorum, quæ per annulum signãtur & affectionum interiorum quæ per calciamẽta intelliguntur. Dicunt hîc Doctores theologię, quod bona opera facta in gratia sunt viua, sed quãdo homo peccat mortaliter, illa bona perduntur peccatori, & reseruãtur in thesauro Dei, & dicuntur mortificata. Sed quando

Notetur hîc opus bonũ ex ge

peccat

peccator redit ad gratiã, sibi restituuntur, sed opera bona de genere facta in statu peccati mortalis, mortua sunt, & illa nõ restituuntur, quia nunquã fuerũt meritoria. Tamẽ in statu peccati mortalis non sunt dimittenda bona opera, quia licèt non sint meritoria gloriæ, tamen valẽt ad omnia alia bona habenda. Mat.25. Omni habenti. s. gratiam, dabitur. s. abundantia meritorũ præcedentiũ, & abundabit. Ei autem qui nõ habet. s. gratiã, & quod videtur habere. s. bona opera de genere auferetur ab eo. Quartò adducite vitulum saginatũ. Ecce hic eucharistiæ cõmunio. Ex quo Deus remisit culpas pœnitẽti, & restituit sibi gratiã, & merita, restat comedere vitulum saginatũ. s. corpus Christi. Mat.26. Accipite, & mãducate, hoc est corpus meum. Quintò epulari, & gaudere oportebat. Ecce hîc cœlestis curię congratulatio, quia magnum festum fit in cœlo de vno peccatore ad Dominum per pęnitentiam redeunte, quia angeli, & sancti tripudiant, & gaudẽt, Michaël ducit vnam choreã, aliam Gabriel, aliam Abraham cũ Patriarchis, &c. Luc.15. Gaudium est angelis Dei in cęlo super vno peccatore pœnitentiã agente. Ideo dicit, Gaudere & lętari oportet, quia filius meus frater tuus hic mortuus fuerat, & reuixit, perierat, & inuẽtus est, &c. Patet ergo misericordia Creatoris copiosa. ergo pater illius misericordia motus est.

nere & formaliter ex gratia, rursum op⁹ mortuũ, & mortificatum.

Dominica III. in Quadragesima, *Sermo I.*

F*Ortis armatus custodit atrium suum.* Luc.11. Iuxta motiuum thematis, in præsenti sermone intendo prædicare de bello campali & generali, quod populus habet cũ dæmonibus in isto sacro tempore quadragesimę. Sed primò salutetur virgo Maria, &c. Fortis armatus, &c. Pro cuius verbi declaratione, & materiæ prędicandæ introductione, vos debetis cogitare, ꝙ hoc sanctum tempus quadragesimæ est quasi quædam platea, siue campus belli in quo fideles Christiani faciunt bellum generale cõtra dæmones, & cõtra tentationes eorum. Et dico bellum generale, quia licèt personæ deuotæ omni tẽpore vitæ suæ sint in bello cõtra dæmones, contradicẽdo eorum tẽtationibus, & peccatis, tamen illud bellum est singulare, siue particulare. Sed modò est bellum generale totius populi Christiani. Ideo sicut milites, quãdo intrant bellũ animãtur, & confortantur dicẽdo, Sitis fortes, &c. Sic sacra scriptura cõfortans nos dicit, Cõfortamini in Domino, & in potẽtia virtutis eius, & induite vos armaturã Dei, vt possitis stare aduersus insidias diaboli, quoniam nõ est nobis colluctatio aduersus carnẽ & sanguinẽ, sed aduersus principes, & potestates, aduersus mundi rectores tenebrarũ harum, cõtra spiritualia nequitię in cœlestibus. Propterea accipite armaturã Dei, vt possitis resistere in die malo, & in omnibus perfecti stare. Eph.6. No. quomodo principes tenebrarũ sunt potentes, malitiosi & deceptiui. Ideo sancta mater ecclesia armat nos de tribus

armis valdè nobis necessariis in hoc prælio. Primò de scuto ad custodiendũ corpus, quia in hoc prælio sagittæ currũt hinc inde. Hoc scutum est ieiuniũ corporale, quod custodit totũ corpus. Hoc scuto armauit nos sancta mater ecclesia dominica 1. quadragesi. Exemplo Christi qui ieiunauit, &c. Aucto. Scuto circundabit te veritas eius, in Psalm. 90. Secundò, armauit nos in capite pileo ferreo, siue galea, quæ est oratio spiritualis, quæ cõsistit in capite principaliter, dominica 2. quadragesi. exemplo orationis Cananææ. In sancto euangelio hodie armat nos armis inuasiuis. s. lancea quę est cõfessio sacramentalis qua dæmones vulnerãtur. Hac lancea nos armat exemplo huius muti de quo loquitur euangelium, cuius lingua tenebatur à dæmone ligata, sed Christus soluit eam. Erat Iesus eiiciens dæmoniũ, & illud erat mutũ, scilicet effectiuè, & cùm eiecisset dæmonium locutus est mutus. Ecce ordinatio matris ecclesiæ facta, scilicet armis de ieiunio corporali, de oratione spirituali, de confessione sacramẽtali. Hoc modo populus Christianus optimè armatus intrat prælium cãpale, & potest bene custodire suã plateam. s. sanctã quadragesimam, hoc dicit thema propositũ. Fortis armatus. s. populus Christianus, custodit atrium suum. Cogitanti mihi quomodo possem vobis hoc bellũ declarare, occurrit mihi motiuũ Vege. in de re militari, qui dicit quod in bello regali bene ordinato, & regulato sunt septẽ differentiæ pugnatorum. s. exploratores, balistarij, tubicines, vexilliferi, equestres, pedestres, & vectores. omnes istas differentias pugnatorũ inuenio in bello populi Christiani. Cuius caput & Rex est Christus cõtra dæmones, quorũ Rex est Lucifer. Ideo modo quando declarabo dictas septem differentias: quilibet videat de se in quo gradu seu differẽtia est, quia nisi sit in aliqua istarũ septem differentiarum non est de parte regis Christi, sed est de parte regis dęmonũ. s. Luciferi. ideo auisetis, &c. Prima differẽtia pugnatorum quæ est in bello regali, est illorum qui dicuntur exploratores, qui equitãt velociter, isti discooperiũt cogitationes seu insidias inimicorũ currẽdo, & discurrẽdo montes, colles, valles, & torrẽtes ad videndũ si sunt ibi aliqua tela, siue cogitatio inimicorum. Etiã in bello regis Christi sunt cursores, & exploratores. Hi sunt personæ contẽplatiuè quę spiritu discurrũt montes, contẽplando cęlũ empyreũ, gloriã Dei, ordinationes angelorũ, beatitudinẽ quã Deus promittit suis, & sic inflãmantur ad bellandũ. Deinde descẽdunt ad torrẽtem inferni, contẽplando pœnã dãnatorum, durã, asperã, & ęternã. Deinde discurrunt ad caput mũdi contẽplando creationẽ, & principium mundi, quomodo Deus de nihilo cuncta creauit, & sic attẽdunt diuinã potentiam. Deinde discurrunt vsq; ad finẽ mundi, contẽplando finem mundi, diem iudicij terribilẽ, & diuinã iustitiam. Deinde discurrunt ad dextrum cõtemplando prosperitates huius mũdi, & vident

vident quod non sunt nisi funes, & laquei, & ideo ipsos despiciunt. Deinde ad sinistrum, aduersitates huius mundi patienter sustinendo, considerando, quod sunt meritoriè si sumantur patienter. Deinde cõtemplando diuinam prouidentiam, qualiter totũ mundũ gubernat & regit, & prouidet omnibus creaturis. Deinde contẽplando mõtes tentationis dęmonũ, quãdo diabolus facit & capit literatos per superbiã, diuites per auaritiam, pauperes per impatientiam &c. Qui in isto sancto tẽpore sic contẽplãtur, sunt in primo gradu, seu differentia pugnatorũ. de quibus dicit Propheta. Qui sperãt in Domino mutabunt fortitudinẽ, assument pennas sicut aquilę, current, & nõ laborabunt, ambulabũt, & nõ deficiẽt. Esa. 40. Nota qui sperãt in Domino. s. contẽplatiui, magis sperãt in Domino q̃ in alio quocunq; mutabũt fortitudinẽ, quia contẽplatiui fortitudinẽ corporalẽ mutãt in fortitudinẽ spiritualẽ, quia quantò sunt debilioris corporis, meliùs cõtemplantur, sic mutatur fortitudo corporalis in fortitudinẽ spiritus. Tertiò, assumẽt pennas sicut aquilæ quæ volãt altiùs cęteris auibus. Duæ pennæ sunt lectio & auditio, quoniã legendo, & audiẽdo persona venit ad cõtemplãdum, istis pẽnis spiritus eleuauit in cœlum, & descendit ad infernũ. Quartò dicit, currẽt & nõ laborabunt, current à capite mũdi vsq; ad finẽ contemplando initium, & finẽ mũdi. Quintò dicit, ambulabũt, & nõ deficient, secùs de multis qui ambulant per mũdum corporaliter peregrinãdo, qui deficiunt grauiter peccãdo. Sed qui ambulãt spiritu nõ deficiẽt. Nota q̃ homines aliqui vadũt ad peregrinationes boni, & redeunt mali, & multæ virgines vadunt ad sanctũ Iacobum quę redeũt meretrices, vt patuit in anno iubileo de eũtibus Romã, & dormiẽtibus in paleis. Itẽ de duabus viduis Valẽtię eũtibus ad S. Iacobũ. Sed qui ambulant spiritu eũdo Bethleẽ, contẽplando partũ virginis. deinde Hierusalem nõ deficiẽt peccando. Isto modo eadem die ire potestis Romã, Hierusalẽ, & ad sanctũ Iacobũ. Ideo Apostolus concordãs cũ propheta dicit, Spiritu ambulate, nõ corpore, & desideria carnis nõ perficietis. ad Gal. 5. Multũ noceret personis deuotis ire corporaliter. Secũdus gradus vel differẽtia pugnatorũ ire ballo regis, sunt balistarĳ, qui sunt necessarĳ ad dãnificandum inimicos, vt ait Vegẽtius de re militari antequã se misceãt. Sic in bello Christi & populi Christiani balistarĳ sagittãtes sunt actiui in operib⁹ misericordiæ. Nam quodlibet opus misericordiæ est sagitta venenata qua vulneratur hostis crudeliter, ideo qui modò facit eleemosynas, sagittat diabolũ crudeliter. Nota quomodo in balista sunt tria. s. lignum rectũ, arcus & chorda. Sic hęc tria sunt necessaria in eleemosyna si debeat esse meritoria. Primò lignũ rectum. i. intentio recta, vt scilicet eleemosyna fiat propter honorẽ Dei, & consolationem proximi, & non propter vanã gloriam, ideo Christus dixit, Te autem faciente

eleemosynam, nesciat sinistra tua .i. intentio vanæ gloriæ, vel hypocrysis, quid faciat dextera tua .i. intentio recta, Mat. 6. Secūdò necessarius est arcus curuus .i. cōpassio cordis erga proximū pauperem, sic cogitādo, Iste est pauper, ego sum diues, ego sum indutus, iste nudus, sum sanus, iste infirmus, ego habeo domū, iste non habet, & sic cogitādo miserias pauperū, & dicendo, ita posset mihi accidere, cor inclinatur ad cōpatiendum, & ad dādum, vnde in eleemosyna non requiritur solū recta intentio, sed etiam cordis compassio, ita faciebat ille S. Iob. 30. Flebam quondā super eo qui afflictus erat, & compatiebatur anima mea pauperi. Chorda verò qua sagitta impellitur est præceptum Dei, de misericordia di. Misericordiam volo, & non sacrificium. Mat. 9. & Oseę. 6. Contra hoc faciunt multi vsurarij, qui magis volūt sacrificium .i. capellarum, &c. quā misericordiā scilicet restitutionis, & eleemosynarum. Deus tamen dicit oppositum. Misericordiā volo, & non sacrificium. Et tu balistarie vide cui das eleemosynam, nō ribaldis, non histrionibus, sed indigētibus. Talis sagitta eleemosynæ vulnerat diabolum. Dauid, Sagittæ potentis acutæ diuitis, acutæ, quia penetrant omnia arma diaboli, cum carbonibus desolatoriis, id est ardentibus dādo eleemosynā. Et diabolus clamat dicens. Heu mihi. Psalm. 119. Tertia differentia pugnatorum in bello regis sunt tubicines. Num. 10. legitur quod Deus præcepit Moysi, quod quādo populus intraret bellum, quod faceret duas tubas argenteas ductiles, quibus cōuocare posset multitudinem, quæ necessariæ sunt in bello. Ratio, quia multum mouent corda & sanguinem hominum, & equorum, & animant ad prælium. Sic in bello regis Christi, & populi Christiani tubicines sunt prædicatores .i. omnes illi qui habent officium prędicandi. Nota quomodo tēpore Moysi homines armorū erant 600. millia. & Deus fecit solum facere duas tubas. quia prædicatores debent solum habere duas tubas .i. nouum, & vetus testamentum, & argēteas, propter puritatem prædicationis, quia non debet fieri intentione praua. Dauid, Eloquia Domini, eloquia casta, argentum igne examinatum, &c. Nota quomodo tuba est diuisa per partes diuersas, vel distinctiones, & etiam partes sunt coniunctæ, & colligatæ diuersimodè, sic prædicatio debet esse non homilia, quia non faceret ita gratum sonum, sed debet esse diuisa, per partes distinctionis coniunctas, & colligatas in bona ordinatione. ideo Dauid Psal. 65. in persona prędicatoris dicebat Deo, Reddam tibi vota mea, quæ distinxerunt labia mea. Vota sunt studia sancta, quæ gratis debent reddi. Secūdò tuba in principio est stricta in ore, & in fine lata, seu ampla. Sic prædicator debet se restringere, quantum ad materiam, vt sit omnibus vtilis, dimissis his quæ impediunt prædicationē, sed ampla & lata debet esse prædicatio, quia toti populo est facienda: ideo dicit scriptura sacra prędicatori,

toti, Bibe aquam de cisterna tua, & fluēta putei tui. deriuentur fontes tui foras, & in plateis aquas tuas diuide. Prou. 5. Cisterna dicitur scriptura veteris testamenti continens in se aquam mortuam, quia non dat vitā. Fluēta putei sunt scriptura noui testamēti. Tertiò tuba nō debet tāgi solo ore, sed etiam manibus. Sic prædicator quod aliis prædicat ore ipse manibus tangat, id est opere faciat. Si prędicat aliis virtutē humilitatis, quod ipse nō sit superbus. Si misericordiam, & liberalitatē, quod ipse non sit auarus. Si castitatem, quod ipse nō sit luxuriosus, &c. Ita faciebat ille magnus prędicator Apostolus Paulus quando dixit, Non audeo aliquid loqui eorum, quæ per me non efficit Christus, in verbo, & factis. ad Rom. 15. Cuilibet ergo prędicatori, dicit Dominus, Clama, ne cesses, quasi tuba exalta vocē tuam, annuntia populo meo scelera eorū, & domui Iacob peccata eorū Esa. 58. Quarta differentia pugnatorū sunt vexilliferi, qui sunt necessarij, vt quilibet sciat vbi sit capitaneus suus. ideo Num. 2. præcepit Deus quod essent tot vexilla quot erant capitanei, quando ibant ad bellum. Sic in bello regis Christi, & populi Christiani vexilliferi sunt pœnitentes, & abstinentiam facientes. Vexillum Christi est pęnitētia, quod habuit in tota vita sua, intantū quod reputabatur à Iudęis 50. annorū, cùm nō haberet nisi 33. propter pœnitentiam. Ioan. 8. Ideo qui modò dimittūt vanitates ornamētorum, caudarum & manicarum, quod est vexillū diaboli, & vadunt humiliter, tales portant vexillū Christi. Quilibet talis potest dicere cum Apostolo, Ego stigmata Domini Iesu Christi in corpore meo porto. Gal. 6. Hoc signum petebat Dauid dicens: Fac mecum signum in bonū, vt videant qui oderunt me, & cōfundantur, quoniam tu Domine adiuuisti me, & consolatus es me. Psal. 85. Nota signū. s. humilitatis, quia ego fui superbus, & sic de aliis. Nota contra mulieres se ornātes, quę ponūt sibi signum diaboli. Dauid, Posuerūt signa sua, s. diaboli signa, & nō cognouerunt. s. nunc quod essent signa diaboli, sicut in exitu, supple cognoscent, quando anima exibit de corpore, quia tunc omnes illæ vanitates apparebunt in facie animæ. Ideo dimittatis ipsas modò, & tenete consilium Apostoli. 2. Cor. 4. Semper mortificationem Iesu Christi in corpore nostro circūferentes, vt & vita Iesu manifestetur in corporibus nostris. Quinta differentia pugnatorum sunt equestres. s. homines equorum per transuersum ad dissipandum prelium inimicorum venientiū totaliter compacti. Sic in bello Christi inuicem compacti milites sunt virgines. Ratio, quia sicut se habet miles ad equum, sic se habet spiritus, vel anima erga corpus, quia spiritus est miles cuius corpus est equus. Auctori. Equi eorum, id est hominum, caro non spiritus. Esa. 31. Sicut ergo militibus, qui bene volunt regere equum suum, sunt duo necessaria. s. frenum, & calcaria, ita homo qui bene vult regere corpus

suum indiget freno, scilicet abstinentiæ cibi, & potus, propterea ad hoc abstinemus modò ieiunando, &c. Equis frena in ora mittimus ad cōsentiendū nobis, & omne corpus illorū circūferimus. Iaco. 3. & loquitur de corporibus, quia Apostoli nō ibant equitādo. Calcaria sunt amor saluationis de pede dextro, & timor damnationis de pede sinistro. Ideo si equus, id est corpus sit nimis piger ad bene operandū, debet pungi calcari dextro, dicēdo: Si modò facis, &c. quiescis in gloria. vel sinistro dicēdo, Si nō facis pœnitentiā in hoc mundo, facies in inferno. Qui timetis Dominum credite illi, & nō euacuabitur merces vestra. Ecce de sinistro pede. ibidem. Qui timetis Dominū diligite illum. Ecce de pede dextro. Eccle. 2. Personæ ergo virgines vadunt equitādo, quia nunquā ceciderūt de equo corpo per luxuriā in immūditiam voluntariā. Sed paucas virgines hab Christus in suo bello. Vbi est religiosus virgo, vel sacerdos, &c. Nota de diabolo dicente se nō exiturum de corpore cuiusdā, nisi dicerētur tres missæ à tribus presbyteris virginibus. Apoc. 3. Habes pauca nomina in Sardis quod interpretatur pulchritudo principatus. Nota tres sunt gradus pulchritudinis. Primus est castitas coniugalis. Secundus cōtinentia vidualis. Tertius puritas virginalis. Beda, Bona est castitas coniugalis, melior continētia vidualis, optima puritas virginalis. Ideo Christus plāgēdo dicit, Habes pauca nomina in Sardis, id est pulchritudine principatus. Apoc. 19. Vidi cœlū apertum, & ecce equus albus, & qui sedebat super eum vocabatur fidelis & verax, & cum iustitia iudicat & pugnat. Oculi autem eius sicut flamma ignis, & in capite eius diademata multa, habens nomen scriptū quod nemo nouit nisi ipse, & vestitus erat veste aspersa sanguine, & vocabatur nomen eius verbum Dei. Et exercitus qui sunt in cęlo sequebātur eum in equis albis, vestiti byssino albo & mundo, & de ore eius procedit gladius ab vtraq; parte acutus, vt in ipso percutiat gentes, &c. Tempori carnali est cœlum clausum propter peccata, sed modò aperitur propter pœnitentiam. Et ecce equus albus, id est corpus Christi. Nota fidelis. s. cōplens quod promittit, & verax attendens quod minatur: & exercitus, id est ecclesia sequebatur eum. Sexta differentia pugnatorum sunt pedestres, qui vadunt cum magno labore cum scuto & lancea. Sic etiam in bello Christi & populi Christiani pedestres sunt personæ continentes quæ ceciderunt de equo, quia perdita virginitas non potest recuperari. Ideo oportet ire pedestrem. Secùs de bello regali quando miles cadit de equo, potest iterum equitare, &c. Sed Christus nunquā fecit nec faciet, imò nec potest facere, quia implicat cōtradictionē. s. quod gustauerit, &c. & quod virgo quæ fuit corrupta, nō fuerit corrupta, vt dicit S. Tho. 1. par. q. 25. ar. 4. Addit tamen idem S. Tho. in eodē articulo in solutione ad tertium, quod omnem corruptionem mētis & corporis

corporis Deus auferre potest à muliere corrupta. Hoc tamen ab eo remoueri nō poterit, quod corrupta fuerit, quod & per beatum Hieronymū cōfirmatur, qui dicit, quod cū Deus omnia possit, nō potest facere de corrupta nō corruptam, id est, quod corrupta non fuerit quare & si ignoscat pœnitēti, tamen nō vult coronare corruptam, ergo qui cadit de equo faciat bellum pedestre faciendo pęnitentiam. iuxta illud ad Ephe. Accipite armaturā, Dei. s. pœnitentiā, vt possitis resistere in die malo, & in omnibus perfecti stare. State ergo succincti lumbos vestros in veritate & induti loricā iustitiæ, & calciati pedes in præparationē euangelij pacis. In omnibus sumentes scutum fidei in quo possitis omnia tela nequissimi ignea extinguere, &c. Nota hic quomodo cōiugati debent viuere faciendo sibi fidelitatem, nutriendo proles, & quomodo viduæ quæ nullum habet impedimentum quin possint facere pœnitentiam. Septima differentia pugnatorum est illorum qui sunt vectores, qui portant victualia arma & medicinas. Sic in bello Christi vectores sunt prę-lati ecclesiæ, & ecclesiastici qui habent curam animarum, qui portant arma. Ideo si aliquis in bello perdit scutum ieiunij, ecclesiastici debent sibi dare scutum animando ipsum ad ieiunandum verbo & exemplo. Idem de pileo ferreo orationis, & de lancea confessionis. Item portant medicinas sacramētorum, vnde vulnerato ex superbia apponant stupam humilitatis. Idem de aliis, reuertimini ad præliū. Itē portant victualia. s. cibum & potum . s. corpus & sanguinem Christi, & dant debilibus & confessis. Quibus dicit Christus, Pascite eum qui in vobis est gregē Dei. 1. Pet. 5. Ecce quare dicit the. Fortis armatus, scilicet, populus Christianus custodit atrium suum scilicet, bonam vitam & pœnitentiam. Et isto modo faciendo habebitis coronam in paradiso. Ecce ergo bellum nostrum ordinatum, & quomodo poterimus confidere de victoria. Deo gratias.

Dominica I I I. Quadragesimæ. Sermo I I.

E*Xtollens vocem quædam mulier de turba.* Luc. 11. Verbum istud ad literam intelligitur de quadam muliere deuota Christo Iesu. Sed ego volo aliter declarare verbum istud, faciam duos tractatus. Primus, scilicet, quæ est vox ista quam mulier leuauit. Secundus quomodo leuauit vocem istam. Ista mulier est ecclesia. Et probo per rationem, quia omnia naturalia quę habet mulier habet ecclesia, videlicet concipere, parere, lactare, &c. Primò habet officium concipiendi pueros de sponso suo qui est Iesus Christus. Et quis est venter ecclesiæ? est fons baptismatis. Et sic concipitur in vtero & ex eo nascitur. Secundum officium est nutrire. Ecclesia nutrit Christianos. Vnde Paulus in persona ecclesiæ, Tanquam paruulis in Christo lac vobis potum dedi, non escam. 1. Cor. 3. Sancta mater ecclesia habet duas mammillas, dextra est nouum testamen-

tum,

aum, sinistra est antiquum, & quum utis nutrit Christianos bonis doctrinis. Secundus tractatus, quomodo hæc mulier leuauit vocē. Dico quod hoc fecit in collatione ecclesiasticorum sacramentorū. Nam in quolibet sacramento ecclesiæ est necessaria vox verbalis, aliàs nō esset sacramentum. De hoc habemus prophetiam. Psal. 28. Vox Domini super aquas, &c. vbi ponit septem vicibus vox Domini. Vbi notat septem sacramenta ecclesiastica.

Primum est baptismus, vox Domini super aquas,
Secundum est confirmatio, vox Domini in virtute,
Tertium est eucharistia, vox Domini in magnificentia,
Quartum est pœnitentia, vox Domini confringentis cedros,
Quintum est matrimonium, vox Domini intercidentis flammam, &c.
Sextum est extrema vnctio, vox Domini concutientis desertum, &c.
Septimum est ordo, vox Domini præparantis ceruos, &c.

Ecce septē sacramēta. Sicut enim in Christo sunt verbū patris æternū, & materia corporis, sic in quolibet sacramēto sunt duo, verbū, & materia. vnde Aug. Accedit verbū ad elementū, & fit sacramentū. Vnde Dauid dicebat, ꝙ vox Domini debet venire super aquas, & iterū in magnificētia, &c. Prima vox est, Vox domini super aquas ecce baptismus. vox Domini est forma. i. ego baptizo te in nomine patris & filij, &c. Nec aliquid diminuendū neq; addendū, nec mutādū est voci quæ de cęlo & à Christo portata est. Ergo mulieres quæ baptizāt, bene attēdere debent, quia periculū est. Nota exemplū de quodā magistro in theologia, qui cū prædicasset & descēdisset de cathedra, venit quædā mulier ad eū & accepit manum illius, & osculādo dicebat, Benedicta dies in qua baptizaui vos, in nomine sanctę trinitatis, & B. Mariæ, & omniū angelorū. O dixit ille magister, ego nō sum baptizatus, & fecit se baptizari. Ideo nō mutetis vocē istam, quā docuit suos discipulos Christus dicens: Euntes in mundum vniuersum, docete omnes gentes, baptizātes eos in nomine patris & filij & spiritussancti. Mat. vlt. Nota quare dicit, Vox Domini super aquas, & nō dicit ante aquas, nec post aquas. Attēdant hic presbyteri quod vox sit super aquas, videlicet ꝙ nō proferant vocē verborū formæ antequā infundatur aqua, sed simul proferēdo verba sacramētalia aqua debet infundi, vel baptizādus immergi, quia si primò dicantur verba, & post, infundatur aqua, tunc erit vox Domini ante aquas. Et ecōuerso, si primò infundatur aqua, & post dicātur verba, tunc erit vox domini post aquas. Tamen est verū sacramentū, si prius, vel posterius fiat, sed tantū posset tardari, vel anticipari, quod nihil valeret, quia verba & aqua debent esse simul iūcta. Vnde sicut si anima hominis sit ab vna parte, & corpus ab alia, non est homo. Ita si dicantur verba baptismi, ante vel post, est periculū. Ideo materia. s. aqua & forma. s. verba debent iungi, vt sit verus baptismus.

ritus. vnde Christus, Ioã. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spi ritu, &c. nõ dicit ex aquis, vox Domini super aquas, & plurali, Nam certum est quod baptismus nõ potest dari nisi in vna specie aquę. s. naturali, quia nõ potest dari in aqua artificiali, sicut in aqua ardenti vel rosacea. quare ergo dicitur hic super aquas. Item forma non est nisi vna, ergo nec materia. Vnde, Cõfiteor vnum baptisma. Responsio. Duæ sunt rationes. Vna est literalis, alia moralis. Literalis est quia fuerunt aliqui hæretici, qui dixerunt ꝙ baptismus nõ valebat nisi in aqua fluuij Iordanis. ideo Dauid ad ostendendũ ꝙ nõ solum in aquis fluminis potest fieri baptismus, sed etiam in omnibus aquis naturalibus, dicit aquas in plurali. Cui cõcordat Beda dicẽs, Venit Christus ad aquas, vt tactu suæ mundissimæ carnis virtutem regenerationis tribueret aquis omnibus. s. aquis naturalibus. Secũda ratio quare dicit super aquas multas, quia sunt ibi. s. in baptismo septem riui maiores quã in aquæ de toto mundo, quæ sunt septẽ dona spiritussancti. Nota dona, & his lauatur anima, & aqua naturalis lauat exterius. Ideo Dauid ad declarandum istas aquas dicit, Vox Domini super aquas, id est, dona spiritus sancti. Secũdò dicit, Vox Domini in virtute. Ecce sacramentum confirmationis. & nõ potest dari, nisi per episcopũ. Ideo est quæstio in iure & in theologia, Vtrũ Papa posset dare auctoritatẽ simplici sacerdoti ad ministrandum istud sacramentum, & concordant, quod nõ nisi episcopis. Vox istius sacramenti est quãdo episcopus dicit, Cõsigno te signo sanctæ crucis, confirmo te chrismate salutis, in nomine patris & filij & spiritussancti, amen. Ideo dicit, Vox Domini in virtute, quia istud sacramentum confirmationis cõtinet quinque virtutes. Prima est quod confirmatus fit fortis in fide. Vnde tempore antichristi, simpliciter baptizati, & nõ confirmati cadent abnegando fidem Christi, confirmati verò stabunt firmi & stabiles contra antichristum, pugnando, dicendo antichristo, vade ribalde, volo tenere firmam fidem Christi. Istam constantiam nõ habebunt nõ cõfirmati. Secunda virtus huius sacramenti est quòd dat gratiã Dei non fictè venientibus, & nõ obstinatis, & si recipiat hoc sacramentum in gratia, augmentatur recipiendo, & si non habet nouiter, sibi datur in remissionem peccatorum. Tertia virtus, quia dat vnum signum quod est indelebile, & vocatur character, qui indelebiliter in anima manet. Quarta virtus est, quia cõfirmatus erit in altiori honore in paradiso quam non confirmatus. Sicut in curia regis magis honorãtur milites quàm rutheri, sic in curia regis Christi magis honorantur confirmati quàm alij. Et ideo existentes in paradiso dicent, O ille est confirmatus & non ille, & hoc cognoscent in signo. Sicut enim miles cognoscitur per aliquod signum ab aliis non militibus, sic confirmati non confirmatis, Quinta virtus, quia

Soli episcopi cõfirmare possunt.

quia habet duas coronas, baptizati verò tantum vnã. Ecce vox Domini in virtute. Et de ista virtute dicit Sapiens, Hæc est virtus Dei quæ vocatur magna. Ideo si nõ estis cõfirmati, faciatis vos cõfirmari, & habebitis supradictos quinq; effectus. Et de isto loquitur Ioã. Apoc. 7. Vidi alterum angelum ascendentẽ ab ortu solis habentem signum Dei viui, & clamauit voce magna quatuor angelis quibus datum est nocere terræ & mari di. Nolite nocere terræ & mari neq; arboribus, quoadusq; signemus seruos Dei nostri in frontibus eorum, &c. Nota alterum angelum, non simpliciter dicit angelum, & hic episcopus dicitur alter angelus, quia notat similitudinẽ vt bonus frater prædicator dicitur alter Dominicus, sic bonus episcopus tenens vitã angelicã dicitur alter angelus. Et sequitur habentẽ signũ Dei viui, quia episcopi debent signare populum Dei per loca vbi transeunt, sed signanter portant signũ Dei viui in cõfirmatione. Ideo dicit, Signemus seruos Dei in frõtibus eorũ. Nota in frontibus in plurali, quia episcopus signat extra, & spiritussanctus signat intra in anima. Ideo nõ dicit signabo, sed signemus. Tertia vox Domini in magnificentia. Ecce sacramentum altaris. vox Domini est forma consecrationis. Nota modum quem debet tenere sacerdos quãdo vult cõsecrare, debet enim tenere hostiam bassam duplici ratione. Prima ne gẽtes adorẽt ante consecrationẽ, quia sic essent idolatræ. Secunda quia secundũ communẽ opinionẽ Christus fuit crucifixus in terra plana. Nota in magnificentia, quia licèt fuerit magnificentia in incarnatione ad verbum virginis quando dicit, Ecce ancilla Domini, &c. & filius Dei descendit in vterum suum, maius tamen quod Deus fecit, siue quod faciet est, quod Deus homo factus est, perfectionẽ dans suis operibus. Dic similitudinem de forma sphærica, quæ nõ est perfecta quousq; finis iungatur principio. Sic cũ homo fuit vnitus Deo suo princio, tũc homo fuit Deus, & Deus homo, & tunc ibi perfecta sunt opera. Sic immo excellentior est magnificentia in cõsecratione in pluribus quã in incarnatione. Primò sicut ad verbũ virginis cœlum se aperuit, & filius Dei descendit in virginis ventrẽ, sic ad vocẽ sacerdotis aperitur cęlũ, & filius Dei venit in hostiã. vnde Greg. in. 4. dialogorũ, & habetur de cõse. di. 2. Qui sit sanguis. versi. Quis. vbi sic dicitur, Quis enim fidelium dubiũ habere posit in ipsa immolationis hora, ad sacerdotis vocem cœlos aperiri, atque in illo Iesu Christi mysterio angelicos choros adesse, & summa imis sociari, vnumq; ex inuisibilibus atq; visibilibus fieri. Sed quia habemus lippos oculos ex peccatis, non videmus angelos cum Christo existentes in altari, licèt multi sancti eos viderint. Dic cuius vitę debet esse sacerdos, vt habetur extra de vi. & ho. cleri. in multis capitulis. Secunda excellentia, quod filius Dei descendit in vterum virginis solus, sed in altare nõ. Item

virgo

virgo semel aperuit cœlũ claue linguę, sed sacerdos in qualibet missa. Item in lingua Virginis ad instar clauis fecit octo reuolutiones, s. dicẽdo octo verba antequam Deus descendit in vterum suum, sed sacerdos fecit tantùm quinque. Item in vterum Virginis descendit mortalis & passibilis, sed in hostiã per oppositum. De ista excellentia dicit Dauid, Confessio & magnificẽtia opus eius & iustitia eius manet, &c. Memoriã fecit mirabilium suorum misericors & miserator Dominus, escam dedit timentibus se. Psal. 110. No. ad literã loquitur de isto sacramento. No. confessio. s. sacramentalis, debet pręire magnificentiam, id est, sacramentum, vel in damnationem animæ suæ celebrat, si est sibi conscius alicuius peccati mortalis, & copia adsit confessoris. de quo vide S. Thomam, & alios Doctores in 4. dist. 17. Nota escam dedit timentibus se, scilicet, nomẽ suum. No. memoriam fecit mirabilium suorum, quia est mirabile quod fecit Deus & quod faciet, &c. Quarta est, Vox Domini confringentis cedros. Ecce sacramentũ pœnitentię de monte altissimo Libani, quia cedri sunt peccata facta in altissimo mõte superbię, quia omnia peccata reducũtur ad montem superbię, vnde auaritia est superbia, scilicet nolle obedire ordinationi Dei & ecclesiæ, non confiteri, nec satisfacere, & sic de aliis. Itẽ dedit & ordinauit regulam quomodo debemus nos regere in diuitiis, de bono iure recipere necessitatem, & nõ superfluitatẽ, iniusta restituere. Sed auarus nõ vult se humiliare & cõformare huic ordinationi. Sed dicit, O ego essem pauper si darem amore Dei, & restituerem iniustè acquisita vel retẽta, ego non faciam. Ecce quomodo resistit ordinationi diuinæ. Ideò auaritia radicata est in monte Libani, id est superbię, quia superbia est non velle se humiliare, ad faciendum voluntatem Dei. Idem de luxuria. Iam Deus dedit regulam quomodo gentes debent vti illo opere. s. in matrimonio tantùm, sed dicit luxuriosus, quare etiam non extra matrimoniũ possum vti actu illo. Ecce quomodo nõ vult subiici volũtati diuinę. Ideò luxuria est radicata in mõte superbiæ. Idem de aliis peccatis. vnde, Initium omnis peccati est superbia. Eccle. 10. Sequitur, Qui tenuerit illam, adimplebitur maledictis, quia maledicti sunt à Deo, & subuertet eum in finem. De isto sacramento pœnitentiæ dicit, Vox Domini confringẽtis cedros peccatorum mortalium, quantum ad culpas, quando confessor absoluit dicens, Absoluo te à peccatis, tunc cõfringit cedros peccatorum, nisi malitia peccatoris obstet. Et cõcordat Apostolus Heb. 4. dicẽs. Viuus est sermo Dei, & efficax & penetrabilior omni gladio ancipiti, pertingens vsque ad diuisionem animę, & spiritus. Nullus homo cum omnibus gladiis huius mundi posset scindere vnã cedrum peccati mortalis, sed verbũ Dei. i. absolutio sacramentalis, ego te absoluo à peccatis tuis. Quinta vox est, vox Domini intercidẽtis flammã ignis.

Ecce ſacramentū matrimonij. No. quod ex quo Adā peccauit quilibet habet intus vnam buccam ignitam quæ dicitur cõcupiſcibilitas, vel mala inclinatio, quę eſt ignis luxurię. Iſte ignis nõ flāmeſcit quouſque homo fuerit perfectus, & tūc tētatur de luxuria. Mirum, quia aqua baptiſmi extinguit ignem luxuriæ inferni, ſed nõ potest extinguere ignē luxuriæ in homine. O tā fortis ignis nec vnquam extinctus fuit niſi in Chriſto, & in beata virgine totaliter. De quo dicit ſcriptura. Iob. 31. Ignis eſt v. que ad perditionē deuorās, & omnia eradicans germina vel germina. No. eradicās omnia germina meritorum, quando flāmeſcit, ſed per ſacramentū matrimonij eius flamma interciditur. Dic quomodo matrimoniū fit per vocē Domini. ſ. per verba de preſenti. Vnde per matrimoniū interciditur flamma luxuriæ, non tamen extinguitur. Dic quare matrimoniū dicitur ſacramētum? quia repręſentat Chriſti incarnationem. Vnde ſicut diuinitas, & humanitas in vnitate perſonæ, ſic etiā vir & vxor in vna carne coniunguntur, &c. No. quod nõ ſunt iam duo ſed vna caro in procreatione prolis. Vnde iſte ignis poteſt facere flammam inter virum, & vxorē ſine peccato, ſeruando debitas circunſtancias, & conditiones, & quilibet iſtorum poteſt dicere, A flamma ignis nõ sum æſtuatus. Eccl. vlt. Sed nõ curabā de alia muliere, & nec ego de alio viro. Ecce vox Domini intercidētis flammam ignis. Sexta vox eſt, Vox Domini cõcutientis deſertum. Ecce ſacramentū ordinis, quia ſicut in deſerto ſunt beſtiæ ſylueſtres, ſic in mundo ſunt peccatores, & ſicut quando ſcindūtur magnæ arbores in deſerto, cõmouetur deſertum, & facit magnū ſonum in terra, & in nemore, ſic in ordinibus cõmouetur tota Chriſtianitas ieiunādo per tres dies quatuor temporum. Ideò vt Deus faciat illos quos aſſumit ad ſacros ordines dignos, Dic quot ſunt ſeptem ordines. Primus ordo eſt oſtiariatus, & qui eſt in illo ordine debet cuſtodire portas. Secundus lectoratus, qui ergo eſt in tali ordine debet legere lectiones in ecclesia. Tertius eſt exorciſtatus, cõſtitutus in tali eſſe debet coniurator dęmonū expellēdo dęmones à corporibus. Quartus ordo eſt acolytatus, debēt ergo acolyti ponere candelas ante altare, & portare, & iſti qui habēt iſtos paruos ordines poſſunt recipere vxores. Maiores ordines ſunt. ſ. ſubdiaconatus, diaconatus, & presbyteratus, & in quolibet ordine tā de maioribus quā de minoribus datur character indelebilis. Et cõmouebit Dominus deſertū Cades. ſ. ſanctam Chriſtianitatē, quia illi qui non ſunt de Chriſtianitate nõ poſſunt recipere ordines. Et qui ordinati ſunt poſſunt dicere, Vt ſine timore de manu inimicorū noſtrorū liberati ſeruiamus illi. In ſanctitate, & iuſtitia corā ipſo omnibus diebus noſtris. Lu. 1. No. liberati de deſerto mūdi, poſuiſti nos in horto eccleſię ſanctę tuę. Ideò dicit, Vox Domini cõcutientis deſertum. Septimò vox eſt, Vox Domini

praepa-

præparãtis ceruos. Ecce facramentũ extremę vnctionis q̃ præparat ceruos. Dic quomodo inter alia animalia plus faltat ceruus,&c. fic anima ab ore corporis faltat ad cœlũ. Animę aũt dicũtur cerui, quia præparãdæ funt ad faltandũ per vnctionẽ. Ideò dicit, Vox Domini pręparãtis ceruos. Ifta vox eft forma huius facramẽti quę ꝓcedit ab ore facerdotis. Sacerdotes vngẽdo infirmũ dicũt vocẽ Domini, videlicet, Per iftã vnctionẽ,& fuã piiffimã mifericordiã indulgeat tibi dominus quidquid peccafti per vifum, vel per aliũ fenfum, tãgendo partẽ,&c. & quę tãgi honeftè poffunt oẽs alias partes includitur in corpore. Cũ enim corpus vngitur, peccata obligata, vel alię indinationes peccatorũ quę poterãt falũ impedire, remittitur. De hoc Dauid di. Qui perfecit pedes meos tanq̃ ceruorũ,& fuper excelfa ftatuens me. Pfal. 8. No. qui perfecit per hoc facramentũ,&c. fed hoc facramentum nõ debet dari nifi in articulo mortis,& nifi petatur,& ideò debet peti in cõmunione,& tunc poteft dari, pofito cafu quod perdat intellectũ, vel etiã vfum omniũ fenfuũ ex quo anima ftat in corpore. Ecce quare dicit thema, Extollens quædam mulier,&c.

Feria II. poft Oculi. Sermo I.

Q*Vanta audiuimus facta in Capharnaum fac & hic in patria tua* Lucæ 4. Hoc verbum dat mihi motiuum prædicandi,& declarandi vobis opera principalia quæ fecit Chriftus in hoc mundo. Sed primò falutetur virgo Maria. Quanta audimus facta in Capharnaum,&c. Pro intellectu iftius verbi, fciẽdum, quod Chriftus in pueritia fua fuit nutritus in ciuitate Nazareth, poftquam rediit de fuga Ægypti quoufque fuit 29. annorum,& ab hominibus reputabatur fanctus homo, fed non prædicabat, nec faciebat ibi miracula Et quia tantũ fuit ibi moratus, ideò fuit dictus Iefus de Nazareth. Mat. 2. Veniens. f. de Ægypto habitauit in ciuitate quæ vocatur Nazareth, vt adimpleretur quod dictũ eft per Prophetas, quoniam Nazareus vocabitur. Poftquam autem fuerat 30. annorum,& voluit incipere prædicare,& miracula facere, volens fe oftendere verum Deum,& hominem, receffit de Nazareth,& venit in ciuitatem Capharnaum,& ibi incœpit prædicare, & miracula facere, illuminare cæcos, facere furdos audire, mutos loqui, claudos ambulare, mortuos refurgere,&c. Et omnis populus fufpenfus erat audiẽs illũ. Luc. 19. Nec mirũ audire verba ab ore Dei incarnati. Relicta ciuitate Nazareth, venit & habitauit in ciuitate Capharnaum maritima,& incœpit prædicare. Et exiit fama hæc. f. prædicationis,& miraculorum in vniuerfam terram. Mat. 9. Quod audientes illi de ciuitate Nazareth reputabant fe à Chrifto effe defpectos, quia ibi nihil horum fecerat, ideò erant contra eum indignati. Deinde Chriftus prædicãdo rediit in Nazareth. Ad quem venerunt rectores ciuitatis dicentes fibi, Quanta, id eft, valdè magna

audiuimus facta,&c. Pater the. ad literā. Sed modò volo ipsum spiritualiter pertractare. Christus in ciuitate extranea.s.in patria Iudæorū qui noluerūt ipsum recipere, vt Dominū. iuxta illud Ioan.1. In propria venit,& sui eum nō receperūt.s.tanquam Deum,& Saluatorem mūdi, imò se alienauerūt ab eo, multa fecit miracula. Sed terra Christianorum est terra propria Christi, quia ipsum recipit per veram credentiā,& deuotam obedientiam. Ideò deuoti Christiani possunt Deo dicere, Quanta audiuimus facta in Capharnaum.i.in terra Iudæorum, fac & hîc in patria tua.s.in Christianitate pro imitatione. Nota septem opera principalia quæ fecit Christus in patria aliena, scilicet in patria Iudæorum.

Primum fuit humilis incarnatio,
Pauper conuersatio,
Certa prædicatio,
Dura paßio,
Pia descensio,
Vera resurrectio,
Et alta ascensio.

De his possumus dicere Christo, Quanta audiuimus,&c. Ideò Domine, fac & hîc in patria tua pro morali imitatione. Primum opus notabile, & mirabile quod fecit Christus in terra Iudæorū pro nostra redemptione, fuit humilis incarnatio. Maximè si vultis attendere istam speculationem, Deus fecit decem gradus creaturarū spiritualium,&c. Quādo ergo dicitur filius Dei, fuit incarnatus, sic intelligitur quod descēdit & humiliauit se infra decem gradus creaturarum spiritualiū,& corporalium. Ideò maius opus quod Deus vnquā fecit, vel faciet, fuit quod Deus fieret homo,& homo fieret Deus. De isto opere dicit Apostol. Qui cùm in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo, sed semetipsum exinaniuit formā serui accipiēs,& habitu inuentus, vt homo Phil.2. No. rapinam, id est, vsurpationē. Ecce hîc humilis incarnatio. Ideò domine, Quāta audiuimus facta,&c. fac & hîc.s. in nobis, vt des in cordibus nostris, scilicet humilitatis virtutem, vt humiliemur à pompis, vanitatibus,&c. exēplo Christi. Quando ergo aliquis dominus Prælatus vel domina humiliatur, dimittendo pompam vel vanum ornatum,&c. Ecce hîc opus incarnationis Christi moraliter quod facit inter nos, iuxta suā doctrinā dicens, Mat.11. Discite à me Domine,& quā lectionem? Respōdet, Quia mitis sum,& humilis corde. Domine,& quid habebim⁹ ex hoc? Ideò dicit, Et inuenietis requiem animab⁹ vestris. No. quod in Paradiso nullus inueniet domū ad quiescendū, nisi in hoc mundo ipsam ędificet. No. cōtra illos qui in hoc mundo ędificāt magna ædificia,& possesiones,&c & nō curāt ędificare in cœlo, nec vnā paruā cellā. Quidā in partibus Motellę qui plures

plures viuens ædificauerat domos, in agone suo statim moriturus côquæstus est dicés, O, inquit, plures ædificaui domos, vtinã particulam vnã celluiã ædificassem in cœlis. Modus ędificãdi in cœlo est nõ expẽdere in mũdo omnia in vanitatib⁹, sed expẽdere vnã partẽ in operibus misericordiæ. Ver.gra. Si habetis quinq; florenos in reditibus, expẽdite quatuor in necessitatib⁹ vestris, & vnũ in operibus misericordię. Hoc modo ędificabitis domũ in Paradiso ad quiescendum post hanc vitã. Dic qũo à Deo omnibus hominibus statutũ est semel mori quantũ ad corpus, & post hoc iudiciũ quantũ ad animã. Heb.9 Et quãdo ille qui nihil ædificat in alio mũdo, moritur, misera illa anima durè repellitur à Christo, & mittitur ad hospitiũ miserorũ.s. ad infernũ. Sed illi qui ædificauerũt cũ gaudio, recipiũtur à Christo læta facie. Ecce quare dicit, & inuenietis requiẽ animab⁹ vestris.s. post mortẽ corporis. Et côcordat Apost. di. in persona bonorũ, Scimus quoniã si terrestris domus nostra huius habitatiõis dissoluatur, ꝙ ædificationẽ à Deo habemus, domũ nõ manufactã, sed æternã in cœlis. 2. Cor. 5. Secundũ opus mirabile factũ à Christo in Iudæa, fuit pauper côuersatio, intantũ ꝙ nunquã fuit aliquis ita pauper. Quia secundũ ꝙ dicũt Euãgelistæ, nunq̃ portabat pecunias vel escas. Sed ibat prædicãdo de via in villã Et post sermonẽ, respiciebat si aliquis inuitaret eũ ad prandiũ di. Magister ex quo dedisti nobis bonũ prandiũ spirituale, &c. aliàs habebat duo remedia. Vnũ tẽpore messis, de quo ponitur Mat. 12. vbi dicitur, Abiit Iesus per sata sabbato, discipuli autẽ eius esuriẽtes cęperũt vellere spicas. Aliud quia ibat Bethaniã ad domũ Marthę. itẽ si non inuitabatur ad dormiendũ, aliàs ibat cũ discipulis suis in desertũ. Ecce hîc pauperrima côuersatio. De hoc di. ipsemet Mat. 8. Vulpes foueas habẽt, & volucres cęli nidos, filius autẽ hominis nõ habet vbi caput suũ reclinet. Ideò Domine, quãta audiuimus, &c. fac & hîc in patria tua. Quia nõ possumus seruare tantã paupertatẽ, vt nos audiuim⁹, expellatur à nobis peccatũ auaritiæ, vt simus pauperes de pecunia de malo iniusto, & nihil habeamus ꝑ rapinã, vsurã, vel furtũ vel simoniã, nec per calumniã, tũc Christus similitudinariè, & moraliter pauper côuersatur inter nos. Iuxta illud 2. Cor. 8. Scitis gratiã Domini nostri Iesu Christi, quoniã propter vos egenus factus est cũ esset diues, vt illi⁹ inopia vos diuites essetis, & vos ditaret. Sed singulariter caueatis à diuitiis de bonis iniustè acquisitis, quia nunq̃ habẽt bonũ finẽ, imò ad instar pomi corrupti se habẽt, quod corrumpit alia poma. Ideò q vult côseruare pecunias, respiciat albũ florenũ, vel denariũ, si est ibi vermis rapinę, vsurę, &c. dicat, Nolo animã meã Christi sanguine redẽptã, & sanctissimæ trinitatis increatę imagine insignitã, pro transitoriis diuitiis æternis obligare incendiis. Benedictus qui potest dicere Deo gratias, qa nihil habeo malè iniustè acquisitum,

au. ericis diuites. Ideò dicit Christus, Videte & cauete ab omni auaritia. Luc. 12. Tertium opus fuit certa prædicatio, quia ipsemet Deus incarnatus ore proprio reuelabit, & prædicauit secreta fidei ad cognoscendū illam magnam Christi humilitatem. No. similitudinē de Rege qui præconizare iussit ordinationes sui cōsilij, vt maior fides adhiberetur. Idem de Christo in cōsilio secreto S. Trinitatis fuerunt ordinata secreta fidei catholicæ. Et licèt haberet Angelos, & Prophetas quos poterat mittere ad præconizandū, tamen ipse equitauit. s. in equo correctionis suæ, & cū tuba prædicationis publicauit secreta fidei. s. doctrinā Euangelicam, vt gentes melius crederent, & veritatem fidei sine dubio tenerent, quia omnes alij fuerunt peccatores. 1. Ioan. 1. Si dixerimus quoniā peccatum nō habemus, ipsi nos seducimus, & veritas in nobis non est. Solus Christus fuit sine peccato, qui nec falli, nec fallere, nec peccare, nec errare potuit: ideò absq; omni dubio tenēdę sunt veritates fidei catholicę. Secū si aliquis alius à Christo publicasset, posset aliquis dubitare, quia teste Ioan. 1. & 1. Ioan. 3. Deum nemo vidit vnquā. Vnigenitus filius qui est in sinu patris, ipse enarrauit. Ideò dicit Apost. 2. *Tim.* 1. Scio cui credidi, & certus sum. Ideò Domine, quāta audiuimus, &c. fac etiā hic in patria tua. No. optimū consilium B. Hiero. dicentis, quod quolibet die debemus dicere, Credo, scilicet manè & serò, & isto modo cor confirmatur in fide catholica, aliàs perditur paulatim. Ideò nos Ecclesiastici manè & serò dicimus. s. in matutinis, prima, & completorio, Credo, iuxta ordinationē Ecclesiæ. Ideò Apostolus Rom. 10. Si cōfitearis in ore tuo Dominum Iesum, & in corde tuo credideris, quod Deus suscitauit illū à mortuis, saluus eris. Quartū opus mirabile à Christo factum in Iudęa, fuit duræ passionis. s. in cruce. No. quia sciebat, & videbat quod totū genus humanum erat cōdemnatum, & sententiatum ad furcā inferni, cui Christus compatiens dixit Deo patri, Ego solus suspendar in ligno crucis, ne aliquis mihi credēs, & obediens, de cętero suspēdatur in furca inferni. Ecce ratio suæ durę passionis. Aucto. Christus semel pro peccatis nostris mortuus est, iust⁹ pro iniustis, vt nos offerret Deo. 1. Pet. 3. Quemadmodum si filius Regis vellet suspendi pro latronibus liberā̄dis. O inęstimabilis amor, sic filius Dei iustus, & sine peccato pro iniustis, & peccatoribus. Ergo Domine, fac & hîc in patria tua, vt scilicet nos crucifigamur, non realiter vt tu Christe, sed moraliter. s. clauo cōfessionis in manu dextra, quia cōfessio ducit hominem de sinistra, scilicet culpę, ad dexteram gratiæ. Clauo pœnitentiæ in sinistra, & clauo bonorum operum in pedibus. Ideò scriptum, Qui sunt Christi carnē suam crucifixerunt cum vitiis, & cōcupiscentiis. ad Gal. 5. Quintum opus fuit pia siue sancta descēsio, scilicet animæ ad limbum sanctorū patrum, ac si Rex iret personaliter

liter ad captionem pro liberatione captiuorum, quibus ipse miſericorditer parceret, cùm tamen poſſet mittere Michaëlem, vel alium. Ecce opus ſingulare de quo Zacha.9. Tu verò in ſanguine teſtamenti tui emiſiſti victos tuos de lacu in quo non eſt aqua. Domine, fac etiam hîc in patria tua. No. quomodo Chriſtus voluit deſcēdere ad ſanctos qui erãt in limbo, qui erant patres Chriſti ſecundum humanitatem, ipſos honorãdo, & exemplum nobis dando honorãdi parentes in hoc mũdo, & deſcendēdi ad eos, ſi ſunt in purgatorio per ſuffragia, complendo teſtamenta, qui ſtatim ſentiunt refrigerium. Auctoritas, Qui ſecundum ſpiritũ ſunt, quæ ſunt ſpiritus ſentiunt. Roman.8. Aĩas conqueruntur, & petunt iuſtitiam. Ideo dicit ſcriptura 2. Machab.12. Sancta ergo, & ſalubris eſt cogitatio pro defunctis exorare, vt, &c. Sextum opus mirabile fuit vera reſurrectio, ſcilicet in die Paſchæ quãdo anima de limbo rediit ad corpus, & reſurrexit de ſepulchro. Dic quomodo in paſſione humanitas fuit diuiſa, ſed non diuinitas. Ad hoc declarandum nota ſimilitudinē de pomo, quo diuiſo in duas partes nõ diuiditur odor. Vel nota ſimilitudinem in ſplendore de cryſtallo. Sic cogitate quod Chriſti humanitas ſit, vt petia de cryſtallo plena diuinitate ex coniunctione perſonali, qua diuiſa, ſplendor diuinitatis remanſit cum vtraque parte, ſcilicet cum corpore in ſepulchro, & cum anima in limbo, propter quod vtrunque habebat poſſe in infinitum reſurgendi. Ideo Chriſtus. Ioan.10. Nemo tollit animam meam à me, ſcilicet me inuito, ſed ego pono eam à meipſo, & poteſtatem habeo ponendi animam meam, & poteſtatē habeo iterum ſumēdi eam. Ideo Domine quanta audiuimus, &c. fac etiam hic in patria tua, vt ſcilicet corpus noſtrum & anima reſurgant. Moraliter, Corpus autem peccatoris iacet mortuum in ſepulchro peccati mortalis, & anima in inferno ſepulta, id eſt condemnata, ſed reſurgunt virtute diuina quando anima dimittit peccatũ ſuperbię vel auaritiæ vel luxuriæ, &c. Tũc corpus recipit animam quando eius imperio humiliatur, & facit opera miſericordię. Auct. Quomodo Chriſtus ſurrexit à mortuis, per gloriam patris, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus. Ro.6. Septimũ opus & completiuũ aliorum fuit alta aſcenſio, quando corã virgine matre apoſtolis & diſcipulis aſcendit in cęlum. Io.16. Exiui à patre, & veni in mundũ, & iterũ relinquo mundũ & vado ad patrem. Domine, fac & hîc in patria tua. Dic quomodo bis in die debemus aſcendere in cœlum, non corpore, quia vſq; ad diem iudicij corpus non poteſt aſcendere in cœlũ, ſed ſpiritu, ſcilicet mane & ſero orando, qui oratio eſt aſcenſus mentis in Deum, vt dicit Damaſcenus. Dic modum orandi ad inſtar illius qui vult ſupplicare Papę vel Regi, cui ſunt tria neceſſaria. Primò vt camera ſibi aperiatur. Secundò eſt ſibi neceſſarium, vt exhibeat reuerentiam Regi. Tertiò vt dicat ſuam

Quod ſemel aſſumpſit Christus nunquã dimiſit.

Precationis ratio ex Damaſceno.

tuam supplicationem. Si crux Christi clauis est Paradisi, vt dicit Rabanus, quæ aperit portam cameræ Christi. Ostēdat homo modum signandi, vel extendat manus in modum crucis, vt Moyses faciebat & sacerdos in missa facit. Deinde ingresso spiritu, capite discooperto etiā genibus flexis ponat se ad pedes Iesu Christi. i. cogitādo cum quo loquitur. Deinde præsenta ô homo tuā supplicationē. i. orationem. Idē dicendum cū quis orat Deum aut Virginē, &c. Dic contra illos qui orāt, se induendo & calciando. Ideo Apostolus 1. Cor. 14. Si orē lingua, spiritus meus orat, mens autem mea sine fructu est. Qui subdit, Quid ergo est: Orabo spiritu, orabo & mente, psallā spiritu, psallam & mente. Exēplum pulchrum, vide de oratione primo lib. Apoc. 12. c. de comite Campaniæ qui disposuit se oraturum.

Spiritus meus orat, id est deprecationem spirat, animi autem affectus fructu vacat.

Feria II. post Oculi. Sermo II.

TRansiens per medium illorum ibat. Luc. 4. Sanctum Euangelium hodiernum declarat nobis vnā pulchrā defensionē quam fecit Christus cōtra vnam malā conclusionē vel reprehensionē quā fecerunt sibi Iudæi ciuitatis Nazareth. Pro quo sciendum quod Christus in sua pueritia fuit nutritus in ciuitate Nazareth quousque habuit 30. annos, vbi nō prędicauit, nec miracula fecit, sed viuebat inter eos multū deuotè, vtens vt dicunt doctores literales, arte seu officio Ioseph. Et quia in Nazareth fuit nutritus & tantū moratus, ideo vocatur Iesus de Nazareth. Matt. 12. Veniens. s. de Ægypto habitauit in ciuitate Nazareth, post baptismum quē à Ioā suscepit & quadragesimā quā ieiunauit, iuit Capharnaum, ibi incępit prædicare, & miracula facere. Mat. 4. Relicta ciuitate Nazareth, venit & habitauit in ciuitate Capharnaū maritima. Exinde incępit prædicare. Prędicatio enim Christi & miracula diuulgabantur per totam terrā, & fama venit in Nazareth. Propter quod illi de Nazareth erāt indignati cōtra eum, quia ibi nō fecerat miracula illa, deinde Christus venit in ciuitatem Nazareth, rectores autē ciuitatis & etiā alij de ciuitate indignati cōtra Christum dixerunt sibi, Quare in aliis ciuitatibus faciebat miracula, & non in ciuitate sua Nazareth, vbi erant tot infirmi? Christus autem defendit se tripliciter. s.

Per veram sapientiam,
Per certam experientiam,
Per firmam patientiam.

De tertio dicit the. Transiens, &c. Dico primò q Christus respōdit excusans se per veram sapientiā de malitiosa reprehensione Iudęorum. De hoc in principio euangelij, Dixerunt Pharisæi ad Iesum, Quāta audiuimus facta in Capharnaū, fac & hîc in patria tua. Dic quomodo quando venit Iesus in Nazareth intrauit synagogā, vbi Pharisæi congregati dixerunt sibi, Quanta, &c. Respōdit Christus per veram sapientiam, sapienter dans rationem dicens, Amen dico vobis,

vobis, quia nemo propheta acceptus est in patria sua. Quæ quidem responsio est magnæ sapientiæ. Declaratur per regulã Philosophiæ. Quoniam in omni actione naturali nõ solùm requiritur virtus seu potentia agentis, sed etiã requiritur dispositio materiæ. Nam actus actiuorũ sunt in patiente prędisposito, vt patet de igne cuius virtus est cõburere, sed nõ nisi in materia disposita, quia nõ cõbureret lapides. Ita in miraculis nõ solũ requiritur potẽtia seu virtus personę deuotę, sed etiã requiritur dispositio in illo qui debet recipere sanitatẽ, vt sit bonus & fidelis, & non malitiosus. Cũ ergo Christus haberet infinitã potentiã & virtutẽ ad faciendũ miracula, adhuc tamẽ volebat dispositionem in materia. Et quia illi de ciuitate Nazareth, nõ erãt dispositi, quia nõ habebãt deuotionẽ ad Christũ, imo deridebãt eũ dicẽtes. Nõne hic est filius Ioseph, & vnde huic hæc omnia? Et nõ credebãt in eũ. Ratio, quia vixerat inter eos, & cognoscebãt eum à pueritia, & patrẽ eius putatiuũ, & matrẽ eius, ideo nõ erãt dispositi. Vnde licèt Christus haberet potentiã & virtutẽ infinitã tamẽ nõ sequebatur effectus ex indispositione materię, sed illi de ciuitate Capharnaum habebãt ad Christum magnã deuotionẽ & reuerentiam & honorẽ dicẽtes, Propheta magnus surrexit in nobis. &, quia Deus visitauit plebẽ suam. Luc. 7. Et propter fidem eorum & deuotionem Christus curabat eos. Et propter hoc quando dixerunt sibi, Quanta. i. multa, audiuimus. Respondit, Amẽ dico vobis. q. d. alia est ratio illorum & alia hîc, quia hîc non creditis, sed ibi credunt. Mar. 6. Abiit Iesus in patriã suam, & sequebãtur eum discipuli eius. Et non poterat ibi virtutem vllam facere, nisi quod paucos infirmos impositis manibus curauit, & mirabatur propter incredulitatem eorum. No. non poterat. s. de potestate ordinata, quia requiritur dispositio. Patet Christi responsio ad literam Moraliter super hoc, Quanta audiuimus facta, &c. Idem possumus nos dicere Christo, Quanta audiuimus facta, &c. in terra Iudæorum infidelium, fac & hîc in patria tua. s. in Christianitate. Nota hîc septem opera principalia quæ fecit Christus in Iudæa. Vide in præcedenti sermone breuiter. Vel dic de miraculis illis, cæci vident, claudi ambulant. Matth. 11. prout habes supra in tertio sermone tertiæ Dominicæ aduentus Domini, qui incipit, Renuntiate Ioãni. Dico secundò, quod Christus respondit defendens se per certam experientiam quam dedit de sacra scriptura di. quod multi prophetæ fuerunt qui in patria sua non fecerunt miracula, sed in alia di. In veritate dico vobis, multæ viduæ erant in diebus Eliæ in Israël quando clausum est cœlum annis tribus & mẽsibus sex, cum facta esset fames magna in omni terra, & ad nullam illarum missus est Elias, nisi in Sareptã Sidoniæ ad viduam. Et multi leprosi erant in Israël sub Eliseo Propheta. Et nemo eorum mundatus est nisi Naaman Syrus. Patet ergo quomodo Christus

Regula in philosophia.

Potestas ordinata in deo & absoluta.

respondit per certam experientiam. Vbi tangit duas causas siue historias, dicantur breuiter. Prima habetur 3. Regum 17. de Propheta Elia qui erat de Iudæa, & Deus misit eum ad viduam extraneam, ac si de Brabantia Deus mitteret aliquem ad Coloniam. Secunda historia habetur 4. Reg. 5. de Propheta Eliseo qui sanauit Naaman extraneum. Ecce quare dicit Christus, In veritate dico vobis, &c. Modò patet responsio per certam experientiam, &c. Moraliter si istas duas historias volum⁹ cogitare, siue literaliter, siue moraliter, patet quod viduis, orphanis, infirmis, & personis miserabilibus debemus subuenire & eas defendere. Et oppositum est magnum peccatum. Et Deus facit singularem punitionem de illis qui persequuntur personas miserabiles in hoc mundo & etiam in alio. Ideo Exo. 22. Viduæ & pupillo non nocebitis. Si læseritis eos, vociferabuntur ad me, & ego audiam clamorem eorum, Maximè in iudicio Deus puniet eos les. Dauid Psal. 67. Turbabuntur à facie eius patris orphanorum & iudicis viduarũ. Christus est pater orphanorũ & iudex viduarum. Secundò subueniendum est infirmis leprosis, &c. Secunda moralitas iuxta intellectum spiritualem. Viduæ & leproso subueniẽdum est. Vidua enim est anima quam Christus desponsauit in baptismo qui est in cœlo, cui animæ subueniendum est per orationes, missas, &c. Iuxta consilium Dauid Psalm. 131. Viduam eius benedicens, scilicet de mane, benedicam, scilicet de sero. Nam sicut corpori dantur duæ refectiones, ita & animæ viduę. Pauperes eius saturabo panibus, Pauperes eius animæ sunt potentię, siue quique sensus qui sunt saturandi panibus orationum, prædicationũ, sermonum. Leprosus est corpus per luxuriam & gulam. Sanatur autẽ per confessionem, prout figuratum fuit in curatione Naamã leprosi, iuxta quod præcepit Christus decẽ leprosis di. Ite ostendite vos sacerdo. &c. Luc. Hæc ostensio fit in confessione sacramẽtali. Dico tertiò, quod Christus respondit per firmam pęnitentiam. Postquam Christus responderat Iudæis per veram sapientiam, & per certam experientiam, indignati Iudæi surrexerunt contra Christum, & eiecerunt eũ extra ciuitatem, & duxerunt illum vsque ad superciliũ montis, vt præcipitarent eum. Ipse autem transiens per mediũ illorum ibat. Patientia est necessaria vbi iam verba nihil valent. Hic ostendit Christus excellentiam corporis glorificati. s. subtilitatem, transiens per medium illorum ibat, & non videbatur. In quo patet patientia de iniuriis sibi factis, quia noluit se vindicare, sed patienter recessit ab eis. Quæstio, Cùm Christus venerit ad saluandum sibi credẽtes & obedientes, per mortem, quare noluit mori illa morte? Quia si ipse voluisset, ita bene fuissemus saluati, & redẽpti. Ratio, pro nostra instructione noluit mori illa morte, dando nobis exẽplum ne moriamur pręcipitati. Dicatur quomodo diabolus facit homines ascẽdere in

altum

altum montẽ superbię per honores & dignitates,&c. De quo Dauid loquens diabolo dixit, Propter dolos.s.tuos posuisti eis.s in imaginem ascendere, deiecisti eos dum alleuiarentur. Psal.72. Dic practicè, religiosus qui stat simpliciter in suo monasterio seruando regulam, obedientiam, paupertatem, & castitatem, & ceremonias sui ordinis, diabolus nihil potest contra eum, imò per viam planã vadit ad Paradisum. Si verò diabolus ponit in corde suo quod ascendat, alias nihil appretiabitur, &c. Et paulatim dimittit cæremonias, &c. Ecce quare dicis propter dolos. Idem de simplici sacerdote dicente officium suũ deuotè, non curat de concubina, quia non sufficiũt redditus. Si diabolus ponit in corde suo vt ascẽdat, & seruiat dominis &c. Idem de scholaribus simpliciter viuentibus cum suis officiis qui via recta vadit ad Paradisum. Ideo dicit diabolus, Ego faciam eum ascendere, &c. No. de vanitate, quia nullus est contentus vt filius sit sicut pater, sed quod ascendat, quia notarius non est contẽtus quod filius suus sit notarius, sed iurista. Idem de iurista qui nõ vult quod filius suus sit iurista, sed quod sit miles. Dic cõtra patres damnatos qui dimittũt filiis, &c. deiecisti eos. Idem de mulieribus, quæ quando stant in domo simpliciter nutriunt filias, & seruiũt & obediunt viris suis. Sed diabolus ponit in corde vt ascendant & dominentur &c. Ideo Christus sciens modum diaboli noluit mori precipitatus, vt daret nobis exemplum cauendi à tale morte. Et si sumus tam altè vt Christus, descendamus, vt ipse, humiliando nos. Iob 30. Eleuasti me, & quasi super ventum ponens elisisti me validè.

Feria III. post Oculi. *Sermo vnicus.*

Non dico tibi septies, sed vsque septuagesies septies. Matt.18. Sermo noster erit de sancto Euãgelio hodierno, & continet multas bonas doctrinas morales ab ore Christi prolatas. Sed primò salutetur virgo Maria. Sanctum Euangelium continet in summa quinque doctrinas morales, saluationi nostræ multum necessarias & proficuas.

Prima est de fraternali correctione,
Secunda de spirituali iurisdictione,
Tertia de exaudibili oratione,
Quarta de acceptabili conuentione,
Quinta de amicabili remißione.

De quinta loquitur the. ad propositum, Non dico tibi, &c. prima doctrina est fraternalis correctio, quomodo quilibet tenetur & obligatur corrigere proximum suum, quando videt ipsum errantem & deficientem, vel in puncto errandi, homo tenetur ipsum corrigere dulciter & fraternaliter, si credit vel sperat quod per suam fraternalem correctionẽ corrigetur & emẽdabitur, aliàs melius esset tacere.

Ratio

Ratio huius correctionis est, quoniã Deus non est contentus, quod quilibet procuret sibi soli saluationẽ, sed etiã proximo suo. Nullus dicat, quid ad me de tali? sufficit mihi quod ego non faciã malum, quoniã Deus dedit pręceptũ de dilectione proximi di. Diliges proximũ tuũ sicut teipsum, & Deus mãdauit vnicuiq; de proximo suo. Et sic quilibet curam habere debet conseruãdi, non solum bonum proprium, sed etiã bonum proximi, & nõ solùm corpus proprium sed etiam proximi, & non solùm animam propriam, sed etiam animam proximi, & plusquam corpus proprium. Nullus igitur dicat, Quid de me? Ideo dicit scriptura sacra, Deus mandauit vnicuiq; de proximo suo. s. corrigendo. Eccle. 17. De hac fraternali correctione dixit Christus, Si peccauerit in te frater tuus, vade & corripe eum inter te & ipsum solum. Si te audierit, lucratus eris fratrẽ tuum. Si autem te nõ audierit, adhibe tecum vnum vel duos, vt in ore duorum vel trium testium stet omne verbum. Quod si non audierit eos, dic ecclesiæ. Si autẽ ecclesiam nõ audierit, sit tibi sicut Ethnicus & Publicanus. Mat. 18. No. quomodo sunt quatuor conditiones gentium, siue gradus de quibus Deus dat doctrinam, qualiter sunt corrigendi in suo gradu, Quidã sunt simplices & corrigibiles, quidam sunt elati & præsumptuosi, quidam sunt duri & proterui, quidã sunt iniqui & malitiosi. Primi libẽter suscipiunt correctionẽ dicendo correctori, Gratias ago, ego cognosco quod me maximè diligitis. Et de istis dat nobis Christ⁹ doctrinã correctionis di. Si peccauerit in te &c. id est cõtra te, vel intra te, quia in exponitur pro cõtra vel intra. Item quando scis, quod ille fecit hoc peccatũ, & credis quod ex tua fraterna correctione corrigetur, tunc vade & corripe eum dulciter, s. charitatiuè & reuerenter. Hoc modo persona simplex & corrigibilis, optimè & gratanter recipit correctionẽ, & sic lucratus eris animam eius secretè inter te & ipsum solum. Et concordat Apostolus di. Fratres si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui spirituales estis, huiusmodi instruite in spiritu lenitatis. Gal. 6. Secũdi sunt elati & præsumptuosi, qui nimis pręsumunt de se. De quibus dicit Christus, quod ad tales corrigendos debet homo venire cum testibus di. Si mihi non credatis, petatis à tali, & tali qui sunt bonæ conscientiæ. Si autem pręsumptuosus dicit, Ego intelligo & scio ita bene sicut vos & ipsi, & vult se excusare, tunc adhibe vnum testem vel duos. s. auctoritates noui & veteris testamẽti dicendo, quomodo potestis excusare vos? Ecce quid dicit scriptura sacra. Et hoc est quod Christus dicit ibi, Si autem te non audierit ex sua præsumptione, adhibe adhuc vnum vel duos, &c. vsq; omne verbum. Tertij adhuc sunt proteruiores, & peiores quia sunt duri & proterui, habentes spiritum contradictionis. & statim exponunt auctoritates, dicentes, Melius intelligo ego quàm vos. Talibus est alius modus

seruan-

seruandus.s.allegando determinationē ecclesiæ, vel alicuius sancti doctoris. Et sic intelligitur illud verbum Christi, Dic ecclesiæ, quia aliàs peccatum occultum non posset probare. Ideo dicit, Si non audierit eos, dic ecclesiæ. Allegat determinationem ecclesiæ. Quarta conditio personarum est iniquorum & malitiosorū, qui dicunt malum de determinatione ecclesię, & de doctoribus sanctis, de quibus dicit Christus, Sit tibi sicut ethnicus & publicanus. Cōtra tales dicit beatus Io. Si quis venit ad vos, & hanc doctrinam.s.ecclesiasticā non affert, nolite eum recipere in domo, nec aue ei dixeritis. Qui enim dicit illi aue, cōmunicat operibus eius malignis.2. Io.vnico. No. de operibus malignis.s. de'pectiuè loquendo di. quid ad me de determinatione ecclesię, vel Papę, vel doctorū. Ecce opera maligna. *Expositio huius loci, dic Ecclesiæ.*
Secunda doctrina est spiritualis iurisdictionis, quā habent prælati ecclesiastici, & presbyteri. ibi, Amen dico vobis, quæcunq; alligaueritis super terram, erunt ligata & in cœlis, & quæcunq; solueritis super terram, erunt soluta & in cœlis. No. Amen id est certè. Et loquebatur Christus Apostolis, & discipulis tanquā prælatis, & presbyteris, & in persona ipsorum nobis ecclesiasticis. Hæc iurisdictio spiritualis singulariter ostenditur, & seruatur in confessione sacramentali, in qua confessor soluit, & ligat. Soluit autem cùm absoluit à vinculis peccatorū peccatorē, quia quot peccata habet anima, tot vinculis est ligata in illo membro per quod peccauit. Dic quomodo anima habet omnia mēbra, vt corpus, sed sunt spiritualia. Et si homo peccat iurando, &c. vel proximum diffamando, anima ligatur in gutture. Idē de aliis. Auct. Iniquitates suæ capiunt impiū, & funibus peccatorum suorum quisq; constringitur. Prou.5. Item funes peccatorum circumplexi sunt me. Psal.118. Sed quādo peccator confitetur cum proposito non redeundi ad peccata, & absoluitur à cōfessore, solutus est etiam in cœlo apud Dominum. Deinde ligatur pœnitentiā iniungendo. Sicut bonus medicus soluit ligamēta infirmis, & imposita sibi medicina ligat iterū, ita facit peccator qui soluit ligamenta peccatorum. Deinde ligat pœnitentia. Hæc chorda pœnitentiæ debet esse de tribus filis.s.ieiunij, orationis, & eleemosynæ. dicendo pœnitenti, faciatis hoc & hoc. Ista sunt quę ligāt & obligant ipsum in terra, & in cœlo corā Deo ad faciendum pęnitentiam iniunctam, aliàs damnabitur. Ecce quare dicit, Amen dico vobis quæcunq; alligaueritis super terram, scilicet in pœnitentiis iniunctis, erunt ligata & in cęlis. Hęc spiritualis iurisdictio fuit primò cōmissa beato Petro Apostolo, quādo dixit sibi Christus, Tibi dabo claues regni cœlorum. Mat.16. Deinde cōmisit eam omnibus Apostolis di. Amen dico, &c. Quę est istius ratio? dicendū, ad ostendendum quod ista potestas ecclesiastica est in Papa fontaliter in facto iurisdictionis spiritualis. In qua tantū posse habet Papa quantū *Tria satisfactoria opera.*
habuit

habuit B. Petrus Apostolus, licet nõ in miraculis faciendis. Et à Papa descendit potestas in alios, sicut sentimenta sunt fontaliter in capite, & ab ipso descendunt, & deriuantur in alia membra. Quaestio est hic, Ex quo Deus cõmisit suam potestatem presbyteris, quid in isto casu est faciẽdum, quãdo peccator nõ proponit abstinere à peccatis, vel quia non vult restituere, vel remittere iniuriam, vel petere veniam ab offenso, vel nõ vult recedere à mala societate, & confessor ex ignorãtia, vel verecundia, vel fauore, ne Dominus, quia est magnus homo, indignetur cõtra ipsum, absoluit eũ? De facto est quaestio vtrum sit absolutus, vel non, & videtur quod sic, ex quo Christus vniuersaliter dixit, Quęcunque solueritis, &c. Aliqui doctores tam theologi quã iuristae expediunt se de responsione aliquid addẽdo: hoc intelligitur claue nõ errãte.i.cõfessore. Sed aliter est respondendum, & subtilius seruata vniuersalite quaecunque solueritis, &c. Nota super terrã, quare dicit super terrã, magis quã in terra, vel intra terrã? Solutio propter hoc, quoniã qui soluit ex ignorãtia, verecundia, timore, vel amore, nõ soluit super terrã, quia affectionẽ terrenã ponit super se, sed soluit infra terrã. Sed si cõfessor soluit super terrã, vniuersaliter verũ est quod dicit Christus, Quęcunque, &c. Quod autem sic super capiatur in sacra scriptura. Auct. Eccle. 51. Exaltasti super terrã.i. super terrenas affectiones, habitationẽ meã. Ideo quãdo Deus commisit Apostolis executionem, & post suam resurrectionẽ declarans ei suam intentionem, & quid voluit dicere super terram, dixit, Accipite spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata. Ioã. 20. No. accipite spiritum sanctum. q. d. in absoluendo nõ moueamini amore, vel timore terrenali, sed affectione spiritus sancti. Sed multi miseri confessores ponunt se infra terrã, quia non respiciunt nisi amorẽ carnalẽ, vel vt habeãt pecunias, &c. Hãc potestatẽ nõ cõmisit Deus hominibus ante suam incarnationem, imò dicebant Iudaei, & bene, Quis potest peccata dimittere nisi solus Deus? Mar. 2. Sed ex quo Deus fecit se hominem, & assumpsit sororẽ nostrã.i. humanitatem in tanta coniunctione, quod iam nõ sunt duo, sed vna persona, voluit exaltare homines cõmittens eis posse diuinũ.i. remittere peccata. Ecce ratio quare sacerdotes habent tantam potestatem. Patet etiã responsio ad illos qui dicunt, O benedictum tempus erat antiquitus, quia nõ oportebat confiteri peccata, imò erat maledictum tempus, quia Deus nõ fecerat magistros rationales, quia ipse erat ita terribilis, & durus ꝙ neminẽ absoluebat, vt haberet gloriam. Tertia doctrina est de exaudibili oratione.s. quẽ modũ debemus tenere in nostris orationibus, vt exaudiamur, ibi, Iterum dico vobis, quia si duo ex vobis cõsenserint super terrã, de omni re quãcunque petierint fiet illis à patre meo, qui in celis est. Hic dãtur multae expositiones, sed accipiam illam quae magis facit ad intellectum

& con-

& concordat cum textu. In dicta auctoritate ponuntur tres conditiones. Prima ibi. Si duo ex vobis cōsenserint. Ista duo sunt cor, & lingua quæ debent consentire, id est, concordare in oratione, si debet exaudiri, quia non est danda lingua Deo, & cor mūdo, de mundanis cogitādo. Quia talibus populus dicit Christus, Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longè est à me. Sine caussa, id est, sine vtilitate colūt me. Mat. 15. ideo Apostolus, Si orem lingua supple tantum, mens mea sine fructu est. 1. Cor. 14. Cyprianus, Quomodo Deus exaudiet orationem tuam, quā tu non vis audire? Hæc est caussa quare multoties non exaudimur in nostris orationibus, quia ista duo. s. lingua & cor nō concordant. Petitis & non accipitis, eò quòd malè petatis, Iac. 4. Ideo Aug. Psalmis & hymnis cùm oratis Deum, hoc versetur in corde, quod profertur in ore, vel sic. Si duo ex vobis consenserint. s. iniuriatus, & iniuriās, quia licèt de qualibet parte sint alij complures, tamē ad istos duos potest totum reduci, & nisi isti duo consenserint in bona pace, aliàs oratio eorū non exauditur à Deo, immo quādo orant, Deus claudit sibi aures. *Egregia Cypriani sententia.* Auctoritas, Esa. 1. Cùm extenderitis manus vestras, auertā oculos meos à vobis. Et cùm multiplicaueritis orationem, nō exaudiam, manus enim vestræ sanguine plenæ sunt. Non solùm ille qui de facto occidit, sed etiam ille qui corde desiderat mortē inimici habet manus plenas sanguine. 1. Ioan. 3. Omnis qui odit fratrē suū homicida est, &c. Ideo est necessaria concordia inter ipsos, vt oratio exaudiatur. Marci vndecimo. Cùm stabitis ad orandum, dimittite si quid habetis aduersus aliquem, vt pater vester qui in cęlis est, dimittat vobis peccata vestra. Quod si non dimiseritis, neq; pater vester qui in cœlis est, dimittet vobis peccata vestra. Secundò dicit super terram. s. quod ista concordia fiat super terrā, & nō sub terra. Super terram petunt illi. qui in suis orationibus petunt remissionem peccatorum, gloriam paradisi, &c. tales audiuntur. Quodcunq; petieritis patrem in nomine meo dabit vobis. s. saluationem. Sub terra petunt illi, qui in suis orationibus petunt diuitias, honores, & cæt. quos Deus exaudit quandoque, & quandoque non. Tertiò dicit, De omni re quancunque petierint, fiet illis, scilicet, illud quod est melius, & vtilius, & non dicit, fiet illis illud quod petunt. Sed dicūt glosæ, & doctores, quod intelligitur sic, fiet illis, supple si petunt rē iustam, fiet illis supple vtiliter, & salubriter. Confidenter pete, quia vnum de duobus erit, vel accipies quod petis, vel melius quàm petis. Quarta doctrina est, de acceptabili conuentione, scilicet, quando conuenimus simul, & congregamur quomodo poterimus placere Deo, dicens. Vbi sunt duo, vel tres congregati in nomine meo, ibi ego sum in medio eorum. Nota cùm dicit in nomine meo. nomen proprium Christi est Iesus, vt ei impositum fuit. Lucæ. 2.

Voca-

Vocatum est nomen eius Iesus, alia nomina omnia sunt cognomina. Quando cōgregamur pro salute animarū, vel cōmunitatum in nomine Iesu, quod idem est quod salus, vel saluator. Primò cōgregamur in officiis diuinis in nomine Iesu. s. pro saluatione animarū, vbi nō sunt nisi duo. s. ecclesia, & laici, vel viri, & mulieres, vel tres, scilicet, chorus dexter & sinister, & illi qui sunt in medio in pulpito, & Iesus est in medio eorum. Secundò & cōgregamur in sermone, vbi non sunt nisi duo. s. populus, & prædicator, vel tres. s. ecclesiastici, laici, & prędicator, & Christus est in medio. Nota ergo quomodo prędicator debet dilīgēter studere, & populus attētè audire. Nota quomodo si quis dormit, vel si respicit mulieres, & econuerso, quid dicunt angeli qui sunt cum Christo in medio. Tertiò congregamur nos ecclesiastici ad officium diuinum. Et quādo dicitur Deus in adiutorium, subitò est Christus ibi, & chorus inclinatur contra chorū. s. Christo in medio existenti reuerentiam exhibēdo, ergo reuerenter inclinari debemus. Sed quādo aliquis stat incompositè in choro, dicit Christus & sancti angeli Domine hic nos labiis honorat, cor autem eius longè est à nobis. Mat. 15. Nota de beato Martino qui semper timebat in choro, qui interrogatus, quare timeret? Respondit, quod propter Christi pręsentiam. Vnde si episcopus, vel Papa essent in choro, quomodo staret quilibet honestè, & compositè. Nota contra dissolutiones quæ fiunt in choro. Quartò congregantur etiam domini, & rectores ciuitatis, in nomine Iesu, quando pro bono & vtilitate communitatis conueniunt, ibi est Christus in medio. Nota si est ibi aliquis rector, siue cōsiliarius non rectè incedens, sed respicit carnem, vel sanguinē, vel munera, & nō Deum, angeli Christo poterunt dicere, Domine occidamus istum proditorem. Sed quādo vident ipsum incedentem recta intentione pro vtilitate communitatis, commendāt ipsum Christo. Idē quando congregantur pro pace, vel caussa matrimoniali, ibi est Christus in medio, si non mendosa ibi dicantur. Veritas tamen quandoque potest taceri, quia non omnis veritas est dicēda in omni loco. Et possunt dicere, quando nō mentiuntur, Tu autē in nobis es Domine, & nomen sanctum tuum inuocatum est super nos. Iere. 14. Quinta doctrina est de amicabili remissione. s. remittendo iniurias sibi adinuicem. Hoc ostenditur ibi, Tunc accedens ad eum Petrus dixit, Domine quoties peccabit in me frater meus, & dimittam ei, vsque septies? Dixit ei Iesus, Non dico tibi vsque septies, sed vsque septuagies septies. Mat. 18. Omnes glo. ordinariæ, & expositores dicunt q septuagies septies, id est, toties quoties, & sic intelligitur. Nota tamen, quod iste numerus septuagies septies potest exponi tripliciter, scilicet, collectiuè, diuisiuè, & multiplicatiuè. Collectiuè exponendo septuagies, id est, septuaginta, & septem vicibus.

Significatio numeri septenarii in literis sacris.

Ratio,

Ratio, quia in sacra scriptura numerus septenarius significat vniuersalitatem perfectam,& totalitatē. Vnde Tob.19.legitur quid dixit angelus Raphaël Tob . Ego sum angelus Raphaël vnus de septem qui stamus ante Deū. Vbi dicit glo. vnus de vniuersis,quando ergo septies coniungitur cum septuaginta, tunc significat vniuersalitatē. Secundò exponitur diuisiuè,sic septuagies ex vna parte.s.debes remittere. & septies ex alia.s.debes remittere, vnde legitur Leuit.25.quod Dominus ordinauit Iudæis iubileum de septem in septem annis, vt permitterent quiescere terram, nec seminarent,nec colligerent,dicens,Sex annis seres agrum tuum, & sex annis putabis vineam tuam, colligesq; eius. Septimo autem anno sabbatum erit terræ requietionis domini. Item ordinauit aliud iubileum.50. annorum, & in illo remittebatur omne debitum, dicens,Sanctificabis annum quinquagesimum,& vocabis remissionem cunctis habitatoribus terrę. Leuit.25. In quo ostenditur, & innuitur nobis duplex modus remissionis. Primus vt permittamus quiescere terram, id est,corpus proximi,ne sibi noceamus,vindictam recipiendo. Secundus est remittere omne debitū,id est omne odium,& iram cordis. Tertiò potest exponi multiplicatiuè,tunc septuagies septies,id est septuaginta vicibus septē quæ sunt.490.in quo numero innuuntur nobis septuaginta hebdomadę,vt habetur Daniel.9. Septuaginta hebdomadæ significant quod tot anni transire debebant à Daniele vsque ad Christum. Et ista expositio tangit causam remissionis. qui sicut Christus virtute passionis suæ venit ad remittendum peccata,sic nos exemplo Christi debemus remittere iniurias. Ephe. 4. Estote benigni inuicem misericordes, & donantes inuicem sicut Deus in Christo donauit vobis. Prima expositio tangit numerum remissionis, quia septuagies septies,id est toties quoties . Secunda tangit modum,non tangendo corpus. Tertia tangit causam,quia nos exemplo Christi debemus remittere , & amore sui, vt postea eleuemur,& post gaudium sempiternum. Amen.

Feria IIII. post Oculi. Sermo vnicus.

Quare discipuli tui transgrediuntur traditiones seniorum ? Mat.15. Sermo erit de sancto Euangelio, &c. Sanctum Euangelium continet tres magnas quæstiones , quæ fuerunt per Christum disputatæ, & determinatæ .

Prima fuit Pharisæorū contra Christum, & ista fuit inuectiua,& malitiosa.

Secunda fuit contra Iudæos, & ista fuit instructiua & virtuosa.

Tertia fuit discipulorum cum Christo, & ista fuit dubitatiua, & timorosa.

De prima quæstione quam fecerunt Iudæi contra Christum, dicit thema. Quare discipuli tui,&c.

Prima cõclusio fuit Pharisęorum cõtra Christum. Pro cuius declaratione, sciendũ, quod Iudęi seruabãt antiquitus magnã munditiam exteriorẽ lauando sępe manus, faciẽ, pedes, vestimenta, & totũ corpus, & vasa, & in hoc faciebãt magnã vim, vt extra essent mũdi: Auctoritas, Pharisęi, & omnes Iudęi nisi crebrò lauerint manus, nõ manducãt, tenentes traditiones eis traditas ab antiquis. Mar. 7. Sed intus de munditia animę nõ curabant, imò anima erat immunda, & plena maculis superbię, auaritiæ, luxurię, iracũdię, & aliis peccatis. Ideò dicit eis, Veh vobis Scribę, & Pharisęi, hypocritę, qui mũdatis quod deforis est calicis, & paropsidis, & intus estis pleni rapina. Matth. 23. Sed Christus ostendebat oppositũ discipulis suis, scilicet, vt seruarent munditiã interiorem, ne in intellectu haberẽt maculã erroris, nec in voluntate odium, nec rãcorem, nec in memoria desiderium vindictę, nec in corde superbiã, nec malã cogitationem & quod vitarẽt peccata. De mũditia autẽ corporis ab extra nõ multum curabant, nec de ablutione manuũ, quando debebant comedere, propter quod Iudęi inuectiuè dixerunt Christo, Quare discipuli tui transgrediũtur traditiones seniorũ? Nõ enim lauãt manus suas cùm panem manducat. Ecce hic quæstio inuectiua, & malitiosa, quasi dicerent, Nõ est culpa discipulorum, sed tua qui es immundus, ideò malę nutris discipulos tuos. Quibus respondit Christus excusando discipulos suos de peccato, sed non de rusticitate, Non quod intrat in eos coinquinat hominẽ, sed quod procedit ex ore. Et dixit eis septẽ peccata in quibus ipsi erant culpabiles. Et isto modo prima quęstio fuit disputata seu determinata. Moraliter, In hoc defectu Iudęorũ sunt modò multi Christiani qui habent magnam curam, & diligentiam de munditia exteriori, se lauãdi, & purificandi manus, faciem, corpus, & nõ curãt me mũditia interiori, & spirituali, seu animarum, quæ sunt immũdę, & maculatę per vsuras, rapinas, & furta, &c. quæ non possunt mundari nisi aqua restitutionis. Quia nõ dimittitur peccatũ nisi restituatur ablatũ. Regula theologiæ, & iuris. Itẽ camisia corporis lauatur quolibet mẽse, secùs de camisia animę quę est cõscientia. Aug. O homo bona vis habere, & bonus nõ vis esse. Quid est quod malũ vis habere? nihil omnino, non vxorem, nõ filium, non tunicam, puto verè nec caligam. Rogo prepone animam caligæ tuæ. Et nota quomodo caliga dissuta, suitur. Sic anima misera dissuta per odiũ, rancorem, suitur cũ amore proximi, filio dilectionis, & acu charitatis. Iuxta illud Apostoli. Col. Super omnia charitatem habete, quod est vinculum perfectionis. Itẽ caliga plena pulueribus excutitur. Sic anima plena pulueribus per auaritiã, excutitur per restitutionẽ, & eleẽmosynã & largitionẽ. Itẽ caliga immũda lauatur, sic anima lauãda est in fonte baptismatis. Ideò dicebat Christus, Veh vobis Scribæ Pharisæi, hypocritæ, qui

tæ,qui mũdatis quod deforis eſt calicis, & paropſidis, intus autem eſtis pleni rapina,& immunditia. Phariſæe,ecce munda prius quod intus eſt calicis,& paropſidis,vt fiat & id quod deforis eſt mũdum. Matth. vigeſimotertio. Vtinam hæc Chriſti maledictio nõ tangat vos.Ideò teneatis conſilium Eſaiæ,qui loquitur de munditia ſpiritualì in perſona Dei,dicens, Lauamini,mundi eſtote.Eſaiæ primo. Secunda quæſtio fuit Chriſti cõtra Iudæos dicentis,Quare & vos tranſgredimini mandata Dei propter traditionẽ veſtrã? hæc quæſtio fuit inſtructiua & virtuoſa. Pro cuius declaratione ſciendum quod Iudæi illi cum quibus diſputabat, erant maiores & rectores populi & ſacerdotes.Et erant ita auari quod faciebant taliter quod tota pecunia populi veniret ad manus eorũ.Faciebãt ordinationes & leges contra præcepta Dei,taliter quod omnia vota,oblationes, ſacrificia,diuitiæ,primitiæ veniebant ad manus eorũ,propter hoc dicebãt populo,quod ſicut Deus valeret plus quàm omnia alia, ita etiã quod ſibi offerũt melius. Ideò ſi aliquis veſtrũ eſſet, inquiunt, tenet aliquid de malo iniuſto, offerat illud Deo in templo, & non oportet facere aliam reſtitutionem,quia totum Dei eſt. Quoniam Domini eſt terra & plenitudo eius, orbis terrarum & vniuerſi qui habi.&c.Ideò offerendo ſibi illud datur domino principali.Quoniam ſi aliquid recipitur à ſeruitore alicuius,dando illud domino ſuo,excuſatur,&c. Ecce qualis modus dandi pecunias,qui quidem eſt contra præceptũ Dei,quod præcepit expreſſe reſtitutionẽ. Item ſi filij habebant parentes indigentes, ſi offerebant Deo in templo illud quod debebant dare ſubueniendo parentibus,excuſabantur, etiam ſi morerentur fame,quia Deus eſt principaliter pater. Ecce leges & ordinationes ipſorum malas,propter quod multi non curabant reſtituere nec parentibus ſuccurrere,& ſic frangebant præcepta Dei,propter quod dixit eis,Quare vos tranſgredimini mandatum Dei propter traditionẽ veſtram? Nam Deus dixit,Honora patrem & matrem. Et qui maledixerit patri vel matri,morte moriatur. Vos autem dicitis,id eſt,ad dicendum alios inducitis,Quicunq; dixerit patri aut matri, O pater, ô mater,munus quodcunq; eſt oblatum in templo ex me,id eſt,ex mea deuotione, tibi proderit ad vtilitatẽ, magis quàm ſi darem tibi, quia tunc prodeſſet ſoli corpori.Vel tibi proderit,quaſi dicat non,imò ſacrilegus eſſes ſi acciperes quod Deo deuoui, vt videtur intelligere Hieronymus. Et ſic non honorificabit patrem aut matrem, & irritũ feciſtis mandatum Dei propter traditionẽ veſtram.Hypocritæ benè prophetauit de vobis Eſa. dicens,Populus hic labiis me honorat,cor autẽ eorũ longè eſt à me. Sine cauſa colũt me,docẽtes doctrinas & mandata hominũ.Et dixit,Audite & intelligite,Non quod in os intrat coinquinat hominẽ,ſed quod procedit ex ore hoc coinquinat hominẽ.

Ecce hîc quęstio correctiua & virtuosa. Illi autẽ nõ poterãt respõdere. Moraliter habem⁹ hîc duas instructiões. Prima tãgit aliquos Ecclesiasticos qui volũt omnia habere vt illi pessimi Iudæi, siue per capellanias, siue per anniuersaria, siue Missas, &c. quærẽtes & tenẽtes varios modos vt habeãt pecunias à gentibus, dicẽtes, Date hîc eleẽmo ynas ex quib⁹ remittũtur vobis quadragesimæ fractæ, & vota, & percussiones parentũ, & huiusmodi, quia Papa nõ posset absoluere sine cõtritione. Quibus potest dici, Quare vos transgredimini, &c. Secunda instructio quã tangit Deus, est quæstio quare Christus dimissis alus peccatis in quibus erãt nimis culpabiles Iudæi, de quib⁹ disputabat singulariter ipsos reprehẽdit de peccato cõtra honorẽ parentũ? Respõsio, ꝙ hoc fecit Christus ad exemplũ nostrũ ad ostẽdendũ quantã vim facit Deus cõtra hos, qa & si nõ esset preceptũ diuinũ de honore parentũ, tamẽ natura docet ꝙ tenemur honorare parẽtes, & eis subuenire. vnde cogita quot mala sustinuit mater te portãdo in vtero, pariẽdo, nutriẽdo, masticãdo, mundãdo, &c. Ideò dicit scriptura sancta, Honora patrẽ tuũ, & gemitus matris tuæ ne obliuiscaris. Memẽto quoniã nisi per illos natus nõ fuisses, & retribue illis, quomodo & illi, tibi. Eccle. 7. No. hîc de Romanis gentilibus quomodo antiquitus adorabãt diuersas imagines, tã hominũ quàm iumentorũ, sed nõ adorabãt imagines auiũ nisi solũ de Ciconia, & hoc propter honorẽ quẽ faciunt parẽtibus, quia prouidẽt eis in senectute, propter hoc dixerunt Romani, ꝙ aliquid haberẽt diuinitatis, & ideò adorabãt imaginẽ ciconiæ. Nota hîc ꝙ legitur in factis notabilibus Romanorũ, de illa muliere ad mortẽ sentẽtiata, vt in captione moreretur fame. Ad quam veniebat filia dando sibi lac, &c. Hoc narrat Valeri⁹ Max. Ideò de honore parentũ habemus Ephe. 6. Filij obedite parẽtibus vestris in domino. Nota in domino, nõ dicit cõtra dominum. Hoc iussum est per Moysen. Honora patrẽ tuum & matrẽ tuã vt benè tibi sit. s. in diuitiis tẽporalibus, & sis longæuus super terrã. s. in bona & longa vita. Exod. 20. Tertia quæstio fuit Apostolorum cum Christo, quæ fuit quæstio dubitatiua & timorosa dicẽtium, Scis quia Pharisæi audito hoc verbo scãdalizati sunt. Pro cuius declaratione sciẽdum ꝙ vidẽs Christus quod Pharisæi ex suis verbis nõ fuerunt correcti nec emẽdati, dixit eis, Hypocritæ ab hypo quod est sub, & crisis quod est aurum. i. super deaurati, benè prophetauit de vobis Esa. dicẽs, Populus hic labiis me honorat, &c. quia ore Deũ laudabãt, sed opere cõtra Deũ faciebãt. Ideò Christus, Sine causa colunt me. i. sine vtilitate. Postq̃ autẽ vocauit eos hypocritas, indignati sunt cõtra Christum minãdo sibi mortẽ, propter quod Apostoli dixerunt Christo cum timore, Scis quia Iudæi audito hoc verbo, &c. Quibus respõdit Christus. Omnis plantatio quã nõ plãtauit pater meus cęlestis, eradicabitur. Sinite illos,

cæci

cæci sunt & duces cęcorum. Cęcus autē si cęco ducatum pręstet, ambo in foueā cadūt. Tunc dixit Petrus, Edisere nobis parabolā istā. At ille, Nō intelligitis, quia omne quod intrat in os, in ventrē vadit & in secessum emittitur? Quę autē procedūt de ore, de corde exeūt, & ea coinquināt hominē. De corde exeūt cogitationes malę, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falsa testimonia, blasphemiæ, & hæc sunt quę coinquināt hominē. Nō lotis autē manibus mādu-care, nō coinquinat hominē. No. omnis plantatio, antiquitus synagoga dicebatur vinea Domini. Esa. 5. siue hortus Domini, sicut modò Ecclesia. Prælati erāt arbores magnæ, populus verò plātæ. Tempore autē Christi, Pręlati erāt plantati in synagoga, & nō à Deo, vt Aarō, sed à simonia, vel à genere, & non per electionē vel specialem prouisionē, sed per intrusionē & per ingresfionem suā. Ideò dixit Christ⁹. Omnis plātatio, &c. eradicabitur, &c. eradicitus flatu venti. i. verbi Christi dicētis in die iudicij, Discedite à me maledicti, &c. Mat. 25. Ideò nō timeatis eos, sinite illos, si scādalizātur, nō curetis. Quilibet ergo respiciat, quomodo est plātatus in regimine, vtrum per canonicā electionē vel specialem prouisionē, quia quibus Papa misit bullas nobis penitus ignorātibus, tales nō eradicabuntur in die iudicij, quia pater cœlestis plātauit eos, & in morte transplātabit eos in Paradiso. Hiere. 17. & erit quasi lignū quod transplātatur super aquas, ꝙ ad humorē mittit radices suas, & non timebit cū venerit æstus. Sed de illis qui sunt plātati per simoniā, siue ratione generis, siue precibus armati, dixit Christus, Omnis plātatio quā non plātauit pater meus, &c. Idē est dicendū de dominis temporalibus & rectoribus cōmunitatum, villarū, ciuitatū, &c. ideò quilibet respiciat à quo est plantatus, quia omnis plantatio, &c. Et cōcordat scriptura sacra. Sap. 4. Adulterinę plantationes nō dabūt radices altas, & à vento nō cōmouebuntur. Adulterina plātatio est, quādo vxor dat filiū alterius viro suo. Ita sancta mater Ecclesia quę habet Christū in spōsum, facit per preces & simoniā Pręlatos, qui dicūtur adulterinæ plantationes, quæ eradicabūtur finaliter. No. cæci sunt, &c. Quare vocat eos cæcos? Respōdetur ꝙ non ex ignorātia literarū, quia apti erāt & speculatiui, sed vocat eos cæcos propter malitiam quā habebāt practicè cognoscēdo peccata aliorum & nō sua. Sap. 2. Excæcauit enim illos malitia eorū. Nota quæstionem super hoc. Si cæcus cæcū ducat, est hic quæstio, Si ego cōfiteor alicui cæco ignoranti, qui nescit discernere inter leprā, & nō leprā, vel nō habet potestatē absoluēdi, nunquid ex hoc ego ero in periculo cadēdi in foueā inferni? Respōsio, quod cōfiteri ignorānti potest cōtingere dupliciter. Vel sciēter vel ignorāter. Si homo cōfitetur cōfessori ignoranti ignorāter, quia homo præsumit ꝙ est aptus, quia est magister in Theologia, vel lector, vel prælatus vel præsidēs ipsum habilitat

& fortè est ignorans. Dico q in tali casu ipse est excusatus. Sed ipse solus damnabitur, quia non debebat assumere gradũ sine scientia. Ose. 4. Quia tu scientiã repulisti, repellã te ne sacerdotio fungaris mihi. No. quia tu scientiã repulisti, nõ dicit quia scientiã nõ habuisti, sed quia scientiã repulisti, quia multi sunt ignorãtes, sed petũt cõsiliũ, isti nõ repellũt scientiã. Sed illi qui sunt ignorãtes, & nõ petũt consiliũ, tales repellũt scientiã & dãnantur. Sed quãdo homo eligit sciẽter confessorẽ ignorantẽ, bestiã & cæcũ, sicut vsurarij qui dicunt intra se, Si cõfiteor tali, nimis strictè se haberet, ideò vadã ad talẽ. Si ergo electiuè cęcus cęcũ ducit, ambo cadũt in foueã inferni. No. hic de illo capitaneo armorũ infirmo cui scutifer adduxit bonũ cõfessorem. Qui cõfitebatur solũ de venialibus & vna nuce balistæ quã inuenit semel, &c. sed frater qui sciebat suã malitiã & malã vitã dixit sibi, Audiui q semel cõbussisti talẽ villã, tunc emisit illũ cõfessorem, fecit vocari aliũ confessorẽ simplicẽ & ignorantẽ. i. de illis cõmunibus quibus omnes volunt cõfiteri, & inuitauit ad prandiũ, & cõfessor ille excusauit peccata illius infirmi. De talib⁹ intelligitur, Si cæcus cæcũ ducat. Vtinã inter vos nõ sint aliqui qui scienter eligunt confessorem ignorantem, vt sunt vsurarij, concubinarij, &c. Eligatis bonos & prudentes confessores, quia melius est hîc purgare peccata quàm in inferno, vbi nulla est redemptio, &c.

Eligendus est cõfessor qui & potestatis scientiæ clauẽ habeat.

Feria V. post Dominicam Oculi. *Sermo I.*

E*Rat prædicans in synagoga Galilææ.* Luc. 4. Sermo noster erit de S. Euang. &c. Sanctum Euangeliũ hodiernũ declarat nobis de Domino Iesu Christo 4. magnas & altas excellentias.

Prima est diuina potentia, Secunda humana clementia,
Tertia perfecta sanctitas, Quarta extensa charitas.

De quarta. s. extensa charitas Christi, quia exibat prædicando non solũ in magnis villis, sed etiã in paruis synagogis, de hoc loquitur the. di. Erat prædicãs in synagogis Galilęæ. Prima excellẽtia Christi quam nobis declarat sanctum Euangeliũ, est diuina potẽtia, quæ est facere de creaturis vt sibi placet. Iuxta suum imperium, statim fit vt ipse præcepit. Quoniã si Deus diceret monti, transi hinc, statim esset factum, &c. Secùs de nobis, quia si volumus aliquid facere oportet nos laborare, & in tempore, & cum instrumentis necessariis, & cum auxilio operari, sed Deus dixit & facta sunt. Psal. 23. nec indiget instrumentis nec auxilio alicuius, imò quicquid facit per creaturas, potest per seipsum facere immediatè. Hęc diuina potẽtia ostenditur in principio Euãgelij, vbi legitur quòd Christus imperando curauit mulierẽ à febribus. Surgẽs Iesus de synagoga, intrauit in domũ Simonis. Socrus aũt Simonis tenebatur magnis febribus, & rogauerũt illũ pro ea. Et stãs super illã, imperauit febri, & dimisit illã. Et cõtinuò surgẽs ministrabat illis. In quo ostẽditur potẽ-

stia in Christo faciens de creaturis. s. de infirmitate & sanitate sicut vult solo imperio volūtatis. No. hic duo secreta moralia. Primū cogitādo conditionē infirmitatis, ibi tenebatur magnis febribus. Secundū, cogitādo modum curationis, ibi imperauit febri. Pro prima no. ꝙ hęc febris vt dicit glo. moralis, signat peccatū mortale. Ratio, quia peccatū mortale habet cōditiones febris. Ratio, quoniam sicut morbus siue infirmitas febris pręmittit initiū. s. frigus antequā veniat, ita peccatū mortale pręmittit initiū. s. frigus negligētię bonorū operū. Item aufert appetitū comedēdi, & deordinat gustū corporis. Hoc idē facit peccatū mortale. Quādiu persona est diligēs in bonis operibus iuxta suū statū & conditionē. Deus præseruat ipsam à febre peccati mortalis, sed statim quādo persona dimittit diligentiā & deuotionē, quia iā nō dicit horas distinctè, nec facit orationē vt cōsueuit, sed sic paulatim infrigidatur, statim sequitur peccatū mortale. Quod potest practicè declarari tā in religiosis ꝗ in clericis quā etiā laicis. Quādiu enim religiosus seruat cū diligētia regulā & cæremonias in cibo, potu, &c. Deꝰ cōseruat ipsum à febre peccati mortalis, &c. Sed quando miser religiosus modo dimittit vnā cæremoniā, modo dicēdo, Vere sufficit mihi seruare vota essentialia, & pręcepta, qui cęremonię nō obligāt ad peccatū, ergo nō obseruabo, statim cadet in peccatū, quia quāuis nō obligāt tamē pręseruāt à peccato cęremoniæ, & qui ipsas negligit, statim in peccatū cadit. Quoniā si religiosus nō sit cęremoniosus erit criminosus, vitiosus, luxuriosus, &c. Idē de presbytero quādo dicit officiū suū cū diligētia, surgit de nocte ad matutinas, dicit missam cū deuotione, & nō ꝓ pecunia, &c. Deus custodit ipsum à febre peccati mortalis, sed quādo incipit infrigidari ꝑ negligentiā & indeuotionē, statim sequitur febris peccati mortalis. Idē de laicis, quādiu sunt diligētes in aliquo bono modo viuēdi recepto. s. orādi, cōfitendi, cōmunicādi, Deꝰ cōseruat ipsos à febre peccati, sed postꝗ incipiūt frigescere per negligentiā, dicēdo, nunꝗ oportet facere tanta, &c. statim sequitur febris peccati mortalis. Auct. Ad nimiū calorē transiet ab aquis niuiū & vsq; ad inferos peccatū illiꝰ Iob 24. No. ab aquis niuiū. i. à negligētiis bonorū operū trāsiet, sup. peccator ad calorē niuiū. s. peccati mortalis ꝙ vrit corpus & animā. Itē alia auct. Vnusquisq; tētatur à sua cōcupiscētia abstractus. i. separatus. s. à spiritualibus & bonis operibus, & illectus. i. impulsus. s. ad tēporalia. Ia. 1 Ergo custodite vos à frigore negligētiæ & indeuotionis & cōtinuate bonā vitā incœptā. Quantū ad secundū cogitādo modū curationis. Primò rogauerūt illū pro ea. Secūdò stetit. Tertiò imperauit febri. Hūc modū tenet Deus sanādo animas nostras à febribus peccatorū mortaliū per pr̨edicationē, in qua fit primò rogatio siue oratio, primò dicendo, Aue Maria, secundò stat prædicator altius, quia tenet locum Christi, quia non debet

sedere, tertiò imperat, quia loquitur in persona Christi. Mat. 10. Non enim vos estis qui loquimini. sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis. Ideo habēt auctoritatem imperandi, vt gentes dimittant peccata & confiteātur, &c. Et quādo peccator qui audit sermonem, recipit bonū propositum cauendi à peccatis, tunc infirmus curatur à febre peccati. Vnus à febre superbiæ, alius à febre auaritiæ, alius à febre luxuriæ, &c. Auctori. Incensa igni & suffossa, ab increpatione vultus tui peribunt. Psal. 79. Pro cuius intellectu sciendū quod omnia peccata mortalia sunt septē, quæ committuntur dupliciter, vel ex concupiscentia mali, vel ex negligentia boni. Et primò veniunt septem peccata mortalia quasi incensa igni, scilicet ex concupiscētia ignita. De qua dicit scriptura. Ignis est vsq; ad consummationē deuorans. Iob 31. vnde superbia, auaritia, luxuria, gula, ira, non sunt nisi ignis inflāmatio. Alia duo peccata, scilicet inuidia & accidia dicuntur suffossa, id est suffossæ, quia veniunt ex negligētia. Qui autē vult diruere aliquā domū subtus, caueat primò ipsum fundamentum. Sic fundamenta Christiani sunt lapides bonorū operum vniti & solidati bitumine charitatis, siue dilectionis, sed peccatū inuidiæ suffodit & expellit bitumen charitatis, & peccatū acidiæ diruit lapides bonorum operū. Ecce quare dicit incēsa igni & suffossa. Remedium est ab increpatione vultis tui, scilicet prædicationis peribunt, supple peccata, & sequitur sanitas. Prædicatio dicitur vultus Dei. Ratio, quoniā sicut in facie cognoscitur persona, ita Deus cognoscitur à nobis in prędicatione, quomodo est vnus Deus in essentia, & trinus in personis. Dauid Psal. 26. Faciē tuam Domine requiram. s. prædicationē. Secunda virtus Christi quam declarat nobis euangeliū, est humana clemētia. Pro cuius intellectu sciendū quod Christus erat verus Deus, & verus homo. Ideo nō semper faciebat opera diuina, ne diceretur solùm Deus, nec faciebat semper opera humana, ne diceretur solùm homo. Sed aliquando simul faciebat opera soli Deo propria, vt curare infirmos, etiā aliqua humanitatis, vt infirmos curare manibus tangendo vt medicus. Ideo dicit secunda pars euāgelij. Cùm sol occidisset, omnes qui habebant infirmos variis lāguoribus ducebāt illos ad eum. At ille singulis manus imponens, curabat eos. Nota hìc duo secreta. Primū cogitando modum curationis istorum infirmorū diuersum. primò dicit, Omnes qui habebant infirmos. Et quilibet infirmus dicebat suā infirmitatem. Et Christus singulis manus imponens, qui solo verbo poterat simul omnes sanare, tamen singulis manus imponebat dicendo, secundum fidē. & deuotionē tuā fiat tibi. In hoc ostēdit Christus curationem nostrā quam ipse facit de peccatis in sacramentali confessione, ad quam oportet venire vnus post alium, quia si omnes simul confiterentur non valeret confessio talis. Sed quilibet homo debet

dicere

dicere suam infirmitatem.i.suum peccatum quantum scit & potest. Nota contra illos qui dicunt confessori, interrogate me, quia non recordor de aliquo peccato, sed si confessor esset auisatus dicendo, Quid mihi dicitis de tali vicina vestra? Responderet sibi non solum peccata mortalia, sed etiam venialia, & de suis dicit quod non recordatur. Oportet ergo quod vosmet dicatis peccata prout scitis, & poteritis recordari peccata præterita cogitãdo mẽbra per quę homo potest peccare.s.per cor, os, manus oculos, aures, &c. licèt cõfessor sciat, tamen oportet dicere confitentẽ personaliter totum, quia Christus iam sciebat infirmitates illorum, tamẽ ipse volebat, quod ipsimet dicerent. Sic cõfiteri nihil aliud est quam dicere suam infirmitatem, scilicet dicendo, Ego sum superbus, id est ventus superbiæ intrauit animam meam. Ideo pater curretis me. Idem de alus peccatis. Tunc confessor imponens manum suam, quod est de bene esse, & non de necessitate absolutionis, dicit in effectu secundum tuã fidem, & deuotionẽ sis absolutus de peccatis tuis. Ideo dicit Christus confessoribus, In nomine meo super ægros manus imponent, & bene habebunt. Mar. vlt. Nota in nomine meo, quia auctoritate Christi possunt absoluere, & nõ aliter. Nota ꝙ triplex est gradus pęnitentiæ, contra aliquos confessores dicentes quod pœnitentiæ sunt arbitrariæ. Quædam sunt ex lege Dei mandatæ, quędam sunt per ecclesiam ordinatæ, quædam sunt per confessorem impositæ. Pœnitẽtiæ ex lege Dei mandatę sunt, vt qui fecit furtum quod restituat. Ista pęnitentia non est arbitraria, sed de lege Dei redde quod debes, nec confessor siue Papa potest dispensare. Item si iniuriasti aliquẽ, oportet petere veniã, quia de lege Dei est. Secundò quædã pœnitentiæ sunt ab ecclesia ordinatę. Dicũt aliqui iuristę, & etiã theologi, quod pro quolibet peccato mortali debentur septem anni de pęnitentia, aliàs complebitur in purgatorio. Sed per pœnitẽtiam, & indulgentias resecantur. Sed qualitas pœnitendi est arbitraria. Secunda moralitas, cogitãdo tẽpus in quo Christus curabat infirmos, ibi, Cùm sol occidisset. In sacra scriptura Christus dicitur sol. Ideo dicit ecclesia virgini Marię. Felix nanꝗ es sacra virgo Maria, &c. Occasus solis iustitiæ fuit in cruce in die passionis, quia tunc terra fuit interposita inter ipsum & nos quãdo anima eius fuit in inferno, & corpus in sepulchro. Cùm ergo sol occisset, quia est conclusio omniũ doctorum quod sacramentũ pœnitentiæ sicut cætera, habet virtutẽ à passione Christi. Ideo quãdo absoluitur peccator debet cogitare quod omnia vulnera Christi sunt aperta, & sanguis effunditur super eũ. Ideo Aposto. Heb. 9. Sanguis Christi emundauit conscientiam nostrã ab operibus mortuis ad seruiendum Deo viuenti. Gene. 28. Post solis occobitum vidit Iacob in somnis scalã, cacumen tangebat cœlum, pes terram, angeli ascendebant, & descendebãt, & Dominum

Saltem rudimẽta nèrua debemus, nõ rogati peccata cõfiteri prout nos conscientia accusat.

Manuũ impositio à confessore nõ est de necessitate sacramẽti.

Triplex satisfactionis ratio.

vidit ibi innixum scalæ. Hęc scala est pœnitentia quę tot habet gradus quot sunt opera pœnitentialia. Hæc scala antę occubitum solis iustitiæ stabat sub terra, quia habebat pedē in inferno, & caput hic in terra per quā descendebant ad infernū omnes qui faciebant pœnitentiam. Ideo Dauid, Quis est homo qui viuet, & non videbit mortē eruet animā suam de manu inferni, &c. Psal. 88. Sed post solis occubitum. s. die ascensionis Christus erexit hāc scalā super terram tenens pedē, & caput in cœlū, & in ascēsione ascendit per ipsam ipse Christus cum suis patribus. Ideo illi qui modò faciunt pœnitentiā, ascendunt in cœlum per ipsam. Ideo Christus, Pœnitentiā agite, appropinquabit enim regnum cœlorum. Mat. 4. Et dicit quod angeli ascendebant, & descendebāt per eam, ad innuendū, quod pęnitētes contemplatiui ascendunt ad Deum contemplando Deum, & orando. Actiui autē ascendunt per opera misericordiæ ad Deū, & descendunt ad subueniēdū proximo per opera misericordiæ. Et Dominus qui stat in capite scalæ inuitat eos dicens, Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos, &c. Matt. 11. Ecce quare dicit, Cùm sol occidisset, quoniam ante nullus potuit intrare cœlum per pœnitentiā. Tertia virtus quam ostendit sanctū euangelium de Christo, & perfecta sanctitas, quæ consistit in vitando, & extirpando opera diaboli. Quātò enim persona est sanctior, & perfectior, tantò magis sibi displicēt opera diaboli, & vitat illa. De ista virtute dicit euangelium, Exibant autē à multis dæmonia, clamantia & dicentia, quia tu es filius Dei. Et increpans non sinebat ea loqui, quia sciebant ipsum esse Christū. Ecce hîc perfecta sanctitas. Est hîc quæstio, Quare nō sinebat ea loqui, cùm dicerent veritatē? quia forte Iudæi credidissent ipsum esse Christum, & saluatorem mundi testimonio dæmonum. Respondetur triplici ratione. Prima ratio, ne veris falsā miscerentur. Secunda ratio, ne videretur velle ab ipsis testimoniū. quare? quia Pharisæi iam dicebāt ipsum in Beelzebub eiicere dæmonia. Tertia dando nobis exēplum, ne quęramus ab eis auxiliū in aliquo. Nota hîc duas alias respōsiones. Respōsio prima literalis, quare non sinebat ea loqui, quia conditio est dęmonis non dicere veritatē, nisi dupliciter, vel coactus per aliquam sanctā personam, vel vt decipiat. Dicit primò aliquam veritatē quam protestatur, vt leuius credatur, pòst mēdacio vel diffamatione cōplet. Nota hîc de corona Regis Franciæ, de qua diabolus diffamauit militem mendose, quasi ipse destructurus esset regnū eius. Ideo de diabolo dicitur. Ioan. 8. In veritate non stetit: Glo. August. Bene fuit in veritate, quia bonus & sanctus à Deo creatus, sed non stetit. Quando autē dęmones dixerunt Christo, Tu es filius Dei, &c. Christus non sinebat ea loqui amplius, ne forte dicerent aliquod mendaciū, quia forte dixissent, Tu es filius Dei, sed non potes mutare legem Moysi vel

Triplici ratione imposuit Christus silētium dæmonibus ipsum confitentibus.

vel similia, ergo non sinebat ea loqui. Secunda responsio est moralis, vt Christus daret nobis exemplũ, quia pro nullo bono quãtumcunq; magno debemus quærere consilium dæmonum, nec pro sanitate, nec pro filiis habendis, nec pro re perdita, licet recurrere ad ipsos. Ideo Christus non sinebat ea loqui, & pro tanto bono. s. pro conuersione Iudæorum. Nota hic quomodo dæmones nesciũt omnia, vt patet de nouẽ electoribus Regis existentibus in castro, quomodo diabolus nunquã potuit scire, quid ibi tractarent, licèt à multis inuocaretur. Nota quomodo in veteri lege puniebantur recurrentes ad dæmones. Leuit. 20. Anima quæ declinauerit ad Magos, & Ariolos, & fornicata fuerit cum eis, ponam faciem meam contra eam, & interficiam illam de medio populi mei. Nota fornicata fuerit, quoniã sicut mulier quæ dimisso viro adhæret ribaldo, fornicatur, & est adultera: ita Christianus qui dimisso Christo recurrit ad diuinos. Item nota quomodo puniebatur etiam diuinus. Leuit. 20. Vir siue mulier in quibus phytonicus siue diuinationis fuerit spiritus, morte moriantur, lapidibus obruent eos, sanguis eorum sit super illos. Quarta virtus est extensa charitas, de qua dicit thema, Erat prædicans in synagogis Galilææ, de hac virtute dicit euangelium, Facta autem die egressus ibat in desertum locum, & turbæ requirebant eum, & veniebant vsq; ad ipsum, & detinebant illum ne discederet ab eis, Quibus ille ait, Quia & aliis ciuitatibus oportet me euangelizare regnum Dei, quia ideo missus sum. Et erat prædicans in synagogis Galilęæ. Moraliter habent hic doctrinã prędicatores verbi Dei in hoc quod dicit Christus, aliis ciuitatib9 oportet me euãgelizare. Dicit decreta. extra de her. Cum ex iniuncto, quod tantum est officium prædicatoris quod filius Dei non verecundaretur dicere quod ad hoc erat missus. Iam dicta decretalis vocat officium prædicationis præcipuũ officium in ecclesia Dei. Ideò amore Dei vadatis ad prædicandum diligenter. Sed modò videtur iam completum illud quod plangendo dicebat Ieremias Thren. 4. Paruuli petierunt panem, & non erat qui frangeret eis. Panis animarum est verbum Dei. Matth. 4. Non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo quod procedit de ore Dei. Pauperes Christi petunt panes, & non est qui det eis, non faciebant sic antiqui sancti, immo legitur de beato August. quod verbum Dei prædicauit vsq; ad suam ægritudinem. Nota etiam de Beda cęco ex antiquitate, qui tamen ex feruore volebat prædicare, & semel deceptus à ductore suo puero prædicauit lapidibus, &c. Sed modò dicunt magistri in theologia, volo quiescere, & malè faciunt, quia viatores non debent quiescere quousq; sunt in termino. Ideo isti qui modò quiescunt, laborabunt in inferno. Ideo prædicatoribus dicitur, Euntes in mũdum vniuersum, prædicate Euangelium. Marc. 16.

Feria V. post Oculi. *Sermo II.*

S*Ocrus Simonis tenebatur magnis febribus*. Lucæ 4. In isto sermone volo declarare omnes spirituales infirmitates animæ peccatis obnoxæ. Et dabo medicinas curatiuas, secundum regulas medicinæ illius magni Hippocratis, scilicet Christi. Materia erit vtilis, & proficuosa. Sed vt sit Deo acceptabilis, & gratiosa, salutetur virgo gloriosa, Socrus Simonis tenebatur, &c. Hoc verbum ad literam habetur de quodam miraculo quod fecit Christus, secundum quod recitat beatus Lucas in Euangelio hodierno. Dic breuiter historiam Euangelij. Quæstio literalis quare Christus voluit curare illam mulierem imperando, cùm dicit scriptura, quod stans super illam imperauit febri, &c. alios enim curauit tangendo, quia singulis manus imponens, curauit illos. Respondetur quod per imperium curando, ostendit nobis suam diuinitatem. Et per tactum sanando ostendit suam veram humanitatem. Secũda quæstio, quare non sinebat loqui dæmonia cùm tamen dicerent veritatem? Responsio quod propter nostrum exemplum, ne pro quocunque bono quæramus auxilium dæmonum, etiam pro restauratione totius mundi. De infirmitate dicit thema, Socrus autem Simonis, &c. patet thema literaliter. Modò iuxta intellectum allegoricum, seu moralem videnda sunt tria, scilicet,

Quid sit socrus Simonis,
Secundò quis est iste Simon,
Tertiò quæ febres sunt istæ.

Quantum ad primum, sciendum quod socrus significat carnẽ aut corpus. Ratio quia sicut socrus, & nurus malè communiter conueniunt sed bene discordant. Sic inter carnem & animam est continua discordia, quia semper vnum apponitur alteri, & semper rixantur, quia si anima vellet ieiunare, & abstinere, caro vellet comedere, anima vellet orare, caro dormire, & sic de aliis. Ideo Apost. Caro concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem. Hæc enim sibiinuicem aduersantur. Gala. 5. Quantum ad secundum, Simon significat spiritum. Simon autem interpretatur obediens. Sic spiritus rationalis inquantum est ad imaginem Dei, Deo obediens est, quia secundum suam naturam, & conditionem spiritualem semper vellet complacere suo creatori. Vnde Apost. Condelector legi Dei secundum interiorem hominem, id est spiritum. Roman. 7. Sed aliquando est inobediens Deo, & hoc est propter carnem. Ideo Apostolus, Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, & captiuãtem me in lege peccati, quæ est in membris meis. Ibidem. Quantum ad tertium, febris in sacra scriptura significat peccatum mortale. Ratio, quia peccatum mortale habet conditiones febris. Quoniam sicut febris aufert appetitum comedendi, & deordinat

deordinat gustum corporis, quia cibus dulcis videtur amarus, & ecõuerso,& infirmus appetit cõtraria,& nociua. Hocidẽ facit peccatum mortale. Quandiu enim persona est sana,quæ.s.est in gratia Dei,& in bona vita,sentit magnum,saporem,& dulcedinem in cibis animæ,quæ sunt orationes,lectiones,contemplationes,missæ, sermones,& huiusmodi quibus anima viuit,& impingatur. Auctoritas. Non in solo pane viuit homo,&c.Mat.4.Sed quãdo venit febris peccati mortalis, seu per consensum,siue per opus factum est, statim perdit gustum,nec sentit saporem,nec dulcedinem,immo si vult orare statim attædiatur,& sic de aliis. Augu. Impius non sentit dulcedinẽ Dei,quia de febre iniquitatis palatũ cordis amisit. Cùm ergo dicit thema, Socrus Simonis.i.caro à qua sunt peccata initiatiuè,sed sunt in anima subiectiuè,tenebatur magnis febrib⁹.N.magnis,non loquitur de peccatis venialibus sed de mortalibus,nec de febre in singulari,sed de febribus in plurali. Dicunt doctores medici,quod septẽ sunt species febrium corporis.s.continua,quotidiana tertiana,quartana,ephemera,erratica, & ethica. Sic spiritualiter sunt septem febres animæ significatæ per hàs septem febres corporis propter quod dicit thema. Socrus Simonis, &c. prima dicitur cõtinua,quia continuè affligit, tam de die quã de nocte. Hæc significat febrem continuã animæ, quæ est peccatũ auaritiæ,quia continuè affligit auarum, intantum quod nõ sentit ciborum dulcedinem nec saporem, imò quãdo auarus est in mẽsa,& videt vxorem,filias & familiam bene comedere,dicit intra se. O miseriã destructus sum.ecce iam vxor mea comedit vnum panẽ, Id̃ de aliis, Et sic allegat per oppositum liberalis,& gaudet & letatur. O comedamus,& bibamus,quia domin⁹ prouidebit nobis. Itẽ auarus quãdo est in ecclesia,vbi orare deberet,& cogitare de alio mũdo,tũc ipse cogitat de nundinis,& foro,&c. Itẽ de nocte quãdo est in lecto, & deberet dormire, & quiescere, semper somniat latrones,si sentit mures,dicit quod sunt latrones. Si videt filium currere,dicit,O miser iam perditus sum,ecce sotulares sunt iam rupti. Ecce quomodo auarus continuè affligitur,& quomodo auaritia est febris cõtinua nullus enim est qui aliquãdo nõ quiescat nisi auar⁹ Christiani quiescunt in die Dominico,Iudęi in sabbatho. Agareni in die veneris. Auarus autẽ nunquã quiescit. Cuncti dies eius doloribus,& ærumnis pleni sunt,nec per noctem mente quiescit. Eccle.2. Cõtra hãc febrem magnus ille Hippocrates Christus ordinauit vnum aphorismum di. Videte & cauete ab omni auaritia, quia non in abundãtia cuiusquam vita eius est ex his quæ possidet. Luc 22. Nota ab omni auaritia,ostenditur quod sunt plures species auaritiæ. Prima est rapina dominorum.secunda simonia ecclesiarum.tertia vsura laicorum.quarta est fraus venditorum.quinta calumnia aduocatorum. *Septem auaritiæ species.*

sexta

sexta furtum occultorum. septima detentio inuctorum, seruorum, vel bonorum defunctorum. Dic de qualibet prout erit expediens. Ideo Christus optimus medicus dat medicinā curatiuā dicens, Videte. Et assignat rationem dicens, quia nō in abundātia. De supradictis vide auctoritates in sermone. 2. ferię. 4. Post primam dominicam quadragesimæ. Assumit. Secunda dicitur quotidiana, quia nō affligit cōtinuè, vt prima, sed quotidie dimittit infirmū, sed postea redit. Hæc signat aliam febrē quæ est peccatū gulæ, quia quotidie molestat hominē licèt nō cōtinuè, quia nō post prandiū, nec etiā quando homo dormit, sed quolibet die de mane stomachus clamat fames, fames. Nota quomodo quidam philosophus volens ostendere quid esset peccatum gulæ, intrauit per ciuitatem clamādo, iustitia iustitia. Cùm autem fuisset coram iudice, qui promisit sibi facere iustitiam, dixit quomodo pater suus dimisit sibi vnum creditorem cui soluit statim eadē die qua pater est mortuus, qui in crastino iterum petiit debitum, & iterum sibi soluit, adhuc petiit debitū, alias minatur mihi ad mortem. Et quis est ille dixit Iudex, quia ego faciam tibi iustitiam. Philosophus ostendens sibi ventrem dixit, Ecce creditorem à patre mihi dimissum, cui caussam solui millies, & adhuc petiit. Respōdit Iudex, Amice in eadem damnatione ego sum. Ecce hic febris quotidiana. Dicunt gulosi, Venite, sumamus vinum, & impleamur ebrietate, & erit sicut hodie, sic & cras, & multo amplius, Esa. 56. & Sap. 2. Vino pretioso, & vnguento nos impleamus. Contra hanc ille magnus Galenus Christus ordinauit aphorismum dicens, Attendite vobis, ne fortè grauentur corda vestra in crapula & ebrietate. Luc. 21. De cibis solum recipere necessitatem oportet, & cauere à superfluitate. Vnde sicut homo bonæ conscientiæ quando sibi soluitur vltra debitum, restituit, ita venter restituit vomitando, igitur videtur habere conscientiam. Sunt aliqui miseri qui continuè sunt in tabernis, &c. tales minus sunt quam bestiæ: Ratio, quia ex quo bestia bibit, &c. non biberet si Papa vel rex inuitaret ipsam. Et tu bestialis homo præter necessitatem sumis, sic non solùm anima, sed etiam corpus destruitur, quia vinum percutit venas, & sequitur tremor membrorum, & oculi lacrymantur, & non propter Christi passionem. Ideo dicit Christus, Attendite, &cæt. Tertia febris dicitur tertiana, quia venit die tertia. Hæc significat febrem animæ, quæ dicitur acidia, seu negligentia de operibus pœnitentiæ, quæ die tertia maximè affligit, id est in tertia parte pœnitentiæ. Dic quomodo pœnitentia consistit in tribus. s. contritione, confessione, & satisfactione. Hęc tertia pars nimis affligit. Dic quomodo satisfactio debet fieri Deo de peccatis, vt si peccasti per superbiam, pompam, vanitatem satisfac Deo per humilitatem, & sic de aliis. Satisfactio etiam debet fieri proximo de ablatis & damnis

restituen-

restituendo. Respice deinde si est aliquid de malo iusto, si retinuisti aliquid de ecclesia pro defunctis, de seruitoribus, de vsura, & sic de aliis, Hæc tria opera pœnitentialia dicuntur tres dies. Auct. Ibimus viam trium dierum in solitudinem, vt immolemus domino Deo nostro Exo.3. Et in die tertia .s. satisfactionis febris affligit. Ecce die tertio quãdo grauissimus dolor vulnerum est. Gen.34. Nota hic de magno domino in Lõgobardia, cui vnus sanctus homo reuelauit, quod dæmones sibi faciebant palatium in inferno. Contra istud Christus ordinauit medicinam dicens. Reddite ergo omnibus debita, & nemini quicquã debeatis, nisi vt inuicẽ diligatis. Rom.13. Ex ista febre tertiana multi moriuntur morte æterna, quia nolunt restituere, & tamen non dimittitur peccatũ, nisi restituatur ablatum. Regula est theologorum & etiam iuristarum. 14.q.6. Si res dicunt aliqui, dimittam in testamẽto, & hæres meus restituet, sed hoc nihil valet. Ratio, quia vos in vita vestra estis in peccato mortali, quia noluistis restituere, ideo in alia vita eritis æternaliter in pœna. Gre. Ad magnam iustitiã Dei pertinet, vt in alio mundo nõ careat supplicio qui in hoc mũdo noluit carere peccato. Quarta dicitur quartana, hæc significat febrem animæ, quę dicitur superbia triplici ratione. Prima ratio est, quia est leonina. Leo animal superbũ & significat personam superbam, quę affligitur ad instar leonis de febre superbiæ. Secunda ratio, quartana multũ durat, vt patet de lucifero, qui adhuc hodie affligitur febre superbiæ, cupiens Deo parificari, Sed quia non potest de facto, tamen in figuris & signis vult ei ęquari. Itẽ est incurabilis. Auaritia curatur per paupertatẽ, luxuria per infirmitatem, sed superbia minimè. Tertia ratio, quia sicut quartana venit quarta die, sic superbia venit ex quatuor .s. propter bona corporalia, & propter bona spiritualia, & propter diuitias terrenas & propter honores mundanos. Quantũ ad primũ, Iuuenis pulcher & fortis, &c. magnam superbiã habet de se. Sed optima medicina contra, hoc est cogitare mortem, quomodo tunc vermes comedent carnes. Quantum ad secundum, quidem superbiunt de bonis spiritualibus. qui orant, ieiunant, de quibus volunt habere vanam gloriam. Remedium contra hoc est quando sanctiores nobis peccauerunt & damnati fuerunt. Ideo auisetis, quia non est vestrũ, sed Dei qui vobis imposuit iocale deuotionis, vt ipsum portetis, ideo videatis ne ipsum perdatis. Quantũ ad tertium, quidam superbiunt de diuitiis terrenis. Remediũ cõtra hoc, est cogitare quomodo hodie vel cras, amittentur omnia. Quantũ ad quartũ, quidã superbiũt de honore mundano dicẽdo, Ego sum Papa, episcopus, rex, vel miles, &c. Remedium cõ tra hoc est, quomodo hodie, cras, & citò te oportet reddere computum, qualiter dignitatem habuisti, qualiter in ea vixisti, & qualiter peccata notoria correxisti. Et Beda, Quatuor

sunt species quibus omnis tumor arrogantiũ declaratur. Cõtra hãc dicit medicus noster Christus, Superbiam nunquã in tuo sen.u aut in tuo verbo dominari permittas in ipsa enim initium sumpsit omnis perditio. Tob.4. Nota omnis perditio.s. angelorum & hominũ. Quinta febris dicitur ephemera, quia eadẽ die qua venit recedit. Dicitur autem ephemera à pisce sic dicto, qui moritur illa eadẽ die qua nascitur. Hæc signat febrem animæ quæ dicitur ira, quę eadem die qua nascitur debet mori. Verbi gratia, Si fit tibi aliqua iniuria verbo, vel facto, subitò venit ira in corde, sed etiam die debet mori .s. recipiendo propositum non se vindicandi, quia vindicta est Dei Da mihi vindictam, & ego retribuam dicit Dominus. Cõtra istam Apostolus ordinauit optimam mediciam dicens, Irascimini, & nolite peccare. Sol non occidat super iracundiam vestram, nolite lo. dare diabolo. Ephe.4. Nota irascimini & nolite peccare, supple recipiendo vindictam, Sol non occidat, &c. Patet quomodo ira debet mori eadem die. Dicatur exemplum quod legitur in vitis patrum, de illo sancto episcopo qui inuitauit ad prandiũ illũ eremitã, qui ex aliqua necessitate venit ad suam ciuitatem. Episcopus autẽ cognita magnam afflictionem & abstinentiam quam eremita fecit in eremo, fecit bonum prandium. Quod cùm coram eremita poneretur, ait episcopo, pater, parce mihi, quia ex quo istum habitum sumpsi, aliquid mortuum nõ comedi. Cui respondit episcopus, Pater, parce mihi, quia ex quo istam cappam sumpsi, Sol nõ occidit super iracundiam meã. Respõdit eremita, Pater, melior es quàm ego. Meliorem virtutem reputauit patiẽtiam quàm abstinentiam. Multi sunt abstinentes, qui non sunt patientes. Benedictus est ille, qui quãdo ponit se in lecto, potest dicere cum veritate, Deo gratias, quia non habeo iram in corde meo contra aliquẽ. Item, nolite locũ dare diabolo, quoniam ira est dispositio, vt diabolus intret in corpora, vt dicunt dæmones, quando coniurantur in obsessis. Sexta febris est erratica, sic dicta, quia nullum ordinẽ seruat, modò venit vna hora, modò alia. Hæc significat febrem animæ quæ dicitur luxuria, quæ nullum ordinẽ seruat. Luxuriosus enim nõ seruat ordinẽ, nõ tempus, non personam, non modum, immo vadit luxuriosus erratice, sicut ille qui errauit dicendo. O maior delectatio esset cum illa, scilicet, cum moniali, vel legitima, &c. vel tali modo. Quoniã concupiscentia carnalis infinita est, nec habet terminum. Ideo dicit scriptura sancta de luxuriosis, Semetipsos tradiderunt impudicitiæ in operationẽ omnis immunditiæ. Ephe.4. Nota tradiderunt impudicitiæ.s. cogitãdo, loquẽdo, audiendo, respiciendo, tangẽdo. De illa materia in operationem omnis immunditiæ. Cõtra istam dicit nobis medicus noster Apost. ad Thess.4. Hæc est voluntas Dei sanctificatio vestra, vt abstineatis vos à fornicatione, & sciat vnusquisq; vestrum

vestrûm vas suum possidere in sanctificatione, non in passione desiderij, sicut & gentes quæ ignorant Deum. Quilibet sit contentus de vxore sua iuuene, vel antiqua, turpi vel pulchra, ac si in mũdo non esset alia mulier. Cauete ergo ab ista febre erratica, quæ tot occidit morte æterna. Septima febris est ethica, quę cõsistit intus in ossibus & membris. Hæc signat febrem animę quæ dicitur inuidia. Quoniã sicut febris ethica quæ est in membris radicata cõsumit humidũ radicale quod dat vitã corpori, & sic homo moritur, sic etiam inuidia cõsumit humidum radicale, scilicet, charitatem quæ dat vitam animæ. Vita carnium sanitas cordis, putredo ossium inuidia. Prouer.14. No quòd cor dicitur sanum quãdo diligit omnem creaturam humanam vniuersaliter, & gaudet de bono alterius. Inuidia est putredo ossium, id est virtutum, quoniam sicut ossa sustinent corpus, ita virtutes sustinent animã. Ideò Christus medicus noster dans nobis aphorismum dicit per apostolum Petrum, Deponentes omnem malitiam & omnem dolum, & simulationes & inuidias, sicut modo geniti infantes, lac supple charitatis cõcupiscite. 1. Pet. 2.

Feria VI. post Oculi. Sermo vnicus.

Scimus, quia hic est verè saluator mundi. Ioan. 4. Istud sanctum Euangelium continet vnam pulchram historiam, in qua continentur tres magnæ disputationes inter Christum & alias personas.

Prima fuit inter Christum & mulierem Samaritanam,
Secunda fuit Samaritanæ cum Christo,
Tertia fuit cum Christo & discipulis.

Et quælibet disputatio habet optimam quæstionem. Conclusio primę disputationis fuit, Domine video quod Propheta es tu. Cõclusio secundæ disputationis est quod Christus est Messias. Conclusio tertiæ disputationis est thema, quia saluator mundi. Quantũ ad primam disputationẽ, quæ fuit cum Samaritana sciendum, quod hæc fuit benigna, quia Christus incœpit. Vnde dũ Christus iret de villa in villam personaliter prædicando, venit iuxta Samariã, magnam ciuitatem plus quàm Parisius, & iuxta illã ciuitatẽ erat fons altus, & dicebatur fons, quia aqua viua scaturiebat, & puteus, quia profunda, & Christus fessus & totus fatigatus ex itinere, posuit se super fontẽ in ore, vt facies, sua benedicta respiceret super fontem, vt aëre recẽti refrigeraretur. Discipuli autẽ & Apostoli interim veniũt ad ciuitatem ad emendum panẽ & cibum. Et cùm Christus sic esset solus ad fontẽ, & hora erat sexta, venit mulier de ciuitate Samariæ haurire aquam, & inuenit ibi Christum, quem nõ salutauit, cognoscens in vestibus quod Iudæus esset, non enim loquebantur Iudæi Samaritanis, sicut nec nos Christiani cũ infidelibus Saracenis, &c. & Christus incœpit disputationem, dicit. Mulier, da mihi bibere.

Quæ respiciens eum toruo oculo dixit, & incœpit arguere contra Christum di. Quomodo tu Iudæus cùm sis, bibere à me poscis quę sum mulier Samaritana? bene scis quod Iudęi nō contuntur Samaritanis, certè nō dabo tibi bibere. Et Christus replicauit di. O mulier, si scires donum Dei, & quis est qui dicit, da mihi bibere, tu forsitan petisses ab eo, & dedisset tibi aquam viuam. Nota donum Dei datum humano generi. Hoc donum est filius Dei datū in incarnatione, de quo Esa. 9. Filius datus est nobis. Ecce donum datū in nostram redemptionem. Et mulier arguens Christum dicebat, Domine nec in quo haurias aquam, habes, & puteus altus est, vnde ergo habes aquam viuā? Et nunquid tu maior es patre nostro Iacob qui dedit nobis puteum, & ipse ex eo bibit & filij eius & pecora eius? Respondit Christus, Mulier nō intelligis de qua aqua ego loquor, quia nō est de ista. Quia omnis qui bibit ex hac aqua sitiet iterum, Qui autem biberit ex aqua quā ego dabo ei, nō sitiet in æternum, sed aqua quā dabo ei, fiet in eo fons aquæ salientis in vitā ęternam, & vitam æternā habebit. Tanta fuit virtus verborū Christi, quod mulier inclinata ei iā compuncta in corde cum humilitate & reuerentia dixit, Domine, da mihi hanc aquā vt nō sitiā, neque veniam huc haurire. Tunc Christus respondit, Tu vis de ista aqua? Respondit mulier, Ita Domine. Vade ergo ad ciuitatē & voca virum tuum. Quę respōdit, Virū nō habeo, Et Christus, Bene dixisti, quia virum nō habes. Quinque enim viros habuisti, & hunc quem iam habes non est vir tuus, sed vnus ruffianus & ribaldus est, & tu concubina sua es. Et dixit sibi omnia nomina virorū suorum & genus, & cuius officij erāt. Talis vocabatur sic, & habebat tale officium, & mortuus est tali morte, & sic de aliis, sed iste quem nunc habes non est vir tuus, sed vnus ribaldus, & ribalda sua tu es. Et tunc illa incœpit clamare, O Domine Domine clarè video quod Propheta es tu, & scis omnia quæ feci. q.d. Parce mihi, quia priùs vocaui te Iudæum. Conclusio primę disputationis. Nota priùs vocauit eum Iudæum, & post Dominū Prophetam. Ecce prima disputatio Christi cū muliere ad literā. Modò moraliter fratremus secreta moralia pro nobis. In ista disputatione sunt sex secreta moralia, ad quę per quęstiones intrabo. Prima, quæ est hęc mulier Samaritana, & quid significat? Responsio quod quælibet persona Christiana peccatrix significatur per istā Samaritanā duplici ratione, & ponūtur in euāgelio. Primò quia quolibet die pluries veniebat ad aquā, nec satiabatur. Talis est cōditio peccatricis, quia quotidie vadit ad aquam prosperitatum temporaliū, nec saturatur, tanta est cupiditas. Verbi gratia. Si sacerdos habet simplex beneficium, conatur, vt possit habere maius, nec satiatur. Ecce conditio aquæ bonorū temporalium quæ non satiant, quia non intrant illuc vbi est sitis. Nam sitis habent

bona

bona temporalia. s. terras, possessiones, aurũ, argentum, &c. ista bona temporalia nõ intrant intus in cor. Si enim posses habere vnum plaustrum auri liquefacti, non satiaret te. Sed sicut famelicus non satiatur ex aspectu escarum quæ sunt in mensa, quia esuries est in stomacho, & ideò nisi intrent, non auferent esuriem neque sitim, sic est de esurie bonorum temporalium. Ideò quantò homo plus habet, plus sitit & cupit, quia non intrant in corde. Auctor. Ecclesiast. 5. Auarus non implebitur pecunia, & qui amat diuitias, fructum. s. satietatis, non capiet ex eis, &c. Et sic directè placita & delitię huius mundi sunt ad instar febricitantis, qui vritur siti, & datur sibi gutta aquę in lingua cum pluma. Idẽ de delitiis luxurię, auaritię, &c. Ideò vbicunq; caro in temporalibus quærit refectionẽ, inuenit defectionem. Nam cor hominis est plus quàm cœlum, & non potest satiari nisi à Deo, quem cœli capere non poterant, sed tamen cor hominis semper retinet gratiam, & tunc satiatur homo, ideò Christus, Qui biberit ex hac aqua, sitiet iterum, qui autem biberit ex aqua quam ego dabo ei, nõ sitiet in æternum, sed aqua quã ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ salientis in vitã æternam. Ex aqua scilicet gratiæ & sua præsentia. Vnde conclusio est Theologiæ, quod gratia gratũ faciens, secũ habet, & affert præsentiam Dei. Et isto signo potest cognosci si homo est in gratia Dei, quando aliquis non desiderat inducentia ad peccatum. Nota salientis in vitã æternam. Qualis saltus est ille quem facit anima, quando de ore saltat in cœlum subitò? Cogita si homo saltaret de terra ad cœlũ. O qualis saltus esset si vltra altius tam plus, quãtò plus adhuc vsque ad cœlum. Secundum secretum, Iesus fatigatus ex itinere sedebat sic supra fontem. Hora autem erat quasi sexta. Quare Iesus fuit magis fessus illa hora ex itinere quàm aliquis Apostolorũ, cùm tamen sustineat totum mundum & omnes creaturas. Ratio, sciatis bonę gentes, quod nunquam fuit aliquis homo ita delicatus in suo complexione sicut Christus inquantum homo. Ratio, quia nos sumus concepti & geniti ex vilissima materia & corrupta, ideò habemus complexionem rudem ad sustinendum labores, sed corpus Christi à spiritu sancto formatum fuit nõ de vilissima materia, sed de purissimis guttis sanguinis virginis Marię, ideò erat magis delicatus, vel quia ieiunabat quotidiè, & vigilabat pernoctans in oratione. Lucæ 6. & laborabat prædicando qualibet die. Et de ista delicatura dicitur Esaiæ 53. Brachium Domini cui reuelatũ est? Et ascendet sicut virgultum coram eo, & sicut radix de terra sitienti, & non est species ei neque decor. Et vidimus eum & nõ erat aspectus. Et desiderauimus eum despectum, & nouissimum virorum, virum dolorum & scientẽ infirmitatẽ. Et quasi abscõditus vultus eius & despectus, vnde nec reputauimus eũ. Verè lãguores nostros ipse tulit, & dolores

nostros ipse portauit. Et nos reputauim⁹ eũ quasi leprosum & percussum à Deo & humiliatum. Ipse autẽ vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra. Disciplina pacis nostræ super eũ, & liuore eius sanari sumus. Omnes nos quasi oues errauimus, vnusquisq; in viã suam declinauit, & posuit Dominus in eo iniquitates omniũ nostrum. Brachiũ domini per quod omnia operatus est Deus pater, est Christus inquãtum Deus. Ioan. 1. Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Et loquens de humanitate dixit, Ascendet sicut virgultum, & sicut radix de terra sitienti. Virgultũ dicitur virgula parua & delicata, quæ nascitur in pede aliarum arborũ magnarum, vel quæ nascitur in terra sitienti, vbi nõ est aqua quæ est valdè delicata & tenuis. Patet igitur ratio quare Christus fuit fessus magis q̃ Apostoli. Si dicatur nunquid poterat se sustinere? Respõsio quod imò, sed nõ dedisset nobis exemplũ laborãdi in bonis operibus, vt habeamus patientiã quãdo fatigamur, & lassamur, vt Christus, & quãdo ex prædicatione, vel ieiunio, vel aliàs lassamur, exemplo Christi consolemur, & recipiamus patiẽtiam. Ideò Apostolus, In omnibus exhibeamus nosmetipsos, sicut Dei ministros. In multa patiẽtia, in tribulationibus, in necessitatibus, in angustiis, in plagis, in carceribus, in seditionibus, in laboribus, in vigiliis, in ieiuniis, in castitate, in sciẽtia, in longanimitate, in suauitate, in spiritu sancto, in charitate nõ ficta, in verbo veritatis, in virtute Dei, &c. 2. Cor. 6. Tertiũ secretum est, quare Apostoli ipsum dimiserunt solũ? quia nullus remansit cum eo. dicit textus, Discipuli eius abierunt in ciuitatẽ, vt cibos emerent, & dimiserunt eum solũ in deserto, quia puteus ille erat longè à ciuitate Samariæ. Respõsio quare dimiserunt eum solum, quia fuit ordinatio Christi vt omnes abirẽt, ideò vt saluaret illã mulierẽ, quia si aliquis discipulus ibi fuisset, mulier fuisset impedita, nec potuisset loqui cũ Christo, ideò ordinauit, vt omnes irent in ciuitatẽ, vt emerent necessaria. In quo moraliter instruimur, & habemus exemplũ, quod sicut Christus in incarnatione dimisit societatem Angelorum millia millium. Iob. 25. Nunquid est numerus militum eius? & pro saluatione nostra dimisit illos. Idem pro saluatione illius mulieris Samaritanæ dimisit societatem Apostolorũ, sic nos societatẽ amicorum, filiorum, vxoris, &c. Item ipsemet dicit, Omnis qui reliquerit domũ, vel fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrẽ, aut vxorem, aut filios, aut agros, propter nomen meum, centuplum accipiet, & vitam æternam possidebit. Matth. 19. Nota propter nomen meum, quod est Iesus, quod interpretatur saluator. Propter nomẽ meum, id est, pro saluatione alicuius animæ, vt religiosus dimittens patriã ratione prædicationis. Idem de sacerdote, vel sæculari à mũdo recedente centuplum accipiet, &c. Aut vxorem, aut filios. Quæstio

est,

est, nunquid vir potest dimittere vxorem propter Christum, & saluationem alicuius animæ, vel suæ, vel suorum? Respōsio, quod vir nō potest dimittere vxorē quā iam habet, nisi conueniant ambo in ingressum religionis, & si alter remaneret in mundo, tenetur viuere continenter. Idem pater non debet dimittere filios nisi sint benè prouisi in necessariis, & sint benè instructi, edocti, & satis adulti. Idem de filiis qui non debent dimittere parentes, pauperes, senes, secùs qui non indigent. Secundò, dimittitur vxor, non quam quis habet, sed quā posset habere, & filios quos posset habere, sed amore Christi dimittit totū, & sic intelligitur auctoritas ista. Quartum secretum siue quarta quæstio in hoc ostenditur, cùm mulier dicit, Quomodo tu Iudæus cùm sis, &c. In quo cognouit mulier Christū esse Iudæum? Respōsio, quod similiter cognouit eum in loquela, sicut fuit cognitus B. Petrus in nocte passionis. Verè tu ex illis es, nā & loquela tua manifestum te facit, quia Galilæus es. Mat. 26. Moraliter, sic cognoscitur quilibet de qua patria est. Sunt enim duæ patriæ contrariæ. s. Paradisus, & infernus, & in qualibet loquūtur diuersimodè. Linguagium Paradisi est illud de quo Psal. Beati qui habitant in domo tua Domine, in sæcula sæculo. ū laudabunt te. Psal. 84. Quando ergo religiosus, vel sacerdos, vel sęcularis libenter laudat Deum, signum est, quod est de illis de Paradiso. Nam & loquela tua manifestum te facit. Secùs quando cum tædio confusibiliter & irreuerenter, & indeuotè induendo se dicit officium, vel orationes. Est enim magnum signum prędestinationis Deum delectabiliter laudare. Linguagium inferni est illud de quo Ioan. Apocal. 16. Æstuauerunt homines æstu magno. s. cum ardore, & blasphemauerunt nomen Dei habentis potestatem super has plagas, neque egerunt pœnitētiam, vt darent illi gloriam. Quando ergo aliquis iurat, renegat, blasphemat, &c. signum est quod est burgensis, & ciuis inferni, vnde tu ex illis es, &c. Vnde manifestum signum est præscientiæ, & damnationis iurare, renegare, &c. Quintum secretum, quæ est aqua illa de qua Christus dicit, Omnis qui biberit, &c. Hæc est gratia spiritualis quæ extinguit ardorem superbiæ in superbis, auaritię in auaris, luxurię in luxuriosis, &c. sicut aqua naturalis extinguit ardorem corporis, & talis non vult aliquid inordinatè, nec quærit ardenter dignitates, officia, &c. sicut faciūt illi qui adhuc habent febrem superbiæ, auaritiæ, &c. quia munda aqua gratiæ Dei extinguit in illis ardorem, imò dicunt tales qui habent gratiam cum Apostolo 1. Timoth. 6. Habentes alimenta, & vestes quibus tegamur, his contenti simus. Non licit delectamēta, & quibus ornemur, &c. & hoc facit gratia Dei, quæ aqua gratiæ salientis in vitam æternam. O qualis saltus. Ecce quare dicit, Qui biberit ex aqua quam ego dabo, non sitiet in æternū. s. ista temporalia cum ardore

Cōiunx coniugē potest relinquere, & debet Christi amore, hoc est, non cōiungi.

peccati. De ista gratia Rom. 6. Gratia Dei vita æterna; id est, per gratiā Dei habet quis vitā æternā. Sextū secretum siue sexta quæstio. Cùm Christus dixit, Vade voca virū tuum, Quare Christus dixit, Vade voca, &c. cùm Christus sciret, q̄ nō haberet virum? Responsio, q̄ Christus tenuit istum modum loquendi, vt sic illa mulier diceret veritatē ore proprio, q̄ nō habebat virū. Moraliter. Quinque viros habuisti, & ille quē iam habes, non est tuus vir. Sic quælibet persona habet quinq; viros, quando peccat ex fragilitate, vel ex ignorātia, & finaliter recipit ruffianum diabolum. Quinq; viri sunt quinq; sensus naturales, siue corporales, quia sicut vir gubernat domū, sic hi quinq; sensus gubernant corpus in peccatis quæ fiunt ex fragilitate, vt Petrus quādo negauit præ timore Christū. Sed quādo peccāt iam ex cōsuetudine, & malitia, à diabolo regūtur tanq̄ à ruffiano, & lenone. De quibus Apost. Resipiscant à diaboli laqueis à quo captiui tenentur ad ipsius voluntatē. 2. Tim. 2. Item dicit beatus Paulus. 2. ad Tim. 3. Hoc autē scio, quia in nouissimis diebus instabunt tempora periculosa, & erunt homines seipsos amantes, cupidi, elati, superbi, blasphemi, parētibus nō obediētes, ingrati, &c. Secūda disputatio Samaritanæ cū Christo audacia ipsa incœpit. Et ad intelligendā istā disputationē, sciatis, q̄ inter Iudæos, & Samaritanos erat antiqua quæstio vbi deberent orare in Ierusalem, an ibi iuxta montem Garizim. Iudæi dicebant q̄ in Ierusalē, quia sic præcepit Deus. Samaritani verò dicebant quod in illo monte, quia ibi patres eorum Abrahā, Isaac, & Iacob, adorauerunt. Videns autē Samaritana Christum esse Prophetam, qui dixit sibi sua secreta, cogitauit, O iste dicit veritatem tibi. Et propter secretū istius quæstionis, & ad determinationē incœpit quæstionem dicēs, Patres nostri in hoc monte adorauerunt, & vos dicitis, quia Hierosolymis est locus vbi adorare oportet. Quid dicis tu de ista quæstione, ex quo es Propheta? Et Christ⁹ respōdens innuit in sua respōsione duas opiniones. Prima, quod erat verior opinio Iudæorū, quia licèt ibi patres adorauerint, tamen mutatus est locus orādi. Secunda opinio, quod in omni loco potest adorari, quia vbiq; est Deus. Tunc respōdit Christus, Mulier crede mihi, quia venit hora, quod neq; in mōte hoc, neq; in Hierosolymis adorabitis patrem. Vos adoratis quod nescitis, nos adoram⁹ quod scimus, quia salus ex Iudęis est. Sed venit hora. s. in nouo testamento, & nunc est, quādo veri adoratores adorabunt patrem in spiritu & veritate. Nam & pater tales quærit qui adorent eum. Spiritus est Deus, & eos qui adorant eum, in spiritu & veritate oportet adorare. Itaq; Christus determinauit quæstionem contra Samaritanā. Dicit ei mulier, Scio quod Messias venit qui dicitur Christus. Cùm ergo venerit, ille nobis nūtiabit omnia. Nota, dicit ipsa, Messias venit, q. d. non credo tibi. Respondit

Chri-

Christus, Ego sum qui loquor tecum. Non inuenitur in euangeliis, quod Christus ita clarè se diceret esse Christum saluatorem mundi sicut hîc. Et subitò mulier illuminata, dimissa hydria currendo iuit ad ciuitatẽ, clamãdo, & dicendo, & vocando gentes, O bonę gentes venite, & videte hominẽ qui dixit mihi omnia quęcunq; feci, nunquid ipse est Christus? Exierũt ergo de ciuitate, & venerũt ad Christum. In hac quæstione sunt tria secreta, Primum est, Spiritus est Deus, quid est adorare in spiritu, & veritate. Ad hoc intelligendum nota, ꝙ est regula philosophię, quod veritas est adęquatio rei ad intellectũ, verbi gratia, quãdo spiritus cogitat infinitã Christi sanctitatem, & puritatem, & ex alia parte cogitat grauissima peccata quæ ipse homo fecit, tunc quando gestus corporis ad extra correspõdet cum spiritu dicens: Domine non sum dignus te respicere. Vah tot peccata feci contra voluntatẽ vestrã, & sanctitatem, &c. Et ab extra inclinatur, humilitatẽ ostendendo ab extra, tunc cõcordat cũ spiritu in corde. Sed quando cor est in taberna, & corpus inclinat, non est veritas. Isto modo Publicanus orauit Deum in spiritu, & veritate dicens, Deus propitius esto mihi peccatori, &c. Ista ratione dicitur modò. Humiliate capita vestra Deo, quasi dicat ecclesia, nõ estis digni ipsum respicere. Ista etiam ratione teguntur in quadragesima imagines, quasi dicat, non sumus digni respiçere istas imagines. Secundò adoratur Deus in spiritu, & veritate. Primò spiritu cogitando suam dominationem, quomodo creauit corpus & animã, & omnia sunt sua. Secùs de aliis dominiis. Secundò, adorandus est in veritate, duò genua flectẽdo sibi, dominis tẽporalibus solũ sinistrum, & prælatis dextrum. Isto modo dicimus. Flectamus genua, & nõ dicit genu. Leuate. s. spiritũ in altũ. Ideo quãdo vultis facere orationẽ, priùs debetis orare in spiritu, cogitãdo cum quo debetis loqui, deinde in veritate per reuerentiã corporis ab extra. Ecce quare dicit Christus. Pater quærit tales qui adorent eũ in spiritu, & veritate, Et cõcordat scriptura dicẽs, Viuo ego dicit Dominus, quoniã mihi flectetur omne genu. Ro. 14. Tertiò adoratur Deus in spiritu, & veritate. Primo spiritu, cogitãdo suã æternitatẽ, & ex alia parte principiũ nostrũ vtilissimũ, quia de terra facti, & finẽ, quia moriemur. Et veritate prosternẽdo se in terra, q. d. in terrã reuersus sum, & moriar, & Deus est in sua æternitate. Hoc significatur in sua passione quãdo dicitur, emisit spiritũ. Ibi quilibet Christianus prostratur. Ideo Dauid dicit, Venite adoremus, & procidamus ante Deũ, ploremus corã Domino qui fecit nos. Psal. 94. Quartò adoratur Deus in spiritu, cogitãdo Dei liberalitatẽ qui dat omnia bona tẽporalia, & spiritualia, & ab alia parte nostras immundirias, & necessitates. Et veritate. Ideo leuamus manus nostras, dextrã pro bonis spiritualibis, sinistrã pro bonis tẽporalibus. Quintus modus adorãdi Deũ in spiritu cogitãdo

Ecce vbi Christus sese vnicuĩ ostẽderit.

Veritatis definitio.

misericordiam Dei, quia cùm essemus sententiati ad furcã inferni filius Dei fuit ita misericors quod dicit patri, Pater benedicte ego volo solus suspendi pro toto populo. Et ex alia parte cogitãdo peccata pro quibus data est sentẽtia, & veritate, quãdo crux fit in pectore dicẽdo, Misericordia Domini plena est terra ex passione vestra. Ideo Paulus, Mihi absit gloriari nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi. Gal. vlt. Sextus modus adorãdi in spiritu tundẽdo pectus, cogitando Dei infinita immensitatem, & cogitando offensam factã sibi ex peccatis. Ideo percutitur cor quinq; digitis, sicut habemus quinque modos peccandi. s. cogitatione, locutione, opere, omissione, & obstinatione, quia istis modis offenditur Deus. Secundũ secretum cum dicit, Reliquit hydriã, &c. quare dimisit ad literã? vt festinatius iret ad ciuitatẽ currẽdo. Sed spiritualiter hydria erat societas mala mulieris, quę eius impedibat cursum, ideo dimisit. Sic sunt multi qui societate, & familiaritate, & amore aliquarũ personarũ impediuntur à cursu Paradisi. Dic de quolibet statu. ideo mulier reliquit hydriam suã, id est malã societatem. Ideo Poëta, Quæ nocitura tenes, &c. Tertium secretum, cũ dicitur quod iuit ad ciuitatem clamãdo. Venite ostendã vobis hominem, &c. Vnde non fuit contenta de sua cõuersione, sed voluit cõuertere proximos, quia totã ciuitatem conuertit. Hîc instruimur, quod nullus debet esse contentus de sua conuersione, sed debet ire ad conuertendũ proximum, vt bona mulier, & deuota dulciter cõuertere virũ suum ribaldũ, & econuerso, frater fratrẽ, vicinus vicinũ, seruus Dominũ, magister discipulũ, domina ancillam. Eccle. 17. Deus mãdauit vnicuiq; de proximo. Item Apoc. vlt. Spiritus & spõsa dicunt, veni. Et qui audit dicat veni. Et qui sitit veniat, & bibat. Et qui vult accipiat aquam vitæ gratis. Nota quomodo spiritus sanctus dicit homini, Veni ad Paradisum, &c. Tertia disputatio fuit inter Christũ, & Apostolos humiliter, quia dixerunt Rabbi manduca, & posuerunt aliquam mensam. Christus autẽ noluit comedere, sed respõdit dicens, Ego cibũ habeo mãducare, quem vos nescitis. Dicit Euãgelista, quod discipuli dixerunt adinuicẽ, id est, dicebant inter se. Nunquid aliquis attulit ei mãducare? Christus autem declarans de quo cibo loquebatur ait, Meus cibus est, vt faciã voluntatẽ eius qui misit me, vt perficiã opus eius, &c. Hęc dicebat propter gentes, quæ veniebãt de ciuitate, & quãdo vidit gentes, cogitauit, oportet me prędicare, quia nõ dixit nolo comedere cibũ, sed dixit, Habeo alium cibum manducare. s. verbum Dei, quia nõ in solo pane viuit homo, sed in omni verbo quod procedit de ore Dei. Mat. 4. Nota quod ieiuno stomacho debet fieri sermo, exemplo Christi. & prædicauit illis de ciuitate. O quomodo dulciter, & remansit ibi duobus diebus, & crediderũt sibi, intantum quod dicebãt mulieri, quia non propter tuam loquelam credimus, ipsi enim audiuimus,

& scie

& scimus, quia ipse est verè saluator mūdi, sic enim illuminauit nos. Ecce ergo conclusio huius disputationis. Moraliter cibus Christi est facere voluntatem Dei patris. Ideo faciamus voluntatem, & dabimus ei comedere, quia multum placet sibi iste cibus. Vult cibum à prelatis quod intrent per portā nō per simoniā. Secundò postquam erunt intus quod plus curent de animabus q̃ de reditibus. Deinde viuant de reditibus, & diuidant pauperibus, & dēt bonū exēplum, & bonā doctrinam. De isto cibo satiatur Deus. De dominis etiam tēporalibus vult cibum. s. quod ministrent iustitiā tam paruo quàm magno, tam pauperibus q̃ diuitibus, & nō differant iustitiā propter pecuniam, & fauorem, non faciant rapinas, sed contenti sint de reditibus propriis, seruent populū in pace. In religiosis vult quatuor cibos, & de illis vult refici Christus. s. paupertatem apostolicam, castitatem euangelicā, obedientiam generalem, obseruantiam cæremonialem. Et de sacerdotibus vult tres cibos. s. deuotè officiari, dignè celebrare, honestè conuersari. 1. Tim. 4. Oportet illum testimonium habere bonum ab his qui foris sunt, vt non in opprobrium incidat. De laicis vult duos cibos, & sufficit. s. articulos fidei, & obseruantiam præceptorum Dei. Et finaliter dicet vobis in iudicio illud. Mat. 25. Venite benedicti patris mei, &c. scilicet de cibis supradictis, & sic semper eritis cum Christo in mensa gloriæ, de qua ipse dixit, Ego dispono vobis, sicut disposuit mihi pater meus regnum, vt edatis, & bibatis super mensam meam in regno meo, hic per gratiam, & in futuro per gloriam. Luc. 22.

Sabbato post Oculi. Sermo vnicus.

V*Ade, & iam amplius noli peccare.* Scribitur hoc originaliter Ioan. 8. recitatiuè in Euangelio hodierno. Vnde istud sanctum Euangelium continet determinationem vnius malitiosæ quæstionis, & calūniosæ, quæ facta fuit per Iudęos Christo, vt possent ipsum capere in verbis, & accusare eum tāquam fractorem legis. Dic Euangelium de iuuene muliere maritata, quæ commisit adulterium credens peccatum esse occultum, sed diabolus qui eam fecit peccare, discooperuit, & fuit inuenta in adulterio, & statim Iudæi, & Pharisæi inimici Christi, duxerunt eam ad Christum actu in populo prædicantem. Cui dixerunt coram populo, Magister, mulier hæc modò deprehensa est in adulterio, in lege autem Moyses mandauit nobis huiusmodi lapidare. Tu ergo quid dicis? Ecce questio malitiosa, ad quam Christus qui est sapientia ęterna respondit tripliciter.

Prima responsio fuit realis,
Secunda realis, & vocalis,
Tertia fuit vocalis tantùm.

Et de tertia loquitur nostrū thema cùm dicit, Vade, & iam amplius

noli,&c.Et in his tribus cõsistit totũ euangeliũ,& noster sermo.Pri-
mò ergo Christus dedit eis respõsionem realẽ facto tantũ non ver-
bis.Nã sciens Christus quod malitiosè dixerunt sibi, Tu ergo quid
dicis?cogitãtes ex vna parte Christi pietatẽ & misericordiã,& quod
nõ daret sententiã mortis contra mulierem ex dulcedine cordis,li-
cèt placeat sibi quãdo domini & iudices faciũt iustitiã,tamen ipse in
primo aduẽtu nõ venit iudicare neq; condẽnare,sed peccatores sal-
uare.Ioã.3.Non enim misit Deus filiũ suũ in mundũ,vt iudicet mun-
dũ,sed vt saluetur mũdus per ipsum. Et ex alia parte dicebãt,Si ipse
defendit malas mulieres,populus qui audit ipsum habebit illũ odio
quia sunt zelotypi de suis vxoribus , & nos habebimus occasionem
cõtra ipsum,quia facit cõtra legẽ. Ecce quęstio venenosa.Ad quam
Christus respondit facto nõ verbo,quia Iesus inclinans se deorsum
digito scribebat in terrã. Et in his verbis sex comprehenduntur re-
sponsiones.Prima dũ dixit Iesus.Nam Iesus est verbũ æternum Dei
patris, & nõ est verbã transitoriũ sicut nostrum , quod profertur in
ore, & illud verbũ Deus pater scripsit in pargameno virgineo.i. in
ventre virginis Mariæ,quia verbũ caro factum est.Ioã.1.Et ideo di-
citur,Dixit Dominus ad me,sume tibi librũ grandẽ,& scribe in eo,
&c. Esa 8. Liber est virgo Maria maior cœlo & terra,de quo dicit
B.Bernardus. O vẽter capacior cęlo, quia quẽ cęli capere non pote-
rant,tuo gremio cõtulisti. Et in hoc libro scripsit Deus pater verbũ
æternũ,quãdo virgo consensit angelo dicens,Ecce ancilla Domini
quãdo verbũ assumpsit humanitatẽ vt nos saluaret,& nõ vt cõdem-
naret,Et ideo filius Dei nõ venit animas perdere sed saluare,vt dici-
tur Luc.9.Secunda respõsio est dũ dixit inclinãs se,in quibus repre-
hẽdit eos. Nam quilibit iudex in condemnãdo se debet inclinare,
i.habendo compassionem de condemnatis. Non enim debet velle
aliorum condemnationẽ,sed eorũ saluationẽ,& ideo debet inclina-
re corpus suũ per cõpassionẽ. Sicut ille qui vult leuare illũ qui cecid-
dit,inclinat se,aliàs nõ bene posset leuare.Ratio est B.Grego. Ideo
Christus inclinauit, quasi dicat, sic vos qui estis pręedicatores & su-
periores,debetis inclinare compatiendo huic mulieri quã accusatis
& cõfunditis. Tertia responsio est in verbo deorsum, quia Iudices
habent duo,quia de sursum habent diuinam potestatẽ,vt condem-
nare alios,iudicare & absoluere. Sed deorsum habent peccata & vi-
tia,prõptitudinem ad mala, quia illa eos ponũt deorsum. Si tu er-
go condemnas aliquem de adulterio , cogita si tu idem fecisti,& sic
deorsum respice ad propria peccata & tunc cõpatiaris illi qui con-
demnatur.Idem dicimus de furto & homicidio,quod illi Iudęi erãt
multũ in illo peccato inuoluti.& ideo voluit Christus quod ipsi co-
gitarẽt de peccatis suis,ergo inclinauit deorsum,&c.Quarta respõ-
sio est in digito,quia scribebat digito,fodiendo in puluere, & fecit
sulcos

fulcos indice, ad demõstrandum quod condẽnatio nõ debet sic fieri summariè, sed cũ bono processu, & quod bene inquiratur an verum est crimen de quo accusatur, & visis & examinatis bene testibus, & secundũ acta & probata. Itẽ de personis testiũ, & de tẽpore, loco & die iuxta verbũ Domini ad Moysen dicentis, Quære solicitè & diligenter, rei veritate perspecta, si inueneris certũ esse quod dicitur, & abominationẽ opere perpetratã, statim percuties. Deut. 13. Et isti non tenebãt modum istum. Ideo Christus in hoc ipsos reprehẽdit. Quinta responsio, quia scribebat in terrã, ad signãdum ꝙ sententiæ mortis non debet dari sic summariè, sed in scriptis & cũ debito processu. Et ideo cõcordat S. Iob di. Scribis enim cõtra me amaritudines, & consumere me vis peccatis adolescentiæ meæ. Iob 13. quia in terra. Nam Hieremias etiã vult illud reducere ad memoriã dicens. Domine omnes qui te derelinquunt, confundentur, recedentes à te in terra scribentur. Hiere. 17. Sexta respõsio, scribebat ergo in terra, non in cœlo. Nam ibi nomina iustorum scribũtur, Et ideo dicitur, Gaudete & exultate, quia nomina vestra scripta sunt in cęlis, Lu. 10. Sed peccatores scribuntur in inferno, ergo scripsit in terra, volens eis reducere ad memoriam verbum Hieremiæ, Domine omnes qui te derelinquunt, in terra scribẽtur. Ratio, quia dereliquerũt venam aquarũ viuentiũ Dominũ, quia sicut per aquæductũ aqua venit de fonte, sic per Christum aquæductum venit aqua gratiæ Dei. De illo fonte dicitur Eccle. 1. Fons sapiẽtię verbum Dei in excelsis. Patet ergo responsio prima quæ fuit solum facto. Sed moraliter videamus. Nam dicitur in euãgelio ꝙ in aurora Christus venit in monte Oliueti, & prędicauit populo. Sic faciamus nos quotidie dũ sumus hic in ista vita. Nam venimꝰ ad montẽ Oliueti, hoc est ad missam, quia mõs est. Nam missa est altius opus cõtemplationis quod possit esse, & ideo presbyter tenet manus eleuatas, quasi ad montẽ volãdo, Et ideo dicit, Sursum corda, dicit populus, Iã habemus ad Dominum. Quare dicitur Oliueti? eò quia ibi est multũ oleum. Et ideo in missa abundantia Christi magis in nos influit & abũdat, & sicut Christus de mane ibat illuc, sic nos & totus populus. Et sicut nos primò dicimus missam, sic ipse dicebat missam, & post missam prædicabat. Et ideo iste est noster modꝰ vt videtis quotidie, quoniã plus valet vnus sermo post missãm, quàm tres ante missam. Et ideo Apostoli tenuerunt istũ modum. Nam ista est vita Apostolica. Et talẽ vitã tenebat virgo Maria, & sancta Maria Magdalena cum aliis sororibus, & istã teneatis. Ideo S. Paulus dicit, An experimentum quæritis eius qui in me loquitur Christus, qui in vobis non infirmatur, sed potens est in vobis 2. ad Corinth. 13. Ecce ergo hic primam moralitatem, quia habetis consolationem vos & ego, tenendo & seruãdo modum & vitam Christi. Secũda quæstio moralis est, quare hæc mulier debebat

bat lapidari, & quid ista mulier significat? Et dico quod ista mulie significat animam peccatricē humanā, quæ dereliquit maritū suum Christū & accessit per peccatū ad alium non maritum. s. diabolum, quia quęlibet anima in baptismo est desponsata Christo. Et ideo sicut si vnus Rex cui multæ mulieres magni generis offerentur, & tamē ipse duceret filiā alicuius agricolæ pauperis, & illā desponsaret, magnum honorem ei faceret. Ita est in nobis, quia Rex cœli scilicet Christus est amator animæ cuiuslibet Christiani, quæ est filia agricolæ, quia omnes sumus filij Adæ qui erat agricola, & hoc propter pulchritudinē eius, quia si tu videres vnam animam sine turpitudine & macula peccati, transires sic mille annis quod nunquam vel comedere nec bibere. Et ideo dicitur, Si ignoras te ô pulcherrima inter mulieres, egredere & abi post vestigia gregum tuorum, & pasce hædos tuos iuxta tabernacula pastorū. Cant. 1. Et hanc animam cuiuslibet Christiani sibi Christus despōsauit in baptismo. Ose. 2. dicitur, Sponsabo te mihi in sempiternum, & spōsabo te mihi in iustitia & iudicio, & in misericordia & miserationibus. Et spōsabo te mihi in fide, & scies quia ego Dominus. Et dicit ter sponsabo, quia tria sūt in baptismo. Catechismus qui significat instructionem. Secūdò fit exorcismus. Tertiò baptismus qui significat misericordiā, quia voluit desponsari animæ. Nam dicitur, Nusquā enim angelos apprehendit, sed semen Abrahæ apprehendit. ad Heb. 2. Et ideo bene debet esse fidelis talis anima. Sicut filia talis agricolę multū peccaret, si esset infidelis suo marito, accedendo hincinde per luxuriam, sic etiā quādo homo peccat, dimittit spōsum suū, & adulterat cū diabolo. verbi gratia, Si tu te das peccato superbiæ, vadis ad infernū cum vno diabolo, qui vocatur Leuiathan qui tētat de peccato superbiæ, & dimittis Christū qui est humilis & fuit. Item si vadit anima ad lupanar auaritiæ, si est homo auarus faciendo vsuras, vadit cum vno dæmone. s. Mammona qui tentat de peccato auaritiæ. Item si de peccato luxuriæ, tunc vadit cum vno dæmone, qui vocatur Asmodæus, qui tentat de peccato luxurię. Item de inuidia & vocatur iste Beelzebub. Nam iste tētat de peccato inuidiæ. Si per gulam, ad Beelphegor. Si per irā recedas à patiētia & à Christo, vadis ad Baalberith. Si per acidiā, vadis ad vnū qui vocatur Astaroth. Et ideo dicitur, Tu fornicata es cum amatoribus multis. Hieremiæ 3. Adultera secūdum legem debebat lapidari. Quid ergo mereretur talis homo, nisi secundum legem, vt lapidetur? Nam lapidatus multis vulneribus percutitur. Ita punitur in omnibus anima damnata, quia angeli & omnes sancti, & elemēta lapidāt eam dicentes, Damnetur. Ideo dicitur Sap. 5. Accipiet armaturam zelus illius, & armabit creaturā ad vltionē inimicorū, &c. & pugnabit cū illo orbis terrarū contra insensatos. Caueat ergo quilibet sicut quælibet mulier

esset

esset confusa si dimitteret virum suum, & ita est de anima. Et ecce primam partem, quæ est realis Christi responsio. Secunda respōsio fuit realis, & vocalis coniunctim re & verbo. Nā cùm dicitur, Cùm ergo perseuerarent interrogātes, erexit se, & dixit eis, Qui sine peccato est vestrûm, primus in illam lapidem mittat. Et iterum inclinans se scribebat in terrā. Audientes autē hęc vnus post aliū exibāt incipientes à senioribus, & remāsit solus Iesus, & mulier in medio stans. Nota dicitur, quod cùm Christus staret sic inclinatus, Iudæi nō erant cōtenti de eius responsione, & volebant quod verbo diceret, vt possent eū accusare, & perseuerabāt interrogātes, & tunc surrexit Christus & dixit eis. Vos dicitis, quod ista mulier cōmisit adulterium, & insuper dicitis, quod debet lapidari, & vultis quod dicā quid mihi videtur faciendū? Respōderunt, ita. Tunc dicit Iesus. Dico ergo quod quisquis vestrûm est sine peccato, mittat primum lapidem. Et iterū inclinauit se & scripsit. Et quid scripsit? Responsio, Opiniones sunt, sed melius videtur dicendum, quod scripserit illud quod dixerat verbo .s. qui sine peccato est. Et ita habemus nos in vna antiphona quę hodie dicitur ad benedictus. Inclinauit se Iesus & scribebat in terrā, Qui sine peccato est vestrū, primus in illam lapidē mittat. In qua scriptura virtute diuina quilibet eorū vidit clarè omnia sua peccata quæ vnquā fecerat vt dicit glosa ordinaria & ex verecundia recedebant vnus post alium, timentes ne populus videret peccata eorum, & lapidarentur ibi. ideo inclinato capite recedebant, & Christus remansit solus cum muliere & populo, & cum discipulis suis in medio stans. Ecce ergo responsionē Iesu Christi factā re & verbo. Sed modò videamus hîc moraliter, quid significat, quod Christus bis se inclinauit, & prima inclinatione nō ostendit peccata Iudęis, sed bene in secunda inclinatione. Quæritur ergo circa hoc, quid significāt istæ duæ inclinationes? Et respondeo quòd istæ duæ inclinationes significant duos aduentus. Et primus est quādo fuit incarnatus. Secūdus est, vel erit in die iudicij. Et inter hos duos aduentus est magna differentia. In primo nō reuelabat hominibus nisi peccata notoria, & illa reprehendebat dicēs, Væ vobis Scribæ, & Pharisæi hypocritæ, Mat. 23. Et de ista prima inclinatione dicitur in Psal. 17. Inclinauit cœlos, & descendit, & caligo sub pedibus eius. Et isti cœli quos inclinauit signāt duas altitudines cœlestes. Et prima fuit, inclinādo se de æternitate ad incarnationē assumēdo tēporalitatē, qua accepit initiū vsque ad terminū suæ passionis, id est spatiū. 33. annorum. Itē inclinauit suā infinitatem, quia in vno ventre vnius puellę fuit conclusus, & hoc in die incarnationis, quando virgo Maria dixit. Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbū tuum Luc. 1. Itē alia sua altitudo est impassibilitas quā inclinauit, nam habebat frigus, calorē, & sentiebat dolores, & multa alia. Item

incli-

inclinauit habitationẽ cœlestẽ ad infirma. s. à presepe, & sic de mul-
tis aliis. & isto modo inclinauit cęlos, & ideo dicitur, Et caligo sub
pedibus eius. Caligo signat peccata hominum. Et ideo sicut in pri-
ma inclinatione, nulli Iudæorum reuelauit sua peccata, ita etiã nec
in primo aduentu. Sed in secunda inclinatione reuelabit eis pecca-
ta, & significat secundum aduentum. s. diem iudicij, quia tunc non
occultabit, sed manifestabit omnia peccata. Ad modum illius qui
ponitur in scala ad portam ecclesiæ, cum charta in fronte, & qui-
libet potest legere crimina quæ fecit. Si tunc in iudicio vnus hom-
videbit bona, & mala omnium quę fecerunt, & hoc vt ab omnib-
approbetur sententia iudicis pręmiationis, vel punitionis, vt di-
doctor sanctus in 4. scrip. di. 43. art. 5. q. 2. & 3. vide ibidẽ multa
chra de hoc, quia nisi homo sciat merita, vel demerita, nõ poter-
probare sententiam iudicis. Apoc. 20. Iudicium sedit & libri aper-
sunt, & iudicati sunt mortui ex his, quæ scripta sunt in libris secun-
dum opera eorũ. Et tunc multi qui apparẽt boni apparebunt tunc
mali. Dic de quolibet statu. Nam tunc quando boni respicient ma-
los dicent, Ille videbatur bonus homo & misericors, & secrete fa-
ciebat vsuras. Apparebat cast⁹ & honestus, & erat luxuriosus, & in-
honestus. Item faciebat tãta bona, & ista omnia faciebat per hypo-
crysim, & vanã gloriam, & sic de aliis. Nam ibi apparebunt omnia.
Vnde. 1. Cor. 4. Veniet Dominus qui illuminabit abscõdita tenebra-
rũ, & manifestabit cõsilia cordium. Et de ista inclinatione loquitur
Dauid Psal. 143. Domine inclina cœlos tuos, & descẽde, tange mõ-
& fumigabũt. Fulgura coruscationẽ, & dissipabis eos, emitte sag-
tas tuas, & cõturbabis eos, &c. dicit cœlos, & hoc propter cœlestes
qui omnes descendent in iudicio cũ Christo. Et dicit, tange mõtes
Quia in die iudicij, nõ solũ ciuitates, villę, castra, & domus, imò etiã
montes vrẽtur. Et ideo nominat mõtes, quia sunt fortiores in hoc
mundo, & ita infumigabũt sicut stupa prope ignẽ, &c. & significat
notitiã quã quis habebit de peccato alterius. Emitte sagittas. i. re-
prehensiones, & cõturbabis eos, quia confundentur. Ecce ergo hic
duos aduentus Iesu Christi. Et si fortè aliquis vellet dicere, & non
erit aliquod remediũ ꝙ peccata sic nõ videãtur? Dico ꝙ sic. Et dabo
tibi vnum velũ quod habet quatuor angulos, & si illud vis accipe-
re, omnia peccata tua erunt tecta & secreta, intantũ, ꝙ nullũ pecca-
tum apparebit in cõfusionem tuã. Et nominatur pœnitentia. Et pri-
mus angelus est, vt habeat contritionẽ & dolorẽ de peccatis. Secun-
dus vt habeat voluntatẽ nõ redeundi. Tertius est cõfessio, vt quod
magis turpe est peccatũ, melius dicatur. Quartus est, vt teneat pœni-
tentiam cõfessoris. Et qui istud velũ habebunt, eorũ peccata nõ ap-
parebunt, nec videbuntur in verecundiã illa die. Probatur in Psal.
Beati quorũ remissæ sunt iniquitates, & quorũ tecta sunt peccata.
Remissa

Remissæ.s.in confesfione, & erunt tecta, & si istud velū hic in isto mundo non habetis,in alio sæculo non habebitis remisfionem.ecce ergo hic responsionē verbalē & realē. Tertia responsio fuit vocalis tantū,cùm dicitur in Euāgelio, Erigens autē se Iesus,dixit mulieri: Mulier vbi sunt qui te accusabāt? nemo te cōdēnauit? Quæ dixit, Nemo Domine. Dixit ei Iesus,Nec ego te condēnabo. Vade & amplius noli peccare,cū illi ergo abiissent,remansit mulier sola coram Iesu Christo.s.de accusantibus.Nam bene populus erat ibi,& tunc Christus dixit,Mulier vbi sunt qui te accusabant? & tunc dixit,nec ego te condemnabo,sed amplius noli peccare, quasi vellet dicere, tu fuisti decepta per diabolum, & propriam fragilitatem,iam ego remitto tibi peccatum,noli peccare amplius, ista mulier vt videtis, fuit primò in periculo mortis,& fuit liberata per Christum. Secundò erat in periculo mariti, & timebat ne fortè occideretur ab eo, & possumus piè credere quod Iesus Christus posuit in corde viri ipsius ne faceret sibi damnum aut malum aliquod. Tertiò timebat de vicinis,ne diffamarent eam,& quia Christus hoc modo eam absoluit in præsentia populi, etiam ad hoc eam liberauit & ecce responsionem verbo tantum. Moraliter quæritur hic cùm Christus absoluit istam,& non dixerit nisi vade & amplius noli peccare,& nō dedit sibi pœnitentiā,quare hoc fecit? Nā posset dicere aliquis,ꝙ confessores post absolutionē nō debent dare pœnitentiam. Responsio, confessores dant duplicem pœnitentiam. Prima est contra peccata præterita tanquam medicinam curatiuam, vt si peccator peccauit per superbiā,dant sibi in pœnitentiā humilē orationē. Si per auaritiam,dant sibi restitutionem,& sic de aliis. Alia est pœnitentia pro peccatis futuris tanquā medicina præseruatiua,dicēdo peccatori, si velit abstinere à peccatis, & si sic absoluendus est peccator, & hanc pœnitentiā dedit Christus mulieri,di. Vade & iā amplius noli pec. Sed quare nō dedit ei primā pœnitentiā pro peccato præterito,tāquā curatiuā? Responsio,propter duo. Primò propter vniuersalem potentiā,quia potētia Iesu est magna,nec cōparantur illi cōfessores etiā Papæ. Nā Papa potest absoluere à pœna & culpa, & sine pœnitentia,sed alij nō possunt.& si hoc potest facere Papa qui est mortalis,quantò plus ergo Papa Iesus. Secūda est ex clara Christi sciētia qui vidit confusionē factā mulieri tam magnā,& in tali loco quam tulit patienter cū magna cōtritione. Ideò Iesus Christus noluit sibi dare aliā pœnitentiam. Sed nō habemus istā scientiam nec potētiam. Ideo datur nobis alia pœnitentia,& ideo confessor debet dicere,Facite ergo fructus dignos pœnitentię,& ne cœperitis dicere, patrem habemus Abraham,quia potens est Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ. Iā enim securis ad radicē arboris posita est, &c. Luc.3.& dico ꝙ fructus pœnitentiæ est in triplici gradu. Nam quidam

Ratione huius potestatis pete ex scholasticis.

quidã sunt præcepti à lege, & in his talibus nõ est medium, quia si ablatis tenetur quis restituere, & in hoc confessor nõ potest dispensare, vt in factis. est autẽ furtum, vt dicit S. Tho. 2. 2. q. 66. ar. 3. vsurpatio bonorum alterius, vel contrectatio cõtra voluntatem domini, & ideo non solum accipere est furtum, sed etiã contrectare, & ideo quia primum accepisti, furtum fecisti, & quia secundo contrectas, iterum furtum committis. Restitue ergo rem furatam, & tũc remittetur tibi peccatum. Nam non dimittitur peccatum nisi restituatur ablatum. de regulis iu. lib. 6. & si forte non habeas vnde restituas sufficit tibi quod habeas voluntatem restituendi, sed in habendo peccatum mortale. Vendas itaque de bonis tuis, etiam si habes mittere de honore tuo, alias si haberes totũ mundi contritionem & nõ restitueres, veniã nõ haberes, nisi dominus rem tibi prolongaret, vel remitteret ad tuã petitionem, vel reuelationem, & si nõ tibi sit reuelatũ, vadat confessor ad illud petendũ. Dico ergo, quod iste fructus pœnitentiæ iam est præceptus à lege, nec Papa potest in hoc dispensare. Alius est fructus per ecclesiam ordinatus, scilicet, quod quis annuatim semel confiteatur in Quadragesima. Si autem non confitearis, peccas. & ideo si displiceat tibi peccasse, & proponis cõfiteri suo tempore, scilicet, Quadragesimæ, extra peccatum es, & lucraris indulgentias, & est stylus curiæ, quod quamuis nõ sis confessus, si intra decem dies confitearis, lucraris indulgentias, & tamen consilium, & bonum, vt confitearis frequenter, licèt non tenearis nisi in Quadragesima. Tertius fructus est quem dat confessor iste est arbitrarius quo ad qualitatẽ, quia potest esse vel ieiunium, vel oratio, vel aliquid huiusmodi. Facite ergo fructus dignos pœnitentiæ, & vade iam amplius noli peccare, quod fuit thema.

Furtum est ablatio rei alienæ domino rationabiliter inuito.

Dominica IIII. in Quadragesima. Sermo I.

C*Olligite quæ superauerunt fragmenta.* Ioan. 6. & officialiter in euãgelio hodierno. Vnde hoc sanctum euãgelium hodiernum de quo prædicaturus sum, facit mentionem cuiusdam solennis conuiuij, quod in deserto fecit Papa Iesus Christus, & dicitur magnum respectu facientis. s. Christi. Secundò respectu inuitatorum, quia Apostoli, & multi alij. Tertiò respectu eius de quo comederunt. Quartò respectu multitudinis. Nos tamen nõ fuimus digni esse in illo conuiuio, vt comederemus de illis magnis panibus, & integris, quia licèt diu sit, quod illud conuiuium est celebratum, tamen adhuc remanent fragmenta in historia euangelij, ergo dicit Christus, Colligite, &c. Ita dicũt magni domini seruitoribus post prandium. & hoc dicit thema, Colligite quæ, &c. nam post quã non fuistis in prandio illo, perquiratis mensam, & ista mensa est historia euangelij, siue euangelicalis. Colligamus ergo, & incipiamus ab vno capite mensæ ad aliud, & reperiemus sex fragmenta.

Pri-

Primum est obseruantia pœnitentialis,
Secundum est prudentia intellectualis,
Tertium est ordinatio regularis,
Quartum est confidentia diuinalis,
Quintum est misericordia liberalis,
Sextum est beneuolentia virtualis.

Primò ergo tãgitur obseruantia pœnitẽtialis.s.facere pœnitẽtiam pro peccatis in capite mentę.i.historiæ euangelij, vbi cum dicitur, Abiit Iesus trans mare Galileę, quod est Tyberiadis,& sequebatur eũ multitudo magna, quia videbãt signa quæ faciebat super his qui infirmabantur. Subiit ergo in montem Iesus,& sedebat ibi cũ discipulis suis,erat autem proximum pascha dies festus Iudæorũ. Videamus vtrum reperiemus aliquod frustũ panis bonũ. Nam dicit quod tempore quo Iesus prędicabat in terra promissionis,iuit de ciuitate in ciuitatẽ,de villa in villã,& per castra & loca,& etiã interdũ per mare,&plurima turba sequebatur eũ,& hoc pluribus rationibus,& prima ratio est propter charitatem spiritualẽ, & hæc est melior. Secunda propter deuotionem Iesu Christi,& verborũ eius,& non est mirum. Nam illa verba exibãt de ore Dei incarnati cũ magno sapore in corda hominum. Alij sequebantur eũ propter necessitatẽ corporalẽ,vt infirmi,quia curabat eos verbo, & tactu sicut sibi placebat,& istam tertiã rationẽ tenet textus ibi, sequebatur eũ, &c. Alij sequebantur eum propter curiositatem mundanã solùm,vt viderẽt miracula quę faciebat. Alij propter malignitatem diabolicã,vt Pharisæi,aduertentes si aliquod verbum posset in eo reprehẽdi,& ideò sequebatur eum multitudo magna & dicit textus, quod erãt quinque millia. Verum dicit sanctus Matthęus,masculi,& sic non cõprehendebantur mulieres neque minores & pueri, & ideò poterãt esse 10.vel 20.millia , & de his facit mentionẽ sanctum Euangelium qui erãt 20.annorũ,& vltra,quia illi solũ numerabantur,& sic numerabantur in veteri testamẽto,secundũ ꝙ habetur.Nu.1.2. & 3.c.Et Iesus Christus sedit in mõte. Sed videamus vtrũ reperiemus aliquod frustum pro nobis, & certè sic . Nam si discooperiamus mappas mensę,reperiemus obseruantiã pœnitentialẽ seu pœnitentiã. Quoniam dicit euangelium,quod Iesus Christus transiuit mare,& post quieuit in mõte. Nam mare significat pœnitentiã,quia dicitur mare ab amaritudine,quasi amarum. Et hoc est pœnitẽtia,cuius opera sunt omnia amara. Et primũ in pœnitẽtia,est cõtritio. Et illa est amara, patet quia nihil aliud est quã dolor de peccatis pręteritis. Secũdum in pœnitẽtia est propositũ habere amplius nõ peccãdi,& hoc est amarũ,quia est cõtra tuã malã consuetudinẽ. Tertiũ est cõfessio quæ est amara. Nam amarũ est tibi ꝙ cõfessor qui te habebat pro bono, videat &cognoscat tuã verecundiã,& infamiã. Quartum est afflictio,

ſicut eſt ieiunare, ciliciũ portare, verberare ſe cũ diſciplinis, & ſimilia, & nõ dormire in lecto. Nã omnia iſta ſunt amara. Itẽ in oratione. Nã ſicut ille qui eſt in tormentis habet manus eleuatas, lapiſque attrahit corpus verſus terrã, ita in oratione. Nã corpus eſt lapis, vt habetur Sap.9. Corpus enim quod corrũpitur aggrauat animã, & terrena inhabitatio deprimit ſenſum multa cogitantẽ, &c. Item dare eleemoſynã durũ & amarũ eſt, dãdo pauperibus, & reſtitutionẽ facere de malis ablatis, parcere inimicis, remittendo iniurias amarũ eſt. Sed cõmunicare quod eſt vltimũ, dulce eſt, ſed propter memoriam paſſionis Chriſti videtur amarũ. Ideò dixit Deus, Cum eſſet agnus comedẽdus, quod cõmederent eũ cum lactucis agreſtibus. Exo.12. Cõcordat S. Paulus di. Quotieſcunque mãducabitis panẽ hunc, & calicem bibetis, mortẽ Domini annuntiabitis, &c. 1. Cor.11. Mare ergo ſignificat pœnitentiã. & dicit Eſa. in Cãtico, Domine ſi ſic viuitur, & in talibus vita ſpiritus mei, corripies me & viuificabis me, ecce in pace amaritudo mea amariſſima, &c. Eſa.38. Amara eſt quo ad cor. ſ. quo ad contritionẽ, amarior quo ad os. ſ. per cõfeſſionem, amariſſima quo ad corpus. ſ. quo ad ſatisfactionẽ faciendã. Ecce ergo mare. Vel illi qui trãſeunt mare cũ Chriſto obtinẽt aſcendere ad montem, id eſt, ad cœlũ, & aliter nõ poſſumus aſcendere niſi per pœnitentiam. Videatis ergo fructum pœnitentiæ. Et ideò Dauid in Pſal. Domini eſt terra. ibi, Quis aſcendet in montẽ Domini, aut quis ſtabit in loco ſancto eius? Reſpondet Innocẽs manibus, & mũdo corde, &c. Et ipſe Dauid quærebat à ſuis doctoribus, & rabinis, ſed reſponderũt neſcierũt, ſed ſpiritus ſanctus reſpõdit di. Innocẽs. Et dicitur aliquis innocẽs tribus modis. Primus modus eſt per eleemoſynã. Secũdo, per reſtitutionẽ acceptorũ. Tertius, per petitionẽ veniæ. Et illi qui ſic faciũt, ſunt innocẽtes manibus, & mundo corde. Et etiã propter alias tres cauſas dicũtur innocẽtes. Prima eſt propter cõtritionem. Secũda eſt per ſatisfactionẽ. Tertia eſt per remiſſionẽ. Ecce hoc eſt primũ fragmentũ. ſ. pœnitẽtialis obſeruãtia. Et de iſtã locutus eſt Dominus Ieſus Chriſtus di. Pœnitentiã agite, appropinquauit enim regnum cœlorũ. Mat.4. Et iſtud fruſtũ referuetis, quia aliã viã non habetis ad montẽ aſcẽdendi. Venio ad ſecundã partẽ in qua reperitur ſecundũ fruſtũ. ſ. prudẽtia intellectualis. Et hoc cum dicitur, Cum ſubleuaſſet oculos Ieſus, & vidiſſet, quia multitudo maxima venit ad eũ, dixit ad Philippum, Vnde ememus panes, vt manducẽt hi? Hoc autem dicebat tentans eũ. Ipſe enim ſciebat quid eſſet facturus. Reſpõdit ei Philippus, Ducentorum denariorum panes nõ ſufficiunt eis, vt vnuſquiſque modicum quid accipiat. Cùm Chriſtus ergo dixiſſet ſubleuãs oculos, quia iam tenebat eos verſus terram. Et dicit circa hoc glo. quod tenere oculos ſic humiles, eſt ſignũ ſapiẽtiæ, quia nõ habebat illos volantes, matris ſuæ ſumendo exemplum, de qua legitur

scriptura Canti. 4. loquitur di. Quam pulchra es amica mea, quàm pulchra es, oculi tui columbarum absq; eo quod intrinsecus latet. Et dicitur bis pulchra, quia nunquã vana cogitauit, nec etiã in corpore peccauit, & in hoc simpliciter erat laudabilis, quia habebat oculos columbæ quæ semper habet eos depressos. Nam aliæ aues multæ habent oculos ad rapinã inclinatos, & huiuscemodi sunt qui respiciũt hinc, & inde, & ad fenestras, & hoc est signũ rapinę, tenete ergo oculos colũbæ. Et de hoc spiritus sanctus laudat virginẽ Mariam di. absq; eo quod intus latet, id est, humilitate. Et subleuauit oculos Iesus, & vidit maximã multitudinẽ. Et primò dixit magnã. ideò quia quinq; millia, sed numerando à 20. annis & suprà est maxima, & dixit Philippo, Vnde ememus panes, &c. Quare ergo plus quæsiuit à Philippo quàm ab altero? Dicunt circa hoc Doctores, quòd ideò, quia ille inter alios Apostolos erat simplicior, vt benè patuit in eius responsione grossa, quia dixit. Ducentorum, &c. q. d. nõ est remediũ, quia si dixisset, Domine vos qui creastis sydera, & vniuersa, vos potestis adhibere remediũ, tunc fuisset subtilis. Et circa hoc est aliud frustũ panis, quod dicitur prudẽtia intellectualis. Nã Iesus Christus, qui est æterna sapiẽtia quæsiuit cõsilium à Philippo, cùm tamẽ ipse esset simplex, & hebes, vt per locũ à maiori argueremus, quia si Christus petebat consiliũ ab hebete quo nõ indigebat, quod nec nos vereamur consiliũ petere pro veritate inquirẽda, etiã à simplicibus. Nam aliàs superbia esset ex qua multa sequuntur damna. Exemplũ, Nam quot malæ sententię in mundo dantur propter verecundiã, quia nõ petunt consiliũ ab antiquioribus. Item etiã multi sunt aduocati, qui quãdo incipiunt aliquã quæstionem, primò debent videre vtrum est iusta an nõ, & quærere super hoc consilium, sed non curant, sed faciunt quod postea in fine post multa damna cõueniunt partes cõpromittendo, & componũt se, exigentes tamen semper pecunias ab eis vsq; ad illud tempus, & magnum tamen de hoc habent peccatum. Ita est in notariis qui propter verba impertinentia instrumẽti faciũt causam perdere, & hoc multoties fit propter non petere consiliũ, & tenentur de damno dato. Itẽ multi sunt religiosi qui habẽt prædicare, & exeũtes de studio Philosophiæ incipiunt Theologiã, & propter verecundiam non sunt ausi petere consilium, & dicũt multos errores, & incõtinentia in sermonibus suis, & verba impropria, & scandalosa. Semel quidã religiosus erat prędicaturus de trinitate, & voluit prędicare per quęstiones, & formauit primò argumẽta cõtraria veritati in prima parte sermõis benè triginta. Alij videtes, & audiẽtes quòd prima pars fuerat ita magna, recedebãt propter fatigationẽ, & ipsi remanebãt in illo errore, & hoc sibi cõtingebat propter nõ petere cõsilium. Itẽ multoties in confessoribus qui in multis sacramẽtis errãt propter nõ petere consiliũ, &

nesciunt quomodo debent absoluere de excommunicatione minori, & quomodo de maiori. Similiter contingit in medico non intelligente benè radicē infirmitatis, & homines sic pereunt, quia nō petunt cōsilium propter verecundiam, & ponit magnum pondus animæ suæ, multa enim veniunt propter non petere cōsilium. Ideò Iesus Christus ab hebetiori noluit petere consiliū iuxta dictū. Interroga patrē tuū, & annūciabit tibi, maiores tuos, & dicēt tibi. Deut. 32. Interrogandi non solùm maiores, imò etiā minores. Vnde semel contigit, vt quidā magister magnus in Theologia non poterat intelligere vnū punctum sacræ scripturæ, & propter hoc ieiunabat, & orabat, & nō potuit optatū habere intellectū dubij quousq; humiliauit se, & voluit ire ad alium caussa informationis, tunc Angelus apparuit sibi, & eum plenè de dubio instruxit. Ideò S. Iob dicit circa hoc, Interroga iumēta, & docebūt te, & volatilia cœli, & indicabunt tibi. Loquere terræ, & respondebit tibi, & narrabūt pisces maris. Iob. 12. Et hîc nominat quatuor cōditiones personarū, dicēs iumenta. Istæ sunt personæ actiuè. Aues verò sunt personæ cōtemplatiuè. Tertia verò conditione designātur agricolæ, Pisces verò sunt omnes Christiani qui de aquis baptismi sunt educti. Et ideò quandocunque reuelas dicta tua propter humilitatē alicui homini, tunc Deus te illuminabit, & scies illud de quo dubitabas. Ecce hic ergo secundū frustū. s. prudentia intellectualis. Sequitur tertiū frustum quo fiat ordinatio regularis. vt. s. quilibet seruet regulā, & ordinem viuendi. Et hoc ostēditur in tertia parte Euāgelij, cùm dicitur, Dicit ei vnus ex discipulis eius, Andreas frater Simonis Petri. Est puer vnus hîc, qui habet quinq; panes ordeaceos, & duos pisces, sed hæc quid sunt inter tātos? Dicit ergo Iesus, facite homines discumbere. Erat autē fœnū multū in loco. Discubuerūt ergo viri numero, quasi quinque millia. Vide cū Philippus respondisset. Andreas dixit. Hîc in societate est puer qui habet quinq; panes ordeaceos, & duos pisces. Sed quid hoc erit inter tantos? q. d. seruemus pro nobis. Sed Iesus Christus iussit, vt omnes discumberēt, & fuerūt benè 5. millia qui sederunt. Et hoc declarat S. Marcus 6. c. qui dicit quod sederunt per centenos, & quinquagenos. s. quia ad vnam partē homines maiores, & ad aliam partem minores, & fuerūt ordinati per centenos in longum, & sedebant super fœnum, vt possent transire modò sulcorū, & per transuersum erant quinquaginta, & ita de mulieribus, & minoribus, & isto modo fuerūt ordinati, iuxta illud, Quæ à Deo sunt, ordinata sunt. Itaque qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit. Qui autē resistunt, ipsi sibi damnationem acquirunt. Rom. 13. Sed quæritur quare Iesus noluit, vt comederēt donec fuerunt ordinati, cùm tamē in ordinatione multam moram fecerint? Respōsio, quod hoc est frustum absconsum infra mappas, & est ordinatio regularis,

gularis, quia si volumus ꝙ Deus prouideat cõmunitati, oportet ꝙ sit ordinata. Et ita de omni monasterio religiosorũ, de omni capitulo, & collegio, etiã quilibet in domo sua sit bene ordinatus. Exemplum si rectores alicuius vniuersitatis tempore siccitatis volunt ꝙ Deus det eis pluuiam suo loco, & tempore, ordinẽt ciuitatẽ, locum vel villam, vt non stent leprosi cum aliis sanis, nec meretrices stent cum bonis mulieribus, nec Iudæi cum Christianis. Item quod nemo audeat diebus dominicis & festis laborare. Et sic postquam hoc est ordinatum, tunc Deus prouidebit illis. Item quæ est ratio qua-e plures conuentus religiosorum moriuntur, & pereunt tamen quia inter eos non est ordinatio quæ consistit in paupertate, castitate, obediẽtia, & in aliis ceremoniis. Ita dicamus de capellanis, quia in ordine suo dicere deberent matutinas, & alias horas canonicas, & deuotè orare. Nam quilibet scit suum ordinem, Non ꝙ semel oret in aurora & semel genibus flexis, & semel nõ, sed accipiendo horas per ordinem, non accipiendo interuallum, nec induendo se. Nam benedictus est qui vitam habet ordinatã iuxta verbũ. Omnia honestè, & secundum ordinem fiant in vobis. 1. Cor. 14. Benedictus est ergo Christianus, religiosus, presbyter, vel alius qui totũ tempus tenet ordinatũ, & istis prouidet Deus. Et habetis frustum bonum quod est ordinatio regularis. Quartum frustum est confidentia diuinalis. s. in omnibus necessitatibus, & periculis confidere de Deo, quia licèt amici, & parentes deficiant in pecunia, tamen Deus non deficit in necessariis. Et hoc frustum inuenitur in mensa, id est, in Euangelio ibi, Accepit ergo Iesus panes, & cùm gratias egisset distribuit discumbentibus, similiter & ex piscibus quantũ volebant. Nam quãdo Iesus Christus homines vidit ordinatos, accepit panes & pisces, & tenendo in manibus, & oculis ad cœlum eleuatis, tunc benedixit, & dedit discipulis, & discipuli dederũt omnibus, intantum quod omnes saturati fuerunt, & semper victus multiplicabatur. Et hoc fuit factum tribus modis. Primò, inter manus Christi frangentis. Secundo modo crescebat in gremiis Apostolorum ministrantium. Tertiò, inter dentes comedentiũ. Ecce ergo quomodo multiplicati sunt, & saturati fuerũt. De quo sapore, dico vobis quod nullus panis fuit ita suauis & sapidus. Quoniã regula est in Theologia, quod quidquid Iesus faciebat miraculosè, præualebat ei quod fiebat per naturã. Ita cùm restituebat visum, vel dando sanitatem, & quãdo fecit de aqua vinũ in nuptiis architriclini. & fortè quæreret aliquis an aliquid biberunt. Nam certũ est quod itinerantes & fessi si multum comedunt & non bibunt, magna est passio & pœna. Sed Euangeliũ nullam facit mentionem de potione. Habemus tamen dicere ne prandium videatur imperfectum, quia Dei perfecta sunt opera. Deut. 32. ꝙ biberũt, & quod illi panes & pisces fuerũt

simul cibus & potus. Nam nõ legitur quod esset ibi vinũ neq; fons. Nec videtur ratio quod habuissent ire ad fontẽ, quia tunc esset ibi inordinatio. Quod aũt panes & pisces erant simul cibus & potus, trahitur ex duobus passibus bibliæ. s. Exod. 17. & Nume. 20. vbi dicitur, quod filij Israel habebãt in deserto quid comederent, sed non quid biberent, quare ipsi murmurabant cõtra Moysen. Qui orauit Deũ, & Deus dixit sibi quod cũ baculo percuteret saxũ seu rupem, & fecit, & exiuit flumen aquæ viuæ. Ista petra erat, Christus. 1. Cor. 10. & significauit quod petra, id est, Christus daret eis ad bibendũ. Sic etiã de pane & pisce exibat liquor qui refocillabat comedẽtes. Nam si de petra, in qua nullus liquor erat, exibat aqua, quãtò ergo plus de pane. Et hoc fuit figura cõmunicandi, & tamen dicũt laici: Vos clerici decipitis nos, quia datis nobis duntaxat corpus Christi, sed nõ datis nobis de sanguine. Sed nõ est verum, imò damus vobis de sanguine, quia in hostia cõsecrata est ibi totũ corpus ex vi verborũ, & totus sanguis ex cõcomitantia reali. Vnde antiquitus dabatur etiã de sanguine. Et quia ex quo sequebãtur multa pericula. Nã multi rustici cũ magnis barbis cõmunicãtes, faciebãt quod aliquid in barba remanebat, & per consequẽs plura alia pericula. Ideò fuit mutatũ. Nam in corpore est sanguis, ideò dicitur Ioã. 6. Qui mãducat meã carnẽ, & bibit meũ sanguinẽ, habet vitã æternã, & ego resuscitabo eũ in nouissimo die accipiendo, & pro etiã. Nã viua caro est corpus viuũ, & ideò nõ sine sanguine. Et hoc frustũ est cõfidentia diuina. Sed tunc Apostoli quasi desperabãt, eò quia nõ poterãt hominibus prouidere. Sed Christus voluit aliter prouidere. s. modo inusitato, ad dandũ intelligendũ quod in nullo casu siccitatis, nec in alio modo desperemus de Deo, sed quod habeamus bonã confidentiã, & nõ teneamus modum aliorũ rusticorũ qui dicunt, si non pluit, nõ habebimus isto anno blada. Sed isti nõ habẽt bonã intentionẽ, nec cõfidentiam de Deo. Nam Deus potest dare non solũ frumenta in campis, imò etiam in horreis. Idem de vino. Idẽ aliis. Et sic interdum non cõcedit propter diffidentiã nostrã. Et circa istam materiam audiatis parabolam, Nam semel cõtigit quod in ciuitate Valentiæ blada erãt duabus palmis super terrã, & venit siccitas nimia & crudelis, & nõ crescebant, & fiebãt incessanter processiones cũ multis letaniis, & nunquã pluit. Et tẽpore messiũ gentes collegerunt blada ita parua, & nunquã tantũ frumentũ habuerunt. Nam spicæ erãt meliùs granatę quàm vnquã priùs, licèt habuerũt parum de palea, & ideò si nos sequeremur Christũ vt illi, prouideret nobis sicut & illis. Petatis ergo pluuiam, vt sibi placet, quia aliter potest prouidere absque pluuia, prouidet semper animalibus. & vtinã diceremus de eo sicut dicit filius paruulus de patre suo. Nã si interrogas puerũ. Quid comedes hodie? Dicet ipse, Pater meus habet curã.

Et si dicis sibi, Post istam vestem quis dabit tibi aliam? Respondet, Pater meus prouidebit. Istum modum vellet Deus habere de nobis, quod haberemus de eo talē confidentiā, sicut filius habet de patre naturali. Sed nos minus cōfidimus de Deo quā de vno Iudæo vel Sarraceno, quia si tu habes aliquod instrumentū manu alicuius notarij scriptum, in quo contineatur quod talis Iudæus sit tibi obligatus in viginti vel triginta florenis, & dicitur tibi, Vnde habebis frumentū isto anno? Respōdebis, Ecce talis est mihi obligatus, de illo emo, & non confidis de Deo, iniuriā facis ei, quia chartā fecit tibi Deus per notariū fide dignum S. Lucā cum dicitur, Primum quærite regnum Dei & iustitiā eius, & hæc omnia adiiciētur vobis. Et nolite soliciti esse, &c. Mat. 6. Cōfidatis ergo de Deo sicut de patre, & quæratis honorē suum & iustitiā. i. pœnitentiā & confidentiā. Ecce ergo frustum panis. s. diuina cōfidētia. Et ideo voluit modo insolito Christus prouidere. Quintū frustū est liberalis misericordia, erga pauperes largiter se habere, & hoc tangitur cū dicitur, Vt autē impleti sunt, vsque ibi, manducauerunt. Nā vides Iesus quod iā comederāt, dixit apostolis quod quęrerēt vasa aliqua cū quibus colligerēt fragmēta, dās diuitibus exēplum quod nullum panis frustum ponatur in armario, sed detur pauperibus, & non dent canibus, nec gallinis, nec aliis animalibus. Et apostoli sic inquirēdo inuenerunt duodecim cophinos, & quilibet ex apostolis habuit vnum, & collegerunt panes, & alij de comedentibus absconderunt panē, & hoc propter bonū saporē viatici, & nolebant deponere, sed apostoli quærebant & petebant cum magna diligētia. Deinde dico vobis quod si ego fuissem in illo conuiuio, quod penes me retinuissem etiā vnum frustū, & collegerunt duodecim cophinos, & in hoc demonstratur misericordia Iesu Christi liberalis, & ideo dicitur Luc. 11. Veruntamē quod superest date eleemosynam, & ecce omnia mūda sunt vobis. Semel Iesus Christus fuit inuitatus in domo cuiusdā diuitis & ipse diues amore Christi inuitauit alios diuites, & Christus dixit illis, Date quod superest, & omnia mūda sunt vobis. Nam tantę virtutis est eleemosyna quod mundat peccata. Et dixit quod superest, & nō dixit quod necesse est. Sed quæro quid significant quinque panes? Respondet Beda, quod quinque panes significant quinque libros Moysi. s. in quibus erat tota prouisio Iudæorū, sicut in quinque panibus illius turbæ, & dicuntur ordeacei. Nam ordeum extra est asperū, intus est albū & dulce, ita erat in illis. Et ideo dicit Iesus Christus, Scrutamini scripturas in quibus vos putatis vitā æternā habere, & illæ sunt quæ testimoniū perhibēt de me. Ioā. 5. Quæratis ergo bene, & non solum corticē, quia asper est, sed etiam ad farinam. i. medullam intrate. Et isti duo pisces significant duo. s. doctrinam Prophetarum & Psalmorum, & ideo Christus dicit. Quoniā necesse est impleri omnia quę scripta sunt in lege Moysi & prophetis

prophetis & psalmis de me. Luc. vl. Et isti panes & pisces erant integri quousque venit Christus, qui fregit & dedit apostolis quãdo aperuit illis sensum vt intelligerent scripturas. Lu. vi. Supersunt duodecim cophini pro nobis, quia articuli fidei sunt 12. Et quilibet apostolus sumpsit suũ cophinũ. Nam quilibet fecit vnũ articulũ in symbolo. Primus articulus, Credo in Deum patrẽ omnipotentẽ, creatorẽ cęli & terræ, &c. Sed ibi quando dicit, sanctorũ communionẽ, intelligatis, id est sacramentorũ, & isti articuli nõ pereunt simpliciter, dicuntur tamen perire, quando Christianus habet bene in corde, sed nõ in ore, quia tunc paulatim peribũt. Et si vultis hoc melius videre, ponã vnam candelam accensam in aliqua lucerna in qua non ... aliquod spiramen, clarũ est quod sentiam extinguetur, ita est de fi... Nam cor hominis est lucerna, & fides est candela, quia in Psal. dicitur, Illuminas lucernã meã Domine, &c. & quando venis ad demonstrationẽ & titubationẽ, incidis in hæresim. Quid est ergo faciẽdũ? Dico vobis quod quotidie mane, cùm es indutus & caligatus flexis genibus dicas semel. Credo in Deum, & idem de vespere antequam sis in lecto & cũ protestatione dicendo, tunc respirat candela & lumen cõseruatur. Et cũ venerit proditor ille antichristus, tunc stabis firmus, & antè permitteres te in frusta secari, quàm sibi consentire. Ista ergo misericordia liberalis est necessaria aliis & nobis, quoniam animæ suæ debet quilibet misereri, & hoc est quintum frustum misericordia liberalis, Sextum frustum est beneuolentia virtualis cũ dicitur ibi. Illi ergo homines cũ vidissent quod fecerat signũ Iesus, dicebãt, Quia hic est verè Propheta qui vẽturus est in mũdum, s. facere gratias, recognoscẽdo beneficia. Ita semper post comestionẽ, &c. & ante prandiũ debetis gratias agere Deo. Et ideo ipse ante accipiẽs panes benedixit. Nã Christus ante introitũ mensæ semper recitabat versum ex Psalmista, Oculi omniũ in te sperãt Domine, & tu das escã illorum in tẽpore opportuno. Aperis tu manum tuã, &c. Quia esca corporalis fuit venenata per diabolũ, & ideo debet poni medicina seu theriaca cõtra venenũ, saltẽ ad minus dicẽdo, Iesus, si aliã orationẽ propter tuã gulositatẽ nõ potes facere, nec dicere, & in fine similiter Deum laudare debes. Vidi in patribus Longobardiæ quod in quodã homine erant bene quingẽti diaboli, & quęsiui cur intrauerunt, & plures respõdebant dicẽtes, quod comedẽdo vel bibendo, non agendo orationẽ vel signum sanctæ crucis. Et circa hoc refert beatus Greg. in primo dialogorum, quod in quodam monasterio monacharum in horto erant lactucæ multæ, & vna ipsarum monacharũ desiderio momordit in vnã illarum & nõ dixit Iesus, & sic comedẽdo intrauit diabolus in corpus ipsius. Et diabolus iste cõiurabatur per vnũ sanctũ hominẽ dicebat, Dimittas me, ego non habeo culpam, quia eram supra lactucã, & ipsa comedendo posuit me

intra

intra suũ corpus. Et ideo prouidit nobis Christus dãdo nobis exẽplum quando eleuauit oculos ad cęlũ & dixit, Oculi omnium in te sperãt Domine,&c. Psal.144. Exaltabo. Idẽ in fine prãdij vel cœnæ. Nam dicit S.Mat. quod in die cœnæ hymno dicto exierunt ipsi in montẽ oliuarũ,& tunc dixerunt, Memoriã fecit mirabiliũ suorum, misericors & miserator Dominus,escam dedit timentibus se,&c.Et ideo teneatis istã regulam,vt cognoscatis Dei beneficia. Et ideo dicitur.1.ad Ti.4. Cibos Deus creauit ad percipiendũ cum gratiarum actione fidelibus & his qui cognouerunt veritatẽ,quia omnis creatura Dei bona est,& nihil reiiciendum ꝙ cũ gratiarũ actione percipitur. Sanctificatur enim per verbũ Dei & orationẽ. Ecce ergo hîc sextũ frustum, & ideo colligite postquã non fuistis in illo prandio.

Dominica Lætare. Sermo II.

Habet quinque panes ordeaceos, & duos pisces. Ioã.6. Quilibet dominus siue paterfamiliàs tenetur de iure naturali, pontificio,& etiã imperiali suis seruitoribus , & domesticis sufficienter prouidere.1.Tim.5. Si quis suorũ & maximè domesticorum curã non habet, fidem negauit & est infideli teterior, &c. Summus itaq; paterfamiliàs Dominus Iesus , qui non venit legem soluere,sed adimplere,sufficientẽ imò revera superabundantem fecit prouisionem pro suis seruitoribus & domesticis, Nam habet quinq; panes ordeaceos,& duos pisces qui sufficiunt abundantissimè,vt in euangelio hodierno mysticè designatur.

Primus est corporalis,
Secundus est pœnitentialis,
Tertius sacramentalis,
Quartus doctrinalis,
Quintus cœlestialis.

De quibus dicit thema, Habet quinq; panes,&c. Iuxta intellectum allegoricũ. De primo pane corporali quo intelligitur omnis humanus victus,ordeaceus est propter asperitatẽ exteriorẽ. s.in acquirendo. Gene.3. In sudore vultis tui vesceris pane tuo, donec reuertaris in terrã de qua sumptus es. Hunc merẽtur veri seruitores Dei,qui.s. faciunt voluntatẽ Dei obedientes mãdatis eius. Quare petimus in oratione Dominica,Fiat voluntas tua sicut in cœlo & in terra. Panẽ,&c.Dic exẽplum de sutore & cõpatre.De secundo, Panis pœnitẽtialis est qui ex vili materia.s.ex peccatorum recordatione cõficitur,ordeace⁹ quidẽ & asper propter dolorẽ cõtritionis ordeaceus & asper ex rubore confessionis,ex labore satisfactionis. Dic exẽplum de muliere dãnata ex rubore cõfessionis. Psal.41. Fuerunt mihi lachrymę meę panes die ac nocte.Ezec.4. Quasi subcinericium & ordeaceũ panẽ comedes. De tertio,Panis sacramẽtalis quidẽ ex purissima materia cõfectus fuit in vtero virginali per spiritũ sanctũ,imò

secundum theologiam in cœlo genitus, in vtero virginis fermentatus, in patibulo crucis excoctus, in mēsa altaris appositus, in speciebus recōditus, ordeaceus dicitur propter asperam passionis memoriā. 1. Cor. 11. Quotiescunq; manducabitis panē hunc, & calicē bibetis, mortē Domini annūtiabitis. i. repręsentabitis donec veniat. Io. 6 Hic est panis qui de cęlo descēdit, qui mādu cat hunc panē viuet in æternū. De quarto, Panis doctrinalis cōfectus ex auctoritatibus diuinæ scripturę, ordeaceus propter austeritatē correctiōis & durę reprehensionis in peccatores. Eccle. 21. Verbū sapiēs quodcunq; audierit scius, laudabit, & ad se adiiciet, audiuit luxuriosus, & displicebit illi, & proiiciet illud post dorsum suū. Similiter de aliis vitiosis. ... tamen dicitur Mat. 4. Nō in solo pane viuit homo, sed in omni verbo quod procedit de ore Dei. De quinto, Panis cœlestis hic est ... beatitudinibus & dotibus gloriæ confectus, ordeaceus dicitur propter tribulationes, quoniam per multas tribulationes oportet nos intrare in regnū Dei. Act. 14. Sed tamē beatus qui manducat panē in regno Dei. Luc. 14. Duo pisces sunt exēpla sanctorum martyrum & confessorum, quibus quasi cōdimento prædicti panes ordeacei comestibiles reddūtur. No. de illo viro nobilissimo, qui factus religiosus dicebat q; iuuenculæ mulieres nō sinebant ipsum dormire hora matutinarū. Ideo Heb. vl. Mementote prępositorum vestrorum, qui vobis locuti sunt verbū Dei, quorū intuentes exitum cōuersationis imitamini fidem. Greg. Si expla sanctorum recolimus, nihil tā graue est q; æquo animo nō sustineamus. Et præcipuè cùm quis recordatur de passione Christi. No. exēplum de illo qui voluit exire ordinem propter panis asperitatem. Cui Christus apparens iniunxit vulneribus, & sic reuocatus ex memoria passionis Christi mansit.

Feria I I. post Lætare. Sermo vnicus.

I*Pse sciebat quid esset in homine.* Textualiter. Ioan. 2. & recitatiuè in euange. isto monstrantur nobis tres excellentiæ Iesu Christi.

Prima est posse copiosum,
Secunda est velle pium,
Tertia est scire luminosum.

Ideo loquitur the. Ipse sciebat, &c. De tertia dicit the. quia Christus habet clarè scientiā omniū creaturarū, & etiā cognoscit secreta cordiū. De prima ergo parte est dicendū in Christo Iesu posse copiosum & incōprehēsibile, cuius respectu nullū est posse hominū, Papę, nec Regis, nec Imperatoris. Nam horū posse in vno pūcto indiuisibili consistit, quoniā istorū posse, aut est pręteritū, aut futurum, aut pręsens. Si fortè loquaris de pręterito, iā nihil est: de futuro, quia regnabo tot annis, vel ero Papa, quia nō potest gaudere, quia nō durat est & cōsistit in fortuna. Veniamus ergo ad mediū q; est præsens. Sic dicit Phil. q; de tēpore non habemus nisi nūc, & sic in pūcto indiuisibili

sibili consistit. Sed posse Dei est copiosum, sine principio, & sine fine, & totũ simul in sua æternitate cõsistens est. Ideo dicitur, Potestas eius potestas æterna quę nõ auferetur, & regnũ ei⁹ quod nõ corrumpetur. Dan. 7. Istud ergo posse ostẽditur in euãge. hodierno in principio dũ dicit. Prope erat pascha Iudæorũ, & ascẽdit Iesus Hierosolymã, & inuenit in tẽplo vendẽtes oues & boues & colũbas, & nũmularios sedẽtes. Et cũ fecisset quasi flagellũ de funiculis oẽs eiecit de tẽplo. Oues quoq; & boues & nũmulariorũ euertit æs, & mẽsas subuertit, & his qui vendebãt colũbas dixit. Auferte ista hinc, & nolite facere domũ patris mei domũ negotiationis. Recordati verò sunt discipuli eius, quia scriptũ est, Zelus domus tuæ comedit me. No. dicit S. Ioan. ꝙ quando appropinquabat pascha Iudæorũ, Iesus Christus ascẽdebat de Galilęa in Ierusalẽ, & introiuit in tẽplum. i. in atrium tẽpli, & ibi qui-dã tenebãt boues ad vendẽdum, alij oues, alij vendebãt alia animalia, & etiã erãt ibi nũmularij, qui mutuabãt pecunias indigẽtibus, & ideo ibi tenebãtur, vt possent emi propter oblationẽ faciendã in festo, vt possent cambire, vel mutuo accipere, ne aliqui possent se excusare de sacrificio faciẽdo, & credebant de hoc seruire Deo. Et Iesus intrãs illud atriũ, & vidẽs illud quasi persona aliquãtulum turbata, se mouit, & sumpsit funiculos, & hinc & inde percussit. Et mirũ est, ꝙ sibi nõ resistebant, sed dicit Hieron. ꝙ de vultu Iesu Christi procedebat coruscãs radius, quo omnes timore magno fugerunt, & ꝙ Christus omnia proiecit in terrã, intantum ꝙ discipuli de hoc mirabãtur, quia ipse semper fuit passus iniurias, & nũquam aliquem percusserat, Sed fuerunt recordati verbi Dauid Psal. 68. S. Saluum me fac. Extraneus factus sum fratribus meis, & peregrinus filiis matris meæ. Et sequitur, Quoniã zelus dom⁹ tuę comedit me. Et cõcordat ad hoc S. Paul. Heb. 2. Nã Iudæi dicebãtur fratres Christi, licèt euãgelista nõ alleget nisi illa verba, quia omnes veniebant de Abrahã. Et Heb. 2. Non confunditur eos vocare fratres, di. Nuntiabo nomẽ tuum fratribus meis. Et ex eadẽ matre nõ ex Maria, sed ex ecclesia. i. synagoga, & ideo dicit Christus, Extraneus factus sum fratribus meis, quia illos percutiebat. Nã zelus domus, &c. Et dicit, comedit, sicut cõmuniter de tristitia comedit me, & ille zelus quasi mouit, & turbauit Christũ. Et in hoc ostẽditur posse copiosum. Hoc patet per quæstionẽ istã quando quæritur, Cur principes templi, & alij Christo pauperi, & iuueni nõ resisterunt, quia fuit in principio prædicationis? Respõsio, vt verificaretur prophetia Mardochæi di. Domine Deus Rex omnipotens in ditione tua cũcta sunt posita, & nõ est qui possit resistere tuæ volũtati. Domin⁹ enim vniuersorũ tu es, &c. Hest. 13. Et ecce hic intellectũ literalẽ. Sed nunc intremus secreta euange. per tres quęstiones. Et prima est literalis. Nam certum est quod in illo populo Iudæorũ alia maiora erãt peccata his quę in tẽ-

plo fie-

plo fiebant,& tamen legitur,quod no facto,sed verbo correxit eos de aliis peccatis,quare hîc fecit correctionem facto? Responsio,ad ostendendum quantum displicet Deo templum esse ad prophanandum deditum,& illicita,sicut est quando aliqui veniunt ad loquêdum in ecclesia fortè de vanitatibus, & de aliis peccatis grauioribus cũ aliquibus mulieribus,vel aliis personis de matrimonio pro re illicita. Item etiam interdum quando faciunt nuptias si pluit,vel aliter tripudiant in ecclesia,maledictum est huiusmodi matrimonium,sicut de illis qui ibi faciũt forum. Item de illis qui dum fit officiũ vadunt per ecclesiam respiciendo mulieres,& faciẽdo alias vanitates.Et circa istam materiam dicit magister historiarum scholasticarum, quod tẽpore Iulij Cæsaris Pompeius & Cęsar de Imperio contendebant, & Pompeius semper fuit victor. Iste Pompeius cõtigit,quod venit Ierusalem quæ erat subiecta Romanis,& non sufficiebãt stabula,& firmauit in atrio tẽpli equos,nõ in templo, & ideo ista ratione semper fuit victus,nec fuit Imperator, ergo quia nõ dedit honorẽ templo Dei. Et si ergo iste tantum fuit punitus, quantò ergo magis de Christianis prędicta facientibus? Ideo dicitur, Si quis ergo tẽplum Dei violauerit, disperdet illum Deus. Templũ enim Dei sanctũ est. 1.Cor.3. Et dixit disperdet.i. diuersimodè perdet filios,filias,honores,famam,& pecunias,& ergo manib⁹ puniuit istos. Et ideo in introitu ecclesię semper apponitur aqua benedicta,vt nos aspergat quia cũ timore debemus intrare.Ideo Dauid in Psal.5.f. Verba mea. Introibo in domum tuam,adorabo ad templum sanctum tuum in timore tuo. Et hîc est finis de prima quæstione. Secunda quæstio est,cùm ibi alia venderentur, quæ est ratio quod solùm facit mentionem de bobus,& ouibus, & columbis,& de nummulariis,cum de capris etiam fieret sacrificium? Certè non sine causa.Nam secretum est,& allegoricum.Et respondendo dico,ꝙ quatuor sunt peccata clericorum,quæ fiunt in templo,quæ significatur per ista animalia,quæ peccata Deus grauiter puniet. Et primò dixit boues.Nam boues hîc significant magnas dignitates,& prælationes.Nam tunc venduntur boues cũ istæ dignitates pecuniis, vel precibus magnorũ,vel præsentationibus dantur aliquibus,& nõ propter Deũ puri. Oues autẽ signant beneficia simplicia quæ venduntur,cũ dantur pecuniis, vt suprà,vel aliter. Columbę in quibus plus est. Nã ad similitudinẽ illius apparuit spiritus sanctus,signãt sacramẽta cum dantur pecuniis acceptis,tunc dicũtur vendi colũbæ in tẽplo, vt si vicarius vel curatus non vult dare baptismũ, nisi dentur pecuniæ,vel si non apponant tot candelas cum denariis.Item in confessionibus quando dantur denarij. Item in sacramento cõmunionis si vult aliquis communicare. Et dicit vicarius ob reuerẽtiam Dei ponatis denarios in candelis,etiam venduntur columbæ. Item in missa,& in omnibus
sacra-

sacramētis. Ecce quare de his sit hic mentio. Nummularij qui sunt mercatores denariorum, hi sunt in ecclesia Dei vsurarij. i. ecclesiastici qui dant pecunias Iudæis, vt respondeant de illis, & istorum æs Christus effudit, & subuertit mensas, quia bona istorū, cùm veniet Christus ad iudicium, omnes isti prædicti nummularij eiiciētur foras. Et ideo dicitur, Nō erit mercator vltra in domo Dei exercituū in die illa. Zac. 14. in fine. Tertia quæstio est, si teneri hæc animalia, & pecunias in templo est tam magnū peccatum, quid tunc si aliquis eligit sepulturam in ecclesia, vt corpus suum mortuum sit in ecclesia sepultum, est ne peccatum vel meritum, vtrum iuuat animā, vel non? bona est quæstio. Respōdeo, quod quædam sunt personæ sanctæ, & perfectæ quę non intrant purgatorium, sed recta via vadunt ad paradisum, aliæ sunt personæ quæ rectè vadunt ad infernū aliæ, medię quę vadūt ad purgatoriū. De primis dico, quod sepultura in ecclesia multum eis prodest, non vt crescat eis gloria essentialis, sed accidentalis. Nam cùm anima videt sic honorari corpus eius, gaudet, quia concordat cum gloria animæ iam corpus in præsenti aliquo modo. Et videre magnum miraculū. Nā erat quidam in paradiso, & apparuit cuidam amico suo, & dixit sibi, Facias mihi gratum, si vt qualibet hebdomada scopes meum monumentū, & orabo pro te. Ecce ergo plus gaudet, si est in ecclesia. Et similiter legitur de sancto Bartholomeo, qui apparuit cuidā, rogās, vt colligeret ossa sua. Si verò loquamur de dānatis, dico quod est eis magna pęna, & hoc dupliciter. Vno modo propter præsumptionem quā habuerunt, cū essent malæ vitæ, & elegerunt sibi sepulturā. Alio modo, quia iam vident se esse in carcere inferni, & corpus ita honorari, dicit dānatus, O miser corpus putridū sic honoratur, & gloriatur, & anima tā acriter torquetur. Si autē loquamur de his qui sunt medij. i. de his qui sunt in purgatorio prodest, & nocet diuersimodè, quia si eligāt intentione vanitatis, multum nocet eis, & torquētur multū in purgatorio, sed multum prodest, si faciunt propter deuotionem, vt parentes, & amici eorum dum eorum sepulchrū videbunt, recordētur de eis, & orent pro eis. Et isto modo prodest, intātum, quod si duo istorum sunt æquè boni, maius commodum habet qui est sepultus in ecclesia bona intentione. Nam dicit Sanctus Aug. Sepultura hęc est monitoria orandi pro eo, & ideo dicitur monumentū. i. monēs mentem. Et ideo dicitur in persona defunctorum, in purgatorio existentium, Memor esto iudicij mei, sic erit & tuum, mihi heri, & tibi hodie. Eccl. 38. Heri appellat totum tempus præteritū. Et ecce primam partem sermonis. Vnio ad secundam partem quæ est, velle pium Iesu Christi, quia de se non vult damnationem animarū, sed conuersionem peccatoris, & quod infideles veniant ad veram notitiam fidei, & ergo voluit mori, vt nos saluaret. Et ideo dicitur,

Ratio monumenti.

Hoc

Hoc enim bonũ est & acceptũ corã saluatore nostro Deo, qui oẽs homines vult saluos fieri, & ad agnitionẽ veritatis venire. Vnus enim Deus est, & vnus mediator Dei & hominũ, homo Christ⁹ Iesus, qui dedit redẽptionẽ semetipsum pro omnibus. 1. ad Ti. 2. Est ergo p. velle. Et ostẽditur in secũda parte euãgelij, ibi cũ dicitur. Respõderũt ergo Iudæi, & dixerũt ei, Quod signũ ostẽdis nobis, quia hæc facis? Respõdit Iesus, & dixit eis, Soluite templũ hoc, & in trib⁹ dieb⁹ excitabo illud. Dixerũt ergo Iudæi, Quadraginta sex annis ædificatũ est templum hoc, & in tribus diebus excitabis illud? Ille autem dicebat de tẽplo corporis sui. Cũ ergo resurrexisset à mortuis, recordati sunt discipuli eius, quia hoc dicebat de corpore suo, & crediderũt scripturæ, & sermoni quẽ dixit Iesus, &c. Dicatur quõ illi fuerũt expulsi à Christo de tẽplo, qui tamẽ fuerũt de maioribus, sicut mõ canonici, cõquesti fuerũt principibus Iudæorũ, & sacerdotibus qui accesserũt ad Christũ. Et isti dixerũt Christo, ꝙ signũ ostẽdis nobis, quia hæc facis. q. d. quia hoc Messiæ vẽturo cõuenit, nõ tibi qui es vn⁹ pauper qd' ergo signũ ostẽdis, ꝙ sis Messias? Et tunc Iesus respõdens dixit, soluite tẽplum hoc, & in triduo excitabo illud. Et Iudæi intellexerũt de tẽplo materiali, sed secundũ Ioã. ipse dicebat de tẽplo sui corporis, ꝙ esset tẽplũ diuinitatis, vt habetur Col. 2. Nã dixit textus ibidẽ, ꝙ in ipso habitat omnis plenitudo diuinitatis. Nã apostoli tũc verba Christi nõ intellexerũt, sed bene post resurrectionẽ. Sed circa istã partẽ sunt vidẽda aliqua secreta, & m. & pulchra alia. Et primò videam⁹ stultitias Iudæorũ. Nã Iesus Christus velle habuit piũ, eò ꝙ oẽs voluit saluos fieri, & tamẽ illi de quibus scriptura dixit, ablatus est populus meus gratis. Esa. 52. dixerũt Christo, quod signũ ostẽdis? ô stulta interrogatio, quia iã eis ostenderat. 15. signa ꝙ ipse erat verus Messias, sed omniũ fuerũt obliti. Et primũ fuit suæ cõceptionis, & quãdo virgo Maria despõsari debuit, & nolebat sumere virũ, & sacerdos tẽpli rogabat Deũ, quid esset de ista virgine. Et dixit illi Deus, ꝙ despõsaretur, & ꝙ spõsus eius esset de genere Dauid, & ꝙ quilibet veniret cũ virga arida, & ille cuius virga floreret, ꝙ ille esset spõsus suus, & illud venit ad Ioseph. Et tunc fuit cõpleta illa prophetia, Egredietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascẽdet, & requiescet super eũ spiritus Domini, & spiritus sapientiæ, & intellectus, spiritus cõsilij & fortitudinis, spiritus scientiæ & pietatis, vt replebit eũ spiritu timoris Domini. Esa. 11. Et istud signũ fuit notũ omnibus existẽtibus in Ierusalem. Nõne ergo erãt ignorãtes Iudæi quærẽtes signũ à Christo, quia debebant scire signũ factũ in dispositione matris suæ? ô stulti. Secundũ signũ fuit in natiuitate, quia in media nocte natus fuit, & nox fuit clara, & fulgẽs quæ erat obscura, vt dies, & oẽs viderũt claritatem noctis. Et tunc fuit completa prophetia illa, Populus qui ambulabat in tenebris,

bris, vidit lucē magnam, habitātibus in regione vmbrę mortis lux orta est eis. Sequitur, Paruulus natus est nobis & filius datus est nobis, Esa. 9. Tertiū signū fuit quādo virgo Maria abscōdit filiū suum in praesepio, & videntibus illis bos & asinus adorauerunt eū. Iuxta verbū, Cognouit bos possorem suū, & asinus praesepe Domini sui, Israël autē me nō cognouit. Esa. 1. & Abā. 3. secūdū 70. Interpretes. In medio duorū animaliū cognosceris. Quartum signū fuit quando angelus eadē nocte apparuit pastoribus di. Annuntio vobis gaudium magnū, quod erit omni populo, quia natus est hodie saluator mundi. Luc. 2. Quintum signū fuit quādo eadē nocte multitudo cęlestis exercitus pastoribus annuntiādo, & cantādo dixit, Gloria in excelsis Deo & in ter. &c. Istud signū fuit manifestū omnibus. Sextū signū fuit quādo venerunt reges magi, & apparuit eis stella quę non solū isti, imò oēs viderunt eā verā stellā propriis oculis. Septimū signum fuit quādo virgo Maria Iesum in tēplo praesentauit Simeoni, & loquebatur omnibus ibi existentibus dicēdo, Nunc dimittis seruum Domine, &c. Luc. 2. Octauum signū fuit quādo Iesus Christus in aetate 12. annorū disputabat cū doctoribus & senioribus templi, & fuit omnibus notorium. Nonum signum fuit baptismus Iesu Christi. Nam apertis coelis, venit vox de coelo di. Tu es filius meus dilectus, &c. Luc. 3. Decimū signū fuit quādo B. Io. Bap. dixit, Non sum ego Messias, sed dixit de Christo. Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mūdi. Io. 1. Vndecimū signū fuit quādo ipse incoepit praedicare coelestes doctrinas. Nā Moyses praedicauit solum terrena, ipse verò coelestia. Duodecimum signū fuit quādo ipse dedit exemplū sanctae vitae suae irreprehensibilis. Tredecimum signum fuit, quando ipse fecit miraculū tā magnū in nuptiis architriclini. Quartumdecimum signū fuit, quādo in tali die fecit ipse tā magnū miraculū. Nā omnes fugiebāt, & nō audebāt eū respicere. Quintumdecimū, & vltimū fuit, quia videbāt omnes prophetias in hoc esse cōpletas. Erat ergo stultū quaerere signū, & ideo dixit alibi Christus, Generatio mala, & adultera signū quaerit, & signum nō dabitur ei, nisi signum Ionae prophetae. Sicut enim fuit Ionas in ventre coeti tribus diebus, & tribus noctibus, sic erit filius hominis in corde terrae tribus diebus, & tribus noctibus, &c. Mat. 12. Et ideo respōdit, Soluite templū hoc. Ecce ergo quō fuerunt stulti, quia nō dixit diruite, sed soluite. Et dixit excitabo, & nō dicit ędificabo. Et clarum est, quod templo corporali, vel materiali nō congruit excitare, nec soluere. Sed anima ligatur corpori magis, quàm aqua vino, & quod mixtū est, nō est aqua neque vinum, quia secundum Philosophū, mixtum neutrū est miscibiliū. Sed in homine anima, & corpus ligātur essentialiter, vt nunquā ante mortē possint solui, nunc nisi essent caeci vidissent, quare dicebat, soluite, nō imperando, licet verbū sit imperatiuū

ratiui modi, sed quasi permittendo, vt daret licentiam, & posse. Nã aliàs nõ potuissent, & quia ipse erat imperator, ideo dixit imperatiuè. Et ideo dicitur Ioã. 10. Nemo tollet animã à me, sed ego pono eam à meipso. Potestatem habeo ponendi eã, & potestatẽ habeo iterum sumendi eam, & ideo dicit, Excitabo, & nõ dicit ędificabo, tamen quia cæci erant iuxta dictum Sapientis. Sap. 2. Et excæcauit illos malitia eorum, ideo dixerunt, quod signum, &c. Aliud secretũ est hîc in eo quod dixerunt Iudæi, plus quàm quadraginta sex annis istud templum fuit ędificatũ, vt habetur 1. Esd. 6. quia primò fuit fundamentum positũ, sed postea fuit prohibitum vsque ad regem Darium, & fuerũt quadraginta anni. Et sic volebant facere argumentum, quod nõ posset reædificari illud templũ in tam breui tempore. Ipsi loquebãtur de templo materiali, & verũ fuit, quia illud quadraginta sex annis fuit ędificatum. Potest tamen illud dictum etiam verificari de corpore Christi, cuius fundamentum fuit corpus virginis Mariæ, quod fuit positũ in die conceptionis suæ, qui fuerit nouem mensibus in vtero matris, quod tempus potest cõputari pro vno anno. Et quando fuit in 14. anno cõcepit Christum, & in 15. peperit, ita quod à positione huius fundamẽti vsque ad natiuitatẽ Christi sunt 16. anni, & ab illis 16. annis vsque ad illud tempus quo Christus incœpit prædicare, fluxerunt 30. anni, quia Christus fuit 30. annorum quando incœpit prædicare. modò 30. anni & 16. faciunt 46. & sic verificatur illud dictum de Christo. Moraliter tamẽ etiam notandũ, quod hoc verbum, Soluite est verbum Christi, & istud dicitur confessoribus. Vbi sciendum quod quilibet homo quandiu stat in peccato mortali, est habitatio dæmonis, si nõ vult pœnitere. Vnde dicitur de Maria Magdalena. Mar. vl. quod eiecit ab ea Dominus 7. dæmones, nõ quod ipsa esset dæmoniaca, sed quòd habebat septem peccata mortalia, sed quia quilibet dęmon correspõdet vni peccato, ideo habitabant in ea septem dæmones. Habetis ergo hic regulam, quia peccator est habitatio dęmonis, sed quãdo homo habet contritionem pro peccatis, & propositum nõ redeundi ad vitia dæmõ fugit, & tunc homo efficitur templum, & habitatio Dei, iuxta verbum Apostoli. Nescitis quia templum Dei estis vos, & spiritus Dei habitat in vobis? 1. Cor. 3. Quando ergo peccator est cũ contritione, & proposito non redeundi ad peccatum, tum est templum Dei, & ideo dicit Christus cõfessoribus. Soluite templum hoc, quia quodcunque solueritis super terram, erit solutũ & in cęlis. Et cũ solueritis, post triduum excitabo illud, scilicet, tribus operibus pœnitentiæ. Et primus dies est afflictio corporis. Secũdus est oratio spiritualis. Tertius est eleemosyna fraternalis. Et ecce hîc tres quibus excitatur iuxta verbũ prophetę, Venite & reuertamur ad Dominũ, quia ipse cœpit, & sanabit nos, percutiet, & curabit nos. Viuificabit nos

post

post duos dies, in tertia die suscitabit nos, & viuemus in conspectu eius. Oseç.6. Percutiet nos.s. per contritionẽ. Et ecce hîc secundam partem, veniamus ad tertiã partẽ in qua ostẽditur scire luminosum Iesu Christi, cũ dicitur in themate, Ipse sciebat quid esset in homine. Vnde vos scire potestis faciem hominis, sed cor hominis solus Deus scit. Et ideò dicitur per Prophetã, prauum est cor hominis & inscrutabile. Quis cognoscet illud? ego Dominus scrutãs corda, & probãs renes, qui do vnicuique iuxta viã suã. Hiere.17. Et hoc ostenditur in Euang. ibi cũ di. Cùm esset Hierosolymis in pascha in die festo, multi crediderunt in nomine eius, videntes signa eius quæ faciebat. Ipse autem Iesus non credebat semetipsum eis, eò quòd ipse nosset eos, & quia opus ei nõ erat vt quis testimoniũ perhiberet de homine. ipse enim sciebat quid esset in homine. Ioan.2. Et dicit ibi euãgelista, quod multi crediderũt in nomine eius, nõ dicit quod crediderũt ei, sed in nomine eius quod est Iesus, id est saluator. Ipse tamẽ nõ credebat semetipsum eis, quia sciebat quid esset in homine. Et hîc sunt notandę duę doctrinę, prima est realis quę tãgit nos religiosos & ecclesiasticos, quia dicitur quod Christus nolebat se credere illis, id est communicare. Et caussa fuit ne despiceretur ab eis. Nam ipse sic habebat passiones corporales sicut nos habemus. Et quia fortè dixissent, Ille bibit & comedit sicut nos, & despexissent eũ, ideò se noluit ipsis cõmunicare. Et iã alij Iudæi dixerũt, Ecce homo vorax & potator vini. Mat.11. & istos defectus sumpsit amore nostri, & ideò nolebat credere seipsum eis, ecce ergo hoc nobis clericis exemplũ, quia ne scãdalizemus laicos, debemus nos ab eis subtrahere, vt non cõmunicemus nos multũ laicis. Debemus ergo esse sicut imagines. Nam si tu stas procul, apparent pulchræ imagines, sed si appropinquas, vidẽtur aliquæ virgulę & maculę, & tunc despiciuntur, & ita cauete vos clerici ne multum cõmunicetis cum laicis ne videant maculas in vobis, quia nimia familiaritas parit contemptum. Et audiatis parabolã ad hoc. In Auinione erat quidã religiosus & bene deuotus, contigit quod ipse erat inuitatus ad prandiũ per quendã burgensem benè amicũ suũ multis precibus, & cùm nollet acceptare, rogauit priorẽ vt sibi cõcederet licentiã. & concessit, & alius burgẽsis ibidẽ fuit inuitatus, & religiosus qui fortè ieiunauerat ad triduũ in pane & aqua, comedebat fortiter, & impleuit bene ventrẽ de gallinis & de bono vino albo & rubeo. Item in cœna, posteà dicit burgensis alter conuicino suo quando fratres recesserunt, quid facient isti fratres nunc, quia ego si haberem vxorem meam, ad latus raperẽt eã, & fuit scãdalizatus in comestione illius religiosi. & fortè frater ille nec venialiter peccauerat. Sitis ergo vt imagines, quia Iesus nõ credebat seipsum Iudæis. Et ideò dicitur. 2. Cor.6. Exite de media eorum & separamini dicit Dominus, & im-

 mundum

mundum ne tetigeritis, & ego recipiam vos, & ego ero vobis in patrē, & vos eritis mihi in filios. Secunda doctrina tangit laicos; nam secundò dixit euangelista quod nō credebat se illis qui credebāt in nomine eius, & nō dixit qui credebāt ei, quia talis credentia potest esse sine gratia, sed Christus se cōmunicat illis qui credūt in ipsum .s. per fidē formatā, per bonam vitā, per gratiā, quādo cōmunicant in festo Paschæ, tūc illi qui hoc modo credūt, debet tradi Christus, aliàs meliùs esset comedere ferrū ignitū. Ideò Aposto. dicit, Probet autē seipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat. Qui enim mādu cat indignè, iudiciū sibi māducat & bibit. 1. Cor. 11. vbi glo. Ambro. dicit, Ita punietur indignè communicās, ac si propriis manibus Christū occidisset. Si vos ergo estis bene parati, communicabit se vobis hîc per gratiam, & in futuro per gloriam.

Feria III. post Lætare. Sermo vnicus.

D*E turba multi crediderunt in eum.* Ioan. 7. Sermo noster erit de sancto euangelio, quia in isto sancto tempore non inuenio meliores materias ad honorem Dei & ædificationem populi. Sed primò salutetur virgo Maria. Totum sanctum Euangelium est quædam excusatio quam fecit Christus de aliquibus criminibus & peccatis sibi à Iudæis falsè impositis & malitiosè obiectis, qui se excusauit.

Primum crimen erat de infidelitate,
Secundum crimen erat de vanitate,
Tertium erat de fractione sabbati,
Quartum fuit de falsitate.

De quibus Christus se humiliter excusauit pro nostra instructione. Ex qua excusatione multi crediderunt in eum.

Primum crimen & graue peccatū quod ei Iudæi malitiose imposuerunt, erat infidelitatis. Dicebant enim quod Christus erat infidelis Deo Ratio, quia miles qui cum inimico sui Regis & Domini habet sua colloquia & secreta & sibi fauet multum, talis est infidelis Regi suo & Domino suo. Sic dicebant Iudæi de Christo, dicentes, quod loquebatur cū diabolo inimico Dei, qui ostēdebat sibi omnia quę prędicabat & docebat, quia sciebant quod Christus nō didicerat in aliquo studio huius mundi, imò semper fuit in domo Ioseph quem putabant esse patrem suū, quē iuuabat de arte carpentaria. Ideò quādo audiebāt sua miracula & altissimas prędicationes & disputationes quibus nō poterāt contradicere, nec respōdere, dicebant pro certo, ipse habet diabolū familiarē, cùm tamē deberent dicere pro certo, ille homo est illuminatus à Deo, & spiritussanctus loquitur in ore eius, Melius cognoscebat ipsum. Esa. qui dicebat, Requiescet super eum spiritus Domini. Esa. 11. Et proditores Iudæi, Scribæ & Pharisæi attribuebant diabolo dicentes, Dęmoniū habet

& insanit: quid eũ vultis audire? Ioã 10. Sed ab isto falso crimine & infamia se excusauit humiliter & benigniter, vt ostenditur in principio Euãgelij. Iam die festo mediãte ascendit Iesus in templũ & docebat. Et mirabãtur Iudæi dicentes, Quomodo hic literas scit, cùm nunquã didicerit? Respondit Iesus, Mea doctrina non est mea, sed eius qui misit me. Si quis voluerit voluntatẽ eius facere, cognoscet de doctrina vtrũ ex Deo sit, an ego à meipso loquar. No. festo mediãte. Hoc festũ erat tabernaculorũ ꝙ in mẽse Septẽbri fiebat, & durabat septẽ diebus. Cùm ergo dicit, die festo mediante loquitur de quarta die quæ est in medio septem dierũ, noluit ascẽdere in prima die, quia illa die dabãt se gulæ ad comedendũ & bibendũ. Idẽ in septima, & tunc nõ erant apti nec dispositi ad recipiendũ doctrinam Christi, sed in medio. s. in quarta die ascẽdit, & incœpit prædicare, de quo Iudæi mirabantur sicut vos modò miraremini si aliquis faber lignarius vellet vobis prædicare dicẽtes, Quomodo hic literas scit, cũ nõ didicerit? sine dubio ipse habet diabolũ familiarẽ. Christus aũt humiliter se excusando dixit, Mea doctrina nõ est mea, sed eius qui misit me. Videtur quod hîc sit contradictio cùm dicit, Mea doctrina nõ est mea, sed sic intelligitur, Mea doctrina. s. ministerialiter nõ est mea. s. originaliter siue principaliter, sed patris, ac si fistula diceret, Sonus meus nõ est meus, sed sonãtis magistri. Ideò Christus dixit prędicatoribus, Nõ enim vos estis qui loquimini, &c. Mat. 10. Hoc modo Christus dicebat de se, Mea doctrina. s. ministerialiter nõ est mea. s. principaliter, sed eius q misit me. s. Dei patris. Ideò vos multũ erratis, & grauiter peccatis ipsam doctrinã diabolo attribuẽdo. Si quis voluerit voluntatẽ eius facere, hic cognoscet an doctrina mea ex Deo sit. Nã qui viuũt moraliter, benè statim cognoscũt veritatẽ. Secùs de peccatoribus. Quoniam sicut febricitãti dulcia videntur amara, sic etiã peccatoribus. Vnde Aug. Impius nõ sentit dulcedinẽ Dei, quia de febre iniquitatis palatũ cordis amisit. Omnis peccator est febricitãs. Ideò Christi doctrina dulcissima videtur sibi amara. Quoniã superbus nõ inuenit saporẽ in doctrinã Christi, quæ inducit & præcipit humilitatem & mansuetudinem. Idem de auaro & luxurioso. Sed qui viuunt moraliter, benè inueniũt in ea magnũ saporem dulcedinis & consolationis, quia confortat cor & illuminat mentem. ideò dicebat Dauid, Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua Domine, super mel ori meo. Psalm. 118. Ecce quomodo Christus excusauit se humiliter & benignè. Nota hîc moraliter quomodo hîc habetur responsio ad quæstionem quam faciũt multi infideles dicentes, Si nos essemus certi quod fides Christiana esset bona, libenter eam reciperemus, si Deus nobis reuelaret, quia aliàs non tenemur credere vobis. Quare ergo damnabũtur? Responsio, Quoniam si vellent benè viuere moraliter, quod non

cient superbi, auari, & luxuriosi, &c. sed orarēt deuotè dicentes, Illumina oculos meos, &c. statim Deus ipsos illuminaret, quoniā tanta est conuenientia fidei Christianæ cum intellectu, quod si intellectus non sit impeditus per malam vitam, statim adhęret fidei Christianę. Vnde in Valentia fuit vnus magnus rabbi qui benè vixerat, & quādo audierat quinque sermones, statim illuminatus fuit & baptizatus cum multis, &c. Idem esset de omnibus infidelibus. Ecce quare dixit Christus. Si quis voluerit voluntatem Dei facere, i. cauendo à peccatis, viuere benè, hic cognoscet veritatē. Sed quia Iudæi erant peccatores & malæ vitæ, ideò nō erāt dispositi. Sed heu quomodo infideles peccatores & malæ vitæ & indispositi venient ad fidem Christi, cùm Christiani peccatores mali & vitiosi propter peccata perdāt fidē, & quia quando Christianus dat se vitiis & peccatis, statim perdit fidē formatā, & infideles scandalizātur propter eorum malam vitam. Et qui scandalizauerit vnū ex his pusillis, expedit ei vt suspēdatur mola asinaria in collo eius & demergatur in profundo maris. Mat. 18. ideò vsurarij in illo peccato inueterati nō habēt fidē, imò dicūt intra se, & quid scit homo de alio mūdo? Idē dicunt vindicatiui & luxuriosi; quia abiiciunt bonā conscientiā vt dicit Apost. Habens fidē & bonā conscientiā quam quidā abiicientes circa fidem naufragauerunt, id est, negauerunt. 1. Tim. 1. No. similitudinē de illa naue quæ trahit paruā barchā, quā si homo repellit, cadit in mare, & submergitur. Sic nauis magna ad nauigandum ad cœlum est fides Christiana, quæ trahit paruā barchā, id est, conscientiā bonam. Sicut illi qui nauigāt mare nō possunt exire mare, nec accipere terrā nisi cū parua barcha. Sic Christianus cū naue fidei nō potest intrare, nec capere cœlū nisi cū barcha bonæ cōscientiæ, quā si repellit per peccatū, submergetur in inferno. Ideò Apost. Curent bonis operibus præesse qui credunt Deo, hæc sunt bona & vtilia hominibus. ad Ti. 3. Secundum crimen à Iudęis Christo impositum falsæ & malitiosæ erat vanitatis, dicentes, quod quidquid Christus faciebat totū faciebat propter vanā gloriā, videntes eius vitam singularem, quia nolebat habere propriā domū, nec aliquid mūdi, sed ibat prędicādo de villa in villā, nec ducebat vxorē, tamen sancti Patriarchæ habuerunt vxores & filios. Item quia ducebat secum magnam multitudinē hominū, & videbant quod populus sibi faciebat magnum honorem, & quòd qualibet die prædicabat, quod nullus vnquam fecerat. Ideò dicebāt Pharisæi, ꝙ hoc totum factum suum esset ex vana gloria dicēdo, Nunquid tu maior es patre nostro Abrahā, quē teipsum facis? Ioā. 8. Tamē Abrahā non tenuit istos modos quos tu tenes ex tua vanitate & vana gloria. Respondit Christus excusando se, humiliter & benignè, dicens, Qui a semetipso loquitur, gloriā propriā quærit, qui autē quærit gloriam eius

eius qui misit illũ, hic verax est, & iniustitia in illo non est, q.d. vos iudicatis secundũ faciem, quod facere non deberis, sed iustum iudicium iudicate. Nota qui à semetipso loquitur. s. non missus à Deo, sed ipsemet inuenit nouũ modum viuendi inconsuetũ, ille nõ quærit gloriã Dei, sed gloriã propriã, quia quãdo quis sine Dei reuelatione expresse vult inuenire nouum modũ viuendi, vt videatur & appareat, hæc est vanitas & vana gloria, nec potest diu durare. Iuxta illud Iob. 20. Gaudiũ hypocritæ ad instar puncti, sed illud quod est à Deo durat. ergo subiunxit Christus, Nónne Moyses dedit vobis legẽ quæ non est ab homine, sed à Deo? Et nunquid Moyses ducebat in societate sexcenta millia hominũ, & nõ propter vanã gloriã, & dicitis quod ego facio ex vana gloria. Idem de aliis operibus quę fecit Moyses, quasi vellet Christus dicere, Si opera Moysi nõ attribuũtur vanæ gloriæ, nec vanitati, eò quòd erat nuntius Dei, quare attribuitis opera mea vanitati? Nolite iudicare secundũ faciem, id est secundũ apparentiã exteriorẽ. Moraliter hîc nota quod de operibus dubiis quæ possunt fieri bona intentione vel mala, quãdo interpretãtur in malum, hoc est iudicare secundũ faciem. Sicut si sacerdos solus cũ sola in ecclesia loqueretur, hoc iudicare in malũ, peccatũ esset, eò quòd benè & malè fieri posset, de hoc vide latiùs in. 2. 2. sancti Tho. q. 60. ar. 3. & 4. & 11 q. 3. Absit. Sed quando opus est de se malũ omninò, nec potest fieri bona intẽtione, vt furtum, homicidiũ, adulteriũ, hoc potest homo iudicare, & in malum interpretari. Nota hîc exemplũ in vitis Patrũ de illo sancto eremita, qui iudicauit in corde & cõdemnauit hominẽ de mane comedentẽ in die ieiunij, & pòst Angelus Domini cũ gladio euaginato prohibuit eum ne posset ingredi cellã suã donec pœnitentiã egisset super suo peccato. Ideò Apost. 1. Cor. 4. Nolite ante tempus iudicare, quousq; veniat Dominus, qui illuminabit abscondita tenebrarũ, & manifestabit consilia cordiũ. Tertiũ crimẽ fuit de fractione sabbati, eò quòd in sabbato curabat infirmos, illuminabat cæcos, & sic de aliis. Dicebant ergo, Non est hic homo à Deo qui sabbatum non custodit. Ioan. 9. De quo Christus excusando se dulciter reprehendit eos, dicens, Quid me quæritis interficere? Respondit turba & dixit, Dæmonium habes, quis te quærit interficere? Respõdit Iesus, & dixit eis, Vnũ opus feci & omnes miramini. Propterea dedit vobis Moyses circuncisionem, nõ quia ex Moyse est, sed ex patribus. Et in sabbato circunciditis hominem. Si circuncisionem accipit homo in sabbato, vt non soluatur lex Moysi, mihi indignamini, quia totum hominem sanum feci in sabbato, q. d. magis laboriosum est circuncisio, quàm infirmorum curatio. Et tamẽ circuncisio nõ frãgit sabbatum. Et mihi indignamini quia totum hominẽ sanũ feci in sabbato. Ex isto textu trahitur regula Theologię, quod quandocunq;

curabat Christus aliquẽ in corpore, etiã curabat ipsum in anima, s. à peccatis. ideò totum hominẽ sanum feci. s. in corpore & in anima quæ sunt partes principales. Ideò Deut. 32. Dei perfecta sunt opera. Moraliter, sabbatũ, id est, quies. Ideò sabbatũ expiatiõis vel requietionis est dies dominica, & etiã aliud festum celebre. In quibus debemus quiescere ab omni negotio tẽporali. Ratio, quia Christus tali die quieuit in corpore & anima gloriosa, post negotia laboris operũ nostræ redẽptionis. Ideò dixit sibi virgo Maria in die resurrectionis. Fili vsq; hodie ego quieui in die sabbato, quod figurabat quietẽ Dei à cessatione operum creationis, sed de cætero quiescam in dominica in memoriã & repræsentationẽ quietis vestræ gloriosæ resurrectionis. Ideò qui in die dominica nõ quiescit in hoc mũdo, nec quiescet vnquã in Paradiso. Itẽ de festis sanctorum qui quiescũt in gloria, in quorũ festiuitatibus debemus quiescere, vt Deus orationibus sanctorum det nobis quietẽ guerrarũ mortalitatũ, siccitatũ, sterilitatũ, terræmotus, &c. & gloriæ æternæ in corpore, & anima. De hoc auctoritas, Si auerteris à sabbato pedem tuũ, facere voluntatem tuam in die sancto meo, & vocaueris sabbatũ delicatum, & sanctum Domini gloriosum, & glorificaueris eum dum nõ facis vias tuas, & nõ inuenitur volũtas tua, vt loquaris sermonẽ tuum, tunc delectaberis super Domino, & sustollã te super altitudines terræ, & cibabo te hæreditate Iacob patris tui. Os enim Domini locutum est. Isa. 58. In qua auctoritate ponuntur quinq; modi quiescẽdi ad benè seruãdum quietem festi. Primus ibi, Si auerteris à sabbato pedem tuũ. s. nõ ambulãdo in die festo pro aliqua re temporali, sed benè licet ambulare pro re spirituali. s. pro Missa, vel sermone audiendo. Secũdus ibi, Facere voluntatẽ tuã in die sancto meo, si auerteris facere voluntatẽ tuam. s. ne pecces in die sancto meo, quia voluntas inclinat ad malum & ad peccatum, quod maximè fit in die festo, quoniã sunt multi qui per totã hebdomadam sunt occupati, & viuunt benè, & sine peccato, sed in die festo quidã vadunt ad ludũ palmæ, quidã ad tabernã, quidã ad lupanar, & tamẽ minus peccarent arando agrũ. Idem de mulieribus quę intra hebdomadã curant de domo, de familia, de filiis, & sic de aliis. Sed in die festo tũc peccant ornãdo se, &c. Tertius ibi, Et vocaueris sabbatũ delicatũ, & sanctum Domini gloriosum. Non enim sufficit abstinere se à labore & à peccatis, sed debet diem festum sanctificare. s. dare eleẽmosynam, venire ad Missam, & sermonem audire, orare, &c. Quartus est, Et glorificaueris eum, dum non facis vias tuas, id est, opera tua secũdum officiũ quod habes. Si es sutor nõ facies sotulares. Quintus ibi, Et non loquaris sermonẽ, &c. Quod dupliciter intelligitur. Primò, quia nullus debet loqui in Ecclesia dum fit officium, &c. Ideò est bonum suere os in ingressu Ecclesiæ. Etiam mulieres quæ

Locus, à quo colligitur, Christũ non in corpore tantùm, verũ & in anima suos sanasse.

de tota hebdomada se non vidēt, quando cōueniunt, tunc in ecclesia se interrogant. Quomodo valeris, quid facitis, &c. Item de veste vel panno, &c. vnde meliùs esset dormire in domo. Secundò intelligitur ne loquaris sermonem tuum. i. iudicando proximum. Sunt multi qui in die festo nesciūt te occupare in operibus spiritualibus post prandiū, sed stant in porta, aut sedent iudicando, & obloquendo de trāseuntibus, de religiosis, de clericis, de mulieribus dicendo, Iam cognoscitur in pede qualis est mulier ista. De his dicit Dauid, Aduersum me loquebantur qui sedebāt in porta. Sed posses quærere illi qui seruāt bene festa quid sunt habituri? Respōdet, Propheta, Tunc delectaberis super Domino, quia qui bene custodit festa, viuit lætè, & sustollam te, &c. dando vitam æternam, & cibabo te hæreditate Iacob dando bona. Quartum crimen fuit falsitatis, dicēdo ꝙ nō esset Rex Messias, & quod ipse fallè faciebat se Regē Messiam Ioan. 7. Quidam dicebant quia bonus est, quia prædicabat bona. Alij non, sed seducit turbas cum sua eloquētia. Vnde cùm Christus se excusabat de tertio crimine, quidam dicebant adinuicem. Nónne iste est quem Iudæi volunt occidere? ecce palam loquitur, & nihil ei dicunt. Nunquid verè cognouerunt principes, quia hic est Christus? Sed hunc scimus vnde sit, Christus autem cùm venerit nemo scit vnde sit. Christus autem excusando se clamauit di. Et me scitis, & vnde sim scitis. Et à meipso nō veni, sed est verus qui misit me, quē vos nescitis, sed ego scio eum. Et si dixero, nescio eum, ero similis vobis mendax. Sed scio eum, quia ab ipso sum, & ipse me misit. Quærebant ergo eum cōprehendere, & nemo misit in illum manus, quia nondum venerat hora eius. Nota me scitis. s. inquantum erat homo, quia inquantum homo, sciebāt vnde erat, quia de Bethleem natus, & Mater eius Maria. Sed inquantum Deus nesciebant vnde esset. Et hæc verba eo dicente, De turba multi crediderunt in eum, nō de maioribus, sed de simplicibus. Moraliter quādo dicitur quod de turba multi crediderunt in eum, diceret aliquis, & nūquid maiores erant aptiores ex scientia acquisita, vt crederent in Christum? Responsio, Quidam illuminantur à sole, quidam non illuminantur, quia tenent fenestras clausas. Sic quando maiores sunt indeuoti tenent portam clausam, ideo radius diuinę gratię nō intrat, quia inflantur ex scientia. Vnde. 1. Cor. 8. Scientia inflat, sed simplices qui sine præsumptione audiunt verbum Dei, & tenent portam intellectus apertam, sunt aptiores ad illuminationem. Ideo radius diuinæ gratiæ intrat in eos, & illuminat eos. Ideo Christus dicit Ioannis nono, In iudicium ego in hunc mundum veni, vt qui non vident, videant, & qui vident, cæci fiāt. Cui dixerūt Pharisæi, Nunquid & nos cæci sumus? Dixit eis, Si cæci essetis peccatum non haberetis. Nunc verò, quia dicitis, videmus, peccatum vestrum

manet. Nota non videntes. s. ignorantes, & simplices videāt, & qui vident. s. per intellectum naturalem, & scientiam acquisitam, cæci fiant. Oremus ergo nos Deum, vt talem credulitatem nobis concedat, per quam ad regnum cœlorum possimus peruenire. Amen.

Feria IIII. post Lætare. Sermo vnicus.

P*Rocidens, adorauit eum*. Ioā. 9. Sermo noster erit de sancto euangelio hodierno quod cōtinet vnum magnum, & pulchrum miraculum quod fecit Christus de illuminatione cuiusdam cæci à natiuitate, sed primò salutetur virgo Maria, &c. Totum sanctum euangelium consistit in tribus punctis,

Primum est operatio miraculosa,
Secundum est impugnatio malitiosa,
Tertium est approbatio gratiosa.

Et de isto tertio quādo cęcus à Christo illuminatus approbauit miraculū adorādo Christū dicit the. Procidēs adorauit eū, ecce approbatio gratiosa. Primū quod ostēditur in sancto euāgelio est operatio miraculosa, de qua dicit euāgelium, Pręteriēs Iesus. s. exiēs de tēplo vidit hominē cęcum à natiuitate, qui stabat ibi mēdicans, & cognoscebatur ab omnibus, quē Christus vidit gl. Chrysostomi, id est attentè respexit, ex cuius aspectu Apostoli sumpserunt occasionē, & motiuum interrogādi Christū dicētes, Rabbi quis peccauit hic aut parētes eius, vt cæcus nasceretur? Nō quęrebāt an illa pœna veniret ex peccato, quia hoc supponebāt, sed quęrebāt pro quo peccato. Videtur, ꝙ Apostoli essent de opinione amicorū Iob, qui dicebant, ꝙ omnia mala, & infirmitates eueniūt homini ex peccatis, cui⁹ oppositū dicebat Iob, Nō peccaui, & in amaritudinibus moratur oculus meus. Iob 17. Christus volens Apostolos extrahere de illa opinione respōdit di. Neq; hic peccauit, neq; parētes eius, sed vt manifestētur opera Dei in illo. Nota, ꝙ Christus non negat simpliciter, quin filij patiātur aliquādo ex peccatis parentū, maximè in corpore quod habēt à parentibus, imò dicit B. Hiero. ꝙ peccata secreta parētum quæ cōmittunt in cameris, manifestātur multoties in punitionib⁹ filiorū. Exo. 20. Ego sum Dominus Deus tuus fortis, & zelotes, visitans iniquitatē patrum in filios in tertiam, & quartā generationē. Item Esa. 14. Pręparate filios eius occisioni in iniquitate patrum eorum. Eze. 18. Filius nō portabit iniquitatē patris. & hoc quantum ad animā. Sed pœnæ, quantum ad corpus, quia Deus nunquam punit animam filij directè ex peccato patris tantùm. Vnde dicit ibidem, Ecce omnes animæ meæ sunt, vt anima patris, ita & filij mea est. Anima quæ peccauerit ipsa morietur. Ezec. 18. Sed iste cęcus non ex peccato parentum, neç suis cęcus natus est, sed vt manifestētur opera Dei in illo. Nota opera in plurali numero. Nam quādo infans innocēs patitur, quatuor opera Dei manifestantur. Primò manifestatur opus

Fili⁹ patris iniquitatē nō portabit, quantū ad animā: secùs quātum ad corpus, seu corporalia.

iustitiæ.

iustitię. Dicunt doctores theologi, quod primi parentes fuerunt formati in iustitia originali, & licèt corpus sit passibile naturaliter, tamen Deus dederat istam gratiã Adę, quia quamdiu ipse fuisset obediens Deo, & corpus obediret etiam animę, & quod corpus non pateretur aliquod malũ, sed quia Adam fuit inobediens Deo, propter hoc corpus perdidit gratiam, & remãsit in sua miseria, & passibilitate. Quando ergo videbitis infantẽ aliquod malum patiẽtem, ibi manifestatur diuina iustitia, quia ex peccato Adę corpora patiũtur iustè. Ideo Dauid, Et iustitia illius in filios filiorũ, &c. Ideo in isto cęco fuit defectus alicuius principij naturæ, vt opus diuinę iustitiæ in ipso manifestaretur. Secũdò in infante patiẽte manifestatur opus diuinæ misericordiæ, quia vitat peccata, vnde quãdiu hic cæcus caruit visu, multa peccata vitauit quæ cõmittuntur oculis, & erat humilis, & merebatur ex patiẽtia. Ideo Abac.3. Cùm iratus fueris, misericordiæ recordaberis. Tertiò manifestatur opus pœnitẽtiæ, quia quando peccator videt quod ille qui est innocẽs patitur, dicit intra se, O miser quid erit de me? Quartò manifestatur opus gratię Dei quãdo Deus vult illum curare miraculosè. Sic Christus curauit hunc cæcum miraculosè. Ideo dicit, Me oportet operari opera eius qui misit me donec dies est. Hic Christus vocat suam præsentiam solẽ, qui facit diẽ claram, & suam absentiam per mortẽ corporalẽ vocat noctẽ, dicit glo. me oportet operari. s. miraculosè opera eius qui misit me. s. patris, donec dies est, id est quandiu sum patris. Venit nox. s. mortis & passionis meæ quãdo nemo potest operari. s. miraculosè, & post mortẽ Christi precibus sanctorum Apostolorum Christus faciebat miracula. Ideo Dauid, Cõfitemini Domino dominorum, quoniam in sæculum misericordia eius. Nota quomodo Christus curando cæcum illum seruabat septẽ cæremonias. Prima qui respexit eum attẽtè. Secũda fuit Apostolorũ interrogatio. Tertia expuit Christus in terram. Quarta fecit lutũ ex sputo. Quinta liniuit super oculos eius. Sexta misit ipsum ad natatoriam Siloë. Septima fuit lauatio in dicta natatoria. Quare tot cæremonias & circunstantias voluit seruare cum solo imperio potuisset illum illuminare, sicut legitur de quodã cæco. Lu.18. cui dixit Christus, Quid tibi vis faciã? Respondit cæcus, Domine vt videã. Dixit illi Iesus, Respice, & statim vidit. Quare ergo in isto tenuit tot cæremonias. Responsio, quod Christus taliter voluit illuminare cæcum illum, vt daret exẽplum cuilibet peccatori cæco qualiter debet illuminari. Nota quomodo quilibet in peccato mortali existẽs est cæcus, quia nõ videt periculũ in quo est casurus subitò in foueã inferni. Item quia modò cadit hic de peccato in peccatum. Vnde de peccatoribus dicit Propheta, Ambulabunt vt cęci, quia Domino peccauerunt. Sophoniæ 1. Ideo ad illuminandum peccatorem necessariæ sunt prædictæ cæremoniæ à

Christo seruatę in illuminatione illius cęci. Prima vidit Iesus, id est attentè respexit. Ecce hîc peccatorum cognitio quæ venit ex Christi aspectu, vt patuit in Petro, qui nocte passionis negauit Christum ter, nec recognoscebat peccatum suum quousq; Christus eum respexit. Luc. 22. Conuersus Iesus respexit Petrum. Et recordatus est Petrus verbi Domini sicut dixerat, Priusquam gallus cātet, ter me negabis. Et egressus foras fleuit amarè. Ecce quomodo aspectus Christi est necessarius ad cognitionē peccatorum. Ideo petebat Dauid, Respice in me, & miserere mei, quia vnicus & pauper sum ego. Psa. 24. Nota vnicus, id est solus à quo recessit Deus qui ante peccatum fuit cum eo. Secunda circunstantia fuit Apostolorum interrogatio. Rabbi, &c. In quo ostenditur peccatorum contritio, quæ non est nisi cordis interrogatio siue disputatio, quare peccator ex contritione dicit intra se, O miser quid feci, tot peccata commisi, quid erit de anima mea, tot bona amisi, &c. Nota hîc similitudinem de illo mercatore qui in nūdinis emit vasa de lauro pro auro, & oculos piscium pro margaritis, pro quibus dedit totum quod habebat. Qui ostendit merces suas amicis suis, qui dicebāt quomodo fuit deceptus, & quod illud nihil valebat, qui non desperauit, quia sperabat de patre suo diuite, sed reprehēdebat se dicens, O miser quare non petebam consilium, ita stultè feci facta mea. Sic sunt etiam multi hodie stulti mercatores in mundo, qui credunt emere vasa aurea. s. honores dignitates, quæ tamē nihil valent. Item delectationes carnales credūt esse margaritas, sed quando illuminantur à Domino, & vidēt se deceptos, tunc sperāt in Christo sicut in patre diuite. Patet ergo quomodo cōtritio nō est nisi quęstio increpatiua suiipsius. Ideo Iob. 14. in persona peccatoris dicit, Quantas habeo iniquitates, & peccata, scelera atq; delicta ostēde mihi. Vbi ponit quatuor differentias peccatorum. Prima est iniquitates, id est nō æquitates, quę sunt peccata quæ fiūt contra proximum, & tamē Deus vult, quod simus æquales in dilectione. Secūda est ibi, & peccata, quę sunt de factis quę fiūt cōtra proprium corpus, vt luxuria, gula, acidia. Ideo peccata dicūtur, quasi pecudū acta. Tertia ibi, scelera, quę sunt scelera, quæ fiūt directè contra Deū, vt blasphemia. Quarta ibi, & delicta quę sunt de factis quę fiunt cōtra animā, vt superbia, auaritia, ira, & inuidia. Ideo delicta, quasi derelicta, quia his defectibus anima misera derelinquitur. Ecce quare dicit, Quātas habeo iniquitates, & peccata scelera mea atq; delicta ostēde mihi. Tertia circunstantia quare Christus expuit in terram. Ecce hîc oris confessio quæ non est nisi peccata abiicere, & stomachū animæ à peccatis purgare. Et in hoc ostenditur modus confitendi quo peccator debet ire flexis genibus coram confessore, & ibi expuere, & proiicere istas immunditias de peccatis fœtidis faciendo sibi vim ad expellendum peccata. Ecce quare

Christus

Christus expuit in terram. Dic contra illos qui expuunt super altare qui appodiati confitentur, ibi confessor cùm sit iudex debet sedere. Quidam autem expuunt, nec in terram, nec in altaria, sed in faciem confessoris ipsum respiciĕdo, quod malum est propter duo, Primò propter verecundiam peccatoris. Secundò propter periculum confessoris respicientis in facie pulchræ mulieris, &c. Ideo dicitur peccatoribus, Si confiteamur peccata nostra, fidelis & iustus est Deus, vt remittat nobis peccata nostra, & emundet nos ab omni iniquitate. primæ Ioannis primo. Quarta fecit lutum ex sputo. Ecce hic pœnitentiæ iniunctio, quia prudens confessor debet miscere sputum peccatoris cum terra, id est cognoscere grauitatem peccatorum, vt iuxta conditionem, & qualitatem personę, & quantitatem peccatorum sciat proportionare pœnitentiam quam peccator posset facere. Deutero.25. Pro mensura peccati, erit & plagarum modus. Item dicitur de peccatoribus, quantum glorificauit se peccator, & in deliriis fuit, tantum date illi tormentum, & luctum. Apocalyp.18. Quinta liniuit oculos eius, non dicit puniuit, sed liniuit, scilicet dupliciter: in quo ostenditur dulcis admonitio, quam debet facere confessor, scilicet liniendo oculos animæ peccatoris, ipsum ad pœnitentiam inducendo, quia meliùs est hic facere pœnitentiam, quam in alio mundo. Ideo debet dicere confessor peccatori, Quodcunque facere potest manus tua instanter operare, quia nec opus, nec ratio, nec sapientia, nec scientia erunt apud inferos, Ecclesiast. nono. Sexta est, Vade, & lauare in natatoria Siloë. Ecce hic pœnitentiæ assumptæ continuatio, scilicet de die in diem, de hebdomada in hebdomadam, &c. quousque mutetur sibi per alium confessorem, aliàs nisi pœnitentia teneatur peccator damnatur. Ideo dicitur, In partes vade sæculi sancti cum viuis, & dantibus confessionem Deo. Non demoreris in errore impiorum, ante mortem confitere. A mortuo, quasi nihil perit confessio. Confiteberis viuens, viuus & sanus confiteberis, & laudabis Deum, & glorificaberis in miserationibus eius. Ecclesiast. decimoseptimo. Sæculi sancti, id est pœnitentiales partes sæculi damnati sunt peccata. Septima cæremonia est. Abiit & lauit, & vidit. Siloë interpretatur missus. Ecce hic eucharistiæ communio. Ex quo peccator fecit sex opera prædicta debet ire ad natatoriam Siloë, id est ad ecclesiam Christi, qui est missus à patre, ideo à Christo misso dicitur missa in qua lauantur animę, & natant contemplando profunditatem sacramenti. Isto modo peccator cæcus illuminatur iuxta illud primi Regum 14. Videtis quod oculi mei illuminati sunt de melle isto, scilicet de corpore Christi dulcissimo. Secundus punctus euangelij est de malitiosa impugnatione. Quatuor impugnationes seu examinationes fecerunt Iudæi de illuminatione cæci. Prima

ma fuit vicinorũ, secunda Pharisæorũ. Tertia fuit parentũ. Quarta fuit principium. Quantũ ad primũ notandũ, quod postquam vicini viderunt ipsum qui fuerat cęcus venientẽ sine ductore, & sine baculo, & quod videbat clarè, dixerunt adinuicẽ, Nõne hic est qui sedebat, & mẽdicabat? alij dicebant quod hic est, alij quod nõ, sed similis ei est. Ipse autẽ dicebat, quia ego sum. Quantum ad secũdam quæ fuit Pharisæorũ, qui audito facto interrogauerũt ipsum quomodo vidisset. Qui narrauit eis totum modũ di. Ille homo qui dicitur Iesus, fecit lutũ ex sputo, & vnxit oculos meos, & dixit mihi, vade ad natatoriã Siloê, & lauare. Et abij, & laui, & vidi. ideo duxerunt eum ad Pharisæos. Erat autẽ sabbatũ. Quibus dixit similiter. Tunc Pharisæi dixerunt de Christo, Non est hic homo à Deo qui sabbatum nõ custodit. Alij dicebant, quomodo potest homo peccator hæc signa facere? & schisma erat inter eos. Tertia examinatio fuit parentũ, quibus dixerunt Pharisæi, Est hic filius vester quẽ dicitis, quia cæcus est natus? Quomodo ergo nunc videt? Qui respõderũt, Scimus quia hic est filius noster, & quia cæcus natus est, quomodo autẽ videat, nescimus, ipsum interrogate, ætatem habet, ipse de se loquatur. Hoc autẽ dicebant, quia timebant Iudæos, quia parentes propter sententiã excommunicationis quã posuerunt Iudæi, nõ fuerunt ausi dicere quis eũ illuminauerat, & fuit cõpletum signum quod dederat Isa 35. Veniet Deus, & tũc aperiẽtur oculi cæcorũ. Quarta impugnatio fuit principiũ legis, ad quos fuit ductus cæcus illuminatus. Qui dixerunt sibi, Da gloriam Deo. i. nõ dicas quod ille homo te illuminauit, quia peccator est. Qui respõdit, Si peccator est, nescio. Vnũ scio, quia cùm cæcus essem video. Dixerunt ergo, Quid fecit tibi? dixi vobis, &c. Nunquid vultis discipuli eius fieri? Maledixerunt ei, & dixerunt. Tu discipulus eius sis, nos autẽ Moysi discipuli sumus. Nos scimus quia Moysi locutus est Deus, hunc autẽ nescimus vnde sit quibus ille. In hoc enim mirabile est, quia nescitis vnde sit, & aperuit oculos meos. Scimus autem, quia peccatores Deus non exaudit, sed si quis Dei cultor est & voluntatem eius facit, hunc exaudit. Responderunt, In peccatis natus es totus, & tu doces nos, & eiecerunt eum foras excommunicando ipsum. Hic cæcus illuminatus fuit sanctus homo vocatus sanctus Cedonius, qui cũ Maria Magdalena, Martha, & Lazaro venit ad prouinciam Marsiliæ, &c. Moraliter hic cæcus à Christo illuminatus signat peccatorem à Christo illuminatũ, reducendo ipsum per pœnitentiam de tenebris peccatorum ad claritatẽ & lumẽ gratiæ. Qui impugnatur & examinatur à quatuor. Primò à vicinis. Dic quando religiosus vel sacerdos, vir siue mulier conuertitur ad Deum, statim vicini & alij ipsum impugnãt truffando, deridendo, intantum quod iam cõpletum est dictũ ipsius Dauid, Facti sumus opprobriũ

Di⁹ Cedonius.

vici-

vicinis nostris. Psal 78. Sunt iam multi qui isto tempore nō audent incipere bonam vitam, quibus dicit Christus cōsolando, Beati eritis cùm vos oderint homines. Lu.6. Secundò impugnatur à Pharisæis.i.ab inclinationibus carnis quæ diuidūt nos à Deo. Gal.5. Caro concupiscit aduersus spiritum. Vel à Pharisæis, id est, à dæmonibus qui sunt diuisi à Deo, à paradiso, & à nobis qui nos impugnāt tentando, modò de fide, modò de auaritia, luxuria, &c. vt retrahāt hominem à bona vita incœpta, sed peccator debet se fortiter tenere, & gaudenter recipere tales tentationes. Iac.1. Omne gaudiū existimate fratres mei, cùm in tentationes varias incideritis, scientes quod probatio fidei vestræ patientiā operatur, patientia autē opus perfectum habeat vt sitis perfecti & integri, in nullo deficientes. Greg. illos tētare negligit, quos quieto iure se possidere sentit. Aug. Noli æstimare te ab. que tentatione viuere, nā si vna carueris, aliā expecta, si autem dixeris te non habere tentationem, tunc fortius tentaris. Tertia tentatio à parentibus, id est, ab infirmitatibus, doloribus, &c. quas habemus à parētibus nostris. s. Adam & Eua, quia quando homò non vincitur dirisionibus & tentationibus dæmonum pòst veniunt infirmitates, dolores, & huiusmodi quibus compelluntire ad Deū. ideo Dauid, Multiplicatæ sunt infirmitates eorum, posteà accelerauerunt. s. ire ad Deum. Psal.15. vnde Greg. Mala quæ nos hìc premunt, ad Deum ire compellunt. 2. Cor.12. Libenter gloriabor in infirmitatibus meis, vt inhabitet in me virtus Christi. Quarta impugnatio est à principibus, id est à dominis temporalibus, qui volunt bona habere tēporalia deuotarum personarū. Prima impugnatio tangit famam, dicendo hypocrita, &c. secunda tangit animam, tertia corpus, quarta bona tēporalia, quia quando persona vult bene viuere, & seruire Deo, statim veniūt quęstiones, litigia, contra bona quousque repellitur ab eis. Ideo est necessaria patientia. 1. Tim.3. Omnes qui piè volunt viuere in Christo, persecutionē patienter. Vel dic, quod quarta impugnatio est à principibus. i. dæmonibus qui tentāt, &c. vt supra. Ideo Apostolus. Eph. vlt. Confortamini in Domino, & in potentia virtutis eius. Induite armaturam Dei vt possitis stare aduersus insidias diaboli, quoniā nō est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus principes & potestates, &c. Tertius pūctus est de approbatione miraculi gratiosa, de qua dicit thema. Procidens adorauit eū. Postquā autem prædictus cæcus illuminatus fuit à Iudęis eiectus & excommunicatus, nullus audebat eum recipere in domo, nec etiam parētes, nec loqui cum ipso, nec dare sibi lumē, nec aliud, qui intra se dixit, O miser si possem inuenire illum sanctum prophetā Iesum quī me illuminauit, ad minus essem de societate sua. Christ⁹ autē sciēs suam tribulationem, & suum bonum desiderium venit ei obuiam

dicens

dicens, Tu credis in filiũ Dei? Qui respõdit dicẽs: Quis est Domine vt credã in eũ? Dixit ei Iesus, Et vidisti eũ, & qui loquitur tecum ipse est. At ille, Credo Domine, & procidẽs adorauit eũ. Quẽ Christus recepit in suã societatem. Qui potuit dicere cum Dauid, Pater meus & mater mea dereliquerũt me, Dominus autẽ assumpsit me. Moraliter habemus hîc doctrinã, quia sicut iste nõ dubitauit recedere ab infidelibus, vt esset de societate Christi, sic nec nos. Nota hîc cõtra mercatores, qui faciũt societatẽ cũ infidelibus, cõtra quos dicit Scriptura sancta. Nolite iugũ. i. societatẽ ducere cum infidelibus. 2. Cor. 6. Quæstio quã faciunt Agareni, quia ipsi tenẽt & possident terrã sanctã, ideo non sunt extirpandi, &c. Responsio, verum est quia Deus vult, quod illa terra potius possideatur ab Agarenis, quã à Christianis. Ratio, ad maiorẽ cõfusionem Agarenorũ, & excusationem Christianorũ, quia antiquitus Agareni erant Christiani, qui fuerunt decepti à Sergio, & Machometo, qui tenent quod Christus nõ fuit Deus, & quãdo Christiani ex deuotione vadunt illuc, ipsi ostẽdunt Christianis locũ, in quo Christus illuminauit cæcum, & suscitauit mortuum, &c. quæ quidem miracula nõ possunt fieri, nisi à solo Deo. Item dicunt, quod non debent baptizari in nomine Trinitatis, tamen ibi ostendunt locũ vbi Christus fuit baptizatus, & tota Trinitas fuit ostensa quã ipsi negãt. Item nõ credunt sacramentum altaris, cùm ibi ostendant locũ vbi Christus fecit cœnam, & instituit hoc sacramentum. Itẽ non credunt Christum passum fuisse, mortuum, nec sepultum, tamẽ ibi ostẽdunt Christianis locũ passionis, mortis, & sanctũ sepulchrũ ad eorũ confusionẽ, quia ostendunt, quod ipsi nõ credunt. Ideo dicit Dauid in persona populi Christiani, Fac mecũ signum in bonũ, vt videãt qui me oderũt. s. Agareni, & cõfundantur, &c. Secundò Agareni tenent illã patriam ad excusationẽ Christianorũ. Quoniã nullus potest se excusare de peccatis. Eccl. 7. Nõ est homo iustus super terrã qui faciat bonum, & nõ peccet. Et Christus nõ vult quod Christiani faciant peccata, & mala in illa sancta terra. Si dicatur, quare ergo sustinet quod Agareni faciant ibi peccata? Respondeo, quia nõ tantum sibi displicet sicut de Christianis. Sicut rex qui sustinet, quod canes in camera sua faciant aliquã immunditiã, quod nõ sustineret de filiis vel militibus. Sic illa terra sancta, est camera Dei, vbi permittit, quod canes faciant immunditias peccatorum, sed nõ permittit de filiis. s. Christianis. vnde illa tota patria fuit iam Christianorũ, sed quia ibi faciebant peccata, ideò dicit Deus, foras, foras. Item dixit Christus, Luc. 21. Ierusalẽ calcabitur à gentibus. Tertiò, Agareni tenent illam terram ad consolationẽ Christianorũ, quoniã per hoc inuenitur, ꝙ illa patria nõ est finis Christianorũ, sicut fuit Iudæorum. Sed patria cœlestis est finis Christianorum nobis acquisita merito passionis

Christi,

Christi, ideo Apost. Heb. vlt. Non habemus hîc manentem ciuitatem, sed futuram inquirimus. Ad quam nos perducat Iesus, &c.

Feria V. post Lætare. Sermo vnicus.

D*Eus visitauit plebem suam.* Lu. 6. Sermo erit de sancto euägel. Et habebimus multas bonas doctrinas, &c. Sed primò salutetur virgo Maria. Deus visitauit, &c. In præsenti sermone, volo seruare modum iuristarum, qui primò ponunt casum legis. Deinde mouent quæstiones, & faciunt determinationes & hunc modum tenet Gratianus in secüda parte decreti, sic faciam modò in schola Christi. Primò ponam casum legis diuinę, siue decretalis euangelicæ. Dicatur historia euangelij ad literam. Sed in isto casu legis notaui tres quæstiones.

Prima in principio, Secunda in medio,

Tertia in fine pro nostra bona informatione & instructione.

Primò quare Christus voluit suscitare illum iuuenem publicè corã omni populo? Ratio huius quęstionis est, quia legitur Mat. 9. quòd quando voluit suscitare puellã mortuam filiam principis Synagogæ, eiecit omnes de camera & suscitauit ipsam secretè, &c. Ratio, quia dicit Grego. quod omnis Christi actio nostra fuit instructio. Vnde suscitatio corporalis quam fecit in mortuis, figurabat suscitationem spiritualem quam facit Christus de peccatoribus per pœnitentiam. Vnde puella quæ secretè, & in camera iacebat mortua, secretè ipsam suscitauit, ad ostendendũ nobis, quòd peccata secreta non debent publicari, sed secretè præsente patre, scilicet, confessorę & matre, scilicet, auctoritate ecclesiæ. Puella, id est, anima quæ secretè iacet mortua in camera conscientiæ, secretè est suscitanda. Auctoritas, Sedebit solitarius & tacebit, quia leuauit se supra se. Thre. 3. No. sedebit. s. quiescendo, à peccatis cessando, quia leuauit se supra se, & non supra alios publicè, & notoriè peccando, nec alios scandalizando. Verbi gratia, Si quis in corde suo secretè est superbus, pręsumptuosus, elatus, &c. & extra nihil ostendit, tunc puella, id est, anima secretè iacet mortua. Modus resurgendi est secretè humiliari per contritionem, confessionem, & orationem. Idem de auaro qui secretè facit furtum, vsuram, &c. sufficit secreta pœnitentia, scilicet, conteri, & confiteri, & restituere secretè. Idem de luxurioso, qui secretè peccat, sed ad extra nihil scitur, immo reputatur bonus, &c. tali sufficit secreta pœnitentia, conteri, confiteri, recedere à mala societate, sic suscitatur secretè de morte culpæ ad vitam gratiæ. Idem de inuidia quam tenent secretè in corde, de odio, de mala voluntate, de rancore, de desiderio vindictæ, non tenetur petere veniam, nisi à Deo secretè, ex quo non constat de mala voluntate. Ecce quare dicit, sedebit. Sed quia Christus inuenit istum iuuenem mortuum publicè & notoriè, & ideo publicè coram omnibus

ipsum

ipsum suscitauit. In quo ostẽditur Christus quod peccatores publici, & notorij per publicã, & notoriã pœnitentiã, sunt suscitandi de morte culpæ ad vitã gratię, quia talibus notoriè peccatoribus non sufficit secreta pęnitentia, imò dicit scriptura sancta, quam bonum est correptum manifestare pœnitentiã, sic enim effugies voluntarium peccatum. Eccl. 20. quã bonũ imò est necessarium manifestare pœnitentiã, quia non sufficit superbo, vano & pomposo, notorio & publico, quod faciat secretã pœnitentiã, sed notoriam, quod deponat ornamẽta vana, cornua, & manicas caudas, vt illi qui de hoc fuerunt scãdalizati, bene ædificẽtur di. O benedictus Deus, & quomodo est bene reductus talis homo. Idem de vsurario notorio, qui publicè mutuat decẽ pro duodecim vel vẽdit minus propter denarios promptos, vel vendit plus propter denarios speratos, & sic de aliis speciebus vsuræ, tali nõ sufficit secreta pœnitentia, sed publica vt satisfaciat omnibus publicè, idẽ de publicis raptoribus, de notoriis luxuriosis, & cõcubinariis nõ sufficit secretè cõfiteri, sed publicè expellere malã societatẽ de domo, nec sufficit dicere confessori, de cętero cauebò, &c. volo ipsam expellere de domo, quia iret ad lupanar, quia tunc ipsa se dãnaret, & vos nõ, ideo oportet expellere, vt scandalizati de mala vita ædificentur. Idem de mala voluntate, & inimicitia notoria & publica, quæ totam patriam cõmouit, quia tali nõ sufficit secreta pœnitentia, sed quod faciat pacẽ publicè cum laude Dei, & ædificatione populi. Regula est generalis in omnibus peccatis, quod in secretis sufficit pœnitentia secreta, sed in notorio requiritur pœnitentia notoria. Secũda quæstio est super hoc quod dicit, Accessit & tetigit loculum, hi autem qui portabant steterunt. Certum est, quod Christus solo verbo imperando poterat istum suscitare, quare ergo accessit, & tetigit, dicens illis qui ipsum portabant, vt eũ deponerẽt? quia absq; hoc poterat ipsum suscitare. Respondeo, quod Christus fecit hoc ad ostendendũ, quod si peccator mortuus, debet suscitari de morte culpę ad vitã gratię, oportet quod portatores qui portant eius animam, in inferno ipsum deponant. No. quod quatuor portant peccatorem ad sepulturam inferni, duo ante, & duo retro, primus est, mala consuetudo, secundus est, mala societas, tertius est, vana gloria siue cõfidẽtia, quartus est, falsa spes. Primus portator à parte ante, dicitur mala consuetudo, quæ multas animas portat ad infernum. Verbi gratia, quando aliquis infirmatur, vel si perdit aliquid, vel si sint maleficiati, vel pro filiis habẽdis, statim recurrunt ad diuinos, & quando de hoc reprehenduntur à confessore vel ab aliis, respondent, consuetudo est, quod est maius peccatum quàm homicidium, quia est contra præceptum primæ tabulæ. Item quando reprehenduntur de iuramento, blasphemia, & sic de aliis di. consuetudo est. Nota modum corrigendi
hoc

hoc vitiũ, primus conuenit parentibus nutriendo filios bene, &c. secundus cuilibet imponendo sibi aliquam pœnam pro tali peccato, &c. tertius conuenit dominis & rectoribus faciendo ordinationem cũ pœna, &c. Idẽ de fractione festiuitatũ tenẽdo ferias, forum, contractus, &c. di. consuetudo est; imò contra leges, & cõtra legem Dei, quãtò consuetudo est longior, tantò peccare est grauius. Item quando reprehẽduntur de vsura, respondent cõsuetudo est mutuare decem pro duodecim, &c. Idem dicunt illi qui vadunt ad lupanaria, cõsuetudo est. Idem dicunt mulieres quãdo reprehẽduntur de vanitatibus ornamentorũ, caudarũ, manicarum, &c. di. cõsuetudo est quod mulieres ornent se. Idẽ dicunt religiosi quando reprehenduntur de esu carniũ, de vestibus, de camisia, consuetudo est. O iste portator ducit animas ad infernum cũ quadrigis, quia mala cõsuetudo vertitur in naturã. Dicunt philosophi quod cõsuetudo est altera natura, &c. quia difficile est assueta relinquere. Ideò de malis assuetis dicit scriptura, Si mutare potest Æthiops pellem suã, aut pardus varietates suas, & vos poteritis bene facere cùm didiceritis malum. Hiere. 13. Secundus portator est mala societas. O quot animæ damnãtur ex mala societate, quoniã poma corrupta & putrida corrumpũt omnia alia, sic etiã corrumpit mala societas omnes alios de societate, & omnes simul boni non possunt corruptum sanare. Et sicut leprosus corrumpit alium, sic mala mulier corrũpit plures alias mulieres, ideò foras proijciantur. Idem de mala persona luxuriosa quæ est in parochia, vel in collegio, vel monasterio, vel ecclesia, quoniam luxuria est morbus contagiosus. No. hic de illa meretrice secreta quę intra annum fecit. 70. meretrices in quadam ciuitate, ideò rectores debẽt super hoc prouidere, & lupanaria particularia extirpare. In lib. de ordine quærit Augu. vtrum lupanaria possunt iuste teneri à dominis & rectoribus sine peccato. Dicit quod sic, quia sunt in remedium di. Aufer meretrices de mũdo, & totum turbabis libidinibus. O quot sunt lenones & meretrices, qui dimitterẽt peccata, sed nõ permittũt lenones, ideò damnantur ex mala societate. Item quot concubinarij dicẽtes, quomodo dimittam istam quam diligo plusquam me, &c. ad infernum omnes. Cõtra hanc malam societatem Deus præcepit Moysi di. præcipe filiis Israël, vt eiiciant de castris omnem leprosum, & qui semine fluit, pollutusq; est super mortuo, tam masculum quàm fœminã eiicite de castris, ne cõtaminent ea cum habitauerint vobiscum. Num. 5. Vbi præcepit tres cõditiones gentium separari, à societate. s. leprosum, & qui semine fluit. s. meretrix, & pollutum super mortuo. s. lenonẽ. Tertius est vana confidentia. s. de longa vita, sed stultitia est confidere in incerto. Nota. quomodo iuuenes de quocunque statu tam religiosorũ quã clericorum quã etiam laicorum virorũ siue mulierum, si sunt dissoluti, & di-

Iustè meretrices tolerantur à ciuitatum rectoribus.

& dicitur eis, Quare non seruatis ordinem, vel quare nõ facitis pœnitentiam? &c. Respondẽt benè quando ero senex faciam, & interim moriuntur, & ducuntur ad infernũ propter vanam confidentiam. O iste portator quot iuuenes ducit ad infernũ. Talibus cõtingit vt mulioni qui habebat quatuor mulos bonos, quos vendidit cõfidens de quinto debiliori cui imposuit totũ onus, sed nõ potuit portare & moriebatur, &c. Sic quilibet nostrum habet quatuor mulos bonos. s. infantiam, pueritiam, adolescentiã, & iuuentutẽ, quos vendimus diabolo confidentes de senectute peccando, ad quam si aliqui attingunt habẽt satis agere quod possunt viuere, & quomodo tunc facerent pœnitentiam? Ideò audistis iuuenes, non expectet sanus infirmitatẽ, sed statim incipere debet benè facere. Ideò dicit scriptura sancta, Non tardes conuerti ad Dominum, & ne differas de die in diem. Subitò enim veniet ira illius, & tẽpore vindictę disperdet te. Eccle. 5. No. crastinantes, quibus accidit vt falconi impinguato qui non vult venire ad Dominum ipsum vocãtem, & Dominus mittit lapidem post eum, & eum occidit, & proiicit in sterquilinio. Sic Dominus noster Iesus Christus vocat nos dicẽs, Venite ad me omnes, per viam pœnitentiæ, & crastinans dicit, Cras vadã, & sic de aliis. De quo iratus dominus mittit lapidem mortis, & proiicitur in sterquilinium inferni. Ideò dicit, Non tardes conuerti, &c.

Finalis inpœnitẽtia nõ spei, sed præsumptioni innititur. Estque isthæc præsumptio peccatũ in Spiritũ sanctũ.

Quartus portator est falsa spes quam habent peccatores de misericordia Dei, dicentes, quia Deus est misercors, qui pepercit latroni, Magdalenę, &c. ita quod de misericordia Dei faciunt instrumẽtum ad peccandum liberè. Dicunt sancti doctores quod hęc nõ est spes, sed præsumptio vana & falsa, & est peccatum cõtra spiritũ sanctum. Peccator qui pœnitet de peccatis, conteritur, confitetur, proponit nõ redire, talis potest sperare & cõfidere de misericordia Dei quod dimittet sibi sua peccata, quia multum est misericors erga pœnitentes, sed impenitentes, quotidie addũt mala malis, & peccata peccatis, nec dolent de peccatis, nec volũt restituere, nec remittere iniurias, nõ oportet ipsos confidere, nec sperare de Dei misericordia, quoniã sicut est misericors pœnitentibus, ita est rigorosus impœnitentibus, intantũ quod si virgo Maria, omnes angeli, & omnes sancti orarent pro vno peccatore impœnitẽte, nihil à Christo obtinerẽt. O iste portator quot animas ducit ad infernũ sepeliendas, Ideò dicit scriptura, Nec dicas, miseratio Domini magna est, multitudinis peccatorum meorũ miserebitur. Misericordia enim, & ira ab illo citò approximãt, & in peccatores respicit ira illi⁹. Eccl. 5. Et ideò dicit Papa in bullis indulgentiarũ, ꝙ possunt absolui à peccatis, &c. nisi de illis quæ cõmiserunt ex confidentia illius bullæ. Idẽ de aliis qui peccant sub spe diuinæ misericordię. Ecce quare pręcepit Christus portatorib⁹, vt ipsum deponerẽt, antequã suscitaret eũ. Ephe. 5.

Surge

Surge qui dormis, exurge à mortuis, & illuminabit te Christus. Tertia quæstio est super hoc quod dicit the. Deus visitauit plebem suam, quæritur de qua visitatione loquitur thema? quoniã in sacra scriptura inueniũtur tres notabiles visitationes Dei in hoc mũdo, prima est præterita, secunda præsens, tertia futura. Prima fuit de misericordia copiosa, secunda fuit de gratia virtuosa, tertia fiet de iustitia rigorosa. Prima fuit in Christi incarnatione, tunc venit, & visitauit suum mundũ illuminãdo ipsum, fructificãdo in operibus spiritualibus ad instar Solis, qui illuminat, calefacit, & fructificat. Sic de Christo qui dicitur Sol iustitiæ. Malac. 4. Vobis timentibus nomen meũ orietur Sol iustitiæ. Vnde etiã dicitur virgini Mariæ, Fœlix namq; es sacra, &c. Hic Sol iustificauit, & illuminauit mundũ radio suę prędicationis in fide catholica, calefecit in charitate, & fecit fructificare meritoriè. De ista visitatione aucto. Visitauit nos oriẽs ex alto. Illuminare his qui in tenebris, & in vmbra mortis sedent. Luc. 1. De ista dicit the. Deus visitauit plebem suam. Secunda visitatio est præsens quolibet die in sacramento altaris, in quo venit ita realiter sicut venit in vtero matris. Hęc visitatio est ad instar Medici, qui venit ad visitandum hospitale infirmorũ ad curandũ eos, sic Christus in hospitale huius mũdi, in quo sunt multi infirmi, venit. Quidã infirmãtur in capite per superbiã, &c. Ideò venit Christus Medicus de studio Paradisi ad visitandũ, ad practicandũ, & ad sanãdum animas infirmas. Hanc visitationẽ petebat Dauid di. Memẽto nostri domine, in beneplacito populi tui, visita nos in salutari tuo. Psal. 105. De ista potest dici the. de præsenti, Deus visitauit plebem suã. Tertia visitatio erit de iustitia rigorosa. in die iudicij, ad instar regis qui venit ad visitandũ populũ suũ in ciuitatẽ inordinatã, rebellẽ, cũ magno exercitu gentiũ armatorũ ad exaltandũ bonos, & ad humiliandũ malos. De ista visitatione dicit Propheta, In die illa visitabit Dominus in gladio suo duro, grandi, & forti. Esa. 27. Nota in die illa. s. iudicij vniuersalis, visitabit Dominus in gladio suo quẽ portabit nõ in manu, sed in ore. Vnde de ore eius procedit gladius ab vtraq; parte acutus, vt in ipso percutiat gentes. Apocal. 19. No. ex vtraque parte acutus, quia scindet corpus, & animã. Modò quãdo homo moritur in iudicio particulari, solũ perdit animã, sed tunc scindet vtramque partem hominis tam animã quàm corpus, ad dexterã scindet, quãdo dabit sententiam pro bonis, dicens, Venite, &c. Mat. 25. Ad sinistram quando dicet malis, Discedite, &c. Nota in gladio suo duro, quantum ad sententiam malorum, grãdi quantum ad sententiã bonorum, & forti quantum ad durationem gloriæ siue pœnæ. Vel duro. s. contra Iudæos qui habent prophetias, & non credunt, & grandi. s. cõtra Agarenos qui sunt in magna multitudine, & forti contra malos Christianos. De ista visitatione

potest dici de futuro, Deus visitabit.

Feria VI. post Lætare. Sermo vnicus.

V*Oce magna clamauit, Lazare veni foras*. Ioan.11. Hodie legitur Euãgelium de suscitatione Lazari à Christo facta. De hoc erit sermo noster. Sed primò salutetur virgo Maria, &c. Voce magna, &c. Sanctũ Euangeliũ hodiernũ breuiter continet tres caussas mirabiles de suscitatione Lazari. Prima caussa humanitas retractiua. Secũda caussa meritalis inductiua. Tertia caussa principaliter effectiua. Et de ista tertia dicit thema. Voce magna clamauit. s. Iesus imperãdo, di. Lazare veni foras. Prima caussa humanitus retractiua, ne. s. Christus faceret istam suscitationẽ Lazari, fuit timor Apostolorũ qui timebant ne lapidarentur in Ierusalẽ, & dissuadebant Christo ne iret Bethaniam vbi Lazarus erat mortuus, quæ est prope Ierusalẽ. Dic quomodo terra promissionis erat diuisa in tres prouincias. s. in prouinciã Iudææ, Galilææ, & Samariæ. Et in prouincia Iudææ Christus habebat multos inimicos, & multoties voluerunt eum interficere, eò ꝙ reprehendebat peccata notoria, vitia Pharisæorũ, Principũ, & Sacerdotũ, & quando probabat suã diuinitatẽ. Sed quia nondũ venerat hora passionis suę, nec erat tali morte moriturus, ideò recessit de prouincia Iudęę, & veniebat ad prouinciã Galilææ vbi diligebatur, & interim Lazarus obiit in prouincia Iudęę, propter quod dicit Christus Apostolis, Eamus iterũ in Iudæã. De quo Apostoli timẽtes dixerũt Christo, Rabbi, nunc Iudæi quærebãt te lapidare, & iterũ vadis illuc? Ecce hîc caussa humanitꝰ retractiua, sed indirectè, quia humanũ est timere mortẽ carnalẽ. Tũc Christus dixit eis quõ Lazarꝰ eorũ amicus erat mortuus, ideò volebat illuc ire. Et cõtra timorẽ illorũ dixit eis. Nónne. 12. horę sunt diei? Si dicatur, & quomodo est hoc ad propositũ? Dico ꝙ multũ benè, & secundũ quatuor intellectus sacræ scripturæ. Primò secũdum intellectum literalẽ, quãdo dixit Christus ista verba, erat æquinoctium Vernale, quia fuit passus. 25. Martij, & eadẽ die fuerat cõceptus. 15. die ante suã passionẽ Christus dixit ista verba, Nónne 12. &c. & tũc ad literã dies habebat. 12. horas, quasi vellet dicere Christus Apostolis, Vos debetis cogitare quod rancor, siue mala voluntas Iudæorũ contra me iam est mutata, quia sicut dies, & tẽpus mutatur de hora in horã, ita etiã cor hominis mutatur, quoniam ergo iam transiuerunt, nõ solũ. 12. horæ, sed plures dies, ideò, &c. Hoc dixit Christus reprehẽdendo malã opinionẽ quam habebant de Iudeis, quoniã de proximo semper debet homo præsumere in meliorem partẽ, iuxta illud Luc. 6. Nolite iudicare, & nõ iudicabimini. Secunda expositio, Nónne. 12. &c. est allegoricalis quando dictum, vel factũ exponitur de hoc quod debet homo credere, secundũ istã expositionem Christus dicitur dies. No. quoniam sicut manè & vespere

ſpere faciunt vnum diem, iuxta illud Gen.1. Factum eſt veſpere, & mane dies vnus. Sic Deus & homo faciũt vnam perſonam Chriſti. Manè quod eſt principium, ſic etiã diuinitas eſt principiũ omnium rerum. Ego ſum principiũ qui & loquor vobis. Ioan.8. Chriſtus autem veſpere & finis omnium, fuit inquãtum homo. Quoniã Deus fecit prima die lumen, ſecunda firmamentum, tertia planetas, quarta Solem, & ſtellas, quinta aues, & piſces, ſexta iumenta, ſeptima fecit hominẽ. Quando ergo filius Dei recepit humanitatẽ, tum factũ eſt veſpere, & mane dies vnus, id eſt, Deus & homo facta eſt vna perſona. Vnde cantat Eccleſia, Qui mane iunctũ veſperi, diem vocar præcipis. De iſto dicebat Dauid Deo patri, Ordinatione tua perſeuerat dies. Hęc dies habet.12. horas. ſ.12. Apoſtolos. Luc.6. Cùm dies factus eſſet. ſ. Chriſtus, vocauit diſcipulos ſuos, & elegit.12. ex ipſis, quos Apoſtolos nominauit. Hora prima fuit, ſcilicet Petrus, & ſic de aliis, vt ibidẽ patet in textu, quãdo ergo dixit, Nónne.12. horæ, id eſt.12 Apoſtoli ſunt diei. id eſt, Chriſti. q. d. ſicut horæ nõ dimittunt diem. ſ. naturalẽ, nec dies horas, imò horæ ſequũtur diem inſeparabiliter, ſic nec vos debetis me dimittere, nec ego vos, quin vos defendã, ſicut fecit in nocte paſsionis, quando dixit Iudæis, Si me quæritis, ſinite hos abire. Ioã.18. Ecce dies, id eſt, quomodo defendit horas. Ideò dixit patri, Pater quos dediſti mihi, non perdidi ex eis quenquam. Ioan.18. Tertia expoſitio eſt tropologica, id eſt, moralis ſecundum iſtam expoſitionẽ dies clara eſt pœnitentia. Ratio, quia culpa dicitur nox obſcura, ita gratia ad quã venit homo per pœnitentiã, dicitur dies. De hoc auctoritas, Nox præceſsit, dies autem appropinquauit. ad Rom.13. Hæc dies habet 12. horas. ſ.12. opera pœnitẽtialia. Prima hora eſt peccatorum cognitio, quaſi hora prima: quia tunc incipit claritas diei, & gentes ſe mutuo cognoſcunt, ſic in peccatorũ cognitione homo ſeipſum cognoſcit. ſecũda eſt cordis cõtritio. tertia emẽdandi propoſitio. quarta occaſionũ vitatio quinta oris cõfeſsio. ſexta corporis afflictio. ſeptima ſpiritualis oratio. octaua eleẽmoſynarũ largitio. nona debitorũ reſtitutio. decima iniuriarum remiſsio.11. famæ reparatio.12. Euchariſtiæ communio, De iſta ergo die & horis dicit Chriſtus Apoſtolis in Euangelio, Nónne.12. horæ ſunt diei. ſ. pœnitẽtię quas vos tenetis, ſeruatis & facitis? Ideò nõ oportet vos timere de morte. quare ſubdit, Si quis ambulauerit in die, nõ offendit: quia lucẽ mundi videt. Si autem ambulauerit in nocte, offendit, quia lux. ſ. gratię non eſt in eo, &c. Quarta expoſitio eſt anagogica, ab ἄνω quod eſt ſurſum, & ἄγω duco, quaſi ſurſum duco, quando dictum vel factum exponitur de ſperando. Et ſecundum iſtam expoſitionẽ dies clara eſt gloria cœleſtis. Ratio, quia ibi nõ eſt nox nec tenebrę, nec obſcuritas ignorantię, imò quãdo anima intrat Paradiſum, ſtatim Deꝰ oſtẽdit ſibi vnũ

librũ in quo clarescit & videt oĩa. Hic liber vitę est Christus qui habet duas chartas scilicet diuinitatis & humanitatis. De isto die gloriæ auctoritas in Psal. 83. Melior est dies vna in atriis tuis, super milia. Ex quo sequitur talis cõclusio, quod nullus sanctus potest stare in paradisio nisi per vnum diem. Hęc vita nostra habet multos dies propter interpositionẽ noctis, sed in paradiso nulla nox est, sed semper est dies clarissima illuminata sole iustitię. Hęc dies habet. 12. horas, id est 12. beatitudines, scilicet quatuor animę, quatuor corporis, & quatuor compositi. Prima beatitudo animę est sapientia diuinorum. secunda, scientia creaturarum. tertia, memoria præteritorum. quarta, lętitia vniuersorũ. Prima beatitudo corporis est impassibilitas. secũda claritas. tertia subtilitas. quarta agilitas. Prima beatitudo compositi, siue vitæ beatæ est concordia generalis. secũda abundãtia vniuersalis, tertia plena satietas. quarta certa perpetuitas Erit dies vna quæ nota est Domino. Zacha. 14. Vel si vis iuxta secundam expositionẽ allegoricã, dic quod dies clara est fides catholica, quando est sine errore, dubitatione & falsa opinione, de quo Apostolus ad Ro. 13. Nox pręcessit, scilicet erroris, tenebrarum & falsarum opinionum, dies autẽ appropinquauit, scilicet fidei catholicę. Hęc dies habet. 12. horas. scilicet. 12. articulos fidei secundum numerum 12. Apostolorum qui omnes sunt in Credo in Deũ. Prima hora est de mundi creatione ibi, Credo in Deum patrem omnipotentem, &c. Istam horam nesciuerunt Philosophi qui posuerunt mundum ab ęterno. Secũda de filij Dei ęterna generatione, ibi, Et in Iesum Christũ filiũ eius vnicũ dominũ nostrũ, qui generatur à patre vt radius à sole, &c. Tertia de filij Dei incarnatione ibi, Qui conceptus est de Spiritu sancto, natus ex Maria virgine, ad instar radij solis per fenestram vitream transeuntis quam non rumpit. Quarta de Christi passione, ibi, Passus sub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus, & sepultus, ne aliqui sibi credẽtes, & obedientes paterentur in furca inferni. Quinta de sanctorum patrum liberatione, ibi, Descendit ad inferos, scilicet ad liberãdum sanctos patres. Sexta de Christi resurrectione, ibi, Tertia die resurrexit à mortuis. Septima de eius mirabili ascensione. ibi, Ascendit ad cœlos, sedet ad dextram Dei patris omnipotentis. Octaua de eius ad iudicium aduentu, ibi, Inde venturus est iudicare viuos & mortuos, id est, bonos & malos. Inde vẽtur⁹, scilicet à dextera Dei patris. Nona de spiritussancti spiratione, qui procedit à patre, & filio, sicut calor à sole & radio, ibi. Credo in spiritumsanctum. Decima de vniuersali ecclesiæ auctoritate quam oportet credere, quia ecclesia vniuersalis errare nõ potest in his quę fidei sunt, dicente Christo Petro, Ego rogaui pro te Petre, vt non deficiat fides tua. Lu. 22. Hoc nõ dicit Christus Petro, inquantũ persona erat particularis: sed inquantũ erat Papa persona cõmunis ibi.

Credo

Credo in sanctam ecclesiam catholicam, id est, vniuersalem. Vndecima est de sacramentorū sanctificatione, quibus sacramentis anima sanctificatur, ibi, Sanctorum. s. sacramentorum communionem remissionē peccatorum. Duodecima est de vniuersali omnium resurrectione, ibi, Carnis resurrectionem, & vitam æternā amen. Quando ergo Christus dicit Apostolis, Nónne 12. horę sunt diei. q. d. quid timetis vos mortem temporalem cùm sitis fortes in fide? Secùs de illis qui moriuntur sine fide, & in errore. ideo dicit Christus. Qui ambulat in die. i. fide, nō offendit secularitet cadendo in infernum. Ecce quomodo fuit remedium cōtra caudam retractatiuam. Detur hominibus consiliū quod dicāt quolibet die Credo, & vosmetipsos tentate si estis in fide, ipsi vos probate. 2. Cor. vlt. Secunda causa fuit meritalis & inductiua, hæc fuit charitas, siue dilectio, quā Christus habebat ad Lazarum discipulū suū & Mariā & Marthā sorores eius, & econuerso. Ideo traxerunt eū ad instar candelæ fumantis, quę trahit ad se lumē alterius cādelę propinquę: & hoc naturaliter: qa corda eorū erant vt lucerna fumās: ideo traxerunt illud lumē. De quo, Ioā. 1. Erat lux vera quæ illu. omnē ho. ve. in hunc mundū, &c. Ecce hæc est causa inductiua, de qua Euange. sic dicit, Venit itaq; Iesus in Bethaniā, & inuenit eū quatuor dies iā in monumēto habentē, vsq;. Et turbauit seipsum, & infremuit spiritu. Sic faciāt homines. & turbauit se: scilicet ostēdendo tristitiā in facie, & fleuit, nō solū ex compassione Mariæ & Marthę, sed etiā suscitatione ipsius Lazari quē eductus erat de statu impeccabilitatis in quo erat, ad statū peccabilitatis, quoniā in Christi passione etiā peccauit, quia perdidit fidē de Christo. Ecce causa inductiua quæ dicitur, meritalis, quia dilectio Lazari & sororū eius ad Christū erat meritoria. Moraliter notandū est hic quod in istis verbis cùm dicitur, Diligebat Iesus Martham & sororē eius Mariā & Lazarū, insinuatur ꝙ tria genera personarum diliguntur à Christo per ista significata. Primò, personæ purè continentes. secundò, personæ dignè pœnitentes. tertiò, personæ iustè præsidētes. Primò Christus diligit personas purè continentes, quod ostenditur ibi, Diligebat Iesus Marthā, quæ semper fuit virgo pura & continens. Sunt tamen hic notandi tres gradus continentiæ. Primus est coniugalis qui est inter virum & vxorē, seruantes modum & fidelitatē sibiinuicem. ideo dicit Paulus, Honorabile cōnubium in omnibus, seruādo modū, & thorus immaculatus. s. seruando fidem. Fornicatores enim & adulteros iudicabit Deus, ad Hebr. vltimo. Secundus gradus est continentię vidualis, & ista est melior quādo cauet vidua ab illo actu, quia Deus non vult nisi inter virū & vxorem. vnde Aposto. Hæc est voluntas Dei sanctificatio nostra, vt abstineatis vos à fornicatione 1. The. 4. Tertius gradus est puritas virginalis. & est melior aliis quæ est nunquā sensisse illud opus, nec

corde desiderando, nec ore loquendo, nec opere tangendo, &c. Et in isto gradu erat Martha, ideo tātum diligebatur à Christo. De his tribus gradibus dicit Beda, Bona est castitas cōiugalis, melior continentia vidualis, sed optima puritas virginalis. Secundò Dominus diligit personas pœnitentes, quod ostenditur ibi, Diligebat Iesus Mariam Magdalenam quæ fuit pęnitens, quam Dominus Christus dilexit magis post pęnitentiam quā ante, iuxta parabolam. Luc. 15. Quis ex vobis homo qui habet centum oues, & si perdiderit vnam ex illis, nónne dimittit. 99. in deserto & vadit ad illam quę perierat, donec inueniat ea? Et cùm inuenerit eā, imponit in humeros suos gaudens, & veniens domum conuocat amicos & vicinos suos dicēs illis, Congratulamini mihi, quia inueni ouē quę perierat. Dico vobis, quod ita gaudium erit in cœlo super vno peccatore pœnitentiam agente, &c. Nota, imposuit humeris, & hoc quando in humeris portabat crucem, tunc factus est principatus super humerū eius. Isai. 9. Tertiò, diligit Deus personas iustè pręsidentes, quod ostenditur ibi, Diligebat Iesus Lazarum qui fuit præsidens & Dominus tertiæ partis ciuitatis Ierusalem. Dic quomodo Domini & prælati diligantur à Domino quando intrant per portam. Secundò, quando viuunt honestè postquam sunt intus, & curāt plus de animabus quàm reditibus. Tertiò, quādo diuidunt reditus in tres partes, s. pro se, pro familia, pro egenis, tales sunt iustè præsidentes, secùs de illis qui non intrant per portā, sed saltant per rapinā & simoniā. Domini autē temporales solū præcipiendo iustitiā & dādo eleemosynam possunt saluari, quoniam in iudicio non quæret Christus à Dominis temporalibus an dixerunt horas, si ieiunauerunt, sed quæret ab eis si fecerunt iustitiam de criminosis, si conseruauerunt populum in pace, si correxerunt peccata notoria. Sed multis dominis accidit vt stulto, qui cooperuit se de scuto, non tamen ab illa parte vnde sagittabatur, sed ab alia. Sic multi Domini ponunt scutū deuotionis sibi, sed non in illa parte vnde veniunt sagittæ reprehensionis. Qui dicunt horas, audiūt missas multas: sed nō curant de iustitia & pace, nec de correctione peccatorū, cùm tamen à Christo sint de hoc reprehēsiui. De dilectione ad bonos dominos. Auctoritas, Cor meum diligit principes. Iudic. 5. Tertia causa suscitationis Lazari principaliter effectiua fuit Christi potestas & auctoritas, eius præceptum & imperium, de quo thema, Voce magna clamauit, Lazare veni foras. Dic historiā euang. ab illo, Iesus venit ad monumentum quod erat spelūca, & lapis superpositus erat, &c. vsq; in finē. In hac suscitatione Lazari Christus seruabat quinq; cæremonias. Prima fuit quādo fecit aperiri sepulchrum di. Tollite lapidē, cui dixit Martha, Domine iā fętet quatriduanus est, totaliter scatet vermibus. Ad quā Christus dixit, Nónne dixi tibi, si credideris, videbis mirabilia Dei? Secūda

Tres cōtinentiæ gradus.

Status & conditio Lazari.

cæremo-

cæremonia quando Iesus eleuauit oculos versus cęlum,& dixit,Pater gratias ago tibi quoniã audisti me.Ego autẽ sciebã,quia semper me audis,sed propter populũ qui circũstat dixi,vt credãt,quia tu me misisti.Inquantũ homo est minor patre,ideo orabat,quia inquantũ Deus nõ oportebat. Tertia cæremonia, quia voce magna clamauit, Lazare veni foras,& nõ loquebatur corpori corrupto, qa nihil audiebat,sed loquebatur animæ in limbo sanctorũ patrũ existenti, vt creditur, qa sanctus homo erat,& statim prodiit foras.Quarta cęremonia quãdo dixit,soluite eũ,quia erat ligatus institis mani bus & pedibus,secundũ morẽ Iudæorũ. Quinta cęremonia dũ dixit,Sinite eũ abire.Multi ergo ex Iudęis q viderãt quę fecit Iesus,crediderũt in eũ.Quidã autẽ ex ipsis abierũt ad Pharisæos, & dixerũt eis quę fecit Iesus.Moraliter in his quinq; cęremoniis ostẽdit Christus qualiter suscitãdus est peccator de morte culpæ ad vitã gratiæ per pœnitentiã.primò monumentũ debet aperiri, ibi, Tollite lapidẽ,&c.In sacra scriptura corpus peccatoris dicitur esse monumentũ.Ratio,qa ab extra est sepulchrũ & depictũ ad instar monumenti,sed ab intra est turpe & fętidũ & plenũ corruptiõe, in quo iacet mortua anima, ideo dicit Christus peccatoribus, Veh vobis qui similes estis sepulchris dealbatis,quę à foris apparent hominibus speciosa,intus autẽ plena sunt ossibus mortuorũ,& omni spurcitia Mat.23. Dic hîc primò de religiosis qui ad extra portãt habitũ honestatis,sed intus pleni sunt omni dolo. Itẽ de presbyteris ad extra portãt suppelliciũ albũ,sed intra est corruptibilitas.Itẽ de laicis tã viris quã mulieribus. Primũ ergo faciendũ si mortuus.s.spiritus debet suscitari, est aperire sepulchrũ quod fit in oris confessione.s.tollere lapidẽ magnũ & durũ verecundię. O quot sunt qui nolunt istũ lapidẽ amouere,nec sepulchrum aperire ad clarè cõfitendum peccata, sed volunt palliare peccata,vt mulieres.ideo plures dãnantur ex hoc.Ecce quare Christus dicit,Tollite lapidem . Respondit Martha,Domine iam fœtet, quatriduanus est peccauit cogitatione,locutione,opere,& omissione,& tantus exibat fœtor q oẽs claudebãt sibi nasum,nisi Christus qui stabat ac si nihil sentiret. In quo instruũtur cõfessores q quãdo audiunt peccata fœtida & grauia,non ostendant fastidium nec expuendo,nec suspirando,ne peccator verecundetur, & nõ audeat dicere peccata,dicendo, quid faceret si dicerem aliqua peccata maiora:sed debet audire patiẽter & cooperire faciem, & ipsum animare vt dicat peccata & nõ verecundetur,ideo dicit scriptura confessori. Deu.23. Non abominaberis Idumeũ.i.peccatorem & sanguinolentum,quia frater tuus est,nec Ægyptium.i.peccatorem tenebrosum, quia etiã fuisti peccator . Ideo debemus nos firmiores imbecillitates infirmorum sustinere. Ro.15. Et de illis qui confitentur peccata, clarè potest dici illud,Sepulchrum patens est guttur eorum. Psal.5.

Secunda cæremonia fuit quando Christus post apertionem sepulchri orauit, in quo ostendit, φ facta confessione cõfessor debet orare dicendo, Misereatur tui omnipotens Deus, &c. Absolutionem, &c. Dominus Iesus Christus, &c. & sic cor peccatoris disponitur ad contritionem & ad bonum propositũ abstinendi à peccatis. Iaco.5. Confitemini alterutrum peccata vestra. s. laici presbyteris, & orate pro inuicem vt saluemini. Tertiò clamauit Christus voce magna, Lazare veni foras extra monumentum quantũ ad corpus, & extra infernũ quantum ad animam. Sic peccator ad vocẽ confessoris pœnitentiam iniungentis debet exire foras, extra dimittẽdo peccata, quia aliàs nõ est absoluendus, & anima exit extra infernũ cui obligatur per culpam, si seruat pęnitentiam, aliàs non. Vnde Luc.13. Dico vobis, nisi pœnitentiam habueritis, omnes simul peribitis. Quarta cæremonia, Christus dixit, Soluite eum. Hæc locutio fit à confessore quãdo absoluit peccatorem dicendo, Auctoritate Domini nostri Iesu Christi tibi concessa & nobis cõmissa, ego te absoluo, &c. Vnde de hac absolutione dicitur confessoribus, Quodcunq; solueritis super terrã. s. vos confessores, erit solutum & in cœlis, & quodcunq; ligaueritis super terram, erit ligatum & in cœlis. Matt.16. Hæc ligatio est iniunctio pœnitentiæ. Quinta cæremonia, Sinite eũ abire sic. s. si pœnitens non potest portare magnam pœnitentiam, date ei paruam, quia melius est cum parua pœnitentia remittere ad purgatorium, quã cum magna ad infernum, & hoc dicitur contra illos confessores qui nimis magnam pœnitentiam iniũgunt. De quibus dicitur Mat.23. Alligant onera grauia & importabilia humeris hominum. Potest etiam aliter intelligi sic, Multi sunt soluti à confessore & à vinculis peccatorum qui non sinuntur abire, vt cõpleant pęnitentiam, quia vir impedit vxorem, & econuersò, socius socium, & pater filium, & econuersò. Nullus debet impedire pœnitentiam alterius, nisi fortè esset præiudicatiua, quibus dixit Christus, Veh, qui clauditis regnum cœlorum ante homines, vos enim non intratis, nec introeuntes sinitis intrare. Mat.23.

Sabbato post Lætare. Sermo vnicus.

NEmo apprehendit eum, quia nondum venerat hora eius. Ioã.8. Sanctum euangelium hodiernum continet vnã magnam disputationem quã habuit Christus cũ Iudæis, in qua Christus posuit veram conclusionem, contra quẽ Iudæi arguũt per contradictionem, explicant per inuasionem volẽtes Christum capere. Sed dicit the. quod nemo apprehendit eum, &c. Dico primò quod in dicta disputatione Christus posuit vnam conclusionem dicens coram populo, Ego sum lux mundi, qui sequitur me non ambulat in tenebris, sed habebit lumen vitæ. Hæc conclusio habet tres partes, secundum quod Christus in dicta conclusione ponit tres

excellen-

excellentias legis euangelicæ supra legem Mosaycam. s. in generalitate, in charitate & vtilitate. Prima excellentia legis euangelicæ est in generalitate siue vniuersalitate, quoniam lex Moysi particularis fuit, quia solum fuit data particulari & certo populo. s. filiis Israël, quia aliæ gentes mundi non obligabantur ad dictam legē, nec peccabant non seruando illam legem. Ratio, quia illa lex fuit solum data illi populo, ex quo Deus promisit Abrahę, Isaac & Iacob, quod Messias inquantum homo, descēderet ab eis, & ergo illam generationem voluit priuilegiare, ordinare, instituere & informare. Ideo dedit eis præcepta cæremonialia, vt essent bene ordinati erga proximum, & iudicialia & moralia, vt essent bene dispositi erga Deum & seipsos. Ideo Dauid dicit, Qui annūtiat verbū suum Iacob, iustitias & iudicia sua Israël. No. verbū illud de quo Ioā.1. Verbum caro factū est, & iustitias & iudicia sua Israël, id est, populo Iudaico. Non fecit taliter omni nationi, & iudicia sua nō manifestauit eis, aliis. s. à Iudæis. Psal.147. Ecce hîc particularitas illius populi. Sed lex euangelica generalis est & vniuersalis, quia omnibus populis, gentibus & nationibus data est. Nam licet Christus inquantum homo, esset nasciturus de illo populo, Israël tamen veniebat ad saluandū, nō solum populum Iudæorum, sed omnes sibi obediētes & credentes, intantum quod data lege euangelica nullus potest saluus fieri nisi in ista lege, cùm tamen multi sine lege Mosayca saluarentur, vt patet de Iob & multis aliis. De hac generalitate legis euangelicæ dicit Deus pater filio. Parum est vt sis mihi seruus ad suscitandas tribus Iacob & fœces Israël conuertendas. Ecce dedi te in lucem gentium, vt sis salus mea vsq; ad extremum terræ, Esa.49. Hanc excellentiam generalitatis tangit Christus cùm dixit, Ego sum lux mundi, nō solùm vnius populi & vnius terræ, scilicet promissionis, sed totius mundi. Ioan.1. Erat lux vera quæ illuminat omnem hominem, &c. Sed Moyses poterat dicere, Ego sum lux huius populi. Secunda excellentia legis euangelicæ supra legem Moysi est claritas. Lex Moysi obscura erat, quia nihil ostendebat clarè de Deo, nisi quod erat vnus Deus, quia hoc etiam Philosophi ostenderūt naturaliter. Sed de trinitate personarū & de incarnatione verbi & huiusmodi, obscurè, & figuratiuè loquebatur. Item de Christi passione & resurrectione, quam obscuritatem figurauit Moyses Exod.34. Qui Moyses descendit de monte portans duas tabulas præceptorū. Vbi dicit textus quod facies ipsius Moysi apparuit cornuta ex duobus radiis luminis, propter quod Moyses habuit velare faciem suam, & facie cooperta Moyses publicauit legem, significās quod totum erat obscurum & figuratiuum. Ideo dicit Dauid, Nescierunt. s. secreta ad Christi diuinitatem pertinentia, neq; intellexerunt. s. secreta humanitatis Christi, in tenebris ambulāt. Psal.81. Sed lex euangelica clarè lo-

Ecce qualia fuerint cornua Moysi.

rè loquitur, & dixit quod ille Deus vnus est, tres personę realiter distinctæ. 1. Ioã. 5. Tres sunt qui dant testimonium in cœlo, pater, verbum, & spiritussanctus, & hi tres vnum sunt. Item clarè dicit quod persona filij fuit incarnata. ad Galat. 4. dicit Apostolus, At vbi venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum factum ex muliere, factum sub lege, vt eos qui sub lege erant redimeret. Idem de passione, resurrectione, ascensione, & de sacramento altaris clarè dicit, Caro mea verè est cibus, & sanguis meus verè est potus: Ioan. 6. De ista claritate dicebat Christus in secunda parte cõclusionis. Qui sequitur me. s. tenendo legem euangelicam, non ambulat in tenebris, sicut populus Iudaicus. Et fuit cõpleta propheria Esa. 9. Populus qui ambulat in tenebris vidit lucem magnam, scilicet legis euangelicæ quæ illuminat totum mundum. Tertia excellentia legis euangelicæ est vtilitatis, quàm. s. dat tenentibus & seruantibus eam, quia lex Moysi dabat seruantibus eam solum vtilitatem temporalem & terrenam, quia nullam promissionem inuenientis in ipsa de gloria Paradisi, sed omnes promissiones sunt de isto mũdo, vt patet Deut. 28. ad longum. & Esa. 1. Si volueritis & audieritis me, bona terra comedetis. Sed lex euangelica non promittit terrena, imò dicit vt despiciamus ea, quod nõ curemus de honoribus, diuitijs, nec delitijs, quia non sunt nisi fumus, sed promittit gloriam cœlestem omnibus generibus personarum. Primò pueris baptizatis innocẽtibus, quia nondum fecerunt aliquod peccatum dicens, Sinite paruulos venire ad me, quia talium est regnum cęlorum. Matthæi decimonono. Secundò, adultis si volunt seruare obedientiam dicens, Qui facit voluntatem patris, hic intrabit in regnum cœlorum. Matt. 12. Tertiò, peccatoribus qui volunt facere pœnitentiam di. Pœnitentiam agite, appropinquauit enim regnum cœlorum. Matth. 4. Quartò, morientibus pro iustitia manutenenda dicens, Beati qui persecutionẽ patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsorum est regnũ cœlorum. Matth. 5. Quintò, diuitibus si volunt facere opera misericordię dicens, Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur, &c. Matthæi quinto. Sextò, pauperibus si volunt habere patiẽtiam, dicens, Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorum. Matthæi 5. Septimò, castè viuentibus amore Christi di. Sunt eunuchi qui castrauerunt se. s. gladio discretionis abscindẽdo occasiones peccatorum, familiaritates, & opportunitates, abstinẽdo à delitiis carnalibus cibi, & potus, & aliorum. Matthæi 19. Octauò, omnibus viuentibus iustè dicens, Nolite timere pusillus grex, quia complacuit patri vestro dare vobis regnum. Luc. 12. De hac vtilitate dicit Christus in tertia parte conclusionis, de illo qui seruat legem euangelicam, quod habebit lumen vitæ, id est, æternę glorię, de qua Dauid. Quoniã apud te est fons vitæ, vt scilicet essentia diuina quæ est fons

est fons vitæ, & in lumine tuo. s. legis euangelicæ videbimus lumē, id est, gloriam. Psal. 35. Populus autem simplex gratiose audiebat, & recipiebat doctrinam Christi. Sed doctores, & Pharisæi, cum spiritu contradictionis arguerunt per contradictionem, contra conclusionem Christi, dicentes: Tu testimonium de teipso perhibes, testimonium tuum non est verum. Hoc argumentum fundatur in iudicio humano, in quo non creditur homini loquenti pro se, sed bene loquenti contra se, vt quando reus dicit, Ego occidi eum, &c. Tunc iudex dicit, De ore tuo te iudico, serue nequā. Lu. 19. De hoc habetur 2. Reg. 1. vbi legitur de morte Saul, qui impegit in ensem, &c. Quod videns quidam, volens cōplacere, & adulari Dauid, cui Saul inimicabatur, vt haberet ab ipso aliquid, venit ad Dauid dicēs sibi, quod rex Saul erat mortuus, cui dixit Dauid, Quomodo hoc scis? Respondit ille, quia ego occidi eum. Ad quem Dauid, Quare nō timuisti mittere manum tuam in Christū Domini? Os enim tuum locutum est aduersum te. Et fecit illum occidere, quia ipse loquebatur contra se, ideo Dauid credidit, & contra eum sententiam protulit. Sed in iudicio diuino. s. confessione iudex. s. confessor tenetur credere peccatori, loquente pro se & contra, quod nō fit in iudicio humano, nisi solùm loquentibus contra se. Ideo doctores illi arguēdo contra Christum dixerunt, Tu de teipso testimoniū perhibes. s. in iudicio humano, & hoc ideo dixerunt, quia ipsi erāt iudices. q. d. Si dixisses contra te, nos credidissemus tibi, sed quia dicis pro te in fauorem tui, ideo testimonium nō est verum. Ad istud argumentū Christus respondit, probando tripliciter testimonium esse verum. Primò, quia sibi soli, & nulli alteri pertinebat dare testimonium de seipso, quia quando Deus antiquitus mittebat aliquem phophetā, Deus secretè apparebat sibi, dicēs quod iret ad talem locum. Quis ergo potest de hoc facere testimonium, nisi ipsemet propheta dicēs, Ego sum nuntius. Sic si rex in camera sua secretè faceret aliquē gubernatorem huius ciuitatis, dando sibi plenam potestatem, & literam. Quando ergo gubernator testificaretur de se dicens, Ego sum gubernator, ecce hic litera regis suo sigillo signata, oportet sibi credere, & ita fecit Ioannes Baptista, cui Dominus secretè commisit officium prædicationis, & baptismi regis Messiæ, de quo ipsemet dabat testimonium de se di. Qui misit me baptizare in aqua, ille mihi dixit, Super quem videris spiritum descendentem, & manentem super eum, hic est qui baptizat in Spiritu sancto, & ego vidi, & testimonium perhibui. Ioan 1. ostendens literam nuntiis di. Ego vox clamantis in deserto. Sed quomodo probauit Ioannes, ꝙ ista litera esset de se, & quo sigillo esset sigillata? Respondeo, ex euidentia facti, quia nunquā fuit aliquis qui prædicare in deserto, nisi ipse. Idē dico de Iesu Christo, quem Deus pater misit ad dandū legem euangelicam

gelicam nouam, quam Deus pater fecerat in aula vteri virginalis fecit redemptorem, & legislatorem. De hoc fecerat iam literas, & instrumenta, ipsos, scilicet, Prophetas. Auct. Huic omnes Prophetæ testimonium perhibent. Acto. 10. Sigillum est vita sua sanctissima, & doctrina altissima, & miracula à Dei potētia facta. Ideo oportebat, quod ipsemet testimoniū daret, quia nullus alius hoc sciebat. Ideo dicebat ipse, si pro quia, Si ego testimoniū perhibeo de meipso, testimonium meum verum est, quia scio vnde veni, & quò vado. Secundò, probauit Christus testimonium suum verum esse ex malo iudicio ipsorum Iudæorum, qui iudicabant de Christo secundum carnem. Iudæi autem ex vna parte cogitabant diuinā, & summam excellentiam regis Messiæ, & potentiā. De hoc Dauid, Et dominabitur à mari vsque ad mare, & à flumine vsque ad terminos orbis terrarum. Psal. 71. Item Dan. 7. Dedit eis potestatē, honorem & regnū, & omnes populi, & tribus, & linguæ seruient ei. Potestas eius, potestas æterna, quę non auferetur, & regnū eius quod non corrūpetur. Sed hoc intelligitur spiritualiter de sanctitate, quia Christus dicit Pilato, Regnū meū nō est de hoc mundo. Ioan. 18. Et illud regnum intelligitur post diem iudicij. Et ex alia parte cogitabāt de Christo cuius filius erat, qui putabatur filius Ioseph, & pauperis virginis Mariæ, propter quod Iudæi ipsum despiciebāt, ideo dixit Christus eis, Vos secundum carnē iudicatis, ego autē non iudico quenquam secundum carnem. Imo minores secūdum carnē exaltabat in veteri testamento, vt patet de Iacob seruo, & pastore Laban, & de Moyse pastore ouium, quē fecit ducē Israël. Item de Dauid pastore qui fuit minimus inter fratres suos, quē exaltauit super omnes fratres suos in regem. 1. Reg. 16. Item de Amos pastore quem exaltauit in prophetam. Itē de nouo testamento. Quot doctores, & magistri litterati erāt discipuli sui, & nullum ipsorum exaltauit nisi Petrū piscatorem, quem constituit vicarium suum. Item de Paulo tā magno persecutore ecclesiæ, quē exaltauit, & fecit fidelē prædicatorē. Ecce quare dicit, Vos secundum carnem iudicatis, ego non iudico quenquam. Et si iudico ego, iudicium meum verum est. Ego sum qui testimonium perhibeo de meipso, & testimoniū perhibet de me qui misit me pater. Ideo Apostolus, Videte vocationē vestram, quia non multi sapientes secundum carnē, non multi potentes, nō multi nobiles, sed quæ stulta sunt mundi elegit Deus, vt cōfundat sapientes, & infirma mundi elegit Deus, vt cōfundat fortia, & ignobilia mundi, & contemptibilia elegit Deus, & ea quæ non sunt, scilicet, in reputatione. 1. Cor. 1. Moraliter hic habent doctrinā iudices, ne iudicent secundum carnē, cogitātes, quod ille est pater vel mater, soror vel frater, & quod in suis iudiciis Deum habebant obiectaliter præsentem, scilicet, iudicando iustum iudicium, & verum. Ideo Dauid dicit,

dicit, Si verè vtique iustitiam loquimini.s. legendo vel disputãdo, leges vel canones,consuetudines,& priuilegia, rectè iudicate,scilicet in opere,vt si iustitia est pro Iudæo,vel Agareno, vel paupere, non iudiceris pro matre,vel patre,vel amico. Ideo de bono iudice dicitur Isa.11. Nõ secundum visionem oculorum iudicabit,ideo dicit rex Iosaphat suis iudicibus, Videte quid faciatis. Non enim hominis exerceris iudicium,sed Domini, & quodcũque iudicaueritis in vos redundabit. 2. Paralipomenon 19. Optimam regulam dedit eis. Secundò,nota moraliter cùm dicit, Si iudico,id est,quia iudico ego,iudicium meũ verum est .Quęstio, vtrum in aquo iudicio potest esse simul aliquis iudex & testis? Respõsio,quod non in iudicio humano,sed bene in iudicio diuino,quoniã proprium est Dei, quod sit iudex,& testis,quia scit omnia secreta,& interiora cordiũ, quæ in iudicio humano non iudicantur. Hieremiæ 29. Ego sum Iudex & testis,dicit Dominus. Modus ponitur Malachiæ tertio. Ego accedam ad vos in iudicio,supple vt iudex, & ero testis velox maleficis,adulteris,periuris& qui calumniantur mercedẽ mercenarij, & humiliant viduas,& pupillos & opprimunt peregrinum. nec timuerunt me dicit Dominus exercituum. Vbi ponit septem peccata quæ communiter sunt secreta. Primum est maleficorum,id est,diuinorum qui singulariter dicuntur malefici,eò quòd nocẽt toti communitati in qua sustinentur,& non corriguntur,sed communiter tale peccatum fit secretè,quia timent inquisitores. Ideo dicit Deus, quia ego qui totum scio, & vidi, ero testis peccatorum, quia non oportebit facere magnum processum. Secũdum peccatum est adulterium, quod etiam fit secretè,quia nolũt habere, sed Christus erit Iudex,& testes. Tertium est periurium quod fit de negotio secreto quãdo aliter nõ potest haberi veritas, nisi per iuramentũ,cõtra tales Christus in iudicio erit testis. Quartũ est illorũ qui calumniãtur mercedem mercenarij,id est,detinent. Quintum,illorum qui humiliant viduas,&c. quia ipse pater orphanorum est, & viduarum,ergo erit Iudex. Sextum est illorum qui opprimunt peregrinum,id est,deuotum qui non curat de mundo,sed vt transeat,& totã suam affectionem habet in cœlo. Septimum est illorum qui non timent Deum. Hoc peccatum secretè in corde consistit,sed Deus erit iudex & testis,qui faciet iustitiã de omnibus. Tertiò,probauit Christus testimonium suum esse verum, & Iudæi tenebantur sibi credere secundum legem Moysi dicentis,quod in ore duorum,vel trium stabit omne verbum,vel testimonium. Si steterit testis mendax cõtra hominem accusans eum præuaricationis, stabunt ambo quorum caussa est ante Dominum in cõspectu Sacerdotum,& Iudicum quæ fuerint in diebus illis. Deut.19. Cùm ergo duo testimonium perhibẽt de me,s.ego, & pater qui misit me,ideo tenemini mihi credere

indu-

indubitanter. Testimonium Dei patris patuit in matris suæ despõsatione in virga Ioseph quę floruit. Et in natiuitate Domini nostri Iesu Christi de nocte quæ claruit, de angelo qui pastoribus apparuit, de stella quę tres Magos perduxit. De baptismo Christi in quo vox patris intonuit. Ideo Christus Dominus noster dixit Iudęis, In lege vestra scriptum est, quod duorum hominum testimonium verum est. Ego sum qui testimonium perhibeo de me, & testimoniũ perhibet de me qui misit me pater. Tertiò, Iudęi replicabant per inuasionem dicentes sibi, vbi est pater tuus? Et hoc dixerunt pro tanto, quia Christus dixerat, quod nõ erat solus, sed pater qui me serat ipsum erat in eo. Iudæi autem credentes quod non haberet alium patrem, nisi Ioseph, inuadendo eũ dixerunt sibi. Vbi est pater tuus, quasi dicãt, habes ipsum sub chlamyde? Respõdit Christus di. Neque me scitis, neq; patrẽ meum scitis. Si me sciretis, forsitan & patrẽ meum sciretis, Christus inquantum Deus non cognoscebatur à Iudæis, quia non credebant ipsum esse Deũ, obliuioni tradẽtes Prophetas, qui dicunt ipsum esse Deum. Isa. 9. Filius datus est nobis, & factus est principatus super humerum eius, & vocabitur nomen eius admirabilis, consiliarius, Deus fortis, Item Abacuc qui vocat Iesum. i. saluatorẽ. Ego autem in Domino gaudebo, & exultabo in Deo Iesu meo. Abacuc tertio. Si non fuisset Deus, non potuisset saluare, nec seipsum nec alios. Ideo dixit, neque me scitis, non solum inquantum sum Deus, sed etiam inquantum homo, quia credebãt ipsum esse genitum ex viro & muliere. Nota hîc quatuor propagationes. Prima fuit sine viro, & muliere, vt Adam. Secunda fuit de viro sine muliere, vt Eua. Tertia, de viro, & muliere vt cõmuniter fit. Quarta, de muliere sine viro, vt generatio Christi de qua dicit Deus Abrahæ, Generatione autem quarta reuertentur huc, scilicet in paradisum Gen. 15. Dicũt Iudæi cæci, quod in quarta generatione debebant redire in terram promissionis. Ecce quare dicit, Si me sciretis, forsitan & patrem meum sciretis. Sed quare dicit forsitan dubitatiuè? quia qui cognoscit Christum in hoc mundo per fidem, etiam ex necessitate cognoscit patrẽ propter regulam correlatiuorum, quæ posita se ponunt, &c. Et in cœlo qui cognoscit filium, cognoscit & patrem. quare dicit forsitan? Respondeo, quod cognitio Dei est duplex, vna per fidem, alia per gloriam, quæ si recipiantur vniformiter, non oporret dicere forsitan, quia qui cognoscit Christum per fidem, etiam cognoscit patrem. Idem de cognitione gloriæ. Qui cognoscit filium in gloria, etiam cognoscit patrem. Sed intelligitur, Si me sciretis, scilicet, hic per fidem, forsitan & patrem meum sciretis, scilicet, in alio mundo per gloriam, quia licet essent mali, tamen poterant conuerti, multi cognoscunt Christum in hoc mundo, qui tamen nunquã cognoscẽt patrem in alio mundo

do per gloriam, propter vertibilitatem liberi arbitrij, quoniam fides sine operibus non saluat hominem. Iacob. 2. Quid proderit fratres mei, si fidem dicat quis se habere, opera autem non habeat, nunquid poterit fides saluare eum? quasi dicat non, &c. Iudæi autem confusi non poterant plus arguere, nec respondere, sed voluerunt ipsum capere, sed dicit thema, quod nemo apprehendit eum. Ratio, quia nondum venerat hora eius, scilicet ordinata à sancta trinitate, licet in nocte passionis dixit, Surgite eamus hinc, quia venit hora. Matth. 26. & Lucæ 22. Ecce finis disputationis. Moraliter in hoc quod Christus seruare voluit horam ordinatam, ostendit nobis Christus vt seruemus tempus, & horam ordinatam ad laborandum, & quiescēdum. Tempus, & hora ordinata ad laborandum est feria secunda, tertia, & quarta, &c. Tempus & hora ordinata ad quiescendum est dominica. Memento vt diem sabbati sanctifices. Sex diebus operaberis, & facies omnia opera tua. Septima autem die sabbatum Domini tui est. Non facies omne opus in eo. Exod. 20. Nota, sex diebus operaberis. Dic contra illos qui custodiunt dies Ægyptios contra præceptum Dei, sed sex diebus operaberis. Nota, si vis alium introitum sermonis dicendo sic, Sanctum Euangelium continet tres doctrinas Christi excellentes. Prima est doctrina instructiua altè. Secunda est doctrina responsiua apertè. Tertia est doctrina reprehensiua iustè.

Dominica Iudica. Sermo vnicus.

Quis ex vobis arguet me de peccato? Ioannis 8. Sermo noster erit de sancto euangelio hodierno huius dominicę: & continet vnam solennem, & strictam disputationem quæ fuit inter Christum ex vna parte, & Principes Iudæorum, & Doctores legis ex alia, sed primò salutetur virgo Maria. Quis ex vobis, &c. Præsens dominica dicitur, & intitulatur dominica in passione Domini, non quòd ista die fuerit passus, sed quia hodie sancta mater ecclesia quæ per totam quadragesimam præteritam fecit officium pœnitentię, hodie incipit officium de passionę Domini propter duas rationes.

Prima ex parte Christi.
Secunda ex parte nostri.

Quantum ad primū, quia hodie Iudæi cōgregati in concilio generali in ciuitate Ierusalē determinauerūt, diffinierunt, & cōcluserunt quòd Christus moreretur, quia totus mundus cōuertebatur ad Christum propter magnum miraculū quod fecerat de suscitatione Lazari quatriduani, fœtidi, & corrupti. De quo dicit August. quod narrabat quæ viderat in alio mundo dicens, quod nullus poterat euadere de inferno, nec saluari nisi per Christum, & narrabat pęnas dānatorum, *Re vera hac ratiōe hæc dominica in paßione dicitur.*

 & glo-

& gloriam Saluatorum, & Angelorum quæ viderat, propter quod multi Iudæi cõuertebantur ad Christũ. Ideò Principes, Doctores, & maiores tenuerunt concilium, &cæ. De quo dicit Ioan. Collegerunt Pontifices, & Pharisæi concilium aduersus Iesum, & dicebant, Quid facimus? quia hic homo multa signa facit, si dimittimus eum sic, omnes credent in eum, & venient Romani, & tollent locum nostrum, & gentem. Vnus autem ex ipsis Caiphas nomine ait, Vos nescitis quicquam, nec cogitatis, quia expedit vobis, vt vnus moriatur homo pro populo, & nõ tota gens pereat, &c. Ab illo ergo die cogitauerunt vt interficerent eum. Ioan. 11. Ideò hodie Ecclesia incipit officium passionis Christi. Secunda ratio est ex parte nostri. Notandum quod sancta mater Ecclesia seruat diuersos, & varios modos ad prouocandum peccatores ad pœnitentiam. In dominica prima prouocat nos ad ieiunandum exemplo ieiunij Christi. Dominica secunda, ad orandum exemplo mulieris Cananææ. Dominica tertia, ad cõfitendum exemplo illius dæmoniaci. Dominica quarta prouocat nos ad pœnitentiam amore Christi, ostendens nobis quomodo Christus reficit, & confortat illos qui sunt in deserto pœnitentię. Modò iam nihil aliud restabat ad prouocandum nos, nisi passio Christi, de qua hodie incipit facere officium, & ipsam reducit ad memoriam, tam propter bonos, & deuotos qui iam fuerunt confessi, & ieiunauerunt per quinque hebdomadas præteritas, vt perseuerẽt fortiter exemplo Christi, quasi dicat, Recogitate eum qui talem sustinuit à peccatoribus aduersus semetipsum contradictionem, vt non fatigemini animis vestris deficientes. Hebr. 12. sed etiam propter malos, & impœnitentes, & indeuotos Christianos, qui nondum fuerunt confessi, nec ieiunauerunt. Quasi diceret mater Ecclesia, si exempla, & officia præterita non potuerunt vos ad pœnitentiam prouocare, saltem modò attendatis ad minus ad Christi passionem, qui pro nobis tanta passus est. In cuius passione petræ scissæ sunt, & monumenta aperta sunt. Matthæi vigesimo septimo. quanta ergo magis corda carnis indeuotorum deberent scindi per contritionem. Et monumenta, id est, corpora aperiri per confessionem, & resurgere per pœnitentiam. Ecce rationes quare ista dominica dicitur de passione Domini. De ista benedicta passione Christi ponuntur, & ostenduntur sex conclusiones in sancto Euangelio hodierno, quæ fuerunt disputatæ in dicta disputatione inter Christum, & Principes Doctores.

Prima conclusio, quod benedicta paßio fuit portata per Christum innocenter.

Secunda conclusio, quod hæc benedicta paßio Christi fuit per Iudæos tractata malignose.

Tertia conclusio, quod fuit despecta enormiter.

Quarta conclusio, quod fuit nobis ordinata profectuose.

Quinta

Quinta conclusio, quod fuit Patribus sanctis demonstrata figuraliter.
Sexta conclusio, quod fuit à sancta trinitate ordinata singulariter.

In his stat totum Euangelium, de his erit sermo noster. Et de prima conclusione dicit thema, Quis ex vobis, &cæt. Prima conclusio dicit quod hæc benedicta passio Christi fuit per Christum portata innocenter, quia sine culpa, & sine peccato suo, quoniam Christus semper fuit sine peccato aliquo, non solùm inquantum Deus, sed etiam inquantum homo nunquam peccauit, nec corde cogitando, nec ore loquendo, nec opere. Esaiæ quinquagesimoquarto. & 1. Petri secundo, Peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius. De hoc dicit Euangelista, Dixit Iesus turbis Iudæorum, &cæt. scilicet Principibus, Doctoribus, & Pharisæis, & populo, Quis ex vobis arguet me de peccato? Volens eis ostendere eorum peccatum eò quòd sine aliquo crimine, & peccato dederant sententiam mortis contra eum, quasi dicat, Videamus quare, ex quo peccato, & pro quo crimine, si inuenitis in vita mea aliquod peccatum, vel in doctrina aliquod falsum, dicatis, hoc modo, nolo mortem recusare, sed volo vobis ostendere quod non morior pro aliquo crimine, & respiciebat an surgeret aliquis qui eum reprehenderet de aliquo, & nullus surrexit, & fuit completa prophetia Hieremiæ vndecimo capite, Ego quasi agnus qui portatur ad victimam innocenter, & Dauid, Captabant in animam iusti, & sanguinem innocentem condemnabant, Psalmo nonagesimotertio. Moraliter thema, Quis ex vobis, &cætera. Sic potest dicere quilibet verè pœnitens Principibus dæmonum, postquam habuit contritionem de peccatis, & fecit confessionem, satisfactionem, potest dicere dæmonibus, Quis ex vobis, &cætera. O magna consolatio est Christianorum pœnitentium. Confessio est tantæ efficatiæ quod delet, & aufert omnia peccata de libro, & memoria diaboli. Nota exemplum de diabolo qui in corpore obsesso dicebat peccata Gentibus. Qui dixit de scutifero militis qui peccabat cum vxore sua, hic sanctificatus est in stabulo propter hoc, quia fuit confessus stabulario, quia subitò non poterat habere copiam Confessorum. Si ergo confessio facta vni prauo laico fuit tantæ virtutis, quod diabolus non potuit sibi improperare peccatum, quantò magis confessio sacramentalis facta Sacerdoti, amouet, & delet peccata de memoria diaboli, imò etiam & Dei. Non auderem dicere istam conclusionem, nisi quia inuenitur in textu Bibliæ. Si impius egerit pœnitentiam ab omnibus peccatis suis quæ operatus est, & custodierit omnia præcepta mea, & fecerit iudicium, & iustitiam, omnium iniquitatum eius quas operatus est non recordabor. Ezechiëlis decimooctauo. In qua auctoritate ponuntur quatuor clausulæ. Prima, si impius egerit pœnitentiam ab omnibus

peccatis suis, &c. s. conterẽdo de peccato, Secunda, & custodierit omnia pręcepta mea, scilicet proponendo non redire ad peccata. Tertia, & fecerit iudicium, scilicet peccata ore confitendo. Quarta, & iustitiam, scilicet pœnitentiam sibi iniunctam seruando, omnium iniquitatum eius non recordabor ad puniendum. Et quod ita intelligatur patet Ezech. 33. Omnia peccata eius quæ peccauit, non imputabuntur ei, & sic patet prima conclusio, Quis ex vobis, &c. quia nullus ipsum repręhendere potuit. Secũda conclusio dicit, quod hęc benedicta passio Christi fuit à Iudæis tractata malignosè, quia propter inuidiam quam habebant aduersus Christum, quia populus sequebatur Christum, & suos sermones, & ipsi despiciebantur. Ideo ipsi ex pura inuidia & malitia tractauerunt mortem eius. Hoc tangitur ibi, cùm dicitur, Si veritatẽ dico vobis, quare non creditis mihi? si pro quia, si veritatẽ dico vobis, scilicet quod nõ potestis me repræhendere de peccato, nec in vita, nec in doctrina, nec in cõuersatione, quare non creditis mihi? Nota hic quinque veritates quas Christus prędicauit Iudæis, Prima de credendis, scilicet de articulis fidei declarando eis secreta trinitatis, &c. Secunda veritas, de faciendis & seruandis, de virtutibus theologalibus & moralibus, & de operibus misericordiæ & iustitiæ, de meritis acquirẽdis, &c. Tertia de vitandis cauendis vitiis & peccatis, scilicet superbię, auaritię, &c. Quarta de timendis, scilicet pœnis inferni & purgatorij, de rigore iustitiæ diuinæ, de iudicio, de dãnatione. Quinta veritas, de sperãdis, s. de beatitudinibus de gloria paradisi & gaudiis, ideo dicebat, Si veritatẽ dico vobis, &c. & nullus respondit sibi. Tunc Christus assignauit rationẽ quare nõ credebant sibi de doctrina sua di. Qui ex Deo est scilicet prædestinatus ad gloriam, verba Dei audit, scilicet credendo & obediendo, propterea vos nõ auditis, quia ex Deo nõ estis. Ecce ratio, Ideo vos nõ zelo iustitię nec veritatis tractastis mortem meã, sed ex pura inuidia & malitia. Sciebat enim Pilatus quod per inuidiam tradidissent eum. Matthæ. 27. Moraliter, qui ex Deo est, &c. Vnde vnum de signis æternæ prædestinationis est libenter audire verbum Dei. Nota tres modos audiendi verbum Dei, Nam audiunt quidam malignosè, quidam negligenter, quidam humiliter. Primo modo audiunt ipsum præsumptuosi ad reprehẽdendum prædicatorem, & talis modus audire verbi diuinum, non est signum prędestinationis, sed damnationis & reprobationis. Isto modo principes Iudęorum, Doctores & Pharisęi audiebant Christum. Cœperunt Pharisęi & Legisperiti grauiter insistere insidiantes ei, quærentes capere aliquid ex ore eius vt accusarent eum. Lucæ. 11. Melius fuisset non audire. Secundo modo audiunt verbum Dei illi qui non ex deuotione, sed ex verecundia recedendi de sermone audiunt verbum Dei, sed non corrigunt se nec emendant, vel quando prædicatur ipsi cogitant de alio. Ideo non illuminantur in intelle-

intellectu ad credendum, nec in voluntate ad seruãdum, nec talis audítio est signum prædestinationis, sed maledictionis, iuxta illud, Maledictus qui facit opus Domini negligẽter, Hieremias.48. Tertiò modo audiunt verbum Dei illi qui cum deuotione & attentione audiunt vt illuminentur & corrigantur etiam si sint magni literati, quia semper reducũt aliqua ad memoriam, de quibus Apostolus, Cùm accepissetis à nobis verbum auditus Dei accepistis illud non vt verbũ hominum, sed sicut est verè verbum Dei 1. Thess.1. Talis modus audiendi verbum Dei, est signum prædestinationis ad gloriam. Ratio, quia qui est in terra aliena libenter audit noua quæ dicuntur de sua patria ab illis qui venerunt. Secùs de illis qui non curant audire, signum est quod non curant de illa patria. Sic personę bonæ & deuotæ sunt in hoc mundo tanquam peregrini & extranei, quia in cœlo habent totum bonũ suum, parentes, amicos, scilicet Patriarchas & Prophetas, Apostolos, &c. Ideo quando aliquis prædicator qui venit inde vbi fuit, studendo & contemplando enarrat noua de ciuitate & patria paradisi, signum est de illis qui libenter audiunt, quod sunt illius patriæ & ciuitatis amici. Secùs de illis qui non curant audire & attendere, quibus dicit Christus, propterea vos non auditis quia ex Deo non estis, scilicet per prædestinationem, per amorem, per deuotionẽ & bonam vitam, ideo dicit scriptura cuilibet, Esto mansuetus & humilis ad audiendum verbum Dei, vt intelligas. Ecclesiastic.5. & Iacobus primo. In mansuetudine suscipite insitum verbum, quod potest saluare animas vestras. Tertia conclusio dicit, quod hæc benedicta passio Christi fuit despecta enormiter, quoniam illi Iudæi ita despectiuè loquebantur de Christo ac si loquerentur de vno ribaldo, scilicet vituperando, vt patet ibi, Responderunt ergo Iudæi, scilicet indignati de hoc quod Christus eis dixerat, dicentes: Nónne benè diximus nos, quia Samaritanus es, & dęmonium habes? Respondit, Ego dæmonium non habeo, sed honorifico patrem meum, & vos inhonorastis me. Ego autem non quæro gloriam meam, est qui quærat & iudicet. Ecce quomodo ipsum vituperabant. Nota quod Samaritanus dicitur à ciuitate Samarię, sicut Confluẽtius à ciuitate Confluentiæ. Et Iudæi & Samaritani inimicabantur. Et sicut nos dicimus alicui despectiuè, ô Iudæe, ita ipsi dicebant ô Samaritane, & ita fuit per eos dictum Christo, Nónne benedicimus quia Samaritanus es, id est, renegatus, infidelis, diabolicus. Nota Samaritanus es tu, & dæmonium habes. Duas iniurias dixerunt sibi, respondit Christus dulciter, excusando se dicens. Ego dæmonium non habeo. sed non excusauit se non esse Samaritanum, imò videtur concedere, sicut si diceretur mihi, Vos estis homicida & latro. Ego excusando me dicerem, ego non sum latro. Tacitè concederem me esse homicidam. Item de Christo, dicunt hic glos. quod hoc nomen Samaritanus ha-

bet malam significationem, quia signat hominem infidelem & hæreticum, & secundum hoc Iudæi dixerunt Christo, Samaritanus es tatu, sed habet bonam interpretationẽ, quia Samaritanus interpretatur custos, & in sacra scriptura Christus dicitur custos. Esaiæ vigesimoprimo, Custos quid de nocte? custos quid de nocte, Dixit custos, Venit mane & nox. Nota custos quid de nocte, scilicet culpæ, custos quid de nocte, scilicet pœnæ, quasi dicat libera nox. Dixit custos, venit mane, scilicet misericordiæ, venit nox, scilicet culpæ nostræ. Ipse enim Christus est custos vniuersalis qui custodit omnia, Angelos, cœlos, elementa, homines bonos conseruando, malos ad pœnitentiam expectando, damnatos ad iustitiã cõseruando, quia aliàs annihilarentur. Ideò Dauid, Nisi Dominus custodierit ciuitatem, frustrà vigilat qui custodit eam. Ideò Christus non negat se esse Samaritanum, ex quo poterat in bonum interpretari. Moraliter habemus hîc doctrinam quod verba ibi facta quæ possunt tam in bonum quàm in malum interpretari, semper debent interpretari in partem bonam exemplo Christi. Dic exemplum in vitis Patrum, ex decreto Gelasii, liber est approbatus, de illo sancto Eremita qui iudicauit hominem comedentem de mane in die ieiunii, qui de hoc fuit grauiter reprehensus ab Angelo ense euaginato, nec cellam suam ingredi potuit donec pœniteret pro tali peccato, &cæt. ideò Christus, Nolite iudicare, scilicet dubia & incerta, & non iudicabimini, Lucæ sexto. Glosa Beda in hoc loco, Nihil aliud præcipi existimo, nisi vt ea facta de quibus dubium est quo animo fiant, in meliorem partem interpretemur. Sed Christus negauit se habere dæmonium dicens, Ego dæmonium non habeo, quia nulla bona significatione, vel interpretatione homo potest habere dæmonem familiarem. Ideò Christus se excusauit. Quarta cõclusio dicit quod hæc benedicta passio Christi fuit nobis ordinata, siue applicata profectuose, seu fructuose, quia ipse voluit suspendi in ligno crucis, ne aliquis sibi credens & obediens suspenderetur in furca inferni. De hoc ipsemet dicit in Euangelio, Amen, amen, dico vobis, si quis sermonem meum seruauerit, mortem non videbit in æternum. Dixerunt ergo Iudæi, Nunc cognoscimus, quia dæmonium habes. Abraham mortuus est, & Prophetæ, & tu dicis, si quis sermonem meum seruauerit, mortem non gustabit in æternum. Nunquid tu maior es patre nostro Abraham, qui mortuus est, & Prophetæ mortui sunt, quem teipsum facis? Respondit Iesus, Si ego glorifico meipsum, gloria mea nihil est. Est pater meus qui glorificat me, quem vos dicitis, quia Deus vester est, & non cognouistis eum. Ego autem noui eum. Et si dixero quia non scio eum, ero similis vobis mendax. Sed scio eum & sermonem eius seruo. Nota, seruauerit in corde, in ore, & in opere. In corde per fidem. In ore per confessionem, ad Romanos 10.

Schamar custodiuit.

Ecce in quibus possit accidere, temerè iudicare

Corde

Corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem, &c. In opere per mandatorum impletionem. Psalm. Memores sunt mandatorum ipsius ad faciendum ea. Nota quod sermo Christi est eius doctrina Euangelica, quæ seruatur dupliciter, primò firmiter credendo, secundò humiliter obediendo, scilicet credere articulos fidei sine dubio & errore & falsa opinione, & obedire eius præceptis ea seruando, talis mortem, scilicet damnationis non videbit in æternum. Christus loquebatur de morte damnationis æternæ, & ipsi Iudæi intellexerunt de morte corporali, ideò dixerunt sibi: Nunc cognoscimus quod dæmonium habes. Abraham mortuus est, & Prophetæ. Videntes quod prima iniuria sibi non displiceret, ideò illa dimissa iterum improperauerunt sibi aliam, de qua se excusauerat dicentes, Nunc cognoscimus quod dæmonium habes. Quæstio, quomodo ex isto textu, Amen amen, dico vobis, si quis sermonem, &cæ. habetur quod passio Christi fuit nobis applicata vtiliter? Responsio, quod passio Christi fecit nobis duo magna bona. Primum est, quia virtute passionis Christi remittuntur nobis peccata. Secundum, quia virtute passionis Christi ianua Paradisi fuit nobis aperta. Ideò non restat, nisi quod ad gloriam vadamus, per passus virtutum, & bonorum operum, quod fit seruando doctrinam Christi. Ideò dicit, Si quis sermonem meum seruauerit. Patet conclusio & responsio illorum qui dicunt, Quid prodest mihi passio Christi, si ego habeo facere pœnitentiam de peccatis meis? Responsio, quod pœnitentia non fit ad soluendum pretium pro peccatis, nec ad aperiendum ianuam Paradisi, quia iam hoc facit passio Christi, sed pœnitentia fit ad ambulandum illuc. Iuxta illud Dauid, Ibunt de virtute in virtutem, videbitur Deus Deorum, scilicet Angelorum in Sion. Psalm. octuagesimotertio. Ideò dicit Christus, Pœnitentiam agite, quoniam appropinquabit vobis regnum cœlorum. Matthæi quarto. Nota, si vis aliter dicere, quomodo passio Christi est nobis vtiliter applicata iuxta parabolam illorum duorum amicorum, quorum vnus commisit furtum, propter quod fuit captus, & ad suspendium sententiatus, Alter verò ex magna dilectione quam ad illum habebat, intrauit carcerem, & recepit habitum amici sententiati, cui tradidit vestes suas, & finaliter fuit pro amico suspensus, vt ille euaderet. Quid vobis videtur de isto amico qui voluit mori pro amico? Hic duo amici sunt Christus & homo. Homo verò propter furtum fuit positus in carceribus mundi, sententiatus, & condemnatus ad furcam inferni. Sed venit eius amicus, scilicet Christus verus Deus homo, indutus veste latronis, id est, humanitate, qui fuit in ligno crucis suspensus, vt latro euaderet à furca inferni. Patet ergo vtilitas passionis Christi quoniam Dominus voluit mori pro seruo, innocens pro peccatore. 1. Petri 3. Christus se-

Ex eius, s. Christi passione eiusque satisfactione nostra sumit efficaciã, nõ secùs quàm membrorũ operationes influentiam habent à capite. Ipse enim fecit, ait August. vt nos faciamus.

stus semel pro peccatis nostris mortuus est, iustus pro iniustis, &c. Quinta conclusio quod hæc benedicta passio Christi fuit antiquitus sanctis patribus singulariter demonstrata, ibi, Abraham pater vester exultauit vt videret diem meum, vidit & gauisus est, &c. Dixerunt ergo Iudæi, Quinquaginta annos nondum habes, & Abraham vidisti? Dic historiam quæ legitur. Genesis 22. quomodo Deus dicit Abrahæ. Tolle filium tuum vnigenitum quem diligis Isaac. Nota bene textum, quia Isaac figurabat Christum, qui portabat lignum crucis, &c. Abraham verò pater Isaac qui portabat ignem & gladium, figurabat Deum patrem. De quo dicit Apostolus. Roma. 8. Qui proprio filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum, qui in vna manu portabat ignem charitatis. Vnde Gregorius. O inæstimabilis dilectio charitatis, vt seruum redimeres, filium tradidisti. In alia verò manu portabat gladium, scilicet, auctoritatis occidendi filium, quia aliàs nullus potuisset ipsum occidere. Isaiæ quinquagesimotertio, Propter scelus populi mei percussi eum. & sicut non fuit mortuus Isaac, sed aries, sic non fuit mortuus filius Dei secundum diuinitatem, sed aries, id est Christus secundũ humanitatem. Ecce quare Christus dicit, Abraham pater vester, &c. scilicet propter reuelacionem, vt videret diem, vidit, id est intellexit in figura, quia intelligentia opus est in visione. Danielis 10. diem, scilicet, passionis meæ, & gauisus est. Iudæi autem hoc non intelligentes, & verba Christi calumniantes dixerunt Christo, Quinquaginta annos nondum habes & Abraham vidisti. Sed cùm Christus esset triginta trium annorum, quare dixerunt quinquaginta annos? Responsio, quia Christus ex magnis abstinentiis, ieiuniis, vigiliis & laboribus iudicabatur senex, vt dicit glosa, & quinquaginta annorum, licèt esset solum triginta trium annorum. Moraliter, habemus hic exemplum faciendi pœnitentiam & abstinentiam, exemplo Christi, quia quando rex abstinet & laborat, non debet seruus quiescere. Ideo Apostolus, secundæ Corinthios quarto, Semper mortificationem in corpore nostro circunferentes, vt & vita Iesu manifestetur in corporibus nostris. Semper enim nos qui viuimus in mortem tradimur propter Iesum, vt & vita Iesu manifestetur in carne nostra mortali, ergo mors in nobis operatur, &c. & ad Collossenses tertio dicit Apostolus, Mortificate membra vestra quæ sunt super terram. Sexta conclusio, quod hæc benedicta Christi passio fuit à sancta Trinitate ordinata singulariter, scilicet vt Christus moreretur, sed non lapidatus, nec gladiatus, nec præcipitatus, nec aliter nisi crucifixus in cruce. Hæc conclusio patet ibi. Amen, amen dico vobis, antequam Abraham fieret, ego sum. Tulerunt ergo lapides Iudæi vt iacerent in eum. Iesus autem abscondit se, & exiuit de templo. Abscondit se, inuisibilem Iudæis, sed non apostolis, nec beatæ Mariæ virgini,

quæ

quæ erat in isto festo, quid debuit ipsa dicere, quando, scilicet venerunt Iudæi cum lapidibus dicentes, moriatur. Ecce hic finis disputationis. Incœperunt per verba, & paulatim venerunt ad verbera, siue ad manus, quando audierunt ipsum se facientem Deum, ibi, Amen, amen dico vobis, antequam Abraham fieret, ego sum. Vnde ego sum est proprium nomen diuinitatis, quia nullus potest dicere ego sum, nisi abusiuè, sicut nullus potest dici diues de pecunia quam mutuo accepit, quia non est sua. Sic esse nostrum est à Deo mutuatum, &c. Solus Deus potest dicere ego sum, qui solus habet esse immutabile, hoc intelligentes Iudæi tulerunt lapides. Sed quare, Christus noluit sic mori lapidatus, quia ita benè fuissemus redempti illa morte, si voluisset. Responsio est duplex, prima est literalis, secunda moralis. Quantum ad primam, ratio fuit, quia non erat ita ordinatum in consistorio Trinitatis, quod Christus moreretur lapidatus, sed crucifixus, quia erat mors magis despecta. Sapientiæ tertio. Morte turpissima condemnemus eum. Quantum ad secundam rationem moralem, quia per mortem crucis non solùm sumus redempti, sed etiam instructi & defensi. Vnde in cruce quæ habet quatuor brachia, instruimur facere pœnitentiam, quæ habet quatuor opera pœnitentialia, ideò Apostolus. Qui Christi sunt, carnem suam crucifixerunt cum vitiis & concupiscentiis eius. Galat. quinto. Item per crucem sumus defensi ab omnibus periculis. Galat. vltimo. Mihi autem absit gloriari nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi. Amen.

Feria secunda post Iudica. *Sermo vnicus.*

D*E spiritu accepturi erant credentes in eum.* Ioannis septimo. & recitatiuè in Euangelio hodierno. Vnde sanctum Euangelium hodiernum continet tres altissimas in Christo speculationes.

Prima est exaltationis Christi humanalis,
Secunda est excæcationis Iudæorum generalis,
Tertia est illustrationis credentium spiritualis,
Et de hac tertia loquitur thema, De spiritu, &c.

Et primò de exaltatione Christi humana, quia inquantũ Deus, nõ indigebat exaltatione, ideo dicitur exaltatio Christi humana, quæ nobis subtiliter ostenditur & intricatè in prima parte euangelij, cùm dicitur, Miserũt Principes & Pharisæi ministros vt apprehenderẽt Iesum. Dixit ergo eis Iesus, Adhuc modicum tempus vobiscum sum, & vado ad eũ qui me misit. Quæretis me & non inuenietis, & vbi ego sum vos non potestis venire. Et pro declaratione istorum sciendum est, quod iam Iudæi hodie & maiores simul concluserunt vt Christus

crucifigeretur, & heri fuit tantum hoc concilium, ideo dicitur dominica de passione seu passionis. Sed ideo adhuc ipsum non accipiebant, quia timebant populum, qui ad Christum habebat magnam deuotionem, & hoc propter vitam sanctam & salutem quam eis dabat quotidie, & propter miracula. Ideo tenuerunt concilium quod Christus caperetur, dicentes, Mittamus homines pauci valoris, vt interficiatur, & miserunt ministros & sagiones, & viderunt eũ in templo prædicantem, & ducti timore non audebant eum capere. Et ideo fuit conclusum inter eos, quod expectarent eum donec prædicasset. Et Christus in sermone cõuertit illos, & post hoc ei nihil fecerunt. Et ideo dicitur, Miserunt Principes & Pharisęi ministros vt caperent Iesum. Et dum isti audiebant Christum, dixit illis. Adhuc modicum tempus vobiscum sum. Nam ista verba attulerunt lucem in cordibus ministrorum vt videbitis. Hic ergo subtiliter & intricatè monstratur Christi exaltatio. Vnde est sciendum, quod inuenitur in nouo testamento quod reperimus quatuor exaltationes Iesu Christi humanas, & prima exaltatio est dolorosa, quando fuit eleuatus in cruce. O quantus debebat esse ille dolor, cùm eius corpus delicatum attraheretur in cruce, vnde concludit hic doctor sanctus in tertia parte, quæst. 46. artic. 6. Nullum dolorem martyrum & etiam omnium sanctorum simul vnitum, tantum fuisse, quantus fuit ille dolor Iesu Christi in cruce, quia vt dicit beatus Thomas in 3. parte, quæstione 46. artic. 5. Christus passus est omnes passiones, non quidem secundum speciem, quia illæ sibi repugnant quandoque, vt cumbustio in igne, & submersio in aqua. Sed secundum genus passus est omnem passionem humanam, & hoc considerari potest tripliciter. Vno modo ex parte hominum. Passus est enim aliquid à gentilibus, & Iudæis masculis & fœminis, vt patet de ancillis accusantibus Petrum: passus est etiam à Principibus, & ministris eorum, & popularibus secundum illud Psalm. Quare fremuerunt gentes, & populi meditati sunt inania? Astiterunt Reges terræ, & Principes cõuenerunt in vnum aduersus Dominum, & aduersus Christum eius. Passus est etiam à familiaribus & notis, sicut patet de Iuda eum prodente, & Petro ipsum negante. Alio modo patet idem ex parte eorum, in quibus homo potest pati. Passus est enim Christus in suis amicis eum deserentibus. In fama per blasphemias contra eum prolatas. In honore, & gloria per irrisiones, & contumelias ei illatas. In rebus, quia vestibus spoliatus est. In anima per tristitiam, tœdium & timorem, in corpore per vulnera, & flagella. Tertiò potest considerari quantum ad corporis membra. Passus est enim Christus in capite qungentium spinarum coronam, in manibus & pedibus confixionem clauorum, in facie alapas, in corpore flagella. Fuit etiam passus secundum omnem sensum corporeum. Secundum tactum quidem flagellatus, & clauis

confixus. secundum gustum, felle & aceto potatus. secundum olfa-ctum, in loco fœtido cadauerum mortuorum, qui dicitur Caluariæ, appensus patibulo, secundum auditum, lacessitus vocibus blasphe-mantiũ, & irridentium. secundũ visum, vidẽs matrem & discipulum quem diligebat, flentes. Hęc Tho. ibidẽ. & idem art. 6. eiusdẽ quęstio-nis, dicit quod dolor Christi fuerit maior omnibus doloribus, quod patet ex illo quod dicitur Threno. 1. in persona Christi. O vos om-nes qui transitis per viam, attendite, & videte si est dolor sicut dolor meus. Ponit tamen ibidem quatuor rationes pro istius probatione, quas vide ibidem, si placet. Et ideò Dauid de hoc in Psal. 87. Pauper sum ego, & in laboribus à iuuentute mea, exaltatus autem humilia-tus sum & conturbatus. Ibi exaltatus, s. in cruce. Et loquitur ille psal-mus in persona Christi. Pauper etiam in exitu ventris virginalis, & per consequens natus extra domum in via ponitur in præcepe, nec erat ibi ignis cùm esset frigus, vt scitis in natiuitate Domini. Et pau-per in conuersatione, quia si aliquis deuotus homo volebat eum ho-spitio recipere, sumebat pro eleemosyna, aliàs exibat per desertum, & ibi lapide sub capite posito, dormiebat, & ideò dicitur, & circũspe-ctis omnibus cùm iam vespera esset hora exiit in Bethaniam cum duodecim. Marc. 11. Item multoties prædicando in nimiis caloribus, & in multis aliis laborãdo, ita laborabat, quod iam videbatur senex. ecce quomodo fuit pauper. Sed postea exaltatus fuit cruce, & con-turbatus. O quanta fuit tribulatio capitis, propter spineam coronã, & quanta oculorum propter discipulos qui fugiebant, & propter do-lorẽ matris, & propter aures audientes blasphemias, & propter odo-rationem narium, quia ibi fœtebant multa suspensorum corpora. Et de ista passione dirigendo verba ministris dicit, Adhuc modicum tempus vobiscum sum, vt adhuc instruam vos. Ecce ergo primam exaltationem. Secunda fuit exaltatio gloriosa, quando fuit exalta-tus in resurrectione. In resurrectione exiuit cũ sanctis patribus lim-bum, & in die Paschæ gloriosus surrexit. Et de ista exaltatione ipse dixit aliàs, Et ego si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meip-sum, Ioan. 12. Si pro quia, quãdo exaltatus fuero, omnia traham. Pri-mò animas existentes in limbo. Item Apostolos iam deficientes & discipulos. In resurrectione suscepit omnia, quia omnes creaturas sibi subdit. Et ista ratio etiam tangitur subtiliter ibi, quando dixit, vado ad eum qui misit me. O quis vadit ad rem quę ab eo nõ distat? ergo quomodo vadit ad patrẽ, cùm essentialiter esset idem cũ patre? Videte localiter nõ distabat, sed formaliter, quia pater, immortalis, & ipse mortalis inquantũ homo, & ideò distabat per humanitatẽ à pa-tre. Tertia exaltatio fuit cęlestialis, & ista fuit in ascẽsione sua. De hac Paulus di. Propter quod & Deus exaltauit illũ, & donauit illi nomẽ quod est super omnę nomẽ, vt in nomine Iesu omne genu flectatur,
cœle-

cœlestium, terrestriũ & infernorum, & omnis lingua cõfiteatur, quia Dominus Iesus Christus in gloria Dei patris, &c. Philip. 2. & statim ipse tangit cùm dicit, Quæretis me, & non inuenietis. Quia ex quo Christus ascendit in cœlũ, Iudæi videntes tempus Messiæ esse cõpletũ, quærebant & adhuc quærunt Christũ, sed nõ inuenient nisi in iudicio, quia non credebãt ipsum esse Messiam, ergo nominaliter quærebant & nõ realiter. Ideo Oseæ. 5. dicitur de Iudæis, Facti sunt principes Iuda quasi assumentes terminum, super eos effundam quasi aquã iram meam. Quarta exaltatio fuit spiritualis quo ad animã, quæ nõ solum fuit in istis prædictis tribus, imò etiã in sua incarnatione, quia tantam prudentiam & potentiam habuit anima illius illicò, sicut & nunc, & ideò dicitur spiritualis quo ad animam, & de hac dicitur, Isaiæ. 52. Ecce intelliget seruus meus, & exaltabitur, & eleuabitur, & sublimis erit valde. Seruum appellat filium respectu humanitatis, & eleuabitur in intellectu, in prudentia, gloria & fruitione. Et istam in euangelio tãgit cum dicitur, Vbi ego sum, vos nõ potestis venire. Videte, certum est quod peccator quantumcunque malus, quandiu anima est in corpore, habet liberum arbitrium: quare ergo dicebat, vos non potestis venire? Videte, ire & venire ad gloriam fit per passus bonorum operum, sicut videmus in nostro ire, quia nunc cogitationibus bonis, tunc verò pœnitendo imus illuc vbi Christus est. Et de hoc Dauid, Ibunt de virtute in virtutem, &cæ. in Psalmo. 83. scilicet, Quam dilecta. ideo hoc dicibat, quia sciebat illos esse in mala voluntate, & peruersa, ideo non poterant itinerare in bonis operibus. Et videre omnia bona opera facta in peccato mortali non possunt prodesse, scilicet, ad meritum vitæ æternæ: prosunt tamen homini vt citius disponatur ad gratiam: & etiam ad accumulationem temporalium, & ideo dicit, Vbi ego sum, vos non potestis venire, scilicet in sensu composito, scilicet, malam vitam retinendo, sed bene illam dimittendo. Ideo Christus dicit, Non potest arbor mala fructus bonos facere, neque arbor bona fructus malos facere. Matth. Et hoc intelligatis in sensu composito. Arbor bona, scilicet, stans in bonis operibus, tamẽ creatura, licèt cadat in peccato mortali, a bonis operibus non desistat, quia ad omnia prosunt, nisi ad illud vnum & plus, quia citius extrahitur homo de peccato. Et hoc bene patet in euangelio hodierno, quia ministri qui veniebant ad capiendũ Christum, ex quo prius voluerunt audire sermonem, & bonum opus facere, ideò Deus conuertit illos & redierunt ad Pharisæos, & quia illum non perduxerunt captiuum ad illos, & dixerunt Pharisæi ministris, Quare non portastis talem? At illi dixerunt, Nunquam sic locutus est homo, & quomodo hic debet capi? Dixerunt illis principes, Nunquid & vos seducti estis? Nunquid aliquis ex principibus credidit in eum? Sed hæc turba quæ ignorat legẽ maledicta credit in ipsum. Moraliter

Sensus alter cõpositus, alter diuisus, apud Dialecticos. Quodã modo enim dignũ est vt qui bene vtitur naturalibus illuminetur in spiritualibus.

Moraliter nota, simplices qui nō ponebāt obicem ex sermone Christi fuerunt illuminati, sed literati quia obicem posuerunt, ideò in malitia sua permanserunt, quia ex superbia sua Christum audire noluerunt, vt frequenter homines magnæ scientiæ sunt malæ conscientiæ. Ideò dicitur Ecclef 5. Esto mansuetus ad audiendum verbum Dei, vt intelligas. Videte ne omittatis orationes solitas, nec bona opera. Ideò cuilibet dicitur, Quodcunque facere potest manus tua, instanter operare, quia nec opus, nec ratio, nec sapientia, nec scientia erunt apud inferos, quò tu properas. Eccle. 9. Quodcunque, scilicet bonum. ecce ergo hic pro prima parte. Secunda pars Euangelij est de excæcatione Iudęorū generali, de hac quomodo fuerit, videte textum Euangelij subtiliter ibi, Dixerunt ergo Iudæi ad semetipsos, Quò hic iturus est, quia non inueniemus eum? Nunquid in dispersionem Gentium iturus est, & docturus Gentes? Quis est hic sermo quem dixit, quæretis me, & non inuenietis me, & vbi sum ego, vos non potestis venire? Hic videte cæcitatem eorum: nam ministri fuerunt illuminati ad intelligendum verba Christi, & non Doctores, & ideò verificatur hoc verbum Christi in oratione dicentis, Confiteor tibi pater Domine cœli & terræ, quia abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Matth. 11. Fiebat tunc vt hodie fit, quia cùm veniunt literati ad sermonē, dicunt cum magna audacia & elatione. Iam ego videbo quid dicet iste prædicator: & illuc veniunt iam obstinati. Sed simplices & ignorantes immediatè credunt, & illuminantur, quia ex deuotione veniunt. Ecce quomodo ostenditur cæcitas Iudæorum. Nam Iudæi verū dicebant, sed non intelligebant, quia dicebant, quod Christus debebat ire ad terram promissionis, & ad Gentiles, & docere Gentes. & hoc verum fuit. Nam Christus primò in Iudæa pedester iuit de villa in villam, prædicādo, sed Christus post dispersionem Apostolorum, per totum mundum iuit equester, quia per equos, id est, Apostolos, & docebat Gentes. & hoc dixit Christus de Paulo, quando dixit, Vade, quoniam vas electionis est mihi iste, vt portet nomen meum coram Gentibus. & Regibus, & filiis Israël. Act. 9. Et videatis ad hoc pulchram figuram in libro Iudicum capit 6 Nam ibi legitur quod Iudęi erant in magna pressura propter inimicos eorum. & Deus aperuit Gedeoni di. quod ipse deberet liberare Iudæos ab inimicis. & ideò petiit signū Gedeon à Deo & dixit, Hic est vellus lanæ in hac area, sit hoc signum quod reperiam lanam totam plenam de rore cras de mane, & aream totam siccam. Cui dixit Deus. Placet mihi, & ita inuenit alia die sicut dictum fuit de manè. Tunc dicit Gedeon. Pulchrum est signum, sed Domine, peto secundò, quod fiat per contrariū, ita quod cras reperiam lanam siccam, & aream roratam, & rore plenam, & sic habuit. Nota benè ibidem historiam. Sed quæro hîc, quid significat iste ros? Responsio, Iste ros signifi-

significat doctrinam Iesu Christi bona ratione, quia sicut terra di se non potest fructificare sine rore cœli, sic nec mundus posset fructificare in bonis operibus, nisi descenderet ros, id est, doctrina Christi, & hoc probatur auctoritate in cãtico. Deuteronomij trigesimo secundo. Audite cœli quæ loquor, in versu, Concrescat vt pluuia doctrina mea, fluat vt ros eloquium meum. Lana autem est gens Iudaica, quia sicut lana tonsa est à bestia, & remota ab ea, sic gens Iudaica fuit separata ab Ægyptiis qui adorabant bestias. Et voluit Gedeon pro primo signo, vt ros esset tantum in vellus, id est doctrina Christi, tantum in populo Iudaico, & tota area esset sicca, id est totus mundus. nam doctrina & ros Christi dabatur Iudæis tunc solum, aliæ congregationes mundi erant siccæ. & ideò dicitur in Psalmo septuagesimoprimo, Descendet sicut pluuia in vellus, & sicut stillicidia stillantia super terram, &cæt. Voluit etiam Gedeon aliud signum, scilicet vt lana siccaretur, & terra madidaretur, & hoc figurabat doctrinam Christi post suam ascensionem. Nam postquam ascendit cœlos fuit portata eius doctrina per totum mundum, nam in omnem terram exiuit sonus eorum, & remansit lana tota sicca, id est, gens Iudaica, & fuit adimpleta quædam prophetia dicens, Quia repleta est terra scientia Domini, sicut aquę maris operientis. Isa. 11. Aqua, id est, doctrina euangelica, & remansit Iudæa tota sicca, id est, recta doctrina veritatis. Et ideò dicebat Prophea, Et ambulabunt vt cæci, quia Domino peccauerunt. Sopho. 1. Modò videamus hîc moraliter circa illud cùm dicitur, Quæritis me, & non inuenietis, an fortè sit aliquis quærens Christum, & nos inueniens? Respondetur, certò quod si deficit in aliquo trium quæ ad hoc requiruntur, & hoc declarat Isa. cùm dicit, Quærete Dominum dum inueniri potest, inuocate eum dum propè est. derelinquat impius viam suam, &c. Isa. 55. Et sunt tria .s. tempus, locus & modus quæ requiruntur. Debet ergo primò tempus obseruari, hoc est tempus quadragesimę, quia clerici toto tempore Christum quærunt, sed vos mundani saltem in hoc tempore quadragesimæ, debetis quærere Christum pœnitendo & iniurias remittendo. Fortè dicunt mulieres, quandò reprehenduntur de earum vanitatibus, si aliquę inciperent dimittere ornamenta, ego dimitterem. Vide tu quicunque talis es, quia Martyres omnes habent coronam in Paradiso, sed super omnes S. Stephanus qui primus fuit. Virgo Maria inter virgines, Magdalena inter pœnitentes. Et ecce nunc saltem dimittatis isto tempore pœnitentiæ. Ideò dicitur, Hortamur vos ne In vacuum gratiã Dei recipiatis, ait enim, Tempore accepto exaudiui te, & in die salutis audiui te. 2. Corinth. 6. Quærite ergo Dominum dum inueniri potest, quia Iudæi non quærebãt debito tempore Christum, ideò non inuenerunt. Secundò inueniendo Christum seruandus est locus, & iste locus est iste mũdus, quia nisi in hoc mũdo inueniatur

niatur per gratiam non poterit inueniri in alio per gloriam, & ideò damnati non possunt Christum inuenire, quia longe à peccatoribus salus, nos autem sumus propè. Satis enim est prope alium, qui non distat nisi per tres passus ab eo. Et habes tres passus, quibus potes ad Christum redire, & ipsum inuenire. & primus est contritio. secundus est confessio. tertius est complementum pœnitentiæ, & est satisfactio. Nunc ergo est tempus & locus. & ideò Dauid in Psalmo 144. ait, Propè est Dominus omnibus inuocantibus eum, omnibus inuocantibus eum in veritate. Videte ergo, quod concordent oris prolatio & cordis contritio, & satisfactio, quia isti sunt tres passus. Tertiò seruandus est modus quærendi Christum, & ille modus est recedere à peccatis, quia dicit. Derelinquat impius viam suam, & vir iniquus cogitationes suas, & reuertatur ad Dominum, & miserabitur eius. Isa. 55. Ibi tangit Propheta modum quærendi Christum. Qui ergo has tres conditiones seruauerit, inueniet Christum. Veniamus ad tertiam partem Euangelij, quæ est de illustratione credentium spirituali, & de hoc loquitur thema. Et dicitur in Euangelio, In die magno festiuitatis stabat Iesus, clamabat dicens, Si quis sitit, veniat ad me, & bibat. Qui credit in me, sicut dicit Scriptura, flumina de ventre eius, fluent aquæ viuæ. Hoc autem dixit de Spiritu quem accepturi erant credētes in eum. Declaremus illud magnum festum, quia ad literam festū tabernaculorū quod incipiebat 15. Septemb. & etiā hodie seruant Iudæi illud festum, & durabat illud festum octo diebus, & prima dies erat colenda, sed posteà vsque ad octauum diem poterant laborare, sed octauus dies erat sanctissimus, & de hoc est textus Leuitici vigesimotertio, vbi dicitur, Dies octauus erit celeberrimus atque sanctissimus, & offeretis holocaustum Domino. Et in isto vltimo die Iesus clamabat, quia dicit Euangel. In die magno. Et ille erat octauus secundum literam. Sed moraliter est hic notandum, quod sicut virtutes morales sunt theologales, sic etiam supra intellectus morales sint theologales. Nam allegoricus sensus exponit illud quod debemus credere, & sic respondet fidei. Tropologicus respondet charitati, & anagogicus spei. Modò videte. In verbis istis Euangelii facio istos tres intellectus. Et primus erit principaliter allegoricus. Vnde quid est istud festum septem dierum, & hic dies vltimus quo Christus clamabat? Istud festum est Quadragesima, & habet septem septimanas quas illis septem diebus comparare possum. Nouissimus dies est festum Paschæ. Hæc solennitas Quadragesimæ durat septem septimanis præcedentibus quemadmodum illud festum præcedebant septem dies, & in illo magno die clamat Christus ad inuitandum nos ad communionem, dicens illud Canticorum quinto, Comedite amici, & bibite. & inebriamini charissimi. Nota amici, quia oportet quod sit amicus ille qui debet comedere,

Triplex scripturæ sensus.

dere, vt scilicet sit in gratia, & tunc inebriatur, quando omnia opera temporalia postponuntur, & totaliter quiescit in Christo, & iste est intellectus allegoricus. Alius sensus est moralis, & tropologicus, & secundum istum intellectũ istud festum est vita sancta quam debemus habere. Septem dies sunt virtutes morales, & theologales septem, scilicet fides, spes, charitas, prudentia in periculis, iustitia & temperantia in prosperis, & fortitudo in aduersis. Vltimus dies est dies mortis quando Christus vocat ad gloriam Paradisi. Et ideò dicitur, Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos, & inuenietis requiem animabus vestris. Matth. 11. Tertius intellectus est anagogicus, vt sic hoc festum significet duratione mundi, & dies septem significant septem ætates. Prima ab Adam vsque ad Noë. secunda à Noë, vsque ad Abraham. tertia ab Abraham, vsque ad Moysen. quarta vsque ad Dauid. quinta vsq; ad transmigrationem Babylonis, sexta vsque ad Christum. septima vsq; ad finem mundi. Vltimus erit dies iudicij, & erit magnus, & Christus stabit & clamabit esurientibus, & sitientibus iustitiam, & his qui à dextris erunt dicens, Venite benedicti patris mei. Mat. 25. Sed aliis dicet, Discedite à me maledicti, &c. Et ideò de bonis dixit, De spiritu accepturi erant, &c. Isti tales accipient in hoc mundo per gratiam, & in alio per gloriam.

Feria III. post Iudica. Sermo vnicus.

N*Emo palàm loquebatur de illo, propter metum Iudæorum.* Originaliter. Ioan. 6. Recitatiuè in Euangelio hodierno. Vnde in isto Euangelio hodierno ostenduntur nobis tria de Christo, quæ habuit inter Iudæos tempore suæ passionis: scilicet,

Stricta afflictio,
Discreta conditio,
Secreta defensio.

Et de vltimo loquitur the. quia aliqui credentes in eum occultè defendebant, quia nemo supple credentium palàm loquebatur de illo, id est, pro illo, licèt alij loquerentur palàm, non tamen pro illo, sed benè contra illum. Primum quod tangitur in Euangelio de Christo est stricta afflictio, habebat enim strictam afflictionem ex parte omnium s. amicorum & aliorũ, & de hoc fit mentio in principio Euangelij cùm dicitur, Ambulabat Iesus in Galileam, non enim volebat in Iudæã ambulare, quia quærebant eum Iudæi interficere: Erat autem in proximo dies festus Iudæorum scenopegia. Dixerunt autẽ ad eum fratres eius, Transi hinc, &c. Pro quorũ intellectu, sciẽdum est, quod terra promissionis vltra mare diuidebatur in duas prouincias, scilicet Iudæam, & Galilæã, & in Iudæa est ciuitas Ierusalem tanquã metropolitana,

politana, & ibi stabant doctores, magistri, & studium generale, & ibi morabantur inimici Christi. Sed parẽtes eius & amici stabant in Galilæa, quia Christus ibi fuerat nutritus in ciuitate Capharnaũ, & ibi habebat amicos suos & consanguineos, & ibi nõ habebat inimicos tot sicut in Iudæa ideo ambulabat in Galilæam, & ibi fuit tribulatus & afflictus à fratribus, id est, cõsanguineis suis, & istos sancta scriptura appellat fratres eius. Et iste est modus sacræ scripturæ, in veteri & in nouo testamento. vnde Gen. 13. dixit Abraham Lot, Ne quæso sit iurgium inter me & te; fratres enim sumus, & tamen erãt tantũ consanguinei. Et simile habetur ex varijs passibus scripturæ, quod cõsanguinei dicuntur fratres. Vnde dicitur, Optabã enim ego ipse anathema esse à Christo pro fratribus meis, qui sunt cognati mei secundum carnẽ Rom. 9. Et ab illis cõsanguineis habuit Christus strictam afflictionem Nã in Iudæa quærebant eũ occidere ex vna parte, & ex alia parte fratres eius impellebant vt iret in Iudæã nõ tamẽ ꝙ haberent intentione malã. Et assignabant ei cõsanguinei & parẽtes quare deberet ire, quatuor rationes. Et prima ratio fuit deuotionis, quia erat festus dies proximus scenophegia, & dicitur à σκῆνος quod est tabernaculum, & φαγεῖν quod est comedere Græcè, quia faciebant tabernacula, & comedebant in tabernaculis. vt habetur Leui. 23. & erat præceptum Dei. Exo. 23. quod omnes irent in Ierusalem. ideo cũ omnes Iudæi deberent ire, volebant cõcludere quod ipse etiã deberet illuc ire. Sed ista nõ tangebant Christum, quia ipse erat imperator, qui dedit legẽ Moysi in similitudine ignis. Exod. 19. & ideo solutus erat à legibus, maximè quia pòst ipse dedit legẽ in similitudine hominis, & ideo non erat ipse ligatus. Secundò etiam quia ipse erat exceptus, quia habebat ibi inimicos capitales, & ideo inquantum homo erat excusandus, & ideo ista prima ratio non cogebat. Secunda ratio erat dilectionis & charitatis. s. propter discipulos qui ipsum dimiserãt ratione sermonis, quem fecerat de sacramento altaris, quãdo dixit, Caro mea verè est cibus, &c. Ioã. 7. Ibidem, Nisi mãducaueritis carnẽ filij hominis, & biberitis eius sanguinem, nõ habebitis vitã in vobis. Ex quo sermone fuit inter eos tantũ scandalũ, quod dixerunt illi de societate, Durus est hic sermo. quis potest eum audire? & ideo abierunt retrorsum, & cũ eo nõ ambulabant, quia reputabant stultum quod de eius carne deberent comedere. de his ergo dicebãt sibi parẽtes & consanguinei, Transi hinc & vade in Iudæam, vt & discipuli tui qui recesserunt à te videant opera tua quæ facis. Ioan. 7. & conuertentur ad te, quia scandalizati recesserunt à te. Hoc non fuit dictum de Apostolis, quia illi non recesserunt ab eo, sed de aliis. Sed nihil valet ista secunda ratio, quia discipuli de quibus loquebatur, iam multa mirabilia viderant ab eo. Tertia ratio est ambitionis, & tangitur ibi cùm dicitur, Transi hinc, nam nemo quippe in occulto aliquid scili-

cet notabile facit. Vade ergo in Iudæã, quia ibi erũt gẽtes totius mũ-
di, & facient tibi & nobis magnũ honorem. Ecce in quo habebãt cor,
vt haberent honorẽ & commodũ. Nã ipsi ideò volebant cũ ipso ire,
sed ista ratio nõ valet, quia secũ ducit vanã gloriã & auaritiã, creden-
tes quod aliqui fortè venirẽt ad rogandũ eos, vt facerẽt quod Iesus
sanaret aliquos ipsorũ, & quod ex hoc haberent pecunias. Quarta ra-
tio erat afflictionis, cogitãtes quod ex miraculis caperetur Christus
in regem, & tunc ipsi essent magni cum eo, & ista ratio tangitur ibi,
cùm dicitur, Si hæc facis, manifesta teipsum mundo. Si hæc facis, sci-
licet, diuinitus non opere diabolico, manifesta te mundo. Mundum
appellant Ierusalem duabus rationibus. Prima, quia ibi conueni-
bant quasi omnes gentes mundi. Secunda, quia erant mundani, &
qui hæc dicebant ad Christum, volebãt honores & vanitates, & for-
tè volebant etiam ab eo recedere, quia isti etiam nõ credebant in eũ,
immo etiam murmurabant contra illum, quasi dicat. Et quomodo
est hoc, quia nunquam studuit, & prædicat? Ex hoc apparet sancta
afflictio Iesu Christi. Nam inter duas molas stabat, sicut oliua vsque
dum exit oleum, ita similiter contigit de Christo. Nam ipse sicut &
fuit pressus donec exiuit oleum effundendo sanguinem. Ex tunc fuit
completa vna prophetia de Dauid in Psal 37. Amici mei & proximi
mei aduersum me appropinquauerunt & steterunt. Et qui iuxta me
erant per genus & tribum, de longè steterunt, & vim faciebant q.
quærebant animam meam sicut sit oliuæ. Hic sunt duæ moralitates
& prima tangit ecclesiasticos qui sunt inter duas molas, s. amicorum
& inimicorum. s. diabolorũ, quia licèt laici sunt inimici diabolorum
tamen plus clerici & ecclesiastici, quia dæmones plus tentant cle-
cos de peccatis quàm laicos, & sic ab vna parte habent dæmones,
ex alia parte habent amicos consanguineos, quia postquam quis
clericus, amici non habent conscientiam accipiendi bona eorum,
isto modo est inter duas molas. Et vide circa istam materiam quod
si tu non es pauper, tu non potes aliquid accipere à filio clerico, n.
ipse potest tibi dare. Ideo August. dicit, Sic debet clericus de bonis
ecclesiasticis dare pauperibus & amicis, vt si indigeant ad necessi-
tem, sed non vt diuites fiant. quia si clericus vult sibi retinere illa bo-
na quibus non indiget, & non dat indigentibus, sacrilegium com-
mittit, & furtum facit. Ideo S. Bernar. dicit, Quidquid clericus de bo-
nis ecclesiasticis præter necessarium victum & vestitum sibi retinet
& pauperibus indigentibus non tribuit, furtum facit & sacrilegium.
Et multò plus peccat, dando amicis diuitibus, sed benè dare debet
pauperibus. & ideo si aliquis aliquid accepit nisi in viam eleemosy-
næ, restituat. Esset enim necessarium quod clericus habens centum
renos in reditibus distaret centum laucis à parentibus suis. Ecce qu-
modo stringũtur, possunt enim clerici dicere illudmet verbum, Ami-
ci mei,

ci mei, id est, pauperes & proximi mei, id est, diaboli, &c. De supradictis vide. 16. quæst. 1. cap. fina. & 12. q. 2. Gloria. Alia moralitas est humilitatis pro laicis, & vt intelligant dicam parabolam, Si aliquis notabilis miles & potēs est in aliqua ciuitate, & aliqui agricolæ & pauperes exurgerent in eum, & potens iste miles posset eos occidere solo verbo, & diceret, ne isti moriantur cum ista malitia, cedam, & ibo ad aliam ciuitatem, quid diceremus de isto? Verè tantum esset humilis quod reputaretur sibi in stultitiam. Sic fuit humilitas Iesu Christi cuius posse est tale, quod posset illico in momento totum mundum destruere, & alium facere, & licèt maiores ciuitatis Ierusalem exurgerent contra eum, tamen agricolæ sunt eius respectu, licèt illos posset occidere, cedebat tamen & recedebat à Ierusalem, habetis enim exemplum morale, vt cedatis inimico, & non sumatis vindictam: iuxta illud, Si fieri potest, quod ex vobis est, cum omnibus hominibus pacem habentes, non vosmetipsos defendentes charissimi, sed date locum iræ. Scriptum est enim, Mihi vindictam, & ego retribuam, dicit Dominus. Ad Roma. 12. Nota defendentes, id est, vindicantes, nec est tibi dedecus cedere inimicis tuis apud Deum, quia honor est homini qui separat se à contentionibus, omnes autem stulti miscentur contumeliis. Prouer. 20. Sed apud stultos diceretur, illud esset dedecus, sed in iudicio Dei ab omnibus laudabitur. Date ergo locum iræ, quia scriptum est, Mihi vindictam, &c. quia regula est Dei. Nulli ergo vindicta competit, sed iustitia. Et ad hoc vide miraculum quod habetur. 2. d[...]go. Erant duo viri potentes in eadem patria, & vnus erat nobilis & multum famosus, alter tamen non erat ita famosus, & ille agebat inuidia contra alium adeò quod propter inuidiam diffamabat alium, & intantum creuit inuidia quod alteri munus venenosum præsentauit. Et dixit alius magnus, Ego cedam huic, & dimisit vicinum & mutauit locum. Iste inuidus dicebat exultans, & ego faciam illum etiam recedere ab illo loco, & subitò dum hoc cogitaret cecidit domus eius supra eum. Ecce hic vindicta Dei. Ideo dicit Christus, dimitte mihi vindictam, & ego retribuam, quia retribuit in corpore & anima. Nam gloriosius est exemplo Domini iniuriam & inimicum cedendo vincere, quàm resistendo superare, vt inquit Gregorius, & hoc est consilium Domini. Cùm persequentur vos in vna ciuitate, fugite in aliam. Matthæi decimo. Ecce hîc primam partem. Secundò tangitur in euangelio discreta conditio, quia licèt tantam potentiam haberet, voluit tamen vti prudentia, ideo rationabiliter voluit parentibus respondere, quod non deberet ire in Iudæam. Dixit ergo eis Iesus, Tempus meum nondum aduenit, tempus autem vestrum semper est paratum. Non potest mundus odisse vos, me autem odit, quia ego testimonium perhibeo de illo, quia opera eius mala sunt. Vos

asc.ndite ad diem festum hunc, ego enim nō ascendā ad diē festum istum, quia tempus meum nondum impletum est. Hæc cùm dixisset, ipse mansit in Galilæa. Et hîc Christus asserit quatuor conditiones prudentiæ, quæ requiruntur in opere virtuoso & meritorio .s. quādo vbi, quomodo, & quare. quia quantumcunque bonum fiat, nisi discretè fiat, non est meritorium. vt dicit.s. Anselmus. Virtus est quidquid boni cum discretione feceris. Virtus autem indiscreta pro vitio reputatur. Prima ergo ratio prudentiæ est tempus respicere, scilicet, quando, id est, quod fiat debito tempore, quia dicere missam virginis Mariæ bonum est, sed si diceretur in die Veneris sancta, vel post prandium peccatum esset, quia nō est tempus condecens. Et ideo dicitur, Tempus & responsionem cor sapientis intelligit. Omni negotio tempus est & opportunitas. Eccle 8. Hanc circunstantiam seruauit Christus di. Tempus meum.s. patiendi à Deo ordinatum nondum aduenit. De quo nota figuram. Exo. 12. Quando Dominus voluit liberare populum de dura seruitute Ægypti, præcepit eis quod decima die primi mensis.s. Martij, reciperent agnum, & seruarent ipsum ad diem 14. mēsis. & 15. die erat Pascha. Dixit tex. decima die prima mēsis tollat vnusquisque agnum per familias & domos suas. Erit autem agnus absque macula, masculus anniculus. Iuxta quem ritum tolletis & hædum, & seruabitis eum vsque 14. diem mensis huius. Immolabitq; eū vniuersa multitudo filiorū Israël ad vesperam, &c. Nota ibidem textum. Et fuit figura illius agni innocentis Christi, de quo Ioan. 1 dicitur Ecce agnus Dei, qui debuit tolli decima die mensis primi, sicut fuit cum fuit in die ramorum, quando receptus fuit cū magno honore, & fuit seruatus vsque in diem Iouis ad vesperam. Iam veritas debebat correspondere figuræ, & Christus sciebat esse obseruandum in omni opere virtuoso tempus debitum, & illud tempus nondum venerat, ideo dicebat, tempus meum nondum venit, quia vsque ad num diem nō debebat ire ad Ierusalem, tempus autem vestrum semper est paratum. Sed contra hoc arguitur. Certum est quod Christus non solùm ordinauit passioni suæ tempus, diem & horam, sed etiam omni homini, quare ergo dicit, Tempus vestrum semper est paratum cùm etiam homo certum habeat tempus moriēdi. iuxta illud Iob 14. Breues dies hominis sunt, numerus mensium eius apud te est. Dicendum ad hoc quod Christus volebat dicere, quod tempus suum quod elegerat pro redemptione generis humani, nondum aduenit. Tempus verò vestrū vanæ gloriæ & honoris, semper à vobis desideratum, est semper paratum. non loquitur de tempore mortis eorum. Vel expone sic. Tempus vestrum semper est paratum, id est, debet esse paratum quia nescitis tempus, neque diem, neque horam, nec modū moriendi vestrum, ideo semper debetis esse parati. iuxta illud Senecæ, Mors vbique te expectat, tu si fueris sapiens, vbique eam expecta. Se-

Circunstantia studiosi operis.

cunda

cunda circũstantia est locu.,quia locus debet inspici,quia bonũ est di cere missam,sed nõ in stabulo,nec in coquina. Item bonum est matri: monium,sed non vti in ecclesia. Et ideo dicitur Baruch 3. Disce vbi sit prudentia,vbi sit virtus,&c.quis inuenit locum eius. Hanc circun: stantiam Christus seruauit dicens:Non potest mundus odisse vo.,ec: ce locus,me autem odit,quia testimonium perhibeo de illo,quia ope ra eius mala sunt. Mundus, vt dixi, ciuitas Ierusalem est,quæ odio habuit Christum & Apostolos,quia spirituales erant,non autem cõ sanguineos Christi, quia carnales erant. Vnde Ioan.15 Si mundus vos odit,scitote quoniam me priorem vobis odio habuit.Ideo locus non congruebat vt tunc ascenderet Ierusalem, nec oportebat timere illos qui habitabant Capharnaum,quia non habebant eum odio.

Tertia circunstantia est modus,quia licèt sit tempus & locus, tamen requiritur modus, vt si quis hîc sedens nunc vult dicere missam vel in camisia,vel nudus, vel dando eleëmosynas ex ira,vel etiam si vis hoc tempore confiteri,& tamen ire ad solatium,non est modus debi: tus,quia debet esse genuflexio,& confessor debet sedere sic tanquam iudex. Item si quis veniret & diceret confessori, Volo dicere coram testibus peccata mea non esset modus, quia non esset sacramentalis confessio,immo dicere contrarium est hæreticum. Licèt quidam di: cunt,quod propter humilitatem quis potest publicare,verum est post confessionem. Item facere eleëmosynam & orationem ad modum Pharisæorum,vt patet Matth.6.Non est bonus modus. Ideo S.Pau• lus, Videte itaque fratres quomodo cautè ambuletis, non quasi insi- pientes,redimentes tempus,quoniã dies mali sunt.Ephe 5 ideo Chri stus dixit, Vos ascendite ad diem festum.f.pompose. Nam illud fe: stum dicitur,tabernaculorum, vt iam dixi, & populus erat totus va: nus in primo die & durabat octo diebus. & sic non erat modus.& ideo dixit vobis ascẽdite,& noluit cum illis ire,quasi dicat illud Esa. 1.cap. Sabbata vestra odiuit anima mea. Sed quarta die quando iam temperatè comedebant & bibebant parcè,ipse ascendit.Iam die festo mediante ascendit Iesus in templum.Ioann.7. Quarta circunstantia est intentio.quare?quia debet inspici intentio,ratio & finis.Hæc tria prædicta sufficiunt. Ideo Dauid semper interrogabat seipsum, cùm erat in tribulatione.in Psalm.41.&.42. Quare tristis es anima mea, & quare conturbas me?Ergo respice intentionem,quoniam intentio dat principalitatem & formalitatẽ operi virtuoso & meritorio. Hãc circunstantiam Christus seruauit, quia intentio Christi erat, quod per passionem voluit venire ad gloriam resurrectionis,sed vt dicitur Luc.vlti.Oportuit pati Christũ,&ita intrare in gloriã suã,quia illud tempus nondum fuerat impletum,ideo dicebat, Tempus meum nõ- dum venit,& ideo mansit in Galilæa vsque ad diem Martis.Morali- ter super eo quod dicit, Mansit in Galilæa, Nota Galilæa interpre:

tatur Hebraicè rota volubilis, cuius quando vna pars deprimitur, alia exaltatur rotando, sic Christus operationi humanæ statim adiungebat operationem diuinam, vt videretur sua diuinitas & etiam humanitas. Hoc patet in omnibus operationibus discurrendo à sua natiuitate vsque ad resurrectionem. Primò in natiuitate fleuit vt cæteri infantes, sed mox diuinitas fuit eleuata in claritate noctis, quæ processit de Christi corpore nouiter nato. Secundò, esuriuit vt cæteri, sed diuinitas statim dedit lac matri. Tertiò, inquantum homo fuit in præsepio positus, sed vt Deus à boue & asino adoratus. Quartò, fuit humiliatus in circuncisione quæ dabatur peccatoribus, sed exaltatus in regum adoratione. Quintò, fuit præsentatus in templo vt peccator, sed ibi fuit exaltatus testimonio Simeonis & Annæ. Sextò, fuit humiliatus fugiendo in Ægyptum, sed fuit exaltatus in medio doctorum in templo. Iterum fuit exaltatus in baptismo in manifestatione trinitatis. Septimò, in deserto, in ieiunio, & tentatione diabolica, sed fuit exaltatus, quia accesserunt angeli, & ministrabant ei. Octauò, in prædicatione fuit humiliatus, ad instar regis si laboraret pro, &c. sed fuit exaltatus in miraculorum operatione. Nonò, fuit humiliatus in passione, quia ad instar latronis fuit passus, &cæ. Sed fuit exaltatus, quia sol se obscurauit, terra tremuit, &cæ. Decimò in morte, quia ad inferos descendit sed fuit exaltatus in resurrectione gloriosa. Vndecimò, humiliauit se post resurrectionem, quia voluit esse cum Apostolis, sed fuit exaltatus in ascensione super omnes cœlos. Ecce quomodo Iesus mansit in Galilæa, id est, in rota volubili. Moraliter si volumus in paradiso exaltari, humiliemus nos in hoc mundo. Vita nostra habet duas partes. Prima est hîc vita temporalis. Secunda est in alio mundo vita æternalis. In prima debemus humiliari, si in secunda volumus exaltari. Humiliemus ergo nos in verbis, factis & dictis, & vi...bus. Et si sic humiliamur, tunc velut rota ascendemus in alio mundo & ideo dicitur, Omnes inuicem humilitatem insinuate. Quia Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. Humiliamini sub potenti manu Dei, vt vos exaltet in die visitationis suæ. primæ Petri quinto. Et benedictus est ille qui in primo incipiet. Et si nolumus humiliari, ipse manu sua humiliabit nos in inferno, & si tu te humilias, ipse conuersa manu te leuat. Ecce hîc Christi discretam conditionem. Tertiò, ostenditur in Euangelio de Christo secreta defensio quia nullus audebat ipsum reprehendere publicè, sed secretè. Quidam dicebant, quia bonus est, sed palàm nemo loquebatur de illo id est, pro illo. Vnde sequitur in euangelio, vt autem ascenderunt fratres eius, tunc & ipse ascendit ad diem festum non manifestè sed quasi in occulto. Iudæi ergo quærebant eum in die festo, & dicebant, Vbi est ille? Et murmur multus erat in turba de eo. Quidam enim

enim dicebant, quia bonus est, alij dicebant non, sed seducit turbas. Nemo tamen palàm loquebatur de illo, id est, pro illo, sed benè contra eum. modò sequitur quæstio moralis, videlicet, An hi qui Christo credebant, in hoc quod timore non audebant dicere, quod ille esset Messias, peccarent? Et respondeo per quoddam dictum Chrysostomi, qui dicit quod circa veritatem fidei peccat quis tripliciter. Primò veritatem in mendacium transmutando. Secundò illam occultando. Tertiò illam non defendendo, & intelligitur de veritate fidei. Exemplum primi, Si quidam Christianus esset inter infideles, & sub pœna mortis efficeretur. Sarracenus quamuis non corde, damnatus esset, quia veritatem fidei quam habet in corde mutat in mendacium, quia aliter dicit, quàm in mente habeat, & hoc modo circa veritatem peccauerunt antiqui Philosophi, qui sciuerunt vnum principium primum, & tamen adorauerunt idola, de quibus dicit Hieronymus quod sunt damnati, vnde de illis dicit Apostolus, quod commutauerunt veritatem Dei in mendacium, & seruierunt creaturæ potius quàm creatori, qui est benedictus in sæcula sæculorum. Ad Romanos primo. Secundò peccatur circa veritatem fidei tacendo, quia confessio fidei pro loco, & tempore est de necessitate salutis, vt dicit sanctus Thomas secunda secundæ, quæstione tertia, articulo secundo, & ponit ibi duos casus in quibus confessio fidei est de necessitate salutis, primus est quando per omissionem huius confessionis subtraheretur Deo honor debitus. Secundus casus est vtilitas proximi, puta si aliquis interrogatus de fide, taceret, & ex hoc crederetur, quod fidem non haberet, vel quod fides nó esset vera, vel alij propter eius taciturnitaté auerterentur à fide, in huiusmodi casibus confessio fidei est de necessitate salutis. Hæc sanctus Thomas ibidem. Tertiò peccatur circa veritatem non defendendo, nam si quis non defenderet suum regem, iam esset ei infidelis, sic etiam omnis qui videt periclitari fidem, & non defendit, damnatur, & infidelis est domino suo. Et modò est responsum quæstioni, quia peccabant hoc modo, quia non defendebant veritatem. Et ideo dicitur, Veritatem meditabitur guttur meum, & labia mea detestabuntur impium. Prouerbiorum octauo. Et ideo beatus Hieronymus in prologo Bibliæ, capite quarto. Sancta quippe rusticitas solùm sibi prodest, & quantùm ædificat ex vitæ merito Ecclesiam Christi, tantùm nocet si destruentibus non resistat, &c. Non enim sufficit dicere, O tempore Antichristi stabo in camera mea, sed tantò amplius peccat, quantò non resistit. Placeat Christo quod sic velit cor nostrum firmare in fide & eius operibus, vt simus veri pugiles fidei, vt ad gloriam perueniamus. Deo gratias.

De fidei confessione.

Feria I I I I. post iudica. *Sermo vnicus.*

VT credatis quod Pater in me est & ego in Patre Ioan.10. & in euang. hodier. vnde hoc sanctum euangelium continet tres fortes pugnas factas à Iesu Christo, & à Iudæis.

Prima est per deceptionem fraudulentam,
Secunda est per inuasionem violentam,
Tertia est per obiectionem pestilentem.

De quibus Christus se defendit mirabiliter. Primò se defendit per sagacitatem intellectualem. Secundò per stabilitatem spiritualem. Tertiò per benignitatem vniuersalem. & tenuit campum, quia dicit thema, Vt credatis quod pater in me est, &cæ. Veniamus ergo ad primam quæ est de deceptione fraudulenta, & primò de cuitione Christi, & sic consequenter de aliis partibus. De primo bello quod fuit fraudulentum dicit Euang. Facta sunt Encenia in Hierosolymis, & hyems erat, & ambulabat Iesus in porticu Salomonis. Circundederunt ergo eum Iudæi & dicebant ei, Quousque animam nostram tollis? si tu es Christus, dic nobis palàm. Ecce fortem inuasionē. Et vt melius intelligatis, est sciendum, quod tempore quo Christus prædicabat Iudæis, iam Romani illis dominabantur, & ordinauerint Romani quod nullus auderet sibi assumere nomē Regis, sub pœna mortis sine licentia Imperatoris, & seruabant & tenebant in qualibet regione armigeros qui hoc tuerentur. Et alia parte videntes Iudæi quod vulgus eorum credebat Christum esse Messiam, quia omnes prophetiæ erant completę, & maiores erāt turbati propter vulgus quod illum sequebatur, & ideo deliberauerunt facto concilio, quod illum occiderent, & die festo venerant ad eum. Et dicitur Enceniorum ab ἐν quod est in, & καινὸς, quod est nouus, quasi innouatio. & fiebat vigesimaquinta die mensis, quem mensem Iudæi appellabant Casleu, quæ est in fine nouembris, & in principio Decembris. Et hoc habetur in lib.1. Machab. cap.4. in fine. Vide ibidē quomodo Iudas Machabæus illud festum instituit, & ad illud festū Christus venit, & transibat in porticu templi Salomonis, quod iam fuerat destructum, sed posteà fuerat renouatum, & nihilominus nominabatur Salomonis, & tunc Iudæi circundederunt eum. s. maiores, vt deciperent eum. Modò potestis cogitare quomodo spectabat populus quam disputationem facerent adinuicem. Et dixerunt Iudæi maiores Christo, Quousque animam nostrā tollis? id est intellectū. quasi dicant. Tempus Messiæ completum est. tu dicis te aliquando esse filium Dei. Dic ergo nobis palàm & clarè si tu es Messias, quia aliqui credunt te esse Messiam, aliqui non, quandoque etiam facis opera diuina, quandoque humana. Vnde Christo parabant laqueum, vt si ipse se diceret Regem, quod milites Pilati ipsum cœpissent & occidissent. Si verò diceret nō sum Messias, populus amodo non crederet in eum.

Ergo

Ecce hic deceptionem fraudulentam. De isto concilio prophetauit Dauid in Psalm. Deus, Deus meus respice. & Hebraicè incipit, Eli Eli, cùm dicit, Circundederunt me canes multi, consilium malignãtium obsedit me. Psalm. 21. Appellat canes ipsos Iudæos propter inuidiam, quia eum mordebãt in facie sua ex inuidia, quia canes habent illam proprietatẽ, quod sunt rabidi & inuidi, propter hanc proprietatem vocabat eos canes. Sumitur tamen quandoque hoc nomen canis pro prædicatore, vt dixit super Euangelio, Canes veniebant & lingebãt vlcera eius. Lucæ. 16. quia sicut canes custodiunt oues in deserto, ita prædicatores homines custodiunt in hoc mundo. Et hæc est bona conditio canis, sed illa conditio Iudæis non conueniebat, sed prima mala est. ergo vocabat eos canes propter eorum inuidiam, quia ex fraudulenta deceptione sibi loquebantur. Ecce ergo deceptionem fraudulentam. Nunc videamus defensionem Christi per sagacitatem intellectualem, quia prudenter eis respõdit, ita vt veritatem scirent, & tamen à nullo increpari, nec deprehendi posset, dicens: Loquor vobis, & non creditis? Opera quæ ego facio, testimonium perhibent de me, sed vos non creditis, quia non estis ex ouibus meis, &c. Quasi diceret, ex quo non vultis verbis credere, operibus credite, quia opera quæ Christus fecit, dabant sibi testimonium de duobus. Primò, dabant sibi testimonium quod erat verus Deus. Secundò, quod erat verus Mesias in lege promissus. Primum patet in modo faciendi miracula, quia non faciebat miracula, orando, sicut alij sancti fecerunt, sed imperando fecit omnia miracula. Elias enim suscitauit mortuum, sed orando. Similiter Moyses curauit sororem suam Mariam à lepra, sed orando. Sed Christus imperando fecit miracula, quia ipse dixit, & facta sunt, vt dixit Dauid. Ergo dixit, Opera quæ ego facio testimonium perhibent de me, scilicet quod sum Deus. Secundò etiam dabant sibi testimonium, quod esset Mesias, iuxta signa data per Isaiam de Mesia. Isa. trigesimoquinto, Ecce Deus noster ipse veniet, & saluabit nos. Tunc aperientur oculi cæcorum. & aures surdorum patebunt, & lingua mutorum erit aperta. Ista sunt clara signa ad cognoscendum Mesiam. Ideò dixit, Opera quæ ego facio testimonium perhibent de me, &cæt. quasi diceret, Vos videtis quod cæci vident, surdi audiunt, sed vos non creditis, nec verbis nec operibus, quia non estis de ouibus meis, quia illæ me sequuntur. Et hic fuit impletum verbum Salomonis, Non est sapientia, non est prudentia, non est consilium contra Dominum. Prouerb 21. Nota moraliter super eo quòd dicitur, Quia non estis ex ouibus meis. Nota ergo quod ex ista ratione apparet, quod si quis non crederet, non esset ouis Christi, quia qui vult Catholicus esse, debet esse ouis. Ergo ad hoc quòd aliquis sit ouis Christi, oportet quòd simpliciter credat fidem Christianam, quod scilicet credat, quod sit vnus Deus

in essentia, & trinus in personis. Sicut est vnus Sol, tamē in Sole tria est considerare: quia Sol generat de se radium, & à solo radio procedit calor. Sic pater generat filium, & Spiritussanctus procedit a patre & filio per spirationem, & tamen est vnus Deus. Quia ergo hęc sunt super intellectum creatum, debet quis simpliciter, vt ouis esse, non vt capra quæ vult saltare, non ire, vt pastor ducit, aliàs caderes in errorem. Vnde Paulus contra quosdam Philosophos qui titubabant, scribens illis dixit, Timeo autem ne sicut serpens seduxit Euam astutia sua, ita corrumpantur sensus vestri, & excidant à simplicitate quæ est in Christo Iesu. 2. ad Corinth. 11. Nota quomodo serpens seduxit Euam. s. faciendo quæstiones. Nam Eua stante in Paradiso dixit ei serpens, Cur præcepit vobis Deus, vt non comederetis ex omni ligno Paradisi? &c. Gen. 3. Et ista fuit prima quæstio diaboli. Et si Eua respondisset, quia Deo placuit, & illum. s. diabolum vituperasset, non habuissemus quod habemus, nec essemus in tanta miseria, nec tribulatione vt modò sumus. Sed ipsa respondit, Ne moriamur, &c. Ponēdo se in disputatione cum diabolo, & sic fuit decepta. Sic etiam Iudæi decipiebantur, quia dicebant, Messias debet venire & regnare, cùm ergo iste sit pauper, ergo non est Messias, &cæt. Ideò Iudæis dicitur, Multos enim supplantauit suspicio illorū, & in vanitate detinuit sensus illorum. Eccle. 3. Non enim intellectu tuo perquiras vbi non sufficit. Nam stultus esses, si digito sidus velles tangere. Est ergo credendum, non disputandum, & istud est meritorium, scilicet dare honorem Deo, & credere. Benè daretis mihi honorem, si vobis dicerem difficilia, & crederetis mihi, propter simplicem meam loquelam. Credatis quod illud stultum est, & periculum animæ, & corporis, circa ea quę fidei sunt difficultare. Nam iam articuli fidei fuerunt examinati per Apostolos, Martyres, Doctores, &cæ. Sine ergo examinatione depone in tuo marsupio tuæ conscientiæ, & credas simpliciter. Et ideò dicitur, Beati qui non viderunt & crediderunt. Ioan. 20. Et per contrarium qui non credit, maledictus est, vt fuerunt Iudæi, quia dixit eis Christus, Non creditis, quia non estis ex ouibus meis. Et ecce primum bellum. Secundum bellum fuit per inuasionem violentam, quia ad manus. Et videre primò inuasionem quam fecerunt ex hoc, quia Christus dixit eis, Ego & pater vnum sumus. Sustulerunt ergo lapides Iudæi, vt lapidarent eum. Postquam Christus habuit victoriam de primo bello, seu prælio, incœpit Iudæis his qui de sua diuinitate di. Ego & pater vnum sumus, & quod dedit mihi pater, maius omnibus est. Et hoc potest intelligi dupliciter. Vno modo secundum generationem ęternam. Alio modo secundum missionem temporalem Christi. Secundum generationem æternam pater dedit filio diuinitatem, quæ est vna, & eadem in patre, & filio & Spiritu sancto. Vnde Athanasius, Patris & Filij & Spiritus sancti

vna eſt diuinitas. Non ſic eſt in patre humano, qui generat filium ſuum extra ſe, & dat ſibi aliam in numero humanitatem. Sed Deus pater generat filium ſuum intra ſe æternaliter, quia infinitus eſt, & dat ſibi non aliam diuinitatem, ſed eandem quam ipſe habet. Et de hac dicit Chriſtus, Quod dedit mihi pater, maius omnibus eſt, vniuerſaliter ſecundum paſsionem temporalem, inquantum homo, cui merito paſsionis pater dedit dominium vniuerſale, ſcilicet ſupra, infra, & ſuper omnes creaturas. Vnde ad Philippenſes ſecundo, Humiliauit ſemetipſum, factus obediens vſque ad mortem, mortem autem crucis, propter quod & Deus exaltauit illum, & donauit illi nomen quod eſt ſuper omne nomen, vt in nomine Ieſu omne genu flectatur, cœleſtium, terreſtrium, & infernorum, & omnis lingua confiteatur, quia Dominus Ieſus Chriſtus, in gloria eſt Dei patris, &cæ. Et Danielis ſeptimo, Dedit ei poteſtatem, & honorem, & regnum, & omnes populi, tribus & linguæ eius ſeruient ei. Poteſtas eius poteſtas æterna, quæ non auferetur, & regnum eius quod non corrumpetur. Propter hoc dixit Chriſtus, Quod dedit mihi pater, ſcilicet dominium vniuerſale, maius eſt omnibus dominiis, & nemo poteſt rapere de manu patris mei. ergo quantumcunque feceritis vos Iudæi, non poteritis à me auferre diuinitatem neque vniuerſale dominium, quia ego, & pater vnum ſumus. Non dicit in maſculino genere, quia vnus ſignificat perſonalem vnitatem quæ in Deo non eſt. Alia eſt enim perſona patris, alia filij, alia Spiritus ſancti. Sed dicit vnum in neutro genere, quod ſignificat vnitatem eſſentiæ. Tunc Iudæi intelligentes, quod Chriſtus dicebat ſe eſſe Deum, ſuſtulerunt lapides, vt iacerent in eum, &c. Ecce hic inuaſio violenta, &cæt. Sed Chriſtus defendit ſe per ſtabilitatem virtualem, non fugiendo, nec abſcondendo, ſed ſtans conſtanter dixit, Vos vultis me lapidare, reſpondeatis mihi prius ad vnam quæſtionem. Multa opera oſtendi vobis ex parte mea, quia ſanaui vobis filiam veſtram, curaui vobis matrem à lepra, & enumerauit opera bona quæ eis fecerat, & concluſit Propter quod eorum opus me lapidatis. Videamus, & ita dulciter eis reſpondit, quod eorum malitiam deuicit, quaſi dicat eſt iſta retributio, vt me lapidetis pro tot bonis quæ feci vobis? Vnde Pſalmus, Retribuebant mihi mala pro bonis. Tunc Iudæi depoſuerunt lapides, & Chriſtus euaſit de periculo. Nota moraliter quomodo propter bona opera Iudæi dabant ſolutionem lapidum. Et ego reperio quatuor modos retribuendi inter homines. Et primus modus eſt quando pro bono bonum. Secundus eſt quando pro malo malum. Tertius eſt quando pro malo bonum. Quartus eſt pro bono malum. Primus modus eſt quando redditur bonum pro bono, & ſic eſt vna conditio naturalis, & non eſt meritorium, quia ex naturalibus nullus meretur, nec demeretur, quia natura inclinat, & ideò

Solam corporis glorificationẽ ſibi ipſi meruit Chriſtus

ideò non est virtuale nec est meritorium. Et ideo contra illos qui tantum reddunt bonum pro bono, & nihil amplius addunt, dicit Christus, Si enim diligitis eos qui vos diligunt, quam mercedem habebitis? nónne & Publicani hoc faciunt, &c. Matth. 5. Quia etiam debes diligere inimicum tuum, & salutare, aliàs non haberes mercedem apud Deum, quia etiam infideles salutant se inuicem, & etiam bruta reddunt bonum pro bono. & sic hoc non est virtuale, sed naturale. Nota historiam de leone à S. Hieronymo curato, qualiter seruiebat monasterio, contra illos quæ reddunt tantum bonum pro bono. Secundus modus est quando redditur malum pro malo, quia si dedit mihi alapam, & ego sibi cicatricem, dixit me meretricem, & ego dixi eum lenonem, & ista est inclinatio bestialis. Nam ista est conditio canis. Nam si quis trahat caudam, sibi mordebit. Ita est in equis, & multis aliis animalibus. Idem de passeribus & formicis, quæ statim vindicant se si possunt. Sed quia Deus fecit vos homines rationales, ideò vos non debetis vindicare vos, sicut bestiæ. Et ideò S. Paulus dicit, Estote patientes ad omnes. Videte ne quis malum pro malo alicui reddat, sed semper quod bonum est sectamini. 1. ad Thes. 5. Christus enim licèt esset crucifixus, orabat tamen pro crucifigentibus, & sustinet adhuc illos, & vult quod saluentur, nec vult vt lædantur. Sed docet quod debet fieri contra eos in Psalm. 58. Deus ostendit mihi super inimicos meos, ne occidas eos ne quando obliuiscantur populi mei id est, passionis, quia nesciremus quid esset Iudæus. Et quando vides Iudæum & cogitas, iste est de genere illorum, qui Christum crucifixerunt, ne occidas eum, nec damnifices eos. Sed quid faciendum? ut sequitur in Psalmo, Disperge illos in virtute tua, & depone eos protector meus Domine, id est, separa illos à Christianis vt non intersint suis festis, & solennitatibus, nec in comestionibus, nec aliis vendant Christianis, nec emant, nec sint nutrices filiorum Christianorum mulieres, nec contra. In virtute, id est, potestate, hoc tangit Principes & Rectores. Quid plus depone eos, id est, nõ sint Iudices nec Notarij, nec Procuratores. Et illud quidem quod lucrati sunt Iudæi, quia sunt serui Principis, acquirunt Principi. & potest sine peccato recipere. Et ideò depone illos. Sed principes dant priuilegia Iudæis, & malè. Non est ergo illis malum pro malo reddendum. Bene tamẽ Principes possunt eis auferre bona, solũ dimittendo eis victum & necessaria ne pereant, & hoc propter infidelitatem quam fecerunt occidendo Christum, vt dicit S. Tho. in quadam epist. tamen contra sos Iudæos non despiciatis. imò illis vos associetis. Ideò Iudæis non noceatis, sed rectores illos defendant, sed tamen separentur à Christianis. Itẽ nullus Christianus Christiano malum pro malo reddat ad Rom. 12. Mihi vindictam, & ego retribuam. Tertius modus bonum pro malo, & hoc est spiritualis perfectio, vt dicas, Domine

Expẽde hîc, quo iure priuantur suis bonis Iudæi, quã ad fidem conuertuntur.

Deus, ille occidit patrem meum, vel fratrem, &c. nō est ratio naturalis, quod nisi faciam bonum, sed honore & amore veteri, volo facere bonum, non quod non sim bene sufficiens, ille abstulit mihi salutationes, sed nihilominus volo salutare eum. Ideò Christus dixit, Diligite inimicos vestros, & benefacite his qui oderunt vos, & orate pro persequentibus, & calumniantibus vos, vt sitis filij patris vestri qui in cœlis est. Matth. 5. Facit enim Deus bonum inimicis qui eum blasphemant, quia facit Solem suū oriri super iustum & iniustū, & ita pluit in agro illius, sicut in agro iusti, & amici: ergo sic faciatis. Quartus modus est reddere malum pro bono, & ista est cōditio diaboli, quia quando aliquis facit sacrificium sibi, & inuocat illum, desiderat diabolus ei retribuere aliquem qui eum portet in infernū, & illemet cui oblatum est sacrificium erit tortor. Huiusmodi conditiones sunt parentes inhonorātes, qui fecerunt multum bonum filiis, & modò proles retribuunt malum. Et ista est conditio diaboli, sed si est obediens parentibus, prolongatur sibi vita, & diuitiæ. Ideò Paulus dicit, Filij obedite parentibus vestris in Domino. ad Ephe. 6. In Domino non contra Dominum, vt si mater velit quod filius esset leno, vel latro, vel si pater diceret filio, quod percuteret aliquem, non deberet obedire. Sed in Domino, id est, in his quæ non sunt contra Deum. Et de isto præcepto promittit Deus primò hic longam vitam, & diuitias, si non sicut diabolus malum pro bono reddit. In hoc gradu retributionis fuit Iudas, cui Dominus multa bona fecerat, remittendo mortem patris, incestum cum matre, accepit ipsum in discipulum, & Apostolum, fecit enim procuratorem, &c. sed retribuit malū traditionis. Idem Iudæi qui volebant ipsum lapidare retribuēdo sibi malum pro tot bonis iam factis. Et fuit completa prophetia Psalm. 108. Posuerunt aduersum me mala pro bonis, & odium pro dilectione mea. Et ecce hic partem secundam. Tertium bellum fuit de obiectione pestilentiæ, quia imposuerunt ei crimen blasphemiæ. Nam sicut pestis corrumpit totum aërem, ita blasphemia deuotionem. Et de hoc dicit Euangelista, Respōderunt Iudæi Christo obiiciendo, De bono opere non lapidamus te, sed de blasphemia, quia tu homo cùm sis, facis teipsum Deum. Videte cæcitatem eorum. Nam Iudæi non poterant negare bona opera Christi, quia dicunt, De illis te non lapidamus, ergo illa concedebant, sed de blasphemia voluerunt eum lapidare. Sed Iesus Christus se defendit per benignitatem vniuersalem, quia dicit eis, Vos Doctores & Rabbini audite & respondete, Nónne in lege vestra scriptū est, Ego dixi, Dij estis. Si illos dixit Deos, ad quos sermo Dei factus est, & nō potest per vos solui, id est, negari scriptura, quia vestra Biblia est, Quæ pater misit in mundū & sanctificauit, dicitis quia blasphemas, quia dixi filius Dei sum. Si non facio opera patris mei, nolite credere mihi. Si autem facio, & si mihi non vultis credere,

credere, operibus credite, vt cognoscatis, & credatis, quia pater in me est, & ego in patre. Nota, ego dixi Dij estis. Dicuntur enim homines Dij participatiuè, Christus verò essentialiter. Arguebat ergo Christus per locum à minori. Si illi, scilicet possunt Dij appellari qui sunt Dij participatiuè, quantò plus filius Dei qui est Deus essentialiter? Isto modo fuerunt victi. Et ideò concludit bellum dicens, Credite quod in me est pater, vt in themate, & econtra pater in filio, quia Christus erat realiter in Deo patre. Modò habemus hîc moralitatem nam super illo verbo, quando dicitur, Sed de blasphemia? Et debes scire quod tres sunt species blasphemiæ. Nam quædam est affirmatiua, quædam negatiua, & quædam vsurpatiua. Affirmatiua cùm affirmo de eo quod illi non conuenit, vt cùm dicit lusor, malè est Deus, quia ille grates non expediũt Deo, & sic de similibus, dicere Deus est mortalis in diuinitate. Et de hoc legitur in vitis patrum quod quidam sanctus pater erat, qui mortuo patre suo carnali audiuit sibi dici à quodã, scilicet quod pater suus mortuus esset. Nam dicit ei nuntius, malum nouum tibi porto, quia pater tuus mortuus est. Sed sanctus pater dixit, Noli blasphemare, quia pater meus immortalis est, non reputans se alium patrem habere nisi Deum. Et ista blasphemia affirmatiua est maius peccatum quàm occidere hominem quia contra præceptum primæ tabulæ est. Ideò domini & rectores si volunt habere pacem, debent corrigere blasphematores. Nota de Ludouico Rege Franciæ qualiter ipse tales correxit. Et hoc modo Iudæi blasphemauerunt Christũ, dicentes, Nónne benè dicimus quia Samaritanus es tu, & dæmoniũ habes. Ioan. 8. Alia blasphemia est negatiua, & peior, vt negare illud quod illi conuenit, vt est omnipotentia, vt cùm dixit lusor, non potest hoc facere Deus quòd prius veniant tria quàm septem. Et de hac blasphemia nota historiam 4 Reg 19. de Sennacherib qui dixit quod Deus nõ posset eripere Israël de manu eius. Et illa nocte fuit punitus, quia de exercitu eius fuerunt interfecti ad centum octoginta quinque milla bellatorum. Hanc blasphemiam dixerunt Iudæi Christo, quia dixerunt quod non esset Deus. Et de ista dicit Propheta, Dereliquerunt Dominum, blasphemauerunt sanctum Israël, alienati sunt retrorsum. Isa. 1. Et idem dicit Dauid in Psal. Dixit insipiens in corde suo non est Deus, & ista est negatiua. Alia blasphemia est vsurpatiua, & hæc pessima est, scilicet attribuere alicui quod est Dei, & in hac peccabat Simon magus. Act. 8. quia dicebat se filium Dei. Et hoc imponebant Iudæi Christo, Marc. 2. cùm dixit Christus, Dimittuntur tibi peccata. Cogitabant illi, Blasphemat. Quis enim potest peccata remittere nisi solus Deus? Et etiam in hodierno Euangelio, quia dicebant Iudæi, Quia tu homo cùm sis. &c. Ista blasphemia est inter nos hodie. Nam fuit mihi præsentata schedula quæ cõtinebat, quod mulier quæ vult concipere

portet istam schedulam ignorante viro his literis. O vsurpatio diuinæ potentiæ, quia literis & rei insensibili datis illam potentiam. Ita est de his qui dicunt, si dicis talem orationem, scies diem mortis. Et si quis dixerit orationem vndecim millium virginum, &c. stultum est credere, quia si vni eueniat, facis inde regulam. Et ista blasphemia est hodie, quia diuini & Magi, & Nigromantici hoc modo blasphemãt Deum, quia honorem diuinum faciunt diabolo, & ideò multa mala eueniunt in hoc mundo. Diligenter ergo rectores studeant extirpare hos blasphematores, ne Dominus cogatur innocentem punire cum nocentibus per famem, pestem, & similes plagas. Sed debitam exhibeant homines Deo reuerentiam, & dabit eis vitam æternam. *Superstitio in precationibus.*
Moraliter. Nota hîc quod Christus remisit Iudæos ad opera sua. Sic etiã erit de nobis in iudicio vltimo. Et ad hoc nota illud exemplum de illo qui habuit tres amicos. Primum dilexit plus quàm se. Secundum dilexit tantum vt seipsum. Tertium parum dilexit. Contigit, quod ille homo fuit citatus ad Regem, & rogauit primum amicum vt pergeret ad Regem secum, vt excusaret eum, & ille recusauit. Secundus similiter recusauit. Tertius verò quem parum dilexit, perrexit & excusauit eum coram Rege. Hic homo qui habet tres amicos est quilibet homo. Primus amicus est bonum temporale pro quo sæpiùs vita exponitur, ergo plus quàm vita diligitur. Secundus amicus est parentes, vxor, proles, &cæ. Tertius amicus est opus bonum virtuosum, quod parum diligimus. Ideò ad Hebræos nono dicitur, quod statutum est omnibus semel mori. Quando ergo homo moritur, & citatur coram Christo, tunc primus & secundus amicus non vadunt excusare hominem. Tertius verò excusat nos coram Rege & sequitur nos. Opera enim illorum sequuntur illos. Apocal. 14. Hoc exemplum vide latiùs in historia Balaam & Iosaphat, quæ habetur in secunda parte speculi historialis. Vincentij Beluacensis lib. 16 cap. 16. vbi concludit quod opera bona sunt veri amici, quę hominem ad vitam æternam perducunt. Amen.

Feria V. post Iudica. *Sermo vnicus.*

F*Ides tua te saluam fecit, vade in pace.* Lucæ. 7. Sermo noster erit de sancto Euangelio hodierno. Aliqui mirantur de isto Euangelio Mariæ Magdalenæ, quare modò legatur tempore passionis. Sed huius ratio est ad ostendendum finalem fructum passionis Christi. Et isto habito statim sequuntur alia bona, scilicet habere gratiam, & gloriam, & multæ aliæ vtilitates. Isa. 27 Super hoc supple fructu passionis dimittetur iniquitas domui Iacob, id est, Ecclesiæ militanti, & iste est principalis fructus passionis Christi, scilicet auferre peccata, & conferre remissionem peccatorum. Et quia in tota sacra scriptura, non est Euangelium, in quo ita declaretur, & exprimatur remissio peccatorum, sicut in hoc Euangelio Magdalenæ,

ideò

iaco est ordinatum, vt legatur isto tempore passionis. Modò iuxta doctrinam Philosophorū in omni opere concurrunt quatuor caussæ, scilicet effectiua, materialis, formalis, & finalis, quę etiam concurrunt in remissione peccatorum.

Caussa principalis effectiua,
Caussa materialis receptiua,
Caussa formalis perfectiua,
Caussa finalis completiua.

De vltima dicit thema, Fides tua te saluam fecit. Dico primò quòd in remissione peccatorum, concurrit caussa principalis effectiua, quæ est Deus, quia nullus alius potest remittere peccata. Et ratio est, quia in remissione peccatorum requiritur noua creatio quindecim nobilium creaturarum ad minus. Prima ergo creatura est gratia gratum faciens, quia non est qualitas quæ ducatur de potentia materiæ, sed à Deo creatur in anima, & illuminat, & pulchrificat ipsam animam, & facit ipsam gratam Deo, quemadmodum in camera obscura introductio luminis, & expulsio tenebrarum. Sic in camera conscientiæ, creatio gratiæ est expulsio peccatorum. Et quod in iustificatione impij requiratur gratiæ infusio, patet per S. Tho. 1.2.q.113 ar.2. in corpore, vide ibidem. Secundò creatur fides formata, quia fides informis simul stat cum peccatis. Iacob.2. Fides sine operibus mortua est. Tertiò creatur spes certa, quia sperare gloriam in peccato, & sine meritis, magis est præsumptio, quàm spes. Quartò charitas, quæ ex peccato mortali totaliter annihilatur, nec per generationē producitur sed à Deo creatur. Item quatuor virtutes morales infusæ, quæ distinguuntur ab aliis virtutibus moralibus acquisitis specie secundum S. Tho. in. 1.2.q.64.ar.4. s. prudentia quæ gubernat animam in eligendis secundum Deum, iustitia ordinat erga proximum, temperantia autem in prosperis, fortitudo autem contra tentationem diaboli. Sextò creantur à Deo septem dona Spiritussancti, scilicet sapientia diuinorum, cum deuotionis sapore. intellectus scilicet credendorum cum intelligentia, hoc est, quando in libro creaturarum legitur, & cognoscitur creator. Tertiò, donum consilij, quod inclinat creaturam ad seruandum consilia Euangelica. Quartò, fortitudo contra tentationes diaboli. Quintò, scientia ad gubernandum se honestè. Sextò, pietas erga proximum. Septimò timor, scilicet filialis, ne scilicet filius, id est, Christianus, faciat aliquid contra patrē suum Deum. Ecce hæc est doctrina theologiæ, quòd istæ virtutes creantur in remissione peccatorum. Auctoritas, Emitte spiritū tuum, & creabuntur & renouabis faciem terræ. Psalm. 103. Nota emitte spiritū tuum, quia peccator nō potest iustificari, nisi mittatur Spiritussanctus, & creantur, scilicet quindecim istæ virtutes, & renouabis faciem terræ, sicut in hyeme siccatur facies terræ, & nudatur herbis virentibus, sic

Habes hic Lector officium theologalium virtutū atque donorū septem spiritus sancti.

veniente calore Veris & Æstatis, terra renouatur herbis virentibus, plantis & floribus. Idem de peccatore, scilicet tempore hyemis, id est, peccati mortalis omnes virtutes annihilantur, sed ronouatur homo in remissione peccatorum. Ecce quare dicit Dauid, Emitte spiritum tuum, & creabūtur, scilicet virtutes interius, & renouabis faciem terræ, scilicet exterius per honestam cōuersationem. Fiat ergo ratio pro probatione illius, quod nullus potest remittere peccata nisi solus Deus, cùm in remissione peccatorū omnes istæ virtutes habeāt creari & nullus possit creare nisi solus Deus. ergo sequitur quod nullus potest remittere peccata nisi solus Deus. ergo dixerunt Iudæi, Quis potest dimittere peccata. s. principaliter & effectiuè, nisi solus Deus? Mar. 2. Moraliter cogitate hìc quantum debet homo cauere à peccatis mortalibus, quia non potest homo peccare mortaliter, quin occidat & annihilet. 15. creaturas nobiles, scilicet. 15. virtutes prædictas. Credo quod nullus quantumcunque malus & ribaldus, vellet facere furtum, vel adulteriū, si primò oporteret occidere quatuor vel quinque homines. Vnde si diceretur alicui, Vos potestis furari centum florenos à tali, vel potestis habere vxorē talis, sed primò oporteret occidere quindecim homines, non esset ita prauus qui hoc faceret cum tali conditione. Et tamen ita fit quando fur, latro, vel vsurarius furatur, quia non potest habere denarium de furto, vsura, &c. nisi prius occidat & annihilet has quindecim virtutes. O qui ista cogitaret quomodo caueret à peccato mortali? Idem dicerem de vindicatiuo, qui non posset se vindicare de inimico, nisi prius annihilaret Solem, Lunā, & Stellas, id est principales virtutes quę amplius non lucerent in cœlo animæ, nisi de nouo crearentur à Deo. Quia sicut Sol est pulchrius lumen in cœlo, ita gratia gratum faciens est quoddam lumen pulchrius Sole & Luna, & aliæ virtutes infusæ pulchriores stellis, quæ omnes annihilantur, quando sumis vindictam de inimico, nec amplius illuminabunt cœlum animæ tuæ, nisi de nouo à Deo creentur. Ideò dicit scriptura, Qui in vno offendit, multa bona perdet. Eccles. 9. Quasi à facie colubri fuge peccatum. Quasi romphea bis acuta omnis iniquitas. Eccle. 21. Romphea. i. gladius scindens ab vtraque parte, dictas 15. virtutes annihilando, ad pœnam æternam obligādo. Hæc principaliter ostenduntur in Euangelio quando Christus dixit Mariæ Magdalenæ, Remittuntur tibi peccata tua. Et cœperunt qui simul accumbebant dicere intra se, Quis est hic qui etiam peccata dimittit? Huic quæstioni respondit Dauid dicens: Hic est Deus, Deus noster in æternū & in sæculum sæculi, Ipse reget nos in sæcula. Psal. 47. Ecce caussa principalis effectiua remissionis. s. peccatorum, quæ est Deus. Confessor autem est solū caussa instrumētalis dispositiua, sicut de instrumento, vel charta, vel scriptura patet. de quo notarius est caussa principalis effectiua, calamus verò est caussa instrumētalis dis-

positiua, siue operatiua. Idem in confessione Deus est tanquam caussa principalis, & remittit peccata. Confessor autem tanquã caussa instrumentalis, quia ita ordinauit Deus quod confessor sit instrumentum eius. Secundum, quod Christus ostendit in Euangelio hodierno est, quia quando voluit remittere peccata Mariæ Magdalenæ, primò voluit quod præcederet iudicium Simonis leprosi, cui dixit Christus: Simon habeo tibi aliquid dicere s. vnicũ casum. Duo debitores erant cuidã fœneratori vnus debebat denarios quingentos, & alius quinquaginta. Non habentibus illis vnde redderent, donauit vtrisque. Quis ergo eum plus diliget? Respõdens Simon dixit, Existimo quia is cui plus donauit. At ille dixit, Rectè iudicasti. In quo Christus ostendit caussam instrumentalem esse confessorem in remissione peccatorum. Vult enim quod præcedat iudicium Simonis, id est, confessoris vt simul concurrant caussa. s. principalis & instrumentalis. Ideo dicit Iacob. Confitemini alterutrum peccata vestra, &c. Iacob 5. Simon interpretatur audiens mœrorem. Ecce confessorem qui audit mœrorem peccatorum, sine quo mœrore non valet confessio. Nota quomodo confessor debet habere auctoritatem confitendi, quia licet sit Sacerdos, tamen non potest audire confessiones nisi habeat materiam subiectam, aliàs nõ potest absoluere, sicut ignis qui licèt habeat virtutem comburendi, tamen oportet vt sibi applicentur ligna tanquam materia in quam exerceat suam virtutem. Confessoribus ergo qui habent auctoritatem dicit scriptura, Audite illos, & quod iustum est iudicate. Siue ciuis sit ille siue peregrinus, nulla erit distantia personarum. Ita paruum audietis vt magnum, nec accipietis cuiusquam personam, quia Dei iudicium est qui non est acceptor personarum: Deut. 1. Huic Simoni, id est, confessori dicit Christus, Simon habeo tibi aliquid dicere. Duo debitores erant cuidam fœneratori, &c. Ille Christus vocat se vsurarium, tamen de bona vsura quæ est absq; peccato. Vnde ad instar fœneratoris qui mutuat pecuniam pro lucro, mutuat nobis animam cum potentiis, corpus cum membris, de quibus vult habere lucrum. Nam de memoria vult vt memoremur eius beneficia. De intellectu vult lucrum fidei, quæ in intellectu consistit. De voluntate vult lucrum amoris, charitatis, deuotionis, & bonorũ desideriorum. De ore vult lucrum orationis. De oculis, lacrymas pro peccatis. De auribus, audire Missas & Sermones. De gutture ieiunia. De manibus, eleëmosynas. De toto corpore vult lucrum pœnitentiæ. Ecce vsuram quam Christus vult à nobis. De qua dicit Christus in iudicio illi, qui hanc vsuram non vult soluere, Serue male & piger sciebas quia ego homo austerus, id est, iustus sum, &c. Oportuit ergo te pecuniã meam cõmittere nummulariis, & ego veniens recepissem vtiq; quod meũ est cum vsuris. Mat. 25. & Luc. 19. nummulariis, id est pauperibus. Matth. 19. Da pauperibus & habebis thesaurum in cœlis.

Pecunia

Pecuniam vocat potentias & membra corporis. Duo debitores sunt peccatores, quorum vnus debet quingentos denarios, alius quinquaginta, quoniam omnia peccata habent initiũ à quinque sensibus corporalibus. Ideò obligantur duo in numero quinario, sed vnus debet quingẽtos. s. magnus peccator, & alius quinquaginta. s. minor peccator. Nõ habẽtibus illis vnde redderẽt, quia peccatores nõ possunt sufficienter satisfacere Deo, donauit. i. remisit vtrisq;. Quis ergo eũ plus tenetur diligere? Respõdit Simõ, Existimo quia is cui plus donauit. Respõdit Iesus, Rectè iudicasti. Ecce quõ voluit ꝙ caussa instrumẽtalis cõcurreret in remissionẽ peccatorũ iudicãdo, innuẽs ꝙ iudiciũ cõfessoris debet præcedere, &c. licèt Deus posset per seipsum peccata remittere, vult tamẽ etiã ꝙ cõcurrat in hac caussa instrumẽtalis, secundũ auctoritatẽ per seipsum cõfessoribus concessam ei. Quorũ remiseritis peccata, remittuntur eis. Ioã. 20. domus cõuiuij est ecclesia in qua Simõ. i. cõfessor, primò iudicat de peccatis, an sint magna, an parua. Deinde remittit in absolutione. Ideò Christus post resurrectionẽ primis sacerdotib⁹ insufflauit ei. Accipite spiritũ sanctũ. Ioã. 20. No. hîc tria, primò sufflauit. s. antequã daret auctoritatẽ remittẽdi peccata. Ratio, quia sicut anhelitus procedit ab homine anhelãte, cui est propriũ anhelare, ita Deus ex quo factus fuit homo, voluit dare hominibus potestatẽ remittẽdi peccata, honorãdo genus humanũ, sicut faceret Rex si duceret in vxorẽ filiã rustici, honoraret omnes de illo genere, &c. sic Christus duxit naturã humanã. Et glorificauerũt Deũ qui dedit illam potestatẽ hominibus. Mat. 9. secus ante tempora, quia antiquitus licèt cõfiterẽtur, vt patet Num. 5. Vir siue mulier cùm fecerint ex omnibus peccatis quæ solẽt hominibus accidere, & per negligentiã trãsgressi fuerint mandatũ Domini, atq; deliquerint, cõfitebuntur peccatũ suũ. Non tamẽ potuerũt habere absolutionẽ, quia illo tempore Deus neminẽ absoluebat, vt posset intrare Paradisum sicut modò. Secundò nota ꝙ dicit, accipite spiritũ sanctũ propter hoc dicũt Valdẽses ꝙ sacerdos existẽs in peccato mortali nõ potest absoluere, ex isto fundamẽto, quia Christus dixit, Accipite spiritũ sanctũ, quoniã sacerdos existens in peccato mortali nõ habet gratiã spiritussancti. Sed error est, quia nõ est de necessitate sacramẽti habere gratiã, sed est de necessitate præcepti. s. ꝙ sacerdos sit in gratia. Dicit Christus, Mat. 7 & Luc. 6. Quomodo dicis fratri tuo. i. proximo, frater sine eiiciam festucã de oculo tuo. Et ecce trabs est in oculo tuo. Hypocrita eiice primò trabẽ de oculo tuo, & tunc videbis eiicere festucã de oculo fratris tui. Item Rom. 2. O homo, omnis qui iudicas, in quo enim alterũ iudicas, teipsum cõdemnas eadẽ enim agis quę iudicas. Patet ergo quod de necessitate præcepti est, ꝙ cõfessor sit extra peccatũ mortale, sed non de necessitate sacramẽti. Secundò concurrit in peccatorum remissione caussa materialis receptiua, quæ est persona humana peccatrix & mortalis,

De necessitate præcepti quia existens in peccato mortali & absoluẽs, mortaliter peccat.

tans, nec angeli, nec iusti, nec damnati, sed peccator qui potest recipere gratiam remissionis peccatorum. De ista caussa materiali dicit euangelium, Ecce mulier quæ erat in ciuitate peccatrix, vt cognouit quod Iesus accubuit in domo Pharisæi attulit alabastrum vnguenti, & stans retro secus pedes eius, lachrymis cœpit rigare pedes eius, & capillis capitis sui tergebat, & osculabatur pedes eius & vnguento vngebat. Dicunt Philosophi quod in omni caussa materiali requiritur dispositio ad introducēdum formam, quia actus actiuorum sunt in patiente prædisposito, vt dicit Philosophus in 2. de Anima, sicut patet de igne in ligno formā introducente. Sic etiam in persona peccatrice requiruntur septem dispositiones in remissione peccatorum quas habuit Maria Magdalena, Prima est peccatorum cognitio, quia oportet quod peccator cognoscat se esse peccatorē, quoniā cognitio morbi initium est sanitatis, vt dicit Seneca. Et ideo dicit Dauid, Amplius laua me ab iniquitate mea & à peccato meo munda me. Quoniam iniquitatem meam ego cognosco, &c. Hanc dispositionem habuit Maria Magdalena ibi. Cognouit quod Dominus accubuit in domo Simonis leprosi, id est peccatoris. Cognouit etiam quod Dominus nō despicit peccatores. Secunda est peccatorum contritio, ibi, Attulit alabastrum vnguenti. Alabastrum est cor peccatoris in quo est vnguentum pretiosum & medicinale contritionis ad curandum peccata. Nam gutta huius vnguenti curat omnes culpas peccatorum mortalium, nam cōclusio est theologorum, quod vera cōtritio quantumcunque minima, non est sine gratia. De isto vnguento dicit Dauid in Psal. Qui sanat contritos corde. s. à plagis peccatorum, & alligat contritiones eorum. Tertia est malæ societatis vitiatio. Hanc habuit Maria Magdalena, & tangitur ibi stans retro secus, &c. in quo innuitur, quod retro mittenda est mala societas. Nota quod dicit Origenes de Magdalena, quod postquā fuit conuersa, nunquā voluit inspicere hominem in facie nisi Christum, quia occasione hominum tantum offenderat Deum, Ecce quomodo dimisit retro malam societatem iuxta verbū Christi, Vade retro satana, id est, aduersarie. Mar. 8. quia mala societas aduersatur & impedit bonū saluationis. Ideò vade retro. Quarta dispositio est oris cōfessio, ibi, Lacrymis cœpit rigare pedes Domini, quia cōfessio debet esse lacrymosa ad pedes Domini confessoris. Dic contra illos qui non confitētur ad pedes confessoris, sed aliqualiter sedendo cum confessore, vel extra spatiando vel supra altare appodiando, &c. Psal. 6 laboraui in gemitu meo, lauabo per singulas noctes. i. per singulas culpas mortales, quia oportet confiteri quodlibet peccatum in spem. Quinta spiritualis oratio, ibi, & capillis suis tergebat, Sicut enim capilli consistunt in capite, ita & oratio in ore quo loquitur homo. Et sicut capilli sunt volatiles, ita & verba oris volant in aëre. Qui diligit Deum, exorabit pro peccatis, &

Regula seu propositio Philosophica.

tis, & continebit se ab illis, & in oratione exaudietur. Eccle. 3. Sexta, corporis afflictio, & tangitur ibi. Et osculabatur pedes eius, sicut labia in osculãdo amittunt colorem, sic corporalis afflictio scilicet ieiunia, & cilicium faciunt amittere colorem. Item sicut in osculatione pedum oportet humiliari, sic in corporali afflictione corpus humiliatur. Vnde Dauid. Psal. 34. Ego autem cùm mihi molesti essent, induebar cilicio, humiliabam in ieiunio animam meam. Septima est eleemosynarum largitio, ibi, Et vnguento vngebat pedes eius. Pedes Christi tangentes terram sunt pauperes, qui debent vngi eleemosynis. isto modo Christus qui est rigidus ad puniendum, efficitur suauis & mollis ad miserandum. Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur. Mat. 5. Tertia caussa quæ concurrit in remissione peccatorum, est caussa formalis perfectiua, quæ est charitas, siue dilectio quæ dat perfectionem. hoc ostenditur ibi, Dimissa sunt ei peccata multa, ratio, quoniam dilexit multum. Vnde sicut calore solis aër purgatur à nebulis, sic calore charitatis anima purgatur & purificatur à nebulis peccatorum formaliter. & hoc dicitur Esa. 44. Deleui vt nubem iniquitates tuas & quasi nebulam peccata tua. Nota differentiam inter iniquitates & peccata. Iniquitates dicuntur peccata quæ sunt contra proximum, vt diffamare vel malè tractare eum, ergo dicuntur iniquitates, id est, inæqualitates. Peccata verò dicuntur peccata, id est pecudum acta, vt peccatum gulæ, acidię, vindictæ, &c. Nota etiam differentiam inter nubem & nebulam. Nubes dissoluitur à vento aquilone, nebula autem à calore solis. Sic peccata dissoluuntur primò à vento aquilone, id est, timore seruili. quoniam timore damnationis homo incipit facere pœnitentiam. deinde venit calor charitatis & dilectionis Dei qui dissoluit peccata. Patet ergo quę est caussa formalis perfectiua remissionis peccatorũ. Dic de Maria Magdalena quomodo venit in ipsam primò ventus aquilo, id est timor damnationis. Cùm semel existẽs peccatrix ad inductionẽ sororis suæ, scilicet, Marthæ veniret ad audiendũ sermonẽ Christi, in quo sermone ventus aquilo percussit ipsam in corde dicentem, O misera ego sum damnata. &c. Et inde recedẽs cũ lachrymis, iuit ad domũ suam. Et tũc venit ventus australis. s. dilectionis & amoris Dei & deuotionis. Et ideo cantat ecclesia, Flauit auster, & fugauit aquilonem, quando lauit cor Mariæ pœnitẽtis imber sancti Spiritus, & venit ad Christum in domo Simonis. Christus autẽ ideo ordinauerat vt comederet iuxta portã, & quod porta esset aperta. & Maria Mag. venit flens retro secus pedes Domini, & in corde suo petiuit misericordiam Dei & absolutionem à peccatis, quamuis ore non loqueretur, semper amplius charitate inflammabatur. Tunc Christus misericordia motus dixit sibi Remittuntur tibi peccata tua. Patet ergo ꝙ charitas est caussa formalis perfectiua remissionis peccatorũ, ideo di-

cit Deus, Ego sum ipse qui deleo i. iquitates tuas propter me, & peccatorum tuorum non recordabor Esa. 43. Quarta est caussa finalis completiua, hæc est fides de qua dicit thema, Fides tua te saluam fecit, vade in pace. Quoniã peccator semper est in guerra cum Deo quandiu est in statu peccati mortalis. Quæstio est tamen hic, quare Christus attribuit saluationẽ cœlestem magis fidei di. Fides tua, &c. quàm pœnitentiæ di. pœnitentia tua, &c. vel remissioni di. remissio peccatorum te saluam fecit, &cæt. Responsio quod nulla pœnitentia potest remittere peccata nisi sit in fide fundata, ideò pœnitentia infidelium .i. Iudæorũ, vel aliorum, non remittit peccata, quia sine fide impossibile est placere Deo, &c. Heb. 11. No quomodo omnia opera pœnitentialia fundãtur in fide. Vnde peccatorũ cognitio in fide fundatur, quæ dicit, quod hoc & hoc est peccatũ. Item contritio ex fide est, quæ dicit quod ex peccato mortali perditur gratia & gloria, & incurritur pœna. Ideò dolet & contristatur & cõteritur. Item propositum cauendi à peccatis est ex fide, quæ dicit quòd caueamus à peccatis. Item oris confessio est ex fide, quæ dicit quòd in cõfessione remittuntur peccata. Item ieiunare est ex fide, quę dicit, ꝙ qui non punitur in mundo, punietur in alio. Idẽ de oratione, de eleẽmosyna, de iniuriarum remissione, vt Deus remittat. Item restituere fidei est, quæ dicit quòd non dimittitur peccatum, nisi restituatur ablatũ Item cõmunicare fidei est, quæ dicit, Nisi manducaueritis carnem filij hominis, &c. Ioã. 6. Ecce quare dicit sibi fides tua, &c. in qua fundatur pœnitentia tua, te saluam fecit. Fide purificans corda eorum. Act. 15. Fide purificans supple Deus corda eorum, scilicet peccatorum. Ideò fundetis vos in fide dicendo, Credo in Deum, manè & serò.

Feria VI. post Iudica. Sermo vnicus.

C*Ollegerunt Pontifices*, id est, Prælati, & Pharisæi, id est, Doctores & Rectores populi, scilicet vtrunque brachium, concilium aduersus Iesum. Ioan. 11. Sicut sancta mater ecclesia in die Veneris sancta recitat passionem Christi, prout fuit executa & practicata, sic hodie ipsam recitat secundũ quod fuit ordinata, tractata & diffinita per Principes Iudæorum & Pharisæos in concilio generali. Et de hoc erit sermo noster, sed primò salutetur virgo Maria. De isto generali concilio in quo mors Christi fuit ordinata, tractata, & diffinita per Principes & Pharisæos, ego notaui tria puncta in sancto Euangelio, quæ sunt,

Propositio maligna,
Diffinitio indigna,
Consuetudo benigna.

Primò notaui in sancto Euang. de isto cõcilio propositionẽ malignã quã fecerunt cõtra Christũ De quo dicit prima pars Euãgelij. Collegerunt Pontifices .i. Prẹlati & Pharisẹi .i. Doctores & rectores populi

& vtrum

& vtrunque brachium, conciliū, aduersus Iesum & dicebāt, Quid facimus? quia hic homo multa signa facit. Si dimittimus eum sic, omnes credēt in eū. Et venient Romani & tollent locū nostrū & gentē. Ecce hic propositio maligna in paucis verbis, aliquis ipsorū proposuit di. Quid facimus? q. d. quotidie tenemus concilia, & nihil facimus. Iste homo destruit nos. Dedignabātur eū nominare nomine proprio. Iste homo multa signa facit. Illuminat cæcos, sanat contritos, resuscitat mortuos, &c. Ideò erat ei magis credendū quàm Moysi, qui nō fecit tot signa. Patet Exod. 4. 7. & 8. Ideò si dimittimus eum sic. s. viuere, omnes credēt in eū tanquā in regē Messiā. Et venēt Romani qui destruent nos, tollēt locū nostrū & gentē, & ciuitatē Ierusalē, prout dicit Dan 9. Ciuitatē dissipabit populus cum duce venturo, & finis eius vastitas. Hoc fuit à Saluatore prædictū. Luc. 19. Videns Iesus ciuitatē fleuit super illā di. Si cognouisses & tu, quia ecce venient dies in te, &c. & non relinquetur lapis super lapidē, &c. Ideò dimissis omnibus alijs negotiis, tractemus de isto homine quid faciendū est. Ecce hîc propositio maligna. De isto maligno cōcilio prophetauit iam antè iste sanctus Patriarcha Iacob. Qui quando debuit mori, filijs suis cōgregatis, dixit, Congregamini, vt annuntiem vobis quæ ventura sunt vobis in diebus nouissimis. Gen. 49. No. quæ ventura sunt vobis contra Iudæos, qui aliter exponunt in diebus nouissimis, s. Regis Messiæ, qui in vltima ætate mundi erit venturus. de quo Esa. 2. Erit in nouissimis diebus præparatus mons domus Domini in vertice montiū, & eleuabitur super colles, & fluent ad eū omnes gentes. Omnes Iudæi, & expositores Christiani exponunt hoc de Christo. Et Iacob filiis suis nuntiauit sigillatim di. vni post alterum quæ ventura erant in sua tribu. s. illa maiora, & voluit, quod Simeon & Leui venirent simul corā eo, quia ambo simul essent participes in eodē crimine. Quibus dixit, Simeon & Leui fratres vasa iniquitatis bellantia. In cōcilium eorum nō veniat anima mea, & in cœtu eorum sit gloria mea, quia in furore suo occiderūt virū i. Christū virtuosum quem Dauid vocat Dominū virtutū, & in voluntate sua suffoderunt murū. Maledictus furor eorū, quia pertinax, & indignatio eorū, quia dura. Diuidam eos in Iacob, & disperdā eos in Israël. Gen 49. No. Simeō & Leui fratres, non solū generatione, sed etiā malitia & imitatione. Ideò dixit Christus eis, Ioā. 8. Vos. s. Pharisæi, de tribu Simeon, & Principes de tribu Leui, vt dicit B. Hieronym. ex parte diabolo estis. Ideò dixit eis Iacob, Simeon & Leui fratres, scilicet filij diaboli, homicidæ, vasa iniquitatis bellantia, scilicet contra Christum in concilium eorum, &c. & occiderunt virum, id est, Christum. Et loquitur in præterito de hoc quod erat futurum ex certitudine prophetiæ. Suffoderunt murum, id est, fidē catholicā quam Christus fundauit. & 12. turres fecit. s. 12. articulos fidei. Hunc murum suffoderunt Principes &

Pharisæi in sua voluntate, & non in rei veritate, quia non potuerunt destruere fidem catholicam. Diuidam eos in Iacob, &c. quia ex isto peccato Iudæi fuerunt diuisi, & dispersi per vniuersum mundum. Nota hîc diuinam iustitiam. Isti Iudæi tractabant mortem Christi vt complacerent Romanis, ne Romani venirent contra eos, & non timuerunt displicere Deo, occidendo filium suum. Sed iuxta regulam theologiæ, Per quæ quis peccat, per hæc & torquetur. Sapien. 11. Item Augu. De pœna tua peccatum tuum accusa, quia per Romanos Deus destruxit eos, scilicet, per Titum & Vespasianum. Et sicut Iudæi vendiderunt Christum triginta argenteis, sic Romani vendiderunt triginta Iudæos pro vno denario. Et tota ciuitas Ierusalem fuit postea per Romanos destructa, & omnes Iudæi vel occisi, vel venditi propter mortẽ Christi Moraliter habemus hîc doctrinã. Si vultis quod Deus nõ det pœnitentiam vel destructionem, caueatis ne amore vel timore alicuius faciatis aliquid contra Deum, verbi gratia, Caueant seruitores vel famuli vt non contra Deum complaceant suis dominis & magistris, aliàs Dominus prouocabit eos contra eos. Ista est causa, quare in curtis dominorũ illi qui sunt ab eis magis dilecti veniunt ad malum finem & destructionem. Idem de dominis contra Deum complacendo subditis, non puniendo ipsos secundum quod iustitia requirit, quia surgunt contra eos, & sunt ei proditores, iuxta regulam Per quę quis peccat, &c. Idem de mulieribus. Caueat mulier, ne amore, vel timore consentiat viro de corpore suo aliquid contra Deum &c quia aliàs Deus prouocabit sibi virum, &c. Per oppositũ, caueant viri, ne ad complacendum vxoribus in ornamentis & vanitatibus faciant contra Deum, scilicet, vsuras, furta, &c aliàs, Deus prouocabit mulierem aduersus virum, quia faciet aliquid contra honorem viri. Idem de filiis erga parentes & econuersò. Secundum Deum potest homo complacere omnibus, sed non contra Deum, aliàs, &c. Auctor David Psal. 52. Deum non inuocauerunt, illic trepidauerunt timore vbi non erat timor. Quoniam Deus dissipabit ossa eorum qui hominibus placent, confusi sunt, quoniam Deus spreuit eos. Nota, ossa eorum, id est, bona temporalia quibus sustentamur, vt homo sustentatur ossibus. qui hominibus placent, scilicet, contra Deum. Prophetia fuit Dauid illorum Iudæorũ de consilio Dei. Quid facimus? quia hic homo multa signa facit. Moraliter sicut rex dat certum signum vel diuisiuum suis militibus, vel sicut pastor signat oues suas certo signo, ita Christus suis electis dat tria signa spiritualia, scilicet, signum creationis, adoptionis, & signum reconciliationis. Primum signum est imago Dei expressiuum trinitatis, scilicet, memoria, intelligentia & voluntas. Hoc signum datur à Deo in creatione animæ, quemadmodum rex in moneta quam facit auri & argenti, imprimit suam imaginẽ. Secùs in alia moneta de cupro vel stanno. Sic Deus ab [illegible]
tio [illegible]

tio fecit monetam de plumbo, siue stanno, scilicet, creaturas irrationales. Deinde fecit monetam de auro, scilicet, hominem, & imposuit signum imaginis. Quoniam sicut Deus vnus est tres personæ, ita anima vna est tres potentiæ. Gene. 9. Ad imaginem Dei quippe factus est homo. De isto signo dicit Dauid, Signatum est super nos lumen vultus tui Domine, non dicit infra nos, scilicet, in carne, nec intra nos, scilicet, in sensualitate, sed super nos, scilicet in anima in qua Deus pater imprimit memoriam, filius intelligentiam, & spiritus sanctus voluntatem. Et istæ tres potentiæ sunt vna anima, sicut pater, filius & spiritus sanctus sunt vnus Deus. Hęc imago est pulcherrima, quando est sine peccato. Sed deturbatur horribiliter ex peccato mortali. Sed hoc signū nō sufficit ad saluationem. Secundum signum dicitur adoptionis quod datur in baptismo. Doctrina est in sancta theologia quod in baptismo datur quoddam signum in anima, quod à sanctis doctoribus dicitur character, pulchrum signum ad instar stellæ in fronte. Ideò Ioan. Baptista & virgo Maria voluerunt baptizari à Christo, licèt fuissent sanctificati in vtero matris, vt haberent signū characteris. De isto signo dicit Apostolus aliquib⁹ quos baptizauerat, Credētes signati estis spiritu promissionis sancto, qui est pignus hæreditatis nostræ. Ephe. 1. Nota pignus hæreditatis. Qui tenet pignus, securus potest esse de debito promisso. Ita signum characteris est signum certum de gloria habenda. Ideò pueri nouiter baptizati quando decedunt, ad portam Paradisi ostendunt signū, & statim habent ingressum. Ideo dicit, pignus hæreditatis. Ex primo signo nullus consequitur hæreditatem Paradisi, sicut nec filius bastardus hæreditatem patris, quantumcunque assimiletur patri. propter hoc pueri quando moriuntur ante baptismum, tanquam bastardi, non consequuntur hęreditatem Paradisi, licèt assimilētur Deo ex primo signo, quia nō sunt filij legitimi per baptismum. Ideo dicit Christus, Amen amen dico vobis, nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, nō potest intrare in regnum Dei. Ioan. 3. Tertium signū est recōciliationis, quod datur in pœnitentia, quādo deturbati estis primis duobus signis. Per peccata homo reconciliatur Deo per veram pœnitentiam, conterendo de peccatis, confitendo etiam, quando confessor absoluit, tunc datur animæ quoddam signum, quod dicitur ornatus, ad instar vnius pulchri crinalis quod portatur à nobili domisella in fronte, quod signū quando videtur à dæmonibus, quando anima post mortem egreditur de corpore, dæmones fugiunt, & in receptione illius signi duo alia signa pulchrificantur & decorantur. Hoc signū petebat Dauid à Deo di. Fac mecum signum in bonū, vt videant qui me oderunt, scilicet, dæmones, & confundantur, quoniam tu Domine adiuuisti me, & consolatus es me. Psal. 85. Dicatur quomodo in mort veniunt dæmones, vt tollant animam tuam, sed virgo Maria obtinuit pro singulari

Ex memoria, intellectu, & voluntate cōstat Dei imago ad quā factus est homo.

quod in morte sua non videret dæmones. In hoc puncto oportet nos venire, & in isto conflictu, & nescimus si hodie, vel cras, sed quando anima portat secum hoc tertium signum, dæmones confusi confugiunt, & angeli boni ipsam recipiunt, & associant, ideo omnino habemus hoc tertium signū. Ecce quæ dicit hic homo. s. Christus, verus Deus & homo, multa signa facit in suis oculis, id est, electis, non solùm signa corporalia, sed etiam spiritualia hæc tria prædicta. Secūdò notaui in euangelio de illo cōcilio diffinitionem indignam, quia indignè & iniustè fuit sibi conclusum & diffinitum, quod Christus moreretur. De hoc dicit secunda pars euangelij, Vnus autem ex ipsis Caiphas nomine, cùm esset Pontifex anni illius, dixit eis. Vos nescitis quidquam, nec cogitatis, quia expedit vobis vt vnus homo moriatur pro populo, & non tota gens pereat. Hoc autem à semetipso non dixit, sed cū esset Pōtifex anni illius, prophetauit, quia Iesus moriturus erat pro gente, & nō tantū pro gēte, sed vt filios Dei qui erāt dispersi, congregaret in vnū. Ab illo ergo die cogitauerunt, vt interficerent eū. Ecce diffinitio indigna & conclusio illius concilij. Nota practicè quomodo concilium concurrit de voce in vocem, & quilibet in loco suo dicebat votū suū. Et videtur quod in isto concilio erāt diuisi, quidā dicebant ꝙ Christus omninò moreretur, quoniā Christus confundebat eos coram populo. ideo, &c. Quidā id idem, quod moreretur. Ratio est, quia totus populus sequitur eum, nobis dimissis, & neglectis, &cæ. quidam autem qui erant pro Christo, sed occultè, sicut Ioseph ab Arimathia. De quo Lu. penul, Qui non consensit cōcilio & actibus eorū. & Gamaliel. De quo act. 5. & Nicodemus. de quo Ioā. 3. qui dicebant, Cùm tempus Messiæ sit completum, attendamus ad signa quæ facit, & ad testimonium quod Io. sibi fecit. Non audebant dicere clarè quòd esset Messias, quia occidissent eos libenter tamen eum saluassent. Item dixit Nicodemus, de quo Ioā. 7 vbi ait, Nūquid lex nostra iudicat hominem, nisi prius audierit ab ipso & cognouerit quid faciat? q. d. Fiat sibi processus secundum legē, nec moriatur sic subitò. Hoc dicebat Nicodemus ad hunc finem, quia fortè iterum cōuertentur, sicut ministri quos miserant ad capiendū Christum fuerunt cōuersi dicentes, Nunquam sic locutus est homo. Alius dicebat quod sufficeret præceptum pœnale, ne de cætero prædicaret. Alius dicebat, quòd teneretur captus vel arrestatus, in loco suo de Nazareth & sufficeret. Alius, quòd præciperetur populo ne audirent ipsum de cætero. & sic cessaret sua prædicatio paulatim. Alius dicebat, ꝙ mitteretur in carcerē cū pane & aqua; vt moreretur ibi. Alius dicebat quod exularet à patria. Alius dicebat quod captus & ligatus mitteretur ad Romanum imperatorem cum processu, quomodo faciebat se regē Iudæorum, &cæ. Alius dicebat quòd recurrerēt super hoc ad Pilatum, qui erat ibi pro Imperatore, ita quod in dicto cōcilio nō

erant

erant cōcordes. Tunc Caiphas qui erat Pontifex anni illius, qui præsidebat in concilio, auditis vocibus & rationibus omnium dixit, Vos nescitis quicquam. i. ignorantes estis. nec vos domine Nicodeme datis bonum consiliū, nec nos domine talis, &c. Et cōclusit diffiniendo di. Expedit vobis, vt vnus homo moriatur pro populo, & nō tota gēs pereat. Super hoc dicit Ioā. hoc à semetipso nō dixit, sed cùm esset Pōtifex anni illius, prophetauit ꝙ Iesus erat moriturus pro gente. Quicquid ibi fuit malitiæ, fuit à Caipha, sed quòd Christus moreretur, vt saluaret sibi credētes & obediētes, hoc fuit à spiritu sancto, qui prophetauit ore mali Pontificis, quemadmodū fuit locutus ore animalis vt patet de asina Balaā. Tunc dederūt sententiā mortis cōtra Christū cū notario publico, mādantes ꝙ caperetur vbicunq; inueniretur. De isto cōsilio prophetauit Dauid di. Quoniā declinauerūt in te. i. cōtra te, mala cogitauerūt cōsilia quę nō potuerūt stabilire. i. refręnare. Ps. 20. imò vnus dicebat vnū, alius aliud, &c. Nota cū dicit, declinauerūt & nō tenuerūt. Declinatio secundū Grāmaticos fit per sex casus. s. nominatiuū, &c. Sic Iudæi declinauerunt Christum per sex casus. Primus est nominatiuus à nominando, quādo ipsi videbāt Christū, nominabant ipsum sic, Ecce homo vorax, potator vini, Publicanorum, & peccatorū amicus. Mat. 11. Nā postquā Christus fecit quadragesimā durā, dando exemplum pœnitētię personis contēplatiuis & spiritualibus, postmodum incœpit prędicare, & tenuit vitā communē, comedendo & bibēdo cōmmunia, exceptis carnibus dādo exemplū prædicatoribus qui habent laborare, vt caueant, ne ex nimia abstinētia habeant dimittere prædicationē, ideo Iudęi dicebāt, Ecce homo vorax, &c. Secundus casus dicitur genitiuus à generando di. Nónne hic est fabri filius? nónne mater eius dicitur Maria, & fratres eius Iacob & Ioseph, & Simō & Iudas, & sorores eius nōne omnes apud nos sunt? Vnde ergo huic omnia ista? Mar. 6. Tertius casus dicitur datiuus à dādo. quia omnes gratias quas Christus dabat, interpretabantur in malum, di. Hic nō eiicit dęmonia nisi in Beelzebub Principe dæmoniorum. Lu. 11. Idē de gratiis spiritualibus & remissione peccatorū, di. Hic blasphemat. Mar. 2. Quartus casus dicitur accusatiuus, ab accusando, quia accusabant ipsum de criminibus læsæ maiestatis, vt moreretur, di. Hunc inuenimus subuertentē gentē nostram & prohibentem tributa dari Cęsari, & dicentem se Christum Regem esse. Lu. 23. Quintus casus dicitur vocatiuus à vocando di. Veni dæmoniaci, veni Samaritane, nónne benè dicimus nos quia Samaritanus es tu, & dæmonium habes? Ioā. 8. Sextus casus dicitur ablatiuus, ab auferendo, auferentes sibi sanctitatem, non realiter sed verbaliter di. Nos scimus quia hic homo peccator est. Ioannis nono. Non est hic homo à Deo, qui sabbatum non custodit. Item auferebant sibi populum dicens, Quid eum auditis, insanit, & dæmonium habet. Ioannis 10.

Ecce quomodo declinauerunt per omnes casus, & ideò dixit Propheta: Omnes declinauerunt, &c. Moraliter nota hîc super hoc, vt filios Dei, id est, prędestinatos congregaret in vnum, id est, in vnam ecclesiam ex Iudęis & Gentibus constitutã, vt esset vnum ouile, sicut & vnus pastor. Et inuenio quatuor congregationes factas à Christo Iesu. Prima de misericordia diuina. secunda de iustitia vniuersali. tertia de saluatione cœlesti. quarta de damnatione æternali. Prima fuit quando cõgregauit infideles & paganos ad vnum finem, baptismum, deitatẽ, & pacem. Ad Ephes. 4. Vnus Dominus, vna fides, vnũ baptisma, vnus Deus & pater omnium, &cæ. De ista congregatione dicit ipsemet, Ierusalem, Ierusalem, quæ occidis Prophetas, & lapidas eos qui ad te missi sunt. Quoties volui congregare filios tuos quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas, & noluisti, &c. Matth. 23. Nota quomodo ad instar gallinæ quæ habet pullos, clamabat prædicando, vt congregaret Gentes sub alas, scilicet credentiæ & obedientiæ. de quibus Dauid di. Sub vmbra alarum, &c. Si ergo volumus euadere, & fugere miluum inferni ad instar pullorum, ponamus nos sub alas Christi. Secũda cõgregatio est iustitię vniuersalis, & erit in die iudicij mortuo Antichristo, tunc omnes congregabuntur coram Christo. Ratio, quia ipse dabit tunc retributionem secundum opera quæ fecimus, bona, vel mala. De ista congregatione auctoritas Matth. 25. Cùm venerit filius hominis in sede maiestatis suæ, congregabuntur ante eum omnes Gentes. Tertia congregatio de saluatione cœlesti, erit quando Christus dicet bonis qui erunt à dextris, Venite benedicti, &c. Matth. 25. Qui statim virtute gloriæ ascendent in altum in societatem Christi, Angelorum, Sanctorum, de quo dicit Christus Matth. 13. In tempore messis dicam messoribus, Colligite primùm zizania, & alligate ea in fasciculos ad comburendum, triticum autem congregate in horreum meum. Quarta congregatio erit de damnatione æternali, quãdo data à Christo sententia damnationis contra malos di. Discedite à me maledicti, &c. omnes simul in corpore & anima cadent in inferno. De ista congregatione aucto. Isa. 24. In die illa visitabit Dominus super militiã cœli in excelso, & super Reges terræ qui sunt super terram, & congregabuntur in congregatione vnius fascis in lacum, & claudentur ibi in carcere, & post multos dies visitabuntur. Tertiò, notaui in sancto Euangelio hodierno cõsecutionem benignam, scilicet ex parte Christi, quia determinato & concluso concilio, sciens Christus quod nondum venerat tempus & hora passionis suæ, recessit & abscondit se. De hoc dicit tertia pars Euangelij. Iesus ergo iam non palàm ambulat apud Iudæos, sed abiit in regionem iuxta desertum in ciuitatem quę dicitur Effrem, & ibi morabatur cum discipulis suis. Ecce hîc consecutio benigna, quia dominus & creator voluit credere Iudęis maliciosis

tiosis,& fugere in ciuitatem Effrem iuxta desertũ,postquam fuit data sententia mortis contra eum. Moraliter dat in hoc nobis Christus exemplum & instructionem fugiẽdi mortem spiritualem, quia mors corporalis non potest vitari nec potest eam quis fugere. Nam in consistorio sanctæ Trinitatis datur sententia mortis contra peccatorem. Auct. Ezec.18. Anima quę peccauerit, ipsa morietur nec aliquis potest se excusare de peccatis. Est ergo nobis remedium ad instar Christi surgere & ire in ciuitatem Effrem, quæ interpretatur fertilis & abundans, quæ signat pœnitentiã quæ est fertilis & abundans in gratiis, virtutibus & meritis in remissionem peccatorum mortaliũ quantum ad culpas, & etiam quãtum ad pœnas. Auct. Omni habenti dabitur, & abundabit, ei autem qui non habet, & quod videtur habere, auferetur ab eo. Mat.13. Nota omni habenti.s. veram pœnitentiam, dabitur.s. remissio peccatorum & gratia. ei autem qui non habet, scilicet pœnitentiam, bona temporalia, prælatio, dominium, diuitiæ, amici, &c. auferentur ab eo, scilicet per mortem. Vel quod videtur habere, scilicet de bonis spiritualibus aufertur ab eo. Et dicitur quod ciuitas Effrem erat iuxta desertum. & parua ciuitas depopulata, quia ciuitas pœnitentiæ quasi deserta est, quia pauci habitant in ea, imò à multis despicitur, & dimittitur, ideò dicit Christus, quod angusta est porta, & arcta via quæ ducit ad vitã, & pauci sunt qui inueniũt eam. Mat.7. Ideò de pœnitentia dicitur in terra deserta, inuia, id est sine via, quia pauci inde transeunt, & inaquosa.s. sine aquis delitiarum. Sed ecce bonum quod consequitur ex pœnitentia, sic in sancto apparui tibi, vt viderem virtutem tuam & gloriam tuam, Psalm.62. Ideò Christus, Matth.4. Pœnitentiam agite, id est, ad ciuitatem Effrem confugite, si sententiam æternæ mortis vultis euadere. Deo gratias.

In vigilia Palmarum. Sermo vnicus.

S*Vbleuatis oculis Iesus in cœlum dixit, Venit hora, clarifica filium tuum.* Ioan.18. Totum sanctum Euangelium hodiernum est vna deuota, & sancta oratio, quam Christus fecit coram discipulis suis in nocte passionis. Et continentur tria puncta in Euangelio, scilicet,

Dispositio conueniens,
Postulatio sufficiens,
Allegatio perficiens,

Primò Christus disposuit corpus cum anima conuenienter. Secundò postolauit sufficienter. Tertiò allegauit prudẽter. Hæc tria debet quilibet obseruare in sua oratione, si cupit à Deo exaudiri. Hęc tria ostenduntur subtiliter in themate proposito: primum ibi, Subleuatis oculis Iesus. Secundum ibi, Dixit.s. orationem suam postulando patri. Tertium ibi, Venit hora, clarifica filiũ tuũ. Ecce hîc petitio sufficiens.

Primò

Primò dico, quod in sancto euangelio ostenditur deuota in oratio-ne Christi dispositio conueniens, & necessaria orationi. s. gestus cor-poris. Modus conueniens necessarius orationi, inter alia est eleuare oculos versus cœlum. Ratio, quia secundum Damasce. oratio est ascen-sus mentis in Deum. Conuenit ergo, vt corpus concordet cum ani-ma, quia sicut anima eleuat oculos spirituales in Deũ, quòd etiã cor-pus eleuet oculos carnales versus cœlum. De hoc habemus experi-mentum in natura de brutis animalibus, quę quando sunt in magna necessitate eleuant oculos versus cœlum instinctu naturæ, quasi pe-tentes auxilium creatoris. No. de hoc historiam Iohe. 1. de magna sic-citate, & fame quæ fuit in terra promissionis, intantum quod anima-lia non inueniebant herbam ad comedendum, nec aquam ad biben-dum, tanta erat sterilitas, & siccitas fontium, intantum quod anima-lia ibant congregata quasi homines facientes processionem mugien-tia, & versus cœlum oculos leuantia, quasi à Deo auxilium petentia, dicit tex. Bestiæ agri quasi area sitiens imbrem suspexerũt ad te, quo-niam exiccati sunt fontes aquarum, & ignis deuorauit speciosa de-serti Iohe. 1. Nota suspexerunt, id est, sursum aspexerunt. Ratio, quia quando illi qui habet claues ad panes vel vinum, est crudelis filiis, & seruitoribus Domini, quia non vult eis dare panem, nec potum, remedium quod habent filij & seruitores est recurrere ad patrem. Sic totus mundus est domus Dei. Ancilla seu captiua cui domi-nus commisit claues panis, vini, & fructuum, est natura, sic enim ordina-uit Deus, quod per manus suas habeamus omnia necessaria vitæ hu-manæ. Nos verò sumus filij, & seruitores Domini, quibus quando-que ancilla ista, id est, natura est aspera, & dura, & rudis, quia nõ vult dare vinum, aquam, blada, ideo recurrendum est ad patrem, sicut fe-cerunt animalia. Idem etiam fecerunt aues. Vnde semel Deus fecit Iob quæstionem dicens, Quis præparat coruo escam suam, quando pulli eius clamant ad Deum vagientes, eò quòd non habeant cibos Iob 38. No. super hoc dicunt glosæ, & postillæ, quod coruus est mul-tum zelotypus de vxore sua, & quando filij incipiunt habere plumas, sunt quasi albi ad modum cycnorum, tunc coruus dubitans, an sint filij sui, non vult eis prouidere nec permittit, quod mater ministret eis cibum, quousque mutant plumas, & efficiuntur nigri, & interim transeunt plures dies, de quo viuunt? tunc dicunt quod suspicientes versus cœlum clamant, & Deus mittit eis rorem de quo viuunt. De hoc interrogauit Deus Iob dicens, Quis præparat coruo &c. Et non sciuit respondere, sed huic quæstioni respondit Dauid dicens, Qui dat iumentis escam ipsorum, & pullis coruorum inuocantibus eum instinctu naturali, qui, scilicet, Deus dat. No. etiam hic, quod dicit beatus Hieronymus se inuenisse in annalibus Hebræorum, de pisci-bus maris quod per decem dies ante diem iudicij leuabunt se super aquas

Precationis definitio, seu descriptio.

aquas maris clamantes versus cœlum magnis clamoribus, quos nemo intelliget nisi solus Deus. Quanto ergo magis nos qui habemus rationem, & intellectum, debemus ad ipsum recurrere in necessitatibus nostris, & periculis, leuantes oculos nostros versus cœlum orando, &c. Auct. Cùm ignoremus quid agere debeamus, hoc solum habeamus residui, vt oculos nostros dirigamus ad te. Verbũ fuit illius sancti Iosaphat. 2. Paral. 20. ideo Dauid, Ad te leuaui oculos meos, &c. Hunc modum seruauit Christus in nocte passionis, quando iã Iudæi veniebant ad capiendũ eum, ipse subleuatis oculis in cœlum dixit. s. orationẽ suã, dãs nobis exemplũ, vt in nostris necessitatibus, & periculis idem faciamus, tamen nõ sunt dimittẽda omnia remedia naturalia si haberi possunt, si verò haberi non possunt, debemus recurrere ad Deum, qui nunquam deficit, nisi sit defectus noster, quia eleuamus oculos corporaliter versus cœlum, sed non cor, imò sunt multi qui dicunt, Pater noster ore, vel Aue Ma. & in corde cogitant de coquina vel de taberna. Hęc est vna de rationibus quare Deus nõ exaudit orationes nostras, nec processiones quas facimus, quia non dicimus benè orationes, & lætanias ore, & corde. Ostendo tibi dictum quia distinctè, & reuerẽter supplicatur Papę vel Regi, aliàs indignatur, vel nihil ordinatur, imò sunt multi qui quando habent dicere officium, quærunt locum inquietũ, vt nõ habeant occasionẽ cogitandi quæ dicunt, vt plateam. Secùs fuit antiquitus. Ideo tũc exaudiebãtur statim à Deo, & habebãt remediũ, & modò nihil, imò malũ multiplicatur. Ideo Apostolus 1. Cor. 14. Si orem lingua, supple tantùm, mens mea sine fructu est. Propter hoc dixit Iesus Iudæis orantibus solùm ore, Populus hic labiis me honorat, cor autem eorũ longè est à me. Quia vnus cogitabat de coquina, alius de taberna, alius de foro, &c. Ideo sine caussa colunt me, id est, sine vtilitate. Mat. 15. Si ergo vultis exaudiri in vestris orationibus eleuate simul oculos corporis, & animæ versus cœlũ. Et hæc est dispositio cõueniens quã tenebat etiã rex Dauid di. Ad te leuaui oculos meos qui habitas in cœlis. Ecce sicut oculi. &c. No. practicè quomodo serui respiciunt manus Domini. s. quãdo eis benefaciet. Itẽ de ancilla, in manibus dominæ. Secundum quod requirit deuota, & perfecta oratio est postulatio sufficiens, quia in oratione homo debet petere pro se primò, deinde pro aliis. Sic fecit Christus postquã disposuit corpus in gestu, tunc petiit sufficiẽter, & cõpletè. Primò pro se di. Pater venit hora. s. passionis, clarifica filiũ tuum, vt filius tuus clarificet te, quia gloria filij redundat in gloriam patris. Clarificare idẽ quod glorificare, vt clarè cognoscatur. No decem clarificationes quas Christus petiit inquantum homo, & obtinuit, iuxta 10 humilitates quas in passione habuit, & sustinuit. Prima clarificatio, quòd ex quo humiliabatur vt pateretur in cruce, petebat vt exaltaretur, & clarificaretur in cęlo per signa diuinitus ostẽsa.

Quod completum fuit quando in passione tenebræ factæ sunt super vniuersam terram, & Sol obscurauit se. Matth. 27. quasi dolerent ter. ui de morte Domini sui induentes se de nigro. Ecce prima clarifica. tio, ostendebant enim creaturę quod ille qui patiebatur erat creator. Secundò petiit, vt clarificaretur in terra ex quo humiliabatur in ter. ra per passionem. Quod completum fuit quando terra mota est, & petræ scissæ sunt, & monumenta aperta sunt. Matth. 27. Tertiò, vt cla rificaretur in inferno ad quem descendebat. Quod completum fuit quando anima Christi in limbo dedit gloriam sanctis Patribus ibi existentibus. Et multa corpora sanctorum qui dormierant surrexe. runt, sicut Abraham, Isaac, Iacob & Dauid, & apparuerunt multis in ciuitate, reuelantes gloriam quam habebant in limbo. Quarto vt clarificaretur in cordibus Romanorũ, sub quibus humiliabatur com patiendo. Quod completum fuit quando Centurio, & alij, videntes quæ fiebant, dixerunt, Verè filius Dei erat iste. Matth. 27. Quintò, vt clarificaretur in cordibus Iudæorum, qui erant vltra centum millia in illa platea, scilicet in monte Caluarię, qui venerãt propter festum Paschæ in Ierusalem. Quod completum fuit quando omnis turba eorum qui simul aderant ad spectaculum illud, & videbant quæ fie. bant percutientes pectora sua reuertebantur, scilicet illuminati. Luc. 23. dicentes, O miseri quid fecimus. Item latro fuit clarificatus in suo intellectu di. Memento mei Domine, dum veneris in, &c. Sextò, vt clarificaretur in corpore, quod humiliabatur ad sustinendum flagel la, clauos, & coronam spinarum. Ideò Pater, clarifica filium tuum. Quod completum fuit in resurrectione quando surrexit gloriosus impassibilis. &c. Rom. 6. Christus resurgens ex mortuis iam nõ mo ritur, mors illi vltra non do. &c. Septimò, vt clarificaretur in Aposto lis, & Discipulis dicens, Pater venit hora, scilicet dispositionis Apo stolorum, qui perdiderunt fidem. Quod completum fuit quando in die resurrectionis apparuit eis, & gauisi sunt discipuli viso Domino & illuminati fuerũt in vera fide. Ioan. 20. Octauò, vt clarificaretur in Angelis sub quibus humiliabatur ad recipiendum confortationem dicens. Pater venit hora, scilicet vt sim confortatus ab Angelo. Ideo clarifica filium tuum. Quod completum fuit in die ascensionis quan do ascendit super omnes Angelos. Ephes. 1. Constituens eum ad dex teram suam in cœlestibus super omnem principatum, & potestatem & virtutem, & dominationẽ, & omne nomen quod nominatur non solùm in hoc seculo, sed etiam in futuro. Nonò, in omnibus Genti bus mundi dicens, Pater venit hora, scilicet vt humilier sub omni bus Gentibus. Ideò clarifica filium tuum, vt cognoscatur per fidem & honoretur ab omnibus. Quod completum fuit tempore Apo stolorum, quando in omnem terram exiuit sonus eorum. Decimò, clarificetur in iudicio dicens, Pater venit hora, scilicet humilitatis iudi-

iudicer ab hominibus, clarifica filium tuũ, vt fit iudex omniũ creaturarum. Phil. 2. Humiliauit semetipsum, factus obediens vsque ad mortẽ, &c. propter quod Deus exaltauit illũ, &c. Moraliter, exẽplo Christi si volumus exaltari in paradiso, humiliemus nos in hoc mũdo, & magis exaltabimur in alio. Nota ad hoc disputationẽ, & quęstionem Apostolorum in via, quis ipsorum esset maior in paradiso. Mat. 18. Et quilibet fecit suã rationẽ. Primò sanctus Petrus qui erat vicarius Christi. Et nota quomodo Deus posuit exaltationẽ, & maioritatem in virtute humilitatis, quę ab omnibus potest haberi. Secundò, Christus in sua oratione postulauit sufficienter pro nobis, quãdo dixit, Sicut dedisti ei potestatem omnis carnis, vt quod dedisti ei per prædestinationem, det eis vitam ęternam. Nota sicut dedisti ei. s. filio tuo Christo, quia de se loquebatur, potestatem omnis carnis. In sacra scriptura, tam in veteri testamento quàm in nouo testamento, caro sumitur pro homine. Dauid. Psal. 64. Ad te omnis caro. s. humana veniet ad iudiciũ. Itẽ Esa. vlt. Veniet omnis caro vt adoret coram facie mea. Itẽ Ioan. 1. Verbũ caro factũ est, id est, filius Dei homo factus est. Dicit ergo, Dedisti eis potestatẽ omnis carnis humanæ. Vnde Dauid. Omnia subiecisti sub pedibus eius, &c. Nota hic quinque cõditiones gentiũ in hoc mũdo. Prima ibi, oues quę signant simplices personas, & ignorantes præcepta Dei seruantes, tales dicuntur oues pastoris Christi. Secunda ibi, boues qui signant personas perfectæ vitæ, quæ habent duo cornua. s. sanæ doctrinę, & sanctæ vitæ, quibus percutiunt gentes mũdanas, dando exemplum bonæ vitæ & arant terrã corporis, vt faciat fructũ pœnitentiæ, sed non portant onus. s. pręlationum nec diuitiarũ. Nota cùm dicit boues vniuersas in fœminino, & non in masculino genere, quia vaccę, id est personæ spirituales, & perfectæ dant de lacte vberum veteris & noui testamẽti prędicando, &c. Tertia ibi, Insuper, & pecora campi, quæ sunt infideles, qui subiiciuntur Christo siue velint, siue nolint, licèt modò ipsum negent dicendo, nolumus eum. Quarta ibi volucres cœli. s. cõtemplatiui qui volant in altum ad instar auium. Quinta ibi, & pisces maris. s. negotiatores, Omnes isti subiiciuntur Christo Domino. Ecce quare dixit, Dedisti ei potestatem omnis carnis. Hæc potestas ei fuit data, quando Deus pater in consistorio trinitatis ordinauit quod eius filius moreretur, tunc simul ordinauit curiam sui primogeniti, tales essent consiliarij, scilicet Patriarchæ, Prophetæ, Apostoli, eius milites sunt martyres, camerarij, & scutiferi, vt daret eis vitam æternã, quia per meritum passionis habemus introitum ad gloriam quam amiseramus per Adam. Auctoritas, Quos pręsciuit, & prædestinauit cõformes fieri imagines filij sui, vt sit ipse primogenitus in multis fratribus. ad Rom. 8. Sicut ergo Christus in sua oratione petiit decem clarificationes, sic etiam

postulauit pro suis à patre sibi creditis & ordinatis per prædestina-
tionem, vt daret eis vitam æternam. Et declarauit quid est vita æter-
na, dicens: Hæc est vita æterna, vt cognoscant te solum verũ Deum,
& quem misisti Iesum Christum. Contra errores Iudęorum qui po-
nunt suam gloriam in ipso Leuiathan, & in abundantia bonorum
temporaliũ. Et Agarenorũ, qui ponunt eam in melle, lacte, & in mu-
lieribus virginibus, &c. Contra quos dicit, hæc est vita æterna. No-
ta solum verũ Deum. Super hoc dicit Arrius hæreticus quod solus
pater est verus Deus, cùm dicit, solum verum Deũ. Sed nota quod
hæc dictio exclusiua solum, potest addi subiecto vel prædicato, ita
quod potest esse de subiecto vel prædicato excluso. Sicut si ego di-
cerem vni iurato huius villæ, vos solus estis iuratus. s. excludendo
alios, & tunc esset falsa. Sed à parte prædicati esset vera, dicẽdo vos
estis iuratus solũ. s. excludendo alia officia, & tunc esset vera. Idem
de ista, vt cognoscant te solum verum Deum, excludendo humani-
tatem, & tunc est vera, quia pater est solũ Deus, quia non est homo.
Idẽ de Spiritu sancto, sed filius non est Deus solũ, sed est Deus & ho-
mo, sicut de illo qui esset baliuus, & iuratus, non est verum dicere
vos estis iuratus solum, quia etiam est baliuus. In hoc ergo consistit
gloria, videre Christum verũ Deũ, & hominẽ. Ecce quomodo pe-
tiit Christus gloriã pro suis predestinatis. Quæstio, si dicatur quare
oportebat eum petere, vtrum prędestinatio infallibilis est? Sed stul-
ta est hæc quæstio. Ratio, quia si aliquis Dominus ordinauit facere
aliquod instrumentum, ad quod faciendũ iam se præparat, notarius
iam recipit pergamenum, incaustum, &c. Si diceretur notario, qua-
re recepistis pergamenũ, calamũ, & huiusmodi? responderet quo:
ideò, quia aliter instrumentum non potest scribi. Idem de diuina
prædestinatione. Instrumenta quibus diuina prędestinatio comple-
tur, & perficitur, sunt passio, & mors Christi, oratio, bona opera, bo-
na vita hominis, & pœnitẽtia, conteri de peccatis, confiteri, &c. Ista
sunt instrumenta quibus prędestinatus venit ad effectum prædesti-
nationis. Dicunt quidam, Quid oportet me facere pœnitentiam?
quia si prædestinatus sum, &c. Dic quomodo in libro vitæ non solũ
scribitur, talis erit saluus, sed etiam ponitur ratio. s. opera & vita ex
quib⁹ saluabitur. verbi gratia, Talis saluabitur, quia statim baptiza-
tus morietur. Si dicatur, quid oportet ipsum baptizari? Respõde-
tur, quia illud cadit sub prædestinatione. Item talis saluabitur, quia
humiliabitur, talis, quia restituet. Idem de pręscitis nõ solùm scribi-
tur, talis damnabitur, sed etiam scribitur ratio, & caussa quare dam-
nabitur. Sciens ergo Christus quod prędestinati venirẽt ad glori-
per suam orationem, & passionẽ, ideò orauit. Gregorius in prim.
dialogorum, Ipsa æterni regni prędestinatio sic est ab omnipotenti
Deo disposita vt ad hanc electi ex labore perueniant, quatenus po-
stulando

Aduertat hæc scholasticus.

stu'ando mereantur accipere quod eis omnipotēs Deus ab æterno disposuit donare. Moraliter, Sicut Christus curauit non solū de se, sed etiā de suis ad procurandū eis saluationē, sic quilibet dominus, & paterfamiliàs nō solùm tenetur saluare seipsum, sed etiā tenetur procurare saluationē suis famulis, & domesticis. Inducātur Domini, vt inducant suos captiuos, & infideles ad baptismū. Ita quod filij, & famuli, & ancillæ audiant Missam, cōfiteantur, communicent quolibet anno. Aliàs dicit scriptura.1. Tim.5. Si quis suorū, & maximè domesticorū curā non habet, fidē negauit, & est infideli deterior. Tertius punctus orationis Christi fuit allegatio prudēs, quoniam sicut Domini iuristę quādo volunt aliquid obtinere corā Iudice, allegāt sua iura, priuilegia, & cōsuetudines. Sic Christus in sua oratione allegauit, dicēs Deo patri, Ego te clarificaui super terrā. s. veritatē fidei hominibus dicendo, opus consummaui, quod dedisti mihi, vt faciā. s. passionis, quia eius passio iam incipiebat, qua peracta dixit, Consummatū est. Ioan.19. pro se allegauit solū obedientiam, dicēs, Manifestaui nomen tuū hominibus quos dedisti mihi de mūdo. Tui erant, & mihi eos dedisti, & sermonē tuum seruauerunt, &c. Sequitur, Verba quæ dedisti mihi, dedi eis, & ipsi acceperunt, & cognouerūt verè, quia à te exiui, & crediderunt, quia tu me misisti, &c. vsq; in finē. Vbi pro nobis in ratione exauditionis allegat credentiā & obedientiam. Nota, Ego te clarificaui, quia Deus pater ante aduentum Christi nō cognoscebatur ita distinctè sicut modò, nec etiā spiritussanctus. Ideò petebat filius, vt pater etiā ipsum clarificaret per aliqua magna miracula, sicut fecit in dictis decem clarificationibus, quæ clarè ostēdunt ipsum esse verū filiū Dei. Et pro se allegauit obedientiā, quia fuit obediēs Deo patri, cōplendo opus sibi cōmissum, fundatur in ista lege: Sed quia peccatores nō audit Deus. Ioan.9 pro nobis allegauit duo. s. legē de obedientia, ibi, Sermonē meum seruauerunt. Et legem de credentia ibi, Et crediderūt quia tu me misisti. Si dicatur, quare Christus nō allegauit credentiā suam? Respōsio, quod Christus non habebat fidem. Ratio, quia fides est credere quod non vides, sed Christus videbat omnia clarè iam ab instanti cōceptionis, sed nos non videmus clarè, ideò allegauit pro nobis credentiā & obedientiam. De his duabus legibus dicit Ioan. Si cor nostrum nō reprehenderit nos, fiduciam habeamus ad Deum, vt quidquid petierimus, accipiemus ab eo, quoniā mandata eius custodimus, & ea quæ sunt placita coram eo facimus.1. Ioan.3. Ex prædictis patet, ꝙ habemus duos modos allegandi in oratione. s. per obsecrationē, & per gratiarū actionem. Si autē vultis allegare per legē credentiæ attēdatis, vt allegatis benè per modū obsecrationis, secundū ꝙ dicit Greg. in lætania, allegando illud quod homo credit de Deo, ità dicēdo, Domine per ma

iestatem vestram trium personarũ & vnius Dei, detis mihi hoc vel illud, hoc modo allegatur illud quod homo credit de Deo. Itẽ, Domine, per humilitatẽ vestram super benedictæ incarnationis, detis mihi virtutem humilitatis. Idem, per virginitatem matris vestræ, detis mihi virtutem castitatis. Item, per passionem vestram, detis mihi virtutem patientię. Hoc modo obsecrando homo allegat illa quæ credit, & est bonus modus orandi. nõ dicatis vos, Domine, ex quo credo trinitatem vestram, vel incarnationem vestram, ideò faciatis mihi hoc vel illud, quia non allegareris benè. Secundus modus bonus est per gratiarum actionem, allegando illa quæ fecistis pro Deo secundũ legem obedientię. Sed in modo allegandi secundum hanc legẽ, requiritur magna cautela, quia taliter possetis allegare per legem obedientię quod perderetis vestrum processum, vel taliter quod lucraremini. Si autẽ allegatis illa quæ fecistis pro bono, & petitis vt propterea faciat vobis gratiã quam petitis, quasi teneatur hoc facere vobis ex his quæ vos fecistis pro eo, malè allegaretis: & perderetis placitationem vel processum, sicut fecit ille Pharisæus, de quo Luc. 18. qui dixit, Domine, non sum sicut cæteri hominũ, ieiuno bis in Sabbato, decimas do omniũ quæ possideo, bonam legẽ allegauit, sed non bono modo, ideò hic fuit reprobatus, & perdidit placitationẽ vel processum. Sed bonus modus allegandi per gratiarũ actionem est dicere, Domine, vos mihi fecistis magnam gratiã, quia posuistis me in sancta religione. Ideò Domine, faciatis mihi talẽ gratiã, &c. Idẽ de aliis virtutibus. Ideò Domine, placeat vobis facere mihi talem gratiam quam peto. Iste est bonus modus. Idem debet facere Presbyter, non alleget ex parte sui dicendo, Domine, amore vestri ego me ordinaui vel celebraui, ieiunaui, vel viuo cõtinenter, ideò Domine, faciatis mihi talem gratiã, quia hoc nihil valet, sed dicat, Domine, erã in mũdo, & vos fecistis mihi gratiam quòd me elegistis ad seruitiũ vestrũ, & dedistis mihi potestatem quã non cõcessistis Angelis, cõsecrandi corpus vestrũ, & tot gratias mihi fecistis, ideò Domine, faciatis mihi talem gratiã, vel talem quã peto. Isto modo obtinebit. Idem de laicis dicendo, Domine, tot gratias mihi fecistis, quia me ad imaginẽ vestrã creastis, & inter Christianos me nasci fecistis, & per sanctum baptismũ me ab originali peccato mũdastis, & per pœnitentiã tot peccata mihi remisistis, ideò Domine, placeat vobis hanc gratiã mihi cõcedere, &c. Dic miraculum quod legitur in vitis Patrũ de quodam fratre deuoto & bono, qui in suis orationib⁹ nõ habebat illas cõsolationes spiritus, nec dulcedines cordis quas multi habẽt qui semel orãdo & malè allegando, dixit, Domine, tot annis seruiui vobis, & tamẽ nondũ dedistis mihi aliquã consolationẽ diuinã, nec sentimentũ dulcedinis cordis. Si tantũ seruiuissem vni infideli iam ostendisset

ſet mihi aliqua ſigna amoris,& vos mihi. Subitò venit vmbra magna quæ ipſum proſtrauit in terram ſemimortuum dicens, Donec te cōtempſeris ſicut lutū quod calcas, nō ſenties diuinas cōſolationes,&c. quoniā in tuis bonis operib⁹ plus operatur Deus quàm tu. Sicut in ſcriptura inſtrumenti plus facit Notarius quàm calamus, quia non debet dicere inſtrumentum ego facio hoc,ſed principale agens facit. ideò Eſa.26. Omnia opera noſtra operatus es in nobis Domine Deus noſter. Itē 1.Cor.12. Diuiſiones operationū ſunt,idē verò Deus qui operatur omnia in omnibus. Patet ergo quod modus petendi in oratione eſt duplex, vel ſecundū leges, allegando ea quæ homo credit de Deo per obſecrationē, vel ſecundū Canones, allegando opera bona per gratiarū actionem. De his auct In omni oratione & obſecratione. Ecce primum cum gratiarum actione. Ecce ſecundū, Petitiones veſtræ innoteſcant apud Deum. Philip.4.

Dominica in ramis Palmarum. Sermo I.

A*Scendam in palmam, & apprehendam fructus eius.* Cantic.7. In ſacra ſcriptura aliquando per palmā intelligitur crux, quandoque pœnitendo, quandoque contemplando. In palma crucis colligitur fructus vitæ. In palma pœnitentiæ colliguntur ſeptem fructus, quatuor dabuntur corpori, & tres animæ. Primus fructus viri iuſti, ſicut ſancta ſcriptura dicit, erit claritas. Vnde, Fulgebunt iuſti ſicut Sol. Matth.13. Secundus fructus erit agilitas, quia ita agiles erūt ſicut iam cogitatio noſtra, ſicut de Domino dicitur, quia poſt reſurrectionem ſuam erat ita agilis, quod modò apparebat diſcipulis euntibus in Emaus, modò illis qui erāt in Ieruſalem. Tertius erit ſubtilitas, quia tunc non erunt corpora ita turbida ſicut modò ſunt, ſed erunt valdè ſubtilia. Sicut de Domino dicitur, quod intrauit ad ſuos Diſcipulos ianuis clauſis, quod non potuiſſet feciſſe ante reſurrectionem niſi per miraculum, ſed tunc fecit ſine miraculo. Quartus, impaſsibilitas, id eſt, ſanitas, quia nec in corpore nec anima erit infirmitas. Primus fructus animæ erit cognitio Dei. Vnde Apoſtolus, Nunc cognoſco ex parte, tunc autē cognoſcam ſicut & cognitus ſum. 1. Corinth.13. Ibidem, Videmus nunc per ſpeculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem. Secundus erit de humanitate Chriſti in gloria, quia videbit iuſtus Deum in natura humana: hanc gloriam non habebunt Angeli. Tertius erit amor, quia ſi anima videret, & cognoſceret, & non diligeret, non eſſet totaliter beata, ſed amabit & videbit & cognoſcet. Vnde dicendo, de fructibus corporis & animæ veniemus ad palmam cōtemplationis. Palma enim anguſta eſt inferius & ſuperius lata, ſic anima quæ vult aſcendere ad Deum, debet eſſe ſtricta & gracilis ad omnes voluptates terrenas, & carnales affectus, & ſuperius lata per amorē cœleſtiū, quia anima quātò magis

ſe extendit per amorem, tantò magis dilatatur per contemplatio-nem. Iſta palma habet ſeptẽ ramos, & ſuper vnumquemq; ramum vnam auem, & vnum florem. Primus eſt conſideratio ſui, quando anima conſcientiã ſuam bona fide exquirit, ne in ea aliquid rema-neat q; Dei oculos offendat. Vnde Bernar. Nemo abſque ſui cogni-tione ſaluatur, de qua mater ſalutis humilitas oritur, vnde humili-tas liberat. De hoc Pſal. Humiliatus ſum, & liberauit me. Secundò ſaluat. Pſal. Quoniã tu populũ humilem ſaluum facies, &c. Humi-lem ſpiritu ſaluabis. Tertiò, virtutes cõſeruat. Vnde Greg. Qui vir-tutes ſine humilitate cõgregat, quaſi puluerem in ventum portat. Bernard. humilitas mater eſt virtutum, & cinis conſeruans ignem charitatis. Super hunc ramum nidificat pauo, qui talis eſt naturæ, quod quãdo dormit de nocte ſi euigelauerit, clamat, quia credit ſe amiſiſſe ſuam pulchritudinem, & ſignat animã quæ in huius ſæcu-li tenebris dormit, quæ ſemper timere debet ne ſpeciem ſuam amit-tat, id eſt, ne dona gratię à Deo ſibi collata perdat, & debet clamare magno clamore quando ſentit ſibi aliquid inhęrere peccati. Super hunc ramum naſcitur vnus flos boni odoris, & cœleſtis coloris, qui viola vocatur, quæ ſignificat humilitatem. Vnde in Cant. Nardus mea dedit odorem ſuum. Nardus enim quædam herba paruula eſt calidę naturę, & ſignificat humilitatẽ. Humilitas enim minimè eſſe poteſt ſine calore charitatis. Talis humilitas magnũ odorẽ dedit. Hæc enim Dei filium in terram traxit, atteſtãte B. Virgine, quæ di-xit, Reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ. Hæc enim fuit ſpecialis vir-tus propter quam deſcendit in ipſam, quia niſi humilis fuiſſet, nun-quam Dominus in ipſam deſcendiſſet. Dominus ſuperbis reſiſtit, humilibus autem dat gratiã. 1. Pet. 5. Hunc florem deſiderabat Da-uid, cùm orando diceret, Aſperges me Domine hyſſopo. Hoc enim ſignificat hyſſopus quod nardus, hyſſopus purgat pectus, & humi-litas purgat mentẽ ab omni inuidia & malitia. Secũdus ramus eſt compaſsio proximi, quia quãdo anima bona & ſerena intentione quærit, ne creatori ſuo diſpliceat, tunc ſtatim poſtquam receperit humilitatem, tunc humiliter deſcẽdit ad imbecillitatem proximo-rum, & eis cõpatitur. Super hunc ramum nidificat hyena quædam auis, quæ talis naturæ eſt, quod iuxta mortuorũ ſepulturam inha-bitat, & quando aliquis morti appropinquat, tunc ſentit à longè, & clamat. Auis iſta ſignat animam compaſsione plenam, quæ debet cõmorari inter illos qui morte peccati mortui ſunt, vt ipſos ad viã veritatis valeat reuocare, & quando perceperit aliquẽ morti anim[illegible] appropinquare, debet clamare clamore cõpaſsionis per orationẽ, & lacrymarũ effuſionem. Super hunc ramũ creſcit flos, qui dicitur gliæ. Hic flos creſcit circa aquas, per quem florem intelliguntur illi qui peccata deflent more fluẽtis aquę, circa illos debet anima com-

Humilitatis encomia.

patiens

patiens commorari. Hunc florem desiderabat Dauid, cùm dicebat, Exitus aquarum deduxerunt oculi mei. Hunc etiam habebat Hieremias qui dicebat, Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lacrymarum vt plorare valeam interfectos populi mei die ac nocte Hiere. 9. Tales lacrymas debet habere anima mea quæ in cacumen palmæ contemplationis desiderat ascendere, super hunc Paulus ascendit, qui dicebat, Quis infirmatur & ego nõ infirmor? quis scandalizatur & ego non vror? Si gloriari oportet, in his quæ infirmitatis meę sunt gloriabor. 2. Corin. 11. Tertius ramus est temporalis afflictio, quia quando fidelis anima in statu pœnitentiæ est constituta, omnes afflictiones temporales patienter tolerare conatur. Super hunc ramũ nidificat olor, qui alio nomine cycnus dicitur, qui talis naturę est, quod quãdo morti appropinquat suaue cãtat, & significat in tribulatione seu afflictione gaudentem. Super hunc florem conscenderunt Apostoli, de quibus dictum est, Ibant Apostoli gaudentes à cõspectu concilij, quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati. Act. 5. Super hunc ramum crescit flos lilij. Vnde sponsus in Canticis, Sicut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias. Quando enim nascitur lilium inter spinas, spinæ pungunt lilium, & non remurmurat, sed quãtò magis ipsum pungunt, tantò magis eis odorem suum effundit. Sic debet facere fidelis anima, non debet reddere aduersariis malum pro malo, sed per patientiam odorem suauitatis effundere, vt possit dicere cum Apostolo Christi, Bonus odor sumus. 2. Cor. 2. Quartus ramus cõtemplationis est compunctio, & est quando anima laborem Creatoris ad memoriam reuocat. Et ita omnia aduersa secũ a qua mente tolerat, quia sicut clauus alio clauo eiicitur, ita anima diuersis tribulationibus fatigata debet ad memoriam reuocare tribulationes quas pro ea dilect⁹ suus tolerauit, vt ei amaritudines quas patitur, dulcescant. Super hunc ramum nidificat quædam auis quæ dicitur harpya, quæ vultum habet hominis, & intantum crudelis est, quod primum hominem quem viderit, interficit: postquam cum interfecerit, vadit super aquam, & in aqua speculatur quod similem suum interfecit, & sic magno dolore cruciatur quotiescunque videt hominem, & significat animam, quæ considerare debet quod similis eius, scilicet Deus Iesus Christus pro peccatis nostris mortuus est in cruce, & hæc considerans debet magno dolore conteri, sicut turtur quando socium suum perdidit, in loco vbi socium suum perdidit, & mortuus fuit, quando plumam aut aliquod signum inuenerit mortis eius, magis tunc dolore atteritur. Et sicut inuenitur de quadam puella filia cuiusdam regis, quæ patre orbata, à parentibus hæreditate propria orbata est, & expulsa, tunc cuiusdam regis filius super eam pietate motus, eam sibi accepit in vxo-

rem,& pro hęreditate eius pugnauit,& reduxit eam ad propria,&
in prælio pro ipsa mortuus eſt, tunc puella militis arma ſuſcipiens
cum magna diligentia cuſtodiuit, & quotieſcunque ea videbat,ni-
mis affligebatur. Spiritualiter loquendo,filia regis eſt humana na
tura in Adã,quę in magno honore in paradiſo extitit. Sed hęredi-
tatem ſuã perdidit quãdo à paradiſi gaudiis propter peccatum ino
bediētiæ eiecta eſt. Sed Dei filius pietatis gratia motus ſuper eam,
& animam hæreditate priuatam ſibi deſponſauit. ſ. quando huma-
nitatem noſtrã diuinitati ſuę ſociare dignatus eſt, &.33. annis con
tra hoſtem dimicauit & operatus eſt ſalutem in medio terræ.ad
vltimum,crucis patibulũ voluntariè ſubiit. Sic ergo nos facere de-
bemus ſicut fecit prædicta puella. ſ. mortem defenſoris noſtri ſem-
per habere in memoria, reſeruare crucem, clauos & omnia crucis
inſtrumēta,& ſuper ea quotidianis lacrymis deplorare. ſuper hunc
ramum oritur roſa quæ ſpiritualiter deſignat martyrium,& animã
quæ cunctas voluptates de facili obliuiſcitur, & poteſt dicere cum
ſponſa in Canticis, Vulnerata charitate ego ſum,&c.& ebria. Qui
iſta ebrietate ebrius eſt,nec frangitur aduerſitate, nec proſperitate
eleuatur. Quintus ramus eſt deſiderium gloriæ,quando fidelis ani
ma toto mentis affectu aduentum ſaluatoris deſiderat. Super hunc
ramum antiqui patres aſcenderunt,qui dicebant, Veni Domine,&
noli tardare. Vnde quidem dicit Abac.2. Si moram fecerit,expecta
illum,quia veniens veniet & non tardabit. Super hunc aſcenderat
Dauid,qui dicebat,Expectans expectaui Dominũ,&c. Et alibi,Si-
cut ſeruus deſiderat ad fontes aquarũ, ita deſiderat anima mea ad
te Deus. Etiam ſuper hunc Paulus aſcenderat, qui dicebat, Cupio
diſſolui,& eſſe cum Chriſto,ad Philip.1. & iterum, Infelix ego ho-
mo,quis me liberabit de corpore mortis huius.ad Roma.7. Super
hunc ramũ nidificat Philomena,quæ talis naturę eſt, quod de no-
cte ante diem cantat,& quando videt clareſcere,& ſolis radios lu-
cere, tanta hilaritate cantat quod penè diſrumpitur. Et ſignificat
animã quæ in huius vitæ tenebris ſolem iuſtitiæ expectat,& quan
do eum ſenſerit deſcēdiſſe per gratiam, tunc tanto exultat gaudio
quod nec ex toto corde poteſt dicere,nec ex toto celare, & hæc læ-
titia vocatur iubilatio. Talis erat ille beatus ſenex Simeon,qui tã-
to tempore ſaluatorem ſuum expectabat,qui dicebat, Quando vi-
debo putas durabo? Et pro tanto deſiderio reſponſum accepit à ſpi
ritu ſancto,non viſurum ſe mortem,niſi priùs videret Chriſtũ Do
mini. Tali voce,illo deſiderio,illa Philomena. ſ. Simeon, cantauit
tota nocte, & quando vidit ſolem iuſtitiæ, tunc accepit in vlnas
ſuas,& ait,Nunc dimittis ſeruum tuum in pace,quia viderunt ocu
li mei ſalutare tuum. Quod paraſti ante faciem omnium populo-
rum. Luc.2. Faciamus ergo ſicut ille beatus ſenex,amplectamur ſal-

uato-

uatorē in brachiis cordis nostri. Super hūc ramum oritur crocus, qui est pallidi coloris, quia homo tanto desiderio pallescit. Vnde sponsa in Canticis, Nolite me considerare, quia fusca sim. Cant.1. Et iterū, Fulcite me floribus, stipate me malis, quia amore lāgueo. Canti.2. Et iterum Poeta, Palleat omnis amans, nam hic est color aptus amanti. Sextus ramus palmæ cōtemplationis est visitatio superna, quando Dominus animam desiderantem per gratiam suam visitare dignatur. Super hunc ramum nidificat hirundo, quæ talis est naturæ, quod volando victum suum accipit, & significat animam superno desiderio flagrantem, quæ nihil in terra debet accipere nisi quasi volando sine mora dilationis trāseundo. Super hūc ramum nascitur solsequium. Solsequiū dicitur quasi solem sequēs, quādo oritur, solsequium aperitur, & quādo sol subtrahitur, solsequium clauditur, & signat animam fidelem, quæ debet habere cor per diuinum amorem, & cęleste desiderium desuper patefactum, & si aliquando gloria se ab eo subtraheret, debet cordis aditum cōtra sęculi delectationes, & oblectamenta caussa delectationis claudere, vt sit verè solsequium, debet solem iūstitiæ sequi. Super hunc ramum Ezechias conscenderat, quando dicebat. Sicut pullus hirundinis sic clamabo. Esa.38. Talis erat Magdalena, quæ quando venit ad monumentum, & non inuenit Dominum, quādo ab angelo sibi loquente responsum accepit, quia Dominus surrexit, tanto flagrabat desiderio cor eius, & dilectionis feruore, quod nullum ab aliquo vellet solatium suscipere Augustinus, Tam ingenti lumine coruscabat, quia cor eius verum lumen vel solem requirens quodcunque aliud videbat, inspicere vilipendebat. Vnde contigit, quod cùm crebro inquireret in loco in quo non erat quæsitura, eum ibi postremò quæsiūt inuenit. Quia proculdubio qui in vera dilectione, & deuota oratione persisteret, & carnales delectationes postponens, Deum quæreret, inueniret, sicut ipse dicit, Ego diligentes me diligo, & qui mane vigilauerint ad me, inuenient me. Prouer.8. Super hunc ramum conscenderat qui dicebat, Renuit consolari anima mea, Psalm.76. Septimus ramus est defectio, scilicet, quando anima tantum diuini amoris vinculis constringitur, vt corpus oporteat deficere. Super hunc ramum conscenderat qui dicebat, Defecit in salutari tuo anima mea. Psalm.118. Super hunc ramum nidificat Fœnix, quæ vnica auis est in mundo, per quam qui spiritualiter in vinculis vnitatis coniuncti sunt, intelliguntur. Fœnix enim talis est naturæ, quod cū diem mortis imminere cognouerit, diuersas species aromatū sibi multiplicat in calidiori parte eas collocatas ex alarum collisione accendit, & intus insiliens seipsum cōcremat, & ex cineribus eius vermiculus progreditur & de vermiculo iterum Fœnix renascitur. Fœnix etiam alio loco Christum

ſignificat, cui nullus hominum coæquari poterit, in quo omnium ſpecierum virtutes requieuerũt, qui pro dilectione noſtra in altari crucis crematus eſt. Per Fœnicem etiam anima fidelis deſignatur, quæ virtutum ſpecies congregat, & eas in feruore charitatis deferens, in altum ſe collocat in altari cordis, & ſe Omnipotenti Deo in odorem ſuauitatis libẽter offert. Et hoc ſacrificium pingue dicitur. Vnde Pſal. Holocauſta medullata offeram tibi. Tunc revera ſacrificium eſt pingue, quando anima per ſancta deſideria ſublcuata, per ſancta opera impinguata, per humilitatem aliquando deficit ex diuinorum operum largitate, & hoc ſignatur per reginam Saba, quæ ad audiendũ ſapientiam Salomonis venit, & multò maiorem quam audierat inuenit, & præ mira admiratione deficit. Flos & fructus huius rami eſt Chriſtus, qui dicit, Ego ſum flos campi. De hoc fructu dicitur, Et benedictus fructus ventris tui. Folia huius rami ſunt clamor, planctus, ſuſpiria, & ſingultus. Sic ipſe benedictus fructus benedicet populo ſuo in pace.

Dominica in ramis Palmarum. Sermo II.

P*Lurima turba ſtrauerunt veſtimenta in via.* Matthæi. 21. In ſancto euangelio hodierno in quo continetur tota materia hodiernæ ſolennitatis, oſtenduntur tria magna ſeruitia quæ fuerunt hodie Chriſto exhibita à tribus conditionibus gentium, ſcilicet,

Primum per ſuos diſcipulos deuotè,
Secundum per beſtias ſimplices ſubiectè,
Tertium per gentes mundanas publicè.

De tertio ſeruitio dicit thema, Plurima turba ſtrauerunt, &c. Primum ſeruitium hodie factum fuit Chriſto per diſcipulos ſuos deuotè. De quo dicit Euangeliſta, Cùm appropinquaret Ieſus Hieroſolymis, & veniret Bethphage ad montem Oliueti, mittens duos de diſcipulis ſuis, ait illis, Ite in caſtellum quod contra vos eſt, & ſtatim inuenietis aſinam alligatam & pullum cum ea, ſoluite & adducite mihi, &c. Euntes autem diſcipuli fecerunt ſicut præceperat illis Ieſus, & adduxerunt aſinam & pullum, & impoſuerunt ſuper eos veſtimenta ſua, &c. In quo oſtendit Chriſtus quod non coactè nec violenter, ſed voluntariè & liberè veniebat ad paſſionem. Sicut diues compatiens pauperibus ad furcam ſententiatis, eò quod non poſſunt debitum ſoluere, & ipſe liberè ſoluit pro ipſis. Ita totum genus humanum fuit ſentẽtiatum ad furcam inferni, eò quod non poterat ſoluere Deo debitum infinitum, &c. propter quod ille diues homo Chriſtus, in quo ſunt omnes theſauri, compatiens nobis miſeris pauperibus, voluit ſuſpendi in ligno crucis, ne aliquis ſibi credens & obediens ſuſpenderetur in furca inferni, primæ Petri tertio. Chriſtus ſemel pro peccatis noſtris mortuus eſt, iuſtus pro

pro iniustis,vt nos offerret Deo. Ideo dicit Beda, Appropinquante hora passionis,appropinquare voluit loco passionis. ideo hodie voluit venire in Ierusalē. De hoc Esa.53. Oblatus est,quia ipse voluit. Sicut ouis ad occisionem ducetur, & quasi agnus coram tondente se obmutescet & non aperiet os suum.i.contradicendo. Et veniens in Ierusalem fuit in quadā villa quę dicitur Bethphage, quæ distat à Ierusalem vnū milliare, qui sunt mille passus,sabbati habens iter, quæ est etiam in pede montis Oliueti, & cùm totus fessus & lassus esset,tam ex labore viæ, quàm ex labore prædicationis & ieiuniorum,oportuit eum equitare. & ideo vt ascenderet verticem montis Oliueti, vocatis duobus discipulis suis. glossa dicit quod erant Petrus & Philippus,dixit eis.Ite in castellum quod contra,id est ante vos est,&c.vsque,confestim dimittet eos. Ecce hic seruitium quod hodie discipuli Christo fecerunt.Notanda sunt hîc tria secreta.Primum de asina & pullo. Secundum de solutione asinę. Tertiū de vestimentorum impositione. Quantum ad primum,asina significat animam peccatricem vinculis peccatorum ligatum, pullus autem significat corpus quod nondum ligatum est. Sed anima in pecca o mortali existens,est ligata,& quot habet peccata,tot vinculis ligatur,de qua figuratiuè dicit Christus, Inuenietis asinam alligatam, quia non potest facere aliquod opus meritorium,& iuxta mēbrum per quod peccat,sic ligatur anima. Auct. Iniquitates suæ capiūt impium,& funibus peccatorum suorum quisq; constringitur. Prou.5. Constringitur quantū ad animam. Quantum ad secundum,videndum est quomodo hæc asina,id est anima est soluēda à vinculis peccatorū. Dico quod oportet quod solutio sibi veniat de Bethphage quæ interpretatur domus. Ecce hic oris confessio,à qua venit auctoritas soluendi vincula peccatorum. Ideo oportet cōfiteri. Iuxta illud Dauid,Confitebor Domino nimis in ore meo. Psal.108. No. Confitebor Domino, scilicet per confessorem eius locū tenentem, nimis,id est valde in ore meo. Quidam confitentur de peccatis in genere solùm,& hoc non sufficit,quidā autem in indiuiduis & malè,quia non debent nominare aliquam personam. Sed oportet confiteri peccata in specie,dicendo, ego sum superbus in corde, despexi patrem vel matrem,vel prælatum,dominum, vel magistratum, vel virum meum,si est mulier,quia volui esse domina. Sed tamen non nominare patrem nec matrem,&c. Idem de peccato auaritiæ, non sufficit dicere peccaui in peccato auaritiæ, immo oportet dicere speciem auaritiæ, vel per rapinam, vel furtum, vel vsuram,vel per simoniam,vel per retentionem, sed non oportet descendere ad indiuidua. Item de luxuria, quia non sufficit dicere, ego feci luxuriam,sed oportet dicere in specie sic. Ego sum de matrimonio, ego peccaui cū alia maritata vel vidua,sed nō oportet ipsam nominare.

Beth, domus peh. os.

Idem

Idem de incestu, raptu, sacrilegio, &c. Et dicit, Confitebor Domino nimis, &c. id est valdè, & non solùm in genere, sed in specie. Quare Christus misit discipulos suos qui fuerunt sacerdotes? Respondeo ad innuẽdum, quod nullus alius potest soluere animã peccatricem à vinculis peccatorũ, nisi sacerdotes, quia solis sacerdotibus dixit, Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, &c. Ioan. 20. Aliàs nec sanctus Ioannes Baptista, nec beatus Laurentius possent absoluere de vno peccato, quia non fuerunt sacerdotes, solùm sacerdotes habent potestatem, etiam si sint mali, & ribaldi, & peccatores. Nota ad hoc similitudinem de vicario regis malo, & peccatore, à quo malefactores petunt remissionem & veniam, quia ipse gerit vices regis. Idem de rege Christo iuxta auctoritatem datam sacerdotibus, & non aliis quantumcunq; sanctis, dicendo, Amen dico vobis, quęcunq; solueris super terram, erunt soluta & in cęlis. Mat. 18. Quantum ad tertium de vestimẽtorum impositione super asinam. Ecce hic iniunctio pœnitentiæ. Nam quodlibet opus pœnitentiale est vestis, quę imponitur asinæ, id est animæ. De quibus dicit Ioã. Apoc. 16. Beatus qui vigilat, & custodit vestimenta sua, id est opera pœnitentialia, ne nudus ambulet, & videãt turpitudinem eius. Dic quomodo anima detestatur à sanctis angelis, quãdo venit nuda, ad instar meretricis nudæ incedentis. Secundũ seruitium Christo hodie factum fuit per bestias simplices subiectæ, quando Christus veniens Ierusalem, equitauit super asinam, & super pullum. Quæstio quomodo in tã parua via equitauit in duob⁹ animalibus? Dicit hic magister historiarũ, quod Christus primò equitauit super pullum, in quo nullus vnquã equitauerat, & quia erat indomit⁹, ideo Christus descẽdit, & equitauit super asinã. Et fuit cõpleta prophetia Zacha. 9. Exulta satis filia Siõ, Iubila filia Ierusalẽ. Ecce rex tuus venit tibi iustus, & saluator, ipse pauper & ascendẽs super asinam, & super pullum filiũ asinę. Argumentũ est insolubile cõtra Iudæos cogitantes Messiã venturum cũ potentia & militia magna tanquã imperator potentissimus. Ecce hic seruitium bestiarũ simplicium. Vbi notãda sunt tria secreta iuxta tres intellectus scripturę. s. allegoricum, tropologicum, & anagogicum. Secundum intellectũ allegoricum, asina ligata significat gentem Iudaicã vinculo legis Moysi alligatam. Pullus autẽ indomitus & absq; vinculo, populũ gentilem, qui nec lege nec pręceptis erit ligatus. Dominus primò equitauit super pullum, quia primò populus gentilis recepit fidem Christi, & portauit Christum per credentiam & obedientiam. Deinde equitauit super asinã, id est gentem Iudaicã, quæ in fine conuertetur ad Christum. Auctoritas. Fratres nolo vos ignorare mysteriũ hoc, vt non sitis vobisipsis sapientes, quia cæcitas ex parte cõtingit in Israel, donec plenitudo gentiũ intraret, & sic omnis Israël saluus fieret. Roman.

man.11. Adhuc Christus equitauit super pullum, id est populū gentilem. Quantū ad secundū iuxta intellectū tropologicū, siue moralem, pullus indomitus significat iuuenes, asina verò senes. Christus autem vult supra vtrunq; sedere, equitare, & portari, per firmā credentiam & deuotā obedientiam. Dic contra errorem iuuenum dicentium, quādo ero senex, tunc faciā pœnitentiā, quia Christus super pullum voluit equitare. Dic quomodo parentes debent nutrire filios, vt sciāt se signare, & Pater noster, & Aue Maria, Credo, &c. ne furent. Hoc modo Christus equitauit super pullū, id est iuuenē, & super asinam, quia etiam quādo sunt senes viuunt bene & deuotè. Ideo Dauid, Iuuenes & virgines senes cū iunioribus laudēt nomen Domini. Psal.148. Quantum ad tertium iuxta intellectum anagogicum, pullus significat spiritū rationalē qui à Deo creatur, & creando infunditur, semper iuuenis, quia non senescit. Asina autē significat carnem corporis senem & antiquā ab Adā, &c. Christus autem primò equitat super pullū, id est spiritū, quia primò dat sibi gloriā, quia quādo homo moritur, si fecerit cōdignam pœnitentiā, Christus dat spiritui gloriā. Deinde equitabit super asinā, quia in die iudicij Christus equitabit per gloriā suam super corpus, quia tantum electi & boni resurgent cum corporibus gloriosis. Aucto. Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi, vt referat vnusquisq; propria corporis prout gessit, siue bonū siue malum. 2. Cor.5. Tertium seruitium hodie Christo factū fuit per gentes mundanas publicè. De hoc in tertia parte euangelij. Plurima autem turba strauerunt vestimenta sua in via. Alij autem cædebant ramos de arboribus, & sternebant in via. Turbæ autem quæ præcedebant & quæ sequebantur, clamabant dicentes: Osanna filio Dauid, benedictus qui venit in nomine Domini. Dic practicè quomodo populus ex deuotione ad Christum venientem ibat. Quidam nudabant se, & sternebant vestes in via per quam Christus erat transiturus, ne asina tangeret terram. Alij scindebāt ramos s. Oliuarum, Palmarum, & Lauri, & sternebant in via. Quidam ex ipsis cantabant dicentes, Osanna filio Dauid, salua nos in gloria. Alij cantabant, Benedictus qui venit in nomine Domini. Et cū isto honore & solēnitate Christus hodie equitauit in ciuitatē Ierusalem. Notanda sunt hîc tria secreta iuxta tres honores Christo factos. Primum de vestibus in via stratis. Secundum de ramis arborum. Tertium de vocibus cantantium. Sic debemus nos facere, si volumus intrare cū societate Christi in ciuitatem Ierusalem, de qua dicit Apostolus, Illa quæ sursum est Ierusalem, libera est. Galat.4. No. libera est. s. doloribus inferni, miseriis, tribulationibus, & fletibus. Faciamus ergo Christo tres prædictos honores. Primò sternamus vestes nostras Christo venienti. In sacra Scriptura corpora humana dicuntur vestes animæ, quia

ad instar vestis cooperiunt animas. Ideo de corpore Christi dicit Apostolus. Habitu, scilicet, humanitatis inuentus vt homo. Phil.2. Vestes ergo corporum in via presentis vitę sternuntur Christo per abstinentiam corporalē, ieiunando, disciplinando, vigilādo, affligendo corpus. Ideo Apostolus, Obsecro vos fratres per misericordiam Dei, vt exhibeatis corpora vestra hostiam viuentem, sanctā, Deo placentem, rationabile obsequiū vestrum Rom.12. Item Col.3. Mortificate membra vestra quæ sunt super terram. Secundò proiiciamus ramos arborum. Arbores sunt diuitię, reditus, [illegible] à quibus scinduntur rami, flores, & folia: & ponitur Christo in via quando amore sui facitis eleemosynas pauperibus; quia hoc accipit in persona sua. Amen dico vobis, quod fecistis vni de minimis meis, mihi fecistis. Mat.25. Tertius honor fit Christo ore ipsum laudando, dicendo. Benedictus qui venit, &c. Et deuotè orādo, dicendo, Osanna id est, salua nos, quia primum quod debemus petere in nostris orationibus est saluatio. Mat.6.cap. Primum quærite regnum Dei, &cę. In his tribus honoribus ostenduntur tres partes satisfactionis. In primo ieiunia, in secundo eleemosynæ, in tertio orationes. Et dicitur thema de nobis, Plurima turba, &c.

Dominica in ramis Palmarum. Sermo III.

B*Enedictus qui venit in nomine Domini*. Matt.21. Hoc verbum sumptum pro fundamēto nostri sermonis, est vna parua & multum deuota cantilena à Spiritu sancto hodie facta, & deuotè Christo cantata, quando cum solennitate ingressus ciuitatem Ierusalem, quam etiam hodie nos cantamus pluries, repræsentantes illam solennitatem, & aduentum Christi in ciuitatem Ierusalem, dicendo: Benedictus qui venit in nomine Domini. Tota solennitas hodierna ramorum consistit in tribus punctis.

Primus est de honore, & solennitate hodie Christo venienti in ciuitatem Ierusalem exhibita, in qua fuit receptus honorabiliter.

Secundus est de solemnitate quam nos hodie facimus, illam repræsentando appropriatè.

Tertius est de via quam Christus fecit hodie, veniendo in ciuitatem Ierusalem virtuosè.

Et pro quolibet istorum in speciali, & pro omnibus in generali debemus cātare & dicere Deo, Benedictus qui venit, &c. Primus punctus est hodie de honore & solennitate quam Iudęi fecerunt, in templo laudauerunt & benedixerunt Christum venientem in ciuitatem Ierusalem, in qua fuit receptus honorabiliter cū magno gaudio & festo, quod fuit valdè mirabile. Inuenio enim, quod Christus multoties & multis rationibus venit in Ierusalem, & nunquā fuit sibi factum festū, nec honor exhibitus nisi hodie. Primò Christus venit in Ierusalem ad præsentandum, scilicet, quinquagesimo die à sua

à sua natiuitate quando virgo Maria ipsum præsentauit in templo, & nõ legitur quod tunc facta fuerit solennitas receptionis, nisi quod Simeon & Anna ipsum adorauerunt, vt patet Luc.2. Paruus tunc fuit & parua processio, sed crescat corpus, crescat & miseratio, veniet tempus, quo non deferetur manibus virginis, sed dorso vilis aselli, non redimetur auibus, sed redempturus est suo sanguine omnes homines. Secundò, Christus venit in ciuitatem Ierusalem ad disputandum, scilicet, quando fuit.12. annorum, nec tunc fuit sibi factum festum. Tertiò venit ad orandum, quia secundum legẽ in quolibet festo veniebat in Ierusalem, & intrabat templum. Quartò venit ad extirpãdum. s. peccata & vitia notoria, quia principes sacerdotum ex eorum auaritia de templo fecerant domum negotiationis. Ioan.2. Nec tunc fuit sibi factum aliquod festũ. Quintò venit ad prædicandum & hoc pluries, quia illa ciuitas erat metropolis & caput prouinciæ. Sextò, venit ad manifestandum suam diuinitatẽ faciendo miracula, sanãdo infirmos, suscitãdo mortuos. Nec etiã tunc fuit sibi, &c. Septimò, venit ad sacrificandũ. s. seipsum sed hodie voluit venire in Ierusalem, in qua debebat pati pro redẽptione generis humani. Et tunc fuit sibi factũ magnum festum, & celebrata solennitas. Quare ibi respondeo q̃ licèt Christus operatus fuerit pro nobis multa bona, tamen magis tenemur & obligamur sibi ex opere passionis & mortis, q̃ ex aliis, nos tenemur ipsum laudare & benedicere ex opere incarnationis quã fecit amore nostri. Item cõuersationis, prędicationis, quia ipsemet ibat de villa ad villam. Sed super omnia tenemur sibi ex opere passionis, quia ipse Dominus voluit mori pro vasallis, Rex pro subditis, iustus pro iniustis, innocẽs pro peccatoribus, vnde Bernar. Super omnia reddit te amabilẽ mihi bone Iesu, calix passionis quem bibisti, opus nostræ redẽptionis. Ecce ratio quare Deus posuit in cordibus gentiũ, vt ipsum reciperẽt ita solẽniter quãdo venit Ierusalẽ ad sacrificãdũ. Quæ quidem solẽnitas cõsistit in sex circũstantiis siue cæremoniis sibi factis. Prima, quia voluit intrare equitando. Non legitur quod Christus aliàs equitauerit vnquã, nisi hodierno die quãdo intrauit Ierusalem. Et tunc equitauit super pullum filiũ & asinã iuxta prophetiam Zach.9. Exulta satis filia Sion, iubila filia Ierusalem. Ecce rex tuus venit tibi iustus & saluator, ipse pauper ascẽdens super asinam & super pullum filium asinæ. Tunc fuit completa illa prophetia. Dic practicè quomodo de Bethphage misit duos discipulos, scilicet, Petrum & Philippum. secundum glo. pro asina & pullo, &cæ. Asina ligata significat gentem Iudaicam, vel sinagogam vinculo legis Moysi ligatam, quod vinculum habebat tria fila, scilicet, tria genera pręceptorum, scilicet, pręcepta cæremonilia quę ordinabãt personam erga Deum. Secundò præcepta iudicialia, quæ ordinaban t

Tria præceptorum genera, quæ vetus lex complectebatur.

ban t

bant ergo proximũ. Tertiò moralia pręcepta quæ ordinabant per-
sonã erga seipsam quomodo quilibet debebat viuere. Pullus autem
qui nondũ fuerat ligatus, nec vnquam portauerat onus supra se, si-
gnat populum gentilem, qui non habebat vinculum legis in collo,
nec onus præceptorũ in dorso, ad ostendẽdum quod Christus non
solùm venerat ad redimẽdum & saluãdum Iudæos, sed etiam Gen-
tiles & Paganos, ergo seruauit istam cęremoniam, quia voluit pri-
mò equitare super asinam quam oportuit soluere, quia tempore le-
gis Messiæ omnia figuralia & cæremonialia debebant cessare. Se-
cundò, voluit equitare super pullum indomitũ, nõ pro necessitate,
sed vt complerentur scripturæ & figuræ, Quoniam etiam gentiles
debebant conuerti ad Christum. Ideo Apostolus. Omnis qui credit
in illum, non confundetur. Non enim est distinctio Iudæi & Græ-
ci. Nam idem Dominus omnium. Rom. 10. Secunda cęremonia vel
circunstãtia, quia processionaliter voluit hodie intrare Ierusalem,
quia magnus populus ipsum præcedebat & etiã sequebatur, & ipse
cũ apostolis ibat in medio. Sicut facimus nos hodie in processione
in qua multi pręcedũt, & multi sequũtur, & episcopus vel sacerdos
qui repræsentat Christũ, in medio cũ presbyteris. Et dicit euangeli-
sta, quòd tam præcedentes, quàm sequentes respiciebant di. Osan-
na filio Dauid. In quo ostenditur, quod omnes qui pręcedebant ab
Abel vsq; ad Christum. s. Patriarchę & Prophetę, tam etiam illi qui
sequuntur vsq; ad finem mundi, omnes recipiunt Christum per fi-
dẽ di. Osanna, &c. Quia nullus potest saluus fieri, nisi per Christũ:
Ideo Gen. 49. Salutare tuum expectabo Domine. Item Act. 4. Non
est aliud nomẽ sub cęlo datum hominibus, in quo oporteat nos sal
uos fieri. Tertia circumstãtia, quia tota via à monte Oliueti, vsq; ad
Ierusalem fuit strata. Tanta enim fuit deuotio populi, vt nõ cappis,
aut aliis ornamentis, sed dę vestimentis & mãtellis virorum, & mu
lierum, sternerent in via. dicit Euangelista, Plurima autẽ turba stra-
uerunt vestimenta sua in via. Et quare hoc? Respondeo, quod istud
fuit figura martyrum futurorũ, vt patet in sacra Scriptura. Corpo-
ra humana dicuntur vestes animæ, quas vestes plurima turba, scili-
cet martyrum, strauerunt in via morientes pro fide Christi. Ideo di
cit Dauid in persona martyrum, Quoniã propter te mortificamur
tota die, ęstimati sumus, sicut oues occisionis. Psal. 43. Item Apoc.
dicitur de martyribus. Hi sunt qui venerunt ex magna tribulatio-
ne, & lauerunt stolas suas, id est corpora, & dealbauerunt eas in san
guine agni, scilicet Christi. Quarta cæremonia fuit de ramis arbo-
rum. Dicit enim Euangelista, quod alij cædebant ramos de arbori-
bus, & sternebant in via, scilicet flores, folia, & ramos arborum. Fi-
gura fuit. Nam in sacra Scriptura homines dicũtur arbores. Mar. 8
Video homines velut arbores ambulantes. Istarũ arborum flores,
folia,

folia, & rami meritorum & bonorum operum sternenda sunt in via Christo.s. vt fiant propter ipsum quia aliàs nihil valerent. Ioãnis.15. Sine me nihil potestis facere.i.meritoriè. Quinta fuit, quia tam à magnis quàm à paruis voluit laudari & benedici, & Osanna clamari, iuxta illud Dauid, Ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem, &c. ad ostendendum quod virtute suæ paßionis non solùm saluantur adulti & magni per pœnitentiam, sed etiam pueri per innocentiam. Sapien.6. Pusillum & magnum ipse fecit, & æqualiter est illi cura de omnibus. Sexta, quia omnes tam magni quàm parui vna voce dicebant, Benedictus qui venit in nomine Domini. In quo ostendebant quod erat redemptor vniuersalis omnium. Auct. Vnus est mediator Dei & hominum homo Christus Iesus, qui dedit semetipsum redemptionem pro omnibus.1.Tim.2. Ecce hîc ratio quare & quomodo hæc solennitas fuit hodie facta Christo, & non aliàs. De hoc prophetauerat Zacharias pater Ioan. Baptistæ di. Benedictus Dominus Deus Israël, quia visitauit & fecit redemptionem plebis suæ. Luce 1. Secundus punctus qui magis tangit nos, est de solennitate quam facimus nos, repræsentando illam solennitatem hodie Christo factam appropriatè, quia sicut Christus hodie cum solennitate & processione venit ad locum paßionis suæ, sic etiam nos hodie cum magna solennitate & proceßione, venimus ad paßionem quę hodie legitur in Missa, de qua aliquis potest mirari di. Quare paßio Christi cum tanta solennitate dicitur hodie? Quia paßio Christi tristitiam & dolorem debet generare in cordibus fidelium, & non lętitiam per gaudium. Nota ad hoc quomodo paßio & mors Christi potest accipi & cõsiderari quadrupliciter, secundum quod quatuor vicibus legitur in Ecclesia, iuxta quatuor Euangelistas. Primò potest capi & considerari secundum personalem dignitatẽ, cõsiderando personam quæ patitur, quę est Christus, Rex, Papa, Dominus & innocens & purus. Et secundum istã cõsiderationem paßio Christi dat Christianis tristitiam, dolorem, fletum & gemitum. Et isto respectu legitur paßio Christi in die Veneris sancta, in qua non pulsantur cãpanæ, & homines incedunt tristes demisso capite. Hoc respectu Propheta Hieremias considerauit paßionem Christi di. Ego quasi agnus mansuetus, qui portatur ad victimã Hiere 11. Secundo modo paßio Christi potest accipi & considerari secundum humanã neceßitatẽ, quia omnes eramus infirmi & vulnerati plagis peccatorum, nec poteramus curari nisi sanguine Christi, qui voluit pati pro peccatis nostris. Esa.53 Ipse vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra Et iuxta hunc respectum paßio Christi dat nobis cõtritionem & dolorem de peccatis nostris, pro quibus oportuit Christum pati & mori. Et isto respectu legitur paßio Christi in Ecclesia feria 4. secundum Lucam. Tertiò modo potest considerari secundum iu-

cicialē peruersitatē, quia Iudæi qui fuerunt à Deo honorati, filij Prophetarum & Patriarcharū, populus electus à Deo, & quod ita fortiter rebellauerunt cōtra Deum suum. Isto respectu passio Christi dat nobis occasionē cōpatiendi illi populo reprobato, & ex Christi passione destructo & perdito. Et secundū istā cōsiderationē legitur passio Christi in ecclesia feria 3. Et secundū istū respectum cōsiderabat passionē Christi Zacharias Propheta di. Quæ sunt istę plagæ in medio manuum tuarū? Et dicet, His plagatus sum in domo eorum qui diligebant me. Zacha.13. Quartò passio Christi potest accipi & considerari secundum finalem vtilitatē, quia ex passione Christi nos sumus liberati à damnatione inferni, à peccatis mortalibus, & habemus gratiam in hoc mundo, & gloriā in alto. Ecce finalis vtilitas passionis Christi. Et secundum istum respectū passio Christi generat in nobis gaudium, lætitiam, & exultationē, & consolationē. Et iuxta istā considerationem passio Christi legitur hodie cum tali solennitate, lætitia & gaudio cantando, Gloria, laus. Et secundum hanc cōsiderationem dicit Esaias, Gaudete & laudate simul deserta Ierusalē, quia consolatus est Dominus populū suum, redemit Ierusalem. Esa.52 Not. deserta Ierusalem, de qua Apostolus ad Gal.4. Illa quæ sursum est Ierusalem, libera est, & ab ista omnes homines mundi erant deserti ex peccatis. Sed modò iam gaudendū est, quia Dominus consolatus est populum suum soluendo pro nobis pretium. Ecce rationē quare hodie cum gaudio legitur passio Christi. Et hîc nota sex differentias lætitię hodiernæ cōtra sex tristitias diei Veneris sanctæ. Prima tristitia, quia in die Veneris sancta, campanę non pulsantur, imò cessant. Ratio est, quia in passione & morte Christi campanæ, id est, Apostoli quorum sonus prædicationis exiuit in omnem terrā, iuxta prophetiā Dauid, perdiderunt sonum, quia nullus fuit ausus nominare Christum imò maior campana S. Petrus, fuit fracta, negando Christum, nec Ioānes qui fuit iuxta crucem, fuit ausus dicere in fauorē Christi aliquid. Sed hodie considerando finalem vtilitatem passionis Christi fit magna solennitas, campanas pulsando. Secunda tristitia, quia tunc pulsantur tabulæ, qui est sonus tristitiæ & doloris, & significat sonum derisionum & blasphemiarum quas fecerunt Christo in passione. Sed hodie sacerdotes cantant alta voce & clarè. Et est ratio quoniam ex passione Christi habemus quod animæ beatę cantabūt cum Angelis in gloria. Tertia tristitia, quia in die veneris sancta imagines, cruces, & tabulæ absconduntur & cooperiuntur, quemadmodū in passione Christi, virgo Maria, Magdalena, Ioānes, & alij cooperiebāt sibi caput præ dolore & tristitia, non poterant respicere passionem Christi crudelem, sed hodie ostenduntur cruces solenniter in signū vtilitatis passionis Christi. Quarta tristitia, quia in die Veneris cum sancta fletibus & doloribus memoratur passio Christi, ad ostendēdum fletus

& plan-

& planctus virginis Mariæ & aliorum. Sed hodie memoratur cum lætitia & gaudio iuxta finalem vtilitatem. Quinta tristitia, quia feria sexta gentes cum tristitia incedunt discalciatæ, & multi ieiunant in pane & aqua, sed hodie gentes incedunt cum magna lætitia benè indutæ portantes ramos in manibus suis, ꝙ signat victoriã quã habemus de inimicis nostris ex passione Christi. Sexta tristitia, quia tunc passio cantatur sine processione & ordine, imò Apostoli fuerũt dispersi, separati & diuisi, sed hodie fit solennis processio, & imus omnes congregati & ordinati, quia ex passione Christi omnes sumus vniti & cõgregati. iuxta illud Ioã. 6. Christus moriturus erat vt filios Dei qui erant dispersi, cõgregaret in vnũ. Ideò cãtamus cum lætitia, Benedictus qui venit in nomine Domini. Tertius punctus est de via quã tenuit Christus veniendi in Ierusalẽ, quæ quidẽ via cõprehenditur in sex punctis. Primò Christus hodie manè recessit de Bethania, & venit in Bethphage. Secundò de Bethphage in montem Oliueti. Tertiò, de mõte Oliueti descẽdit in vallẽ Iosaphat. Quartò de valle Iosaphat venit in Ierusalẽ. Quintò de Ierusalẽ iuit in templũ Dei. Sextò, de tẽplo iuit in Bethaniã cum 12 Apostolis, vt habetur Mar. 11. In quo apparet ꝙ fecit sex stationes. Et significant viã nostrã quã facimus peccando, & ad gratiã redeundo per viã pœnitentiæ. Primò per peccatũ nos recedimus de Bethania quæ interpretatur domus obedientiæ à qua recedimus quandocunq; præcepta Dei frangimus pro aliquo bono lucro habẽdo, in quo recessu debet esse fletus. Sic quando Christus recessit de Bethania à Magdalena, Martha, & Lazaro, faciendo eis gratias, quia multoties receperant ipsum in domo sua, tunc Maria Magdalena incœpit flere, dicens Christo, Domine, quò vultis ire? quoniã iam cõclusum est in Ierusalẽ vt vos occidant. Ideò teneatis hic festũ paschæ, & mater vestra veniat huc. Idem dicebant Apostoli, Martha & Lazarus qui timebant. Respondit eis Christus, Oportet implere voluntatẽ eius qui me misit. Magdalena & oẽs alij flebãt dicẽtes, Fortè nunquã amodò videbimus eũ. Ecce fletus in recessu de Bethania, in quo ostenditur ꝙ homo quãdo recedit à domo obediẽtiæ debet flere per contritionẽ, iuxta prophetiã Hiere. 2. Scito & vide quia malũm & amarũ est reliquisse te Dominũ Deũ tuum, & nõ esse timorem eius apud te. Ecce prima statio. Secundò venit Bethphage, quę interpretatur domus buccę siue domus oris. Ecce hic oris cõfessio postquã recessisti de Bethania. i. de domo obedientiæ cũ fletibus cõtritionis, oportet te venire Betphphage. i. ad domũ oris peccata cõfitendo. Betphphage autẽ erat villa sacerdotũ Sic cõfessio habet fieri sacerdotibus, quia nullus alius quantumcunq; sanctus, potest remittere peccata: quia solũ presbyteris dicit Christus, Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis. Ioã. 20. No remittuntur eis, non dicit remittentur, quia illa eadẽ hora in qua remittuntur à cõfessore

Bethania domus gratiæ, obedietiæ, vel afflictionis, à Beth domus, & hanã gratum esse, siue ab anah affligere.

etiam remittuntur à Deo. Et quorum retinueritis, scilicet non absoluendo, quia nolunt à peccatis abstinere, vel quia nolunt restituere, vel quia nolunt iniurias remittere, retenta sunt à Deo. Ecce secunda statio. Tertiò de Bethphage ascendit in montem Oliueti. Ecce operis satisfactio. Mons Oliueti habet tres conditiones in quibus significantur tria opera satisfactoria. Prima, quia mons Oliueti est asper. Ecce hic asperitas ieiuniorum, vigiliarum, &c. Secũda, quia est altus. Ecce altitudo orationis, quæ secundum Damasc. est eleuatio mentis in Deum. Tertia, quia ibi crescebat oleum, quod est medicinale. Ecce eleẽmosynarum largitio. Facite ergo fructum dignum pœnitentiæ, Luc. 3. Quartò de monte Oliueti descendit in vallẽ Iosaphat quæ interpretatur Domini iudicium. Ecce debitorum remissio, quia Dominus iudicabit irreuocabiliter quod quilibet restituat debita, licèt sis in monte Oliueti per opera satisfactoria, oportet te etiam descẽdere in vallem Iosaphat, restituẽdo ablata dupliciter, vel spiritualiter, vel temporaliter. Spiritualiter descendit in vallẽ Iosaphat Ecclesiasticus qui obtinuit per simoniã, Prælationẽ vel dignitatẽ vel beneficium, quia furtũ fecit. Ioan. 10. Qui nõ intrat per ostiũ in ouile, sed ascendit aliundè, ille fur est & latro. Ostium est electio pura sine assensu tuo, vel tractatu, vel prouisio pura est spiritualis, quia Papa te ibi posuit sine scitu & tractatu tuo, aliàs si vis sàluari oportet descẽdere in vallem Iosaphat remittendo di. Domine, furatus fui hoc, ideò restitui in manibus vicarij vestri. Temporaliter descendit etiam in vallem Iosaphat ille qui furatus fuit castrũm, villam, domũ, agrum, vel possessionem siue pecuniã, vel alia quando restituit illud, Oportet enim descendere de malo statũ, nullus vos decipiat. Item si diffamastis aliquem, oportet descendere ad restituendum sibi famam si non sit verum quod dixistis, vel erat occultum & secretum. Si dicatur verecundia erit reuocare vel periculum. Respondeo, non est curandum de hoc, quia non remittitur peccatum nisi restituatur ablatum. 14. q. 6. si res. Quintò, de valle Iosaphat venit Ierusãlem quæ interpretatur pacifica Ecce hic iniuriarum remissio. Tunc homo pacificat se cum inimico Ideò Dauid, Rogate quę ad pacem sunt Ierusalem. & abundantia diligentibus te. Fiat pax in virtute tua, & abundantia in turribus tuis. No. abundantia, quia nisi habeant pacem maiorem cum minoribus & econuerso, & maiores inter se non abundabunt, imò erunt pauperes, & terra erit sterilis. Ideò Apostolus dicit, Pacem sequimini cum omnibus & sanctimoniã, sine qua nemo videbit Deum. Heb. 12. Nota, pacem & sanctimoniam simul coniungit, quia aliqui habent pacem, sed non sanctimoniam, sed malitiam & peccatum sicut latrones inter se, lenones cum meretricibus. Item emptor, venditor, & curator habent pacem, sed non sanctimoniam quando fraudant se inuicem. Sextò, de Ierusalem intrauit templum Domini. Ecce hic

A scha phat iudicauit, & iah Deus.

hic Eucharistiæ communio Postquam feceritis prædictas stationes, vadatis ad templum Domini ad communicandum, nec expectetis quod Dominus veniat ad vos in infirmitate, &c. Gen. 24. Ingredere benedicte Domine, cur foris stas? & appositus est in conspectu eius panis quod allegoricè dicitur cuilibet Christiano. Ecce via Paradisi quam Christus veniendo in Ierusalem nobis ostendit. Ideò benedictus qui venit in nomine Domini.

Feria II. post ramos Palmarum. Sermo vnicus.

V*Enit vox de cœlo, dicens, Et clarificaui, & iterum clarific.* Ioan. 12. In isto sancto Euangelio breuiter præsentato inueni quatuor magnos honores Domino Iesu Christo factos, propter quatuor rationes.

Primus per dilectionem specialem.
Secundus per admirationem intellectualem,
Tertius per deuotionem specialem,
Quartus per locutionem cœlestialem.

De quarto honore dicit thema, Venit vox de cœlo di. Quantum ad primum honorem Christo factum ex deuotione speciali s. trium sanctarum, & deuotarum personarum. s. Mariæ Magdalenæ, Marthæ, & Lazari. De quo dicit principium Euangelij, Ante sex dies Paschæ venit Iesus Bethaniam vbi Lazarus fuerat mortuus, quem suscitauit Iesus. Fecerunt autem ei cœnam ibi, & Martha ministrabat, Lazarus verò vnus erat de discumbentibus cum eo. Maria ergo accepit libram vnguenti nardi pistici pretiosi, & vnxit pedes Iesu, & extersit pedes eius capillis suis, & domus impleta est ex odore vnguenti. Nota hic bona secreta. Ante sex dies Paschæ, quia illo modo Pascha Iudæorum fuit in die Veneris sancto. Ideò hoc conuiuium fuit sibi factum die sabbati præteriti, quando Christus exiuit ciuitatem Effrem, quæ erat iuxta desertum, in qua Christus passus fuit multas miserias, & cum Apostolis venit Bethaniam, vbi erant Maria Magdalena, & Martha, & Lazarus, & multæ aliæ deuotæ personæ quæ præparauerant Christo cœnam, non prandium. Dic practicè quomodo cum magna solicitudine Martha ministrabat, licèt esset nobilis domina, tamē reputabat sibi ad magnum honorem quod posset seruire Christo. Etiam Angeli reputant sibi ad gratiam, & honorem. Mat. 4. Accesserunt Angeli, & ministrabant ei. Lazarus etiam nobilis homo dedit sibi aquam super manus. Cogitate quomodo Christus totus humilis faciebat se deprecari. Deinde Christus benedixit mensam di Oculi omnium in te sperant Domine. Hæc benedictio venit à Christo ad Apostolos, ab Apostolis ad Martyres, & deinde ad nos. Et quādo posuerūt se ad mēsam, Lazarus voluit seruire, sed Christus noluit, sed quod comederet. Ideò dicit Euāgelista quod Lazarus erat vnus ex discumbentibus. Modò scimus quid faciebat

Martha, quia ministrabat, & Lazarus quia comedebat, Maria Magdalena quid faciebat, de quo illa seruiebat Christo? dicit Ioannes, quod de illo de quo iam alias sibi seruierat, portauit vnguentum pretiosum, sicut fecerat quando fuit conuersa in domo Simonis leprosi, & lacrymis lauit pedes Christi. Noluit aquam de rosa marina. Et sicut in conuersione fleuerat ex peccatorum cõtritione, & sic tunc fleuit ex Christi cõpassione di. O qui sustines totum mundum, & incedis humiliter sustinendo labores, &c. Et illo vnguento vnxit pedes Iesu, & capillis eius tersit, quos antè portabat tanquã reliquias. Et dicit Ioannes, quod tota domus impleta est ex odore vnguenti. Ecce primus honor. Moraliter. Sicut tunc Christus ante sex dies Paschæ venit in Bethaniam, vbi fecerunt sibi dictum conuiuium, ita ab hoc die, in quo legitur hoc Euangelium vsque ad festum Paschæ, sunt sex dies. Et Christus hodie venit in Bethaniam, id est, in personam obedientem, quæ venit in pœnitentia. Bethania interpretatur domus obedientiæ. Persona autem quæ obedit primò præceptis Christi dicẽtis, Pœnitentiam agite, &c. Mat. 4. dicitur Bethania in quam venit Christus per gratiam, & præparatur Christo cœna. No. etiam hîc quomodo aliqui dant Christo prandium, & cœnam. Quidam non dant sibi prandium nec cœnam. Quidam dant prandium solùm, sed non cœnam. Quidam sunt qui dant solùm cœnã. Prandium dant Christo pœnitentes, qui manè i. in principio Quadragesimæ incœperunt facere pœnitentiã, & etiam dant sibi cœnam, quando ipsam cõtinuant vsque ad finem Quadragesimæ, quia pœnitentia est cibus, & refectio Christi. Ioã. 4. Meus est cibus, vt faciam voluntatẽ eius qui misit me. Et loquitur de pœnitentia, & conuersione peccatorum. Dicit illis qui dederunt sibi prandium, & cœnam. Vos estis qui permãsistis mecum in tentationibus meis Et ego dispono vobis sicut disposuit mihi pater meus regnum, vt edatis, & bibatis super mensam meam in regno meo. Luc. 22. No permansistis. i. perseueranter mansistis, & stetistis in tentationibus meis. Tentationes nostras dicit esse suas, quia eius effectiuè sunt, quas ipse dat nobis ad augmentum meritorum, sed nostræ sunt subiectiuè, & patienter. Quidam nec prandiũ nec cœnam dant Christo, excusando se de pœnitentia, &c. Quibus dicit Christus, Ecce serui mei comedent, & vos esurietis. Ecce serui mei bibent, & vos sitietis. Ecce serui mei lætabuntur, & vos confundemini. Esa. 65. Ideò ad minus detis sibi cœnam. i. finem quadragesimæ. Quidam dederũt sibi prandium sed non dant sibi cœnam, quia modò deficit eis cor in fine quadragesimæ. Tales qui se sic excusant falsè, excludentur à cœna Christi. De qua Luc. 14. Dico vobis, quod nemo virorum illorum gustabit cœnam meam. De qua Apoc. 19. Beati qui ad cœnam nuptiarum agni vocati sunt. Qui autem non dederunt Christo prandium in principio quadragesimæ, ad minus dent sibi cœnam. i. finem quadragesimæ,

dragesimæ, istam hebdomadam sanctam. Sed oportet quod sint ibi tres personæ. s. Martha, quæ interpretatur irritans seu prouocans, & significat contritionem quæ non est nisi irritatio, & prouocatio doloris propter peccata. Secundò oportet quod sit ibi Lazarus, qui interpretatur adiutus à Deo. Ecce oris confessio. Ratio est, quia sicut Lazarus qui erat mortuus, iuuante Deo surrexit de morte ad vitam, ita spiritus qui iacet mortuus propter peccatum in monumento corporis, iuuante Deo, suscitatur à morte culpæ ad vitam gratiæ in confessione. Ideò dicit scriptura sancta de illis qui benè confitentur, & claré. Sepulchrum patens est guttur eorum. Psalm. 5. Tertiò, oportet quod sit ibi Maria Magdalena cum alabastro vnguenti pretiosi, i. afflictio corporalis medicinalis quia sanat omnes plagas peccatorum nostrorum. ergo isto vnguento pretioso vngamus pedes Iesu. Caput eius est principium quadragesimæ. Corpus, tempus sequens, sed pedes sunt vltima hebdomada, sic tota domus implebitur odore vnguenti. Vnde dicit Apostolus 2. Corinth. 2. Deo gratias, qui semper triumphat nos in Christo Iesu, & odorem notitię suæ manifestat per nos in omni loco, quia Christi bonus odor sumus. No. de murmuratione Iudæ dicentis, Vt quid perditio hæc? potuit enim venundari multò, & dari pauperibus, &c. Vtinam non sit inter nos aliquis Iudas, qui de vnguento pretioso afflictionis corporalis, & pœnitentiæ murmuret, & dicat, Verè melius valeret facere eleẽmosynam quàm ieiunare. Vos vt Iudas dicitis, vt quid perditio hæc, &c. Bona est eleẽmosyna, sed in suo casu melior est pœnitentia corporalis. Vnde sicut vulneratus qui timet punctiones, & dicit Medico, Recedatis, nõ sanatur, & malè dicit, sic etiã peccator qui dicit, quia melius est quod faciam eleẽmosynam, male dicit. Non curatur vulnus luxuriæ à plaga luxuriæ, nisi per scopam de pane, & aqua. Idem de guloso qui dimittit ieiunia dicens, quia dabo eleẽmosynã. Secundus honor Christo hodie factus venit per admirationem intellectualem. Sciendum est, quod omnes Iudæi congregabantur in Ierusalem ratione festiuitatis Paschæ. Et quando populus audiuit tam magnum miraculum de suscitatione Lazari tam publicum, & notorium, & tanti baronis, cuius mortem sciuit tota patria, ex admiratione tanti miraculi dicit Ioannes, quod veniebant gentes non propter Iesum tantùm, sed vt viderent Lazarũ quem suscitauit à mortuis. De quo dicit Augustin. quod narrabat mirabilia quę viderat de alio mundo, scilicet quomodo damnati sunt omnes qui sine fide Christi moriuntur. Narrabat etiam diuersitatem pœnarum inferni. Item de Purgatorio. Item de pueris cum originali peccato decedentibus. Item de Paradiso, de ordinibus Angelorum, quia illi de inferno vident beatos. Item dicit glo. quod discipuli Christi quæsierunt multa ab eo de alio mundo, proptereà omnes volebant Lazarũ videre, & ipsum audire, & ex ver-

bus suis multi conuertebantur ad Christum, propter quòd Principes Iudæorum cogitauerunt etiam occidere Lazarum. Et ex isto miraculo populus ciuitatis Ierusalem recepit Christum venientem in die Ramorum cum tanto honore, & solennitate di. Benedictus qui venit in nomine Domini, &c. No. hîc secretum allegoricum, quia Lazarus quatriduanus fuit à Christo suscitatus. Ideò ex admiratione populus fecit sibi istum honorem. Secundum nota hîc quatuor dies à principio mundi vsque ad finem. s. vsque ad diem iudicij.

Primus dies legis naturæ,
Secundus legis scripturæ,
Tertius legis gratiæ,
Quartus legis iræ.

In quibus Lazarus i. humanum genus iacet mortuus. Primus dies legis naturæ fuit de Adam vsq; ad Moysen. Dicitur autem lex naturæ, quia tunc gentes se gubernabant intellectu naturali, quia tunc non habebant libros, nec doctores, nec magistros. Et dicebatur dies propter claritatem intellectus. De isto die dicit Apost. Rom. 2. Cùm gentes quæ legem non habent naturaliter ea quæ legis sunt faciunt, eiusmodi legem non habentes, ipsi sibi sunt lex, qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis, testimoniũ reddente illis conscientia ipsorum. Ecce prima dies. Secunda dies. s. legis scriptæ fuit à Moyse vsq; ad Christũ, & durauit vltra mille, & quingentos annos. Et tunc gentes gubernabant se, nõ solùm intellectu naturali, sed etiã per scripturas quas Deus voluit dare, quia gentes malè se gubernabant solo intellectu naturali. Ideò ista dies fuit clarior prima die. Prouerb. 6. Mandatum lucerna est, & lex lux, & via vitæ increpatio disciplinæ. i. vitiorum. Ecce secunda dies in qua Lazarus i. humanum genus iacet mortuum. Tertia dies. s. legis gratię est iste dies in quo sumus modò, à Christo. s. & ista dies erat necessaria, quoniam lex Moysi non loquebatur de alio mundo sicut ista quæ loquitur de Paradiso, de inferno, & Purgatorio. Et scimus quid fuit, quid erit: ideò iste dies est clarior aliis prædictis. De ista die dicit Christus, Si quis ambulauerit in die, non offendit, quia lucem huius mundi videt. Ioan. 11. In ista etiam die Lazarus. i. humanum genus iacet mortuum in terra, quia nondum venit resurrectio generalis. Quarta dies post hunc diem gratiæ veniet citò, & breuiter. s. dies legis, iræ, & corruptionis Antichristi, qui corrumpet, & destruet totam legem Christi. de quo dicit Dauid, Constitue Domine legislatorem. Glo. Antichristũ super eos, s. peccatores. Vnde Ecclesia, Dies illa dies iræ, dies calamitatis, & miseriæ, &c. Etiam in isto quarto die Lazarus, id est, humanum genus iacet mortuum, corruptum & fœtidum, quia totus mundus scaturit peccatis & mollitiis, sed in fine huius diei venit Christus in Bethaniã. i. in hunc mundum, in quo tunc seruabitur sibi obedientia, quia

mortuo Antichristo totus mundus conuertetur ad Christū. Et sicut in suscitatione Lazari clamauit di. Lazare veni foras, & statim surrexit, sic clamabit tunc di. Surgite mortui, venite ad iudicium. Tūc boni resurgent cum ramis palmarum in manibus in signum victoriæ, quam habuerunt de mundo per paupertatem, de diabolo per humilitatem, de corruptione propria per castitatem, & veniēt obuiā Christo cantando & dicendo, Benedictus qui venit in nomine Domini. De hoc dicit Io. Apoc 7. Vidi turbam magnam quam dinumerare nemo poterat, & omnibus gentibus, & tribubus, & populis, & linguis stantes ante tronum in conspectu agni amicti stolis albis, & palmæ in manibus eorum & clamabant, scilicet, Benedictus qui venit, &c. Tertius honor Christo factus venit per deuotionem specialem, de quo dicit euangelium. Erant gentiles quidā qui ascenderant vt adorarent in die festo. Hi ergo accesserunt ad Philippum dicentes, Domine volumus Iesum videre. Venit Philippus, & dixit Andrææ. Andræas rursum & Philippus dixerunt Iesu. Iesus autem dixit, Venit hora, vt clarificetur filius hominis. Amen amen dico vobis, Nisi granem frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet si autem mortuum fuerit, multum fructum affert. Dic quomodo gentiles .i. geniti tales, quia incircuncisi quales geniti erant etiam ex deuotione, veniebant adorare in Ierusalem tāquam sapientes, & discreti, videntes quod Iudæi adorabant vnum Deum. Ideo secretè veniebant in Ierusalem adorare Deum. Multi etiam veniebant ad videndum Christum propter magnam famam miraculorum Et dixerunt Philippo Apostolo quem inuenerunt primò, Domine volumus Iesum videre. Et nunquid videbant ipsum quando prędicabat? imò, sed hoc dicebant, quia volebant loqui cum eo, quia non loquebatur cum aliquo nisi ex magna necessitate. Ideo dixit, Ego palàm locutus sum mundo. Ego semper docui in synagoga, & in templo quo omnes Iudæi conueniunt, & in occulto locutus sum nihil. Ioā. 18. Philippus autem dixit Andrçæ, & simul ambo dixerunt Christo, qui respōdit ei dic. Venit hora, vt clarificetur filius hominis .i. cognoscatur à Gentilibus, & Paganis quod esset verus filius Dei. Apostoli autē tūc intellexerunt, quod tunc statim clarificaretur. Sed Christus declarauit eis tempus & modum di. Amen amen dico vobis, Nisi granum frumenti cadens in terram, &c. Tunc comparauit se grano frumenti cadenti de cœlo in terram, scilicet, vteri virginalis in incarnatione, quod si mortuum non fuerit, scilicet, per passionem, ipsum solum manet. s. saluum Si autem mortuum fuerit, multum fructum affert. s. redemptionis, & saluationis. No. illi gentiles volentes videre Iesum dixerunt Philippo, & Philippus dixit Andręę, & ambo simul dixerunt Christo. Quare Philippus non dixit Christo, cùm esset ita discipulus, & familiaris Christo sicut Andræas? Responsio, ad ostendēdum

tres gradus qui sunt in visione, & cognitione Dei, &c.

Primus per scientiam Physicalem,
Secundus per scientiam Theologalem,
Tertius per scientiam beatificalem.

Primus gradus visionis, & cognitionis Dei est per scientiam Physicalem signatam per Philippum, qui interpretatur os lampadis. Talis est scientia Philosophiæ, quæ habet magnum os ad instar lampadis, & infrà habet paruum lumen, id est, paruam cognitionem de Deo, quia solùm cognoscit quod est vna prima caussa, & vnus primus motor. Vnde Philosophi in scholis probabant vnum esse Deum, & in templo adorabant idola. Sed scientia Philosophiæ habet magnum os ad disputandum, arguendum, & respõdendum. Ideò Gentiles veniunt ad Philippum i. Philosophiam, vt viderent Christum, ideò parum sciuerunt de Deo. plus scit modò de Deo vna vetula quæ scit, Credo in Deum, &c. quàm antiquitus sciuerunt omnes Philosophi. Ideò oportet quod Philippus.i. Philosophus veniat ad Andream, qui interpretatur decorus, qui significat Theologiam, siue Theologum pulchrum, & decorum, qui est sine macula erroris, quia sciẽtia Theologiæ est pura veritas, sed nec ista sufficit, quia modò in hoc mundo solùm in figura, & speculo videmus Deum. 1. Cor. 13. Videmus nunc per speculum in ænigmate, tunc autẽ facie ad faciem. Speculum sunt creaturæ quæ repræsentant creatorem. Ver. gra. Terra cum arboribus repræsentat potentiam Dei: Aquæ quæ abluunt, & mundant, repræsentant misericordiam Dei, quæ lauat, & mundat à peccatis, & sic de aliis. Et in ænigmate. i. per figuram, ergo nec Philippus, nec Andreas sufficiunt, nec scientiæ Philosophiæ, nec Theologiæ sufficiunt ad videndum Deum clarè, sed oportet ire ad Christum, per gloriam beatificam in Paradiso, & tunc facie ad faciem videbimus eum sicuti est. Vnde ergo dixerunt Gentiles, volumus Iesum videre. s. tanquam librum gloriæ habentem duas chartas. s. diuinitatis, & humanitatis, in quibus consistit tota gloria. 1. Ioan. 3. Scimus quoniam cùm apparuerit, similes ei erimus, quoniã videbimus eum sicuti est, vbi non est speculum, nec figura aliqua, sed visio clara & aperta. Quartus honor, & maior aliis fuit per locutionem cœlestialem, quia Deus pater fuit locutus Christo audiente populo, & hoc quando Christus eleuatis oculis in cœlum dixit, Pater clarifica filium tuum. Et venit vox de cœlo dicens, Clarificaui, & iterum clarificabo. No. clarificaui. i. clarè demonstraui quod tu es filius meus. s. in miraculis per te factis, in quibus ostenditur diuinitas mea, & iterum clarificabo s. in passione, resurrectione, ascensione, & in generali iudicio. Turba autem quæ stabat & audiebat, dicebat, Tonitruum factum est. Alij dicebãt non, sed Angelus ei locutus est. Quibus dixit Christus, Non propter me hæc vox venit, sed propter vos, quia Christus iam sciebat voluntatem

tem patris, quia inquantum Deus, eadem est voluntas patris & filij. Etiam inquantum homo sciebat voluntatem patris, sed illa vox venit propter illos vt crederent in filium Dei. De illa voce dixerat iam Dauid Psal. 28. Vox Domini super aquas, Deus maiestatis intonuit. Ibi septies dicitur vox Domini, propter septem clarificationes filij Dei. Primò dicit, Vox Domini super aquas. s. lachrymarum Christi, qui mortuus fuit lachrymando. Heb. 5. Cum clamore valido & lacrymis se offerens, exauditus est pro sua reuerentia. Super aquas virginis Mariæ & aliorum deuotarum personarum fuit clarificatus, quia Sol fuit obscuratus. Secundò, Vox Domini in virtute, propter clarificationem quam habuit in inferno, quando dixit, Attollite portas, quia virtute diuina statim portæ fuerunt apertæ. Item fuit clarificatus in limbo, in quo sancti patres ibi Christum expectantes viderunt diuinitatem clarissimè. Tertiò, Vox Domini in magnificentia. Ecce clarificatio resurrectionis, quia magnificè surrexit, & sanctos patres liberauit. Quartò, Vox Domini confringentis cedros. i. Apostolos omnibus aliis sanctis altiores & maiores, sed fuerunt tardi & duri ad credendum Christi resurrectionem, vt patet de Thoma. Sed hanc duritiam Christus fregit, quando eis apparuit, & crediderunt firmiter suam resurrectionem. Quintò, Vox Domini intercidentis flammam ignis. s. Imperatorum Romanorum, qui faciebant edicta, leges & ordinationes contra Christianos. Sed hæc flamma furoris fuit intercisa in conuersione Constantini Imperatoris. Sextò, Vox Domini concutientis desertum. i. cœlum empyreum, quod dicitur desertum. Luc. 15. in parabola ouium quas Christus dimisit in deserto i. in cœlo, quia cœlum est desertũ à malis Angelis & hominibus. Sed quando Christus ascendit in cœlum, totum cõmotum fuit in gaudium & lætitiam Angelorum & hominum. Septimò, Vox Domini præparantis ceruos. s. die iudicij quando de cœlo & de inferno saltabunt animæ ad recipiendum corpora sua in generali resurrectione. Deinde data sententia finali à Christo, simul cum carne & anima saltabunt mali ad infernum, boni verò in cœlum empyreum. De hoc dicit Dauid in persona cuiuslibet boni, Qui perfecit pedes meos tanquã ceruorum, & super excelsa statuens me. Psal. 17.

Feria III. post diem Palmarum. Sermo vnicus.

B*Onum erat ei si non esset natus homo ille.* Mar. 14. & in passione Domini statim lecta scribitur verbum istud. Verbum propositum habet magnam difficultatem in Theologia, ideo in præsenti sermone volo ipsum declarare. Sed primò salutetur virgo Maria, &c. Bonum erat ei si nõ esset, &c. Pro huius verbi declaratione, & materiæ prędicãdæ introductione sciendum, quod secundũ diuersitates, &

tes, & conditiones peccatorum & vitiorum debent esse diuersi modi correctionum. Sicut secundum diuersitatem & conditionem infirmitatem & plagarum sunt diuersæ medicinę. quia vna medicina non esset bona omnibus infirmitatibus. Ita nec modus correctionis omnibus peccatis. No. ergo tres modos peccatorum, seu plagarum. Quidam enim peccant ex ignorantia, credentes benè facere, quia si scirent se male facere nō facerent. Tales indigent medicina scientię, scilicet, vt declaretur eis malum quod faciunt, & corrigātur, vnde ad plagam de ignorantia, propria medicina est scopa de scientia Et istū modū tenuit Christus erga Apostolum Paulum, qui peccabat ex ignorantia persequendo Christum, & Christianos, de quo dicit ipsemet, Prius ante, scilicet, conuersionem fui blasphemus & persecutor, & contumeliosus, sed misericordiam Dei consecutus sum, quia ignorans feci in incredulitate. 1. Tim. 1. Sed curatus fuit à Christo medicina scientiæ, quando in terram prostratum circumfulsit eum lux, &c. Et sicut ab extra apparuit claritas, ita etiam intus in anima fuit illuminatus. Ideo conuersus dixit, Domine quid me vis facere? Act. 9. Quidam peccant ex fragilitate seu impotentia, quia benè vellent cauere à peccatis, sed habita occasione peccant, vel amore carnali, vel timore corporali, quia sunt fragiles, tales indigent medicina amoris Dei, vt suo amore corrigantur ab illo peccato. Hoc modo Christus correxit Petrum Apostolum qui peccauit negando Christum, nō ex ignorantia, quia ipse dixerat, Tu es filius Dei viui. Mat. 16. sed ex fragilitate & impotentia, timore temporali, & timore mortis. Dicit Lucas, quod conuersus Iesus respexit Petrum, & traxit ipsum ad pęnitētiam, quia egressus foras fleuit amarè. Quidam autem peccant non ex ignorantia, nec ex fragilitate, sed ex malitia propria & iniquitate cordis. Tales indigent alia medicina, scilicet, timore damnationis, & timore iudicij ad amouēdam malitiam & iniquitatem à corde timore æternæ damnationis, vt correctio diuinæ gratiæ, posit intrare in cor Et istum modum tenuit Christus in correctione Iudæ Scarioth, qui peccabat nō ex ignorantia, quia benè credebat Christum esse verum Deum & hominem, ex miraculis quæ viderat, nec ex fragilitate, sed ex propria malitia & iniquitate & effusione vnguenti quam Christus sustinuit, quia non fuit venditum vt ipse fuisset furatus inde tertiam partem. Christus ergo in correctione Iudæ accepit medicinam timoris damnationis ad sanandum cor Iudæ, vt corrigeretur, sed tamen nolebat corrigere liberum arbitrium, sed dixit. Vnus ex vobis me tradet qui manducat mecum. At illi cœperunt cōtristari, & dicere ei singulatim, Nunquid ego? Qui ait illis, Vnus ex duodecim qui intingit mecum manū in catino. Vę autem homini illi per quem filius hominis tradetur. Marc. 14. Ecce quomodo quærebat sanare cor Iudæ, sed tāta erat malitia in corde eius, quod nō potuit intrare

trare gratia Spiritus sancti, quia pauci cõuertuntur de illis qui sic peccant per malit. secùs de illis qui sic peccant ex ignorãtia, vel fragilitate, tunc Christus ad terrendum Iudã ne peccaret, dixit ve. bũ thematis, Bonum erat ei, &c. patet thema. Nota, quod in sacra Scriptura inueniuntur tres natiuitates.

Prima est natiuitas de formatione interiori,
Secunda natiuitas de productione exteriori,
Tertia natiuitas de adoptione superiori.

De qualibet istarum potest verificari thema propositum, Bonum erat, &c. Prima natiuitas est de formatione interiori, quæ à doctoribus vocatur natiuitas in vtero. quoniã doctrina est theologię in glo. super Leui. 12 c. quod postquã mulier cõcepit, tunc corpus formatur in vtero, & si est masculus corpus est fomatum in 40. die, & tunc creatur anima, & creando infunditur, si fœmina. 80. die, quia est frigidioris cõplexionis, Talis formatio corporis, & creatio & infusio animæ in sacra Scriptura dicitur natiuitas in vtero. Dic ad hoc similitudinem de nucleo in terra plantato, quando in terra tumescit, siue inflatur, di. vulgariter, iam est natus, licet extra terram nõ appareat, Idẽ de prole in vtero matris, ꝙ quãdo venter ingrossatur, tunc di. mulier est grauida, & illud vocatur natiuitas interior authoritas, Mat. 1. ꝙ Ioseph erat admirans, & secum disputans de impregnatione virginis Mariæ sponsæ suæ. Angelus autẽ Domini apparuit ei dicens, Ioseph fili Dauid, noli timere accipere Mariã cõiugem tuã, ꝙ enim in ea natũ est, de Spiritusancto est. Ecce hic natiuitas interioris formationis. Si de hac natiuitate volumus loqui, benè põt dici thema. Bonũ erat ei, s. Iudæ, si natus non fuisset, id est, formatus in vtero matris. s. quòd nunquam corpus fuisset formatum, nec anima creata. Et iuxta hunc intellectum dicit hic glo. Melius fuisset Iudę omnino nunquam fuisse, quàm damnatum esse. Sed posset aliquis arguere contra glo. Melius est esse aliquid quàm nihil, sed esse damnatum est esse aliquid, quia esse substantiale vel esse hominem includit quod est aliquod bonum, & nihil esse nullum includit, ergo malè dicitur. Istam rationem faciunt multi, sed nihil valet. Pro responsione ponatur talis casus, Quid esset melius, vel nihil habere in hoc mundo, vel habere vnum castrum, quod valet quolibet anno mille florenos de reditibus, sed oportet soluere pro illo castro centũ millia florenorum quolibet anno de reditibus sub pœna mortis. Simpliciter loquendo, melius est habere castrum, quàm nihil habere, sed multò melius est nihil habere quàm habere castrum cum tali onere & obligatione. Itẽ simpliciter loquendo aliquid esse melius est quã nihil esse, sed esse cũ tali onere & obligatione s. damnationis ęternę semper esse in ira Dei & in pœna melius est nõ esse, quia multò magis est hoc malũ esse dãnatum æternaliter, quàm istud esse bonum substantiale solùm, & nihil

Difficile argumentũ, apud scholasticos.

hil esse non est malum, sed damnatum esse est maius malũ quod potest esse. Propter hoc Christus dixit de Iuda damnãdo, Bonum erat ei No. bonum, propter priuationem mali, culpæ, & pœnæ, &c. Et cõcordat scriptu. di. Melior est mors quàm vita amara, & requies æterna quàm languor perseuerans. Eccl. 30. No. melior est mors quæ. s. dat nõ esse, quàm vita amara. i. damnatorũ & requies æterna Non loquitur hîc de requie gloriæ, sed loquitur iuxta Philisophũ, qui dicit quod quies est cessatio vel priuatio motus, ideò requies æterna. i. non esse quod est cessatio pœnarũ, ideò melius est nõ esse quàm languor perseuerans, ideò dicit B. Ioã ꝙ dãnati desiderãt mortẽ, & appetunt non esse, sed non possunt mori. In diebus illis quærent homines mortẽ & nõ inuenient eã, & desiderabunt mori, & fugiet mors ab eis. Apoc. 9. Moraliter hîc notate ex quo tam dura & aspera pœna inferni est, caueatis pro tẽpore ne vadatis eõ, quia in voluntate vestra cõsistit propter liberum arbitrium, quod nõ cogitur à Deo ad hoc vel ad illud. Eccle. 15. Deus ab initio constituit hominem, & reliquit illum in manu cõcilij sui. Si dicatur, Ergo omnes ad Paradisum ibimus, quia omnes volunt ire, igitur. Responsio, quod mentimini per medium gulæ, quia licèt dicatis ore quod vultis Paradisum, tamen opere aliud facitis & dicitis. Sic viator qui dicit se ire Argentinam verbo, tamen facto recipit viam Coloniæ, talis mentitur & truffatur. Item superbus se dicit ire ad Paradisum, tamen de facto recipit viam inferni. Idem potest dici de aliis peccatis. Ideò Isa. 30. Hæc via s. Paradisi est humilitas, vel misericordia, &c. ambulate in ea, & non declinetis ad dexteram, neque ad sinistram. Iudas autem ex peccato auaritiæ iuit ad infernum, quia ex auaritia vendidit Christum, vt auari, vsurarij, simoniaci, fures, &c. Dicit enim Iudas, Quid vultis mihi dare, & ego vobis eum tradam? Secunda natiuitas est de productione exteriori Et ista est magis communis & vsitata. Exemplum quando nucleus extra terram apparet visibiliter, tunc dicitur esse natus. Idem de muliere postquàm peperit, dicitur, natus est filius. Ioan 16. Mulier cùm peperit puerum, iam non meminit pressuræ propter gaudium, quia natus est homo in mundum. Non dicit in vterum, quia iam est extra. Si de hac natiuitate volumus loqui, etiam verum est thema Bonum est ei. s. Iudæ si natus non fuisset. s. in mundum, quia melius fuisset sibi si mortuus fuisset in vtero matris, quia tunc solùm habuisset peccatum originale. Et est doctrina Theologiæ in 2 sen. dist. 33. quæst. 2. art. 1. quòd pro peccato originali datur mitissima pœna, quia solũ habent pœnam damni. s. non videre Deum, sed non habent pœnam sensus, imò dicit S. Tho in. 2. sen. dist. 33. q. ar. 2. quòd illi pueri qui decedunt solùm cum peccato originali, habent magnas consolationes ad inuicem, disputando intra se de philosophia, quam sciunt magis quàm Philosophi sciuerunt in hoc mundo, nec tristantur, nec displicet eis,

quia non habent Paradisum. Sicut bubulcus non tristatur, quia non est Rex Romanorum, quia bene scit ꝙ sibi non cõpetit, nec tu tristaris, ꝙ non habes alas ad volãdum, quia nõ competit tibi volare sicut aquilæ. Sic etiam illi pueri non tristantur, ꝙ nõ habent regnum Dei, quia sciunt ꝙ non debetur eis, quia si tristarentur iam haberent pœnam sensus, Ideò bonum fuisset Iudæ ꝙ nunquã fuisset natus in hoc mundo, sed quòd in vtero matris fuisset mortuus, quia tunc solũ cum peccato originali decessisset. Ideò modò fuisset cum illis pueris filiis Christianorum, Iudæorum, & Agarenorum, qui moriuntur cũ solo peccato originali. Dic quomodo peccatũ originale nõ est peccatũ factũ à creatura, sed receptũ sicut de imagine auri vel argenti, quę cadit in luto, ita anima est ad imaginẽ Dei facta, vt ponatur in templo gloriæ, sed cadit in luto carnalis generationis, quia si faceret Deus hominem aliter, nõ haberet peccatũ originale. Et ideò quia non est peccatum factũ à creatura, non dat Deus creaturæ pœnã sensibilem ex illo peccato solo. Sed nunquam videbit Deum ex quo moritur cum illa macula, licèt posset venire vsque ad portam Paradisi quærẽdo ingressum, quia nunquam fecit aliud peccatum. Et respondet Christus Respicias maculam quam portas. Respondebit, Domine, ego non feci. Ad quam Christus, ideò non do tibi pœnam sensualem, sed quia habes maculam, vadas ad limbũ cum aliis. Vel si vis dic similitudinem de Rege qui committit militi castrum fortissimum & inexpugnabile, qui tanquam proditor tradidit castrũ inimico Regis. Prius autem Rex non vult occidere militem proditorẽ, licèt posit, sed iurat quòd nunquam aliquis de suo genere intrabit suam curiam. Et ita seruat. Si dicatur. In quo demeruerunt filij militis nondum concepti, nati, nec geniti? Responsio quod sunt filij proditoris. Sed quia nunquam fecerunt aliquid mali, ideò Rex non facit aliquid pœnale, sed non vult eos in sua curia. Sic Deus in principio mundi castrum forte & inexpugnabile Paradisi terrestris, quod secundum Bedam ascendit vsque cœlum Lunæ, militi Adæ, & Euæ vxori suæ commisit vt custodirent illud. Genesis secundo, Posuit Deus hominem in Paradiso voluptatis, vt operaretur, & custodiret illum. Et in illa eadem die tradiderunt ipsum diabolo inimico Dei consentiendo peccato, propter quod Deus iurauit, quod filij Adæ nunquam intrarent curiam, nec regnum. Vnde de hoc auctoritas, Ipsi verò non cognouerunt vias meas, quibus iuraui in ira mea, si introibunt in requiem meam. Psalmo. 94. Si dicatur, Et nunquid nos sumus filij Adæ? Dico quod non. Vnde ante baptismum fuimus filij Adæ, sed in baptismo facti sumus filij Dei & matris Ecclesiæ. Ideò iam est mutata generatio in nobis. Ioãnis. 1. Dedit eis potestatem filios Dei fieri. Semen est verbum Dei. Luc. 8. Item Spiritus sanctus, inquit Paulus, reddit testimonium spiritui nostro quod filij Dei sumus. Si filij, & hæredes, hęredes quidem

Dei,

Dei, cohæredes aūt Christi. Ro. 8. Ideo qui moritur ante baptismum nō potest intrare Paradisum, quia est filius Adę & Euę, quibus iurauit in ira mea, &c. Sed quia nō fuerunt in proditione, imo nō datur eis pœnā sensus. Imò Iob in persona dānati di. Quare nō in vulua mortuus sum, egressus ex vtero nō statim perij? Quare exceptus genibus, cur lactatus vberibus, nunc enim dormiens silerem, Iob 3. No. fuerem. s. cū aliis pueris in limbo, quia in inferno damnatorum nō est silentiū, sed tumultus & clamores ꝓpter dolores. Moral ter. nota illi pueri cū solo pctō origenali decedētes & in limbo existentes ex vna parte regratiantur Deo, quia sunt liberati de pœnis inferni, & ex alia parte quando vident gloriā beatorū cōquęruntur Deo, & clamant dicēdo accusationes septē. Primò cōtra patrem vel matrē, si ex culpa eorum sunt mortui sine baptismo, quia aliqui malè tractant suas vxores, vel verberant, ideo faciunt abortiuū, vel proles moriuntur absq; baptismo. Imò petunt iustitiam à Deo. Secundò clamāt cōtra matres stultas, quæ quando sentiunt se grauidas, & benè possint cognoscere intra mensem, debent cū magna diligentia custodire thesaurum eis cōmissum, ne perdatur saltando, equitando & nō currāt tanquā stultæ, &c. Tertiò clamant cōtra viduas, vel moniales, vel puellas seu essent maritatas quę cōcipiunt nō de viris propriis, ergo interficiunt proles ne cōfundantur, recipiendo medicinas vt occidant proles, &c. Quartò petunt iustitiā de omnib⁹ qui cōsenserunt in morte eorū. s. de medicis & apothecariis. No. illud quod dicit medic⁹ regis cuidam moniali petenti, quid faceret ne cōciperet, respōdit ꝙ nō cōiungeret se viro. Si sacerdos cōsentit in morte illorum, est irregularis. Quintò clamāt cōtra mulieres matres quæ post partū stant diu ad baptizandum & interim opprimunt vel suffocant creaturā cū vbere grosso. Dic modū lactādi. Sextò accusant sacerdotes vel laicos, qui in periculo possunt baptizare si errant vel mutant baptismū, ostēde hic formā baptizādi. Septima accusatio est quādo Christianus dormit cū Iudæa vel Agarena, & cōcipit & parit, & remāsit filius cū filia infideli, quia pater nō curat. Tales resurgent in die iudicij in ætate. 30. annorū, & cognoscēt parētes & petent iustitiā à Deo, ideo caueatis. Tunc dānati faciēt plāctum di. quare de vulua egressus sum? Qui vtinā cōsumptus essem ne, &c. Iob. 10 Tertia natiuitas est de adoptione superiori. Et ista fit in baptismo in quo creatura adoptatur & legitimatur, vt cōsequatur hęreditatē Paradisi, quia nō ex prima natiuitate, nec ex secūda acquiritur ius habēdi Paradisum, sed solū ex ista tertia natiuitate de qua dixit Christus Amen amen dico vobis, nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, nō potest introire in regnū Dei. Io. 3. De ista natiuitate est thema, Bonū erat ei, &c. id est, si nunquā fuisset baptizatus, in quo à Christo fuit adoptatus in filium. Imo propter ingratitudinem de tāta gratia à Christo sibi facta, bonū fuisset ei si non fuisset

Irregularitas supra modū à sacerdotibus vitanda.

fuisset à Christo baptizatus, quia ex hoc habet maiorem pœnã, quia quãdo vita Christiani est mala, maiorẽ pœnã dãnationis habet q̃ infidelis, qui nõ baptizatus fuit. Nota ad hoc miraculũ ꝙ legitur in vitis patrũ & liber est approbatus ex decreto Gelasii papæ, de B. Machario, qui cũdo per desertum inuenit antiquissimum caput cuiusdã mortui, & quia personæ spirituales statim cogitant spiritualia, secus de personis carnalibus, sic ille cogitauit de anima illius capitis di. Si scirem ꝙ anima huius esset in Paradiso, tenerem caput illud pro reliquii, si in purgatorio, orarem ꝓ ipsa, si in inferno, vellẽ scire pro quo peccato est. Et dũ ista cogitaret subitò anima fuit in capite & locuta fuit sibi di. Quæras quia ego respõdebo tibi. Tũc Macharius interrogauit eã di. Cuius cõditionis fuerat, vtrum Christianus an paganus? Respõdit ꝙ fuit paganus. Interrogatus in quo loco erat? Respõdit ꝙ in inferno ęternaliter damnatus. Et erat profundius in inferno q̃ à cœlo vsq; ad terram. Hoc nõ intelligitur per distantiam localem, sed per immensibilitatẽ, seu immensitatẽ pœnalẽ. Interrogatus vtrũ erant aliqui profundiores? Respõdit ꝙ ita, Iudæi. Ratio, quia habuerunt scripturas & ꝓphetas, & nõ crediderũt. Interrogatus vtrum erãt aliqui profundiores Iudæis. Respõdit ꝙ sic, mali Christiani & reprobi, qui tantas receperunt à Deo gratias, & tamen Deũ malis operibus negauerunt & blasphemauerũt. Ideo ex ingratitudine sunt ꝓfundiores. Notate hic bene ad propositum quomodo peccatum ingratitudinis Iudę est magnũ. Cùm enim Iudas recepisset à Deo tot gratias tamen eum vendidit. Primò, quia sibi remisit omnia peccata à pœna & culpa, remisit sibi mortem filij regis Scharioth, & mortem patris sui quẽ occidit, & incestum matris quã duxerat in vxorẽ, vt habetur in historiis. Item declarauit sibi scientiam ad prædicandum, & potẽtiã faciendi miracula, & fecit ipsum discipulum suum & Apostolum procuratorem societatis suæ, baptizauerat eũ, & ipsum cõmunicauit cum aliis. Omnes istæ gratię assignant sibi pœnã. Ideo bonũ erat ei si natus, i. baptizatus nõ fuisset. Et cõcordat propheta Dauid in persona Christi di. Si inimicus meus maledixisset mihi, sustinuissem vtiq;. Et si is qui oderat me super me magna locutus fuisset, abscondissem me forsitã ab eo. Tu verò homo vnanimis dux meus & notus meꝰ. Qui mecum dulces rapiebas cibos in domo Dei, ambulauimus cum cõsensu. Veniat mors super illos, & descendant in infernum viuẽtes, &c. Psal. 54. quasi dicat, In hoc mundo non est aliqua pœna sibi sufficiens. Moraliter super hoc. Mecũ dulces capiebas cibos. Nota de cõmunione ad quam omnes tenentur pueri etiam. 12. vel. 14. annorũ in die paschę. De quo die dicit Apost. Pascha nostrũ immolatus est Christus. Itaq; epulemur. s. cõmunicando. Dicunt aliqui. Nunquid melius esset communicare in die Iouis sancta in qua hoc sacramentum fuit institutũ. & adhuc homo est in pœnitẽtia? Respõdeo, quod decreta-

lis dicit in Pascha, quia tunc debemus cõmunicare, licet non dicat in die Paschæ. Sed ꝙ intelligitur de die Paschæ, patet per euidentiam facti, quia Papa qui fecit decretalem de facto opere, declarat ꝙ illa decretalis intelligitur de die Paschæ, quia in die Paschę cõsecrat plures hostias in pelui de auro. Quoniam sicut vox mea intrat in omnibus auribus vestris, ita verbũ Dei patris in quamlibet hostiã consecratam. Et illa die Papa cõmunicat manibus suis omnes qui veniunt ad eum. Hoc opus declarat quomodo Papa intellexit decretalẽ illã. Nota etiã de litera Cardinalis Missa inquisitori, quæ dicit hoc idẽ ꝙ suprà, quod intelligitur de die Paschæ. Item ad hoc est similitudo de Rege qui in bello campali habet victoriã, quia illa die victoriæ vult intrare castrum vel ciuitatem quam tenebat obsessam. Idem de Rege Christo, qui in die Paschę cum victoria seruauit seu tenuit campum, quem intrauerat in die parasceues. Ideò illo die vult intrare castrum tuum, hoc est, in animã tuam. Honor est Christi, sed vtilitas est tua. Ideò in die Paschæ cõmunicetis, nisi de consilio cõfessoris sit abstinendum ex aliqua caussa rationabili. Sed nullus propria auctoritate debet hoc mutare, nec dimittere quin cõmunicet in die Paschæ ad rationem mulierum dicentium quod in die Paschæ habent ornare, &c. Hæc ratio valet, nisi intelligatis quod in die Paschæ facietis ornamenta in peccato mortali, quia in tali casu nec in die Iouis sancta, nec in die Paschæ debetis communicare, quia estis in peccato mortali, ex quo habetis voluntatem peccandi. Sed si ornatus sit absq; peccato mortali, quia quilibet secundum statum suum potest se ornare modestè, cogitando quod sicut sacerdotes ornant & præparant altaria, sic & vos isto respectu potestis ornare & præparare corpus vestrũ tanquam altare Christi. Illi autem qui indignè communicant, vt Iudas, qui statim postquam communicauit, Christum tradidit. Item ingrati cum Iuda damnabuntur. 1. Corinth. 11. Qui manducat & bibit indignè, iudicium sibi, scilicet damnationis, manducat & bibit, non diiudicans, id est, discernens corpus Domini ab aliis cibis.

Feria IIII. post ramos Palmarum. *Sermo vnicus.*

D*Omine, memento mei dum veneris in regnum tuum* Luc. 23. Sermo hesternus fuit de iusta damnatione Iudę, hodie sermo erit de iusta saluatione latronis. Heri fuit sermo de caussa instrumẽtali passionis Christi, quæ fuit Iudas proditor. Hodie verò erit de caussa finali passionis Christi, quæ fuit vt omnes homines qui erant in terra nati & nutriti & conseruati haberent gloriã Paradisi. Sed primò salutetur virgo Maria. Domine memento, &c. Verbũ propositum pro fundamẽto nostri sermonis est quædã oratio quam fecit latro, sed est magnæ efficaciæ. Et vt videatis & intelligatis efficaciã huius sermonis, sciendum quod oratio quæ est Deo magis placens

ciens & gratiosa, & homini magis cōueniens & proficua, est quod homo petat regnum Dei. Ratio est duplex. Prima ratio, quia talis petitio cōcordat cum ordinatione finali propter quam Deus creauit hominem. Caussa finalis propter quam Deus creauit hominē, est vt habeat gloriam Paradisi & reparetur ruina angelorum. Vide supra hoc Magistrum sententiarum in 2. dist. 1. Quare Deus voluit formare hominem? Non fecit nos vt remaneremus in hoc mundo finaliter, sed vt veniamus ad gloriam Paradisi. Nec aliquis potest homini auferre hanc finem, nisi peccatū mortale, non paupertas, non diuitiæ, nec dolor, nec miseria, nec sanitas, nec infirmitas, sed solum peccatum mortale. Ideò dicit Christus in die iudicij illis qui erunt sine peccato, Venite benedicti patris mei, percipite paratum vobis regnū à constitutione mundi. Mat. 25. Nota benedicti, quia peccatum mortale facit hominem maledictum: à constitutione mundi, id est, creatione, vel ordinatione. Et tunc intelligitur sic, à constitutione, id est, æternali ordinatione. Ecce est hæc caussa finalis, quare Deus fecit hominē, ideò petere regnum Dei multum placet Deo, quia & conuenit & concordat cum diuina ordinatione. Secunda ratio est, quia talis petitio includit & præsupponit omnem aliam petitionem. Bona petitio est petere humilitatem, castitatem, vel misericordiā Dei, sed omnes istæ includuntur in petitione regni Dei, in quod non intrant superbi, nec auari, nec peccatores, &c. nisi faciant pœnitentiam, nec infideles nisi conuertantur. Item bonum est petere perseuerantiam finalem in bona vita, sed tamen illa includitur in petitione regni Dei, quia non datur nisi perseuerantibus in bona vita. Ideò Christus, Lu. 12. & Mat. 6. Primùm quærite regnum Dei & iustitiam eius. Patet ergo duplici ratione quod propria petitio Deo magis gratiosa, & homini proficuosa est petere regnum Dei. Ideò latro ille qui erat crucifixus ad dexteram Christi, non petiit à Christo liberationem corporis, nec vindictam inimicorum, sed petiit regnum cœlorum dicens, Domine, memento mei, &c. Et illa parua oratio fuit tantæ efficaciæ, quod obtinuit regnum cœlorum. Non legitur quod latro ille vnquam fecit aliquod bonum, nec ieiunia, nec eleēmosynas, nec peregrinationes, nec orationes, nisi solam istam paruam orationem, ex qua obtinuit saluationem. Patet thema. Nota quod in sacra scriptura inueniuntur tres modi habendi regnum cœlorum.

Quidam emunt regnum cœlorum rigorose.
Quidam furantur secretè.
Quidam inueniunt à casu.

Et hoc tertio modo habuit ipsum latro qui in via inuenit regnum Dei, quando dixit Christo, Domine, &c. Dico primò quod quidam emunt regnum Dei rigorose, vt dando pretium iustū. Isto modo habuerūt regnum Dei S. Martyres, qui propter hoc sustinuerunt perse-

 cutiones,

cutiones, tribulationes tormenta, & finaliter morte. Ita dederũt preciũ iustum. Nõ tamen intelligatis quod martyrium sit preciũ iustũ per æqualitatem vel æquiparantiã, sed proportionem & conuenientiam, quia nullum genus pœnarum martyrum esset iustum precium, nec pro vna sola hora essendi in Paradiso, tãta est excellentia huius gloriæ. Ideo Apostolus qui illam gloriam vidit: dicebat, Non sunt condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis. Rom. 8. Non sunt condignæ. s. per æqualitatem vel æquiparantiã, sed sunt condignæ per proportionẽ vel cõuenientiam quoniam ex quo persona dat pro Deo maiora bona mundi. s. bona temporalia & corporalia, corpus & vitam sicut fecerunt sancti martyres, ideo iterum est conueniens vt Deus det illi maiora bona quæ sunt in alio mundo. s. regnum cœleste. Ista est proportio & conuenientia quasi dicat, Christus, Da mihi illud quod habes secundum potentiã tuã, & ego dabo tibi quod habeo secundum meã magnificentiã. De hac proportione, siue iustitia dicit Christus, Beati qui persecutionem patiũtur propter iustitiam, quoniã ipsorum est regnum cœlorũ. Mat. 5. Et ad literam loquitur de martyribus. Et sub isto nomine persecutionẽ, cõprehendit omnes tribulationes & passiones martyrum. No. propter iustitiã, Christus nõ restringit meritum nostrũ solũ veritati fidei, sed largo modo qui moritur pro quacunque virtute manutenenda, martyr efficitur Nam quælibet virtus dicitur iustitia. Prou. 8. Iusti sunt omnes sermones mei, id est, omnes virtutes sunt iustitia. Vnde B. Ioannes Baptista martyr est. Vnde Ecclesia. Præpotens martyr. & tamen non fuit mortuus pro fide manutenenda, sed pro virtute castitatis & honestatis. Idem de sancta Duilla ancilla cuiusdam militis, de qua tenetur in Calendario in vigilia natiuitatis Domini. Si Christus dixisset, Beati qui persecutionem patiuntur propter fidẽ, prædicti nõ fuissent martyres. Idẽ de S. Tho. de Cantuaria, qui nõ pro fide, sed pro libertate ecclesiæ manutenenda occisus fuit, & est tamen martyr. Idem de fratre B. Thoma de Aquino qui in fauorem ecclesiæ reprehendit Imperatorem, propter quod fuit occisus & martyr effectus, secundum quod reuelatum fuit B. Thomæ. Et sic de pluribus aliis. Ecce quare dicit propter iustitiam, & nõ propter fidem. Et cõcordat alia authoritas quæ dicit, Si quid patimini propter iustitiã, beati. 1. Pet. 3. O quo modo possunt habere multi bonum forum de Paradiso, manutenendo iustitiam siue virtutes. Sed modò iam videtur completa prophetia Esaiç. 59. Non est qui inuocet iustitiam, neque est qui iudicet verè, sed cõfidunt in nihilum & loquuntur vanitates. Conceperunt laborem, & pepererunt iniquitatem. Oua aspidũ ruperunt, & telas araneæ texuerunt, nõ est qui inuocet iustitiam, id est, iustitia non habet aduocatum, sicut magni domini qui in qualibet villa vel curia habent suum aduocatum, & procuratorem pensio-

Satisfactio seu meritũ ad æqualitatem, & iuxta proportionem.

ſionatum,id eſt,precio conductum, qui diligenter aduocant & pro: curant pro ipſis ex illa modica penſione, id eſt, pro modico precio, ſed Deus nō habet aduocatos,nec procuratores in ſuis negotiis,quia nō eſt qui inuocet iuſtitiam. Ratio, quia nō ſtatim videm penſionē, id eſt,precium. O benedictus eſſet ille qui vellet eſſe procurator & ad: uocatus Chriſti contra peccata notoria quæ tangunt honorem Dei, ſed nullus curat,omnes dormiunt in his quæ Dei ſunt. Sed ſi aliquid fit contra aliquem dominum terrenum,ſtatim ille procurator ſe eri: git & defendit dominum O maledicti homines,nonne Paradiſi glo ria maius precium eſt quàm totus mundus? & tamen ſi tanguntur iu: ra vel reditus Domini,vel poſſesſio Domini,ſtatim aduocatus defen dit,ſed quando tanguntur iura diuina, vel reditus ſ.in feſto tenendo forum, nullus curat nec defendit. Nota oua aſpidum quæ ſunt mor tifera,ſignificant peccata notoria,quæ ſunt mortifera, infraq; vene- num corrumpens,& deſtruens communitatem,ſed illa oua trangun tur faciendo ordinationes & exclamationes cum pœnis contra pec- cata notoria. Sed dixit Propheta quod telas araneæ texuerunt, quæ capiunt & retinent paruas muſcas,ſed non magnas aues. Ita ordina- tiones quas modò facitis,ſolum capiunt & retinent ſimplices & pau: peres laboratores,ſed nō magnates,ciues &milites,nec barones,imò dicunt rectores,fortè quādo eſſem extra officium iſtud, darent mihi vnā bonam gladiatam. Dic quomodo ordinatio debet eſſe ad inſtar retis piſcatoris,quod contrario modo ſe habet ad telam araneę,quia accipit & retinet magnos piſces,& parui fugiunt. Idem debet eſſe de ordinationibus,quia debent corrigere maiores,& tunc minores reti nētur ſub virga. Et ſi ex hoc aliquis de rectoribus perſequitur,vel oc ciditur,hoc eſt ſalarium à Deo promiſſum ex hoc. Sapien.5. Iuſti au: tem in perpetuum viuent , & apud Dominum eſt merces eorum. Ideo accipient regnum decoris & diadema ſpeciei de manu Domini Dei ſui, quoniam dextra ſua teget eos,& in brachio ſancto defendet illos. Ecce primus modus habendi Paradiſum. Secundus modus ha- bendi regnū Dei eſt furando ſecretè:quia pium furtū &benedictum. Vnde ſciendum, quod fures ſiue latrones ſecretè vadunt ad domum diuitis ad furandum . Hoc modo habent regnum Dei perſonæ quæ in hoc mundo ſecretè faciunt pœnitentiam,timentes vt latrones,ne audiantur vel percipiantur,vel ſint diſcooperti. Ideo ſecretè faciunt multa ieiunia,eleēmoſynas,orationes,& multa alia bona,& extra ni hil ſentitur. Intus portant cilicium , & extra oſtendut pulchras veſtes,dormiunt in terra,ſurgunt in nocte ad orandum . Sic ſecretè furantur regnum Dei,quia nullus ſcit bona opera ipſorum, quouſq; ſunt in alio mundo. &túnc dicetur, Nunquid ille eſt talis religioſus? O quantam pœnitentiam fecit ille, &c. Item de presbyteris & lai: cis,de iſtis dicit Auguſtinus,quando audiuit famam ſanctitatis An:

 thonii,

tonij, Surgunt indocti & cęlum rapiunt, & nos cũ scientiis nostris ad infernum demergimur. Nota cœlum rapiunt.s.secretè per opera pœnitentiæ. Et nos.s.qui dicimus, & non facimus. Surgunt, rectè tangit modũ quem tenẽt latrones quando volunt rapere aliquod castrũ qui surgunt de nocte, & obseruant custodes & secretè cũ silentio scalant castrum quousq; sunt altius, quia tunc clamãt. Ita personę pęnitentes surgunt de nocte, & secretè scalãt castrum paradisi, ascendentes per scalã pœnitentiæ, cuius gradus sunt opera pœnitentialia. Vel scala est quædã virtus, cuius sunt opus illius virtutis. Verbi gratia, deuotio est vna scala cuius gradus sunt orare, contemplari, audire missas, sermones, & communicare, &c. Misericordia est alia scala cuius gradus sunt septem opera misericordię corporalia, & septẽ spiritualia. Castitas est alia scala cuius gradus sunt gubernatio quinq; sensuũ, cauere à concupiscentiis oculorum, ab auditu auriũ, de illa materia carnis, &c. cauere à mala societate, ab occasionibus. Illi ergo qui secretè faciunt ista opera virtutum, scalant secrętè, & cum silentio castrũ regni cœlorũ intrant. ideo dicit, surgunt, De hoc Dauid, Beatus vir cuius est auxilium abs te, ascensiones in corde suo disposuit in valle lachrymarum in loco quem posuit. Psal. 83 Nota exemplum in vitis patrum li. autentico de Eucharisto & vxore sua, qui cum quatuor scalis.s.virginitatis, pœnitẽtiæ, deuotionis, & misericordiæ, scalabant paradisum. Iste modus est bonus pro personis mundanis, quæ secretè faciunt suas deuotiones & pœnitentias, sicut sunt viduæ domicellæ, talibus dicit Christus, Nolite timere pusillus grex, quia complacuit patri vestro dare vobis regnũ.s. cœlorum. Luc. 12. Nota si placet, hic dicere circa illud cùm dicitur, Nos cum scientiis nostris ad infernum demergimur. tres conditiones scientiarum.s.Nigromantiæ, Iuris & Theologiæ. Prima mala de se est & sunt ex cõmunicandi omnes qui illam student, & practicãt. Secunda est iuris.s.Canonum & Legum, quę de se bonæ sunt, sed possunt esse malæ ex mala intentione, quando pro mala voluntate studentur & exercentur, tunc enim peccant mortaliter, & totum est in peccato, sed debent ordinare intentionẽ, vt pro bono cõmuni & iustitia conseruanda. Idẽ de iure canonico. Si student vt habeant beneficia, peccatum est, quia finis est malus. Idem si ratione studij dimittunt horas. Theologia est de se optima, sed si mala intentione habetur, vt ascendatur per hoc studiũ supra alios, nihil valet, quia de scientia facit mortem ęternã, quando dicit, Ego ero magister, intangibilis, sed quando studet vt cognoscat suum creatorem, talẽ ducit talẽ studiũ ad gloriã. Ideo Apostolus Heb. vlti. Doctrinis variis & peregrinis nolite abduci. subdit, optimũ est gratia stabilire cor. Tertius modus est habendi regnum à casu, quemadmodum bursa cum pecuniis inuenitur à casu in via, quia non cogitauerunt de ipso, nec petunt ipsum, nec fortè ipsum credunt, sicut sunt illi ho-

mines

mines qui viuunt in peccatis & vitiis in tota iuuentute, & in senectute, & quando sunt circa portam inferni, Deus dat eis tantam contritionem & dolorē de peccatis, quod inueniūt Paradisum. Hoc modo ille latro inuenit Paradisum, qui semper tenuerat malā vitā. De quo dicit Leo Papa, ꝙ nunquā fecerat aliquod bonū: sed quando fuit circa portā inferni, quia iā erat crucifixus, & debebat mori, habuit tantam contritionē quod vix potuit formare verba, Domine memento mei, &c. cui respondit Christus, Amen dico tibi, hodie mecum eris in Paradiso. Ecce quomodo à casu inuenit Paradisum. De quo nunquam curauerat nec crediderat. No. hîc humilitatē latronis in petendo, & largitatem Christi in dando. Latro nō petiit regnū cœlorum, quia se non reputabat dignū ex peccatis, sed petiit, Domine memento, &c. & sicut sum socius tuus hîc in patibulo, ita sim socius illorum qui erunt à dextera tua in iudicio. No. dum veneris in regnū tuum. Non assignat certum tempus quando, q. d. in iudicio recipiatis me in regnum vestrum. Sed ecce largitas Christi, Amen dico, &c. & dimisit sibi omnia peccata, quantum ad culpam, & quantum ad pœnā. Tamē nō intrauit statim in Paradisum cœlestē, nec terrestrē, imò descendit in limbū vbi vidit diuinā essentiā, & habuit Paradisum essentialiter qui est videre Deū. Moraliter credo ꝙ quilibet vestrū isto modo vellet habere Paradisum inueniēdo ipsum, nō curādo de bona vita, nec de pœnitentia, sed viuere ad libitū, dicēdo, sicut Deus pepercit latroni, sic & mihi. No. quomodo in tota scriptura non legitur de aliquo ꝙ malè vixerit & bonū finem habuerit, nisi de latrone. Ratio quam assignant doctores aliqui deuoti, quare latro qui erat suspēsus à dextris Christi fuit conuersus, & nō ille qui erat à sinistris fuit vmbra brachij Christi, quę ipsum tetigit, dic quomodo crux Christi erat altior ac si Christus fuisset capitaneus latronū, quæ vmbra fuit tantę virtutis, ꝙ ipsum illuminauit. Nec mirum si vmbra Petri erat tantæ virtutis ꝙ sanabat infirmos, vt legitur Act. 5. Ideò per locū à minori arguendo, &c. Est tamē prophetia ad hoc Oseę. 14. Conuertentur sedentes in vmbra eius, &c. Sumus ergo stulti, quia hoc miraculū solū semel fuit factū, & nos cogitamus & nobis euenire, multa alia miracula legūtur de Christo, sed de ista materia nō legitur nisi istud. Ideò caueatis vobis ne accidat vobis sicut militi stulto. Dic parabolam de Rege qui ædificauit nobilem ciuitatē, quam voluit populare solū de personis generosis, qui fecit præconizari, quod cuique generoso venienti in ciuitate habitare volenti ipse daret sibi pulchrā domum & bonā prouisionem, duo milites socij audita præconizatione voluerunt ire ad dictam ciuitatem ad habitandum. Vnus parauit se benè, & ornauit se, & recepit sibi necessaria pro itinere. Alius noluit aliquid recipere pro expensis, sperans, & confidens, quod in via inueniret bursam plenam pecuniis. Cui dixit alter, Non confidas de hoc,

quia rarisſimè cōtingit inuenire burſam cū pecunia in via, ſed ille nō curabat verba iſtius. vnde poſtea in via habuit vendere equū & veſtes, &c. Nunquid iudicatis ipſum fuiſſe ſtultum? verè ſic ſtultus fuit. Hic rex potentiſſimus eſt Dominus noſter Ieſus Chriſtus, qui eſt rex regū, & Dominus dominantium, Apoc. 19. qui ædificauit nobilē ciuitatem Paradiſi. De qua Dauid, Glorioſa dicta ſunt de te ciuitas Dei. Pſal. 86. quā vult populare ſolum de perſonis nobilibus. i. de ſanctis, iuſtis & bonis, & de hac fecit legē & præconizationē. Præcones fuerunt Apoſtoli & prædicatores. Duo milites ſunt duo ſtatus gentiū. ſ. eccleſiaſticorū & laicorū, qui vadunt ad Paradiſum. Quorū vnus portat ſecum & recipit expēſas pro via. ſ. 10. florenos. i. obſeruātiam decē præceptorum, vel. 12. florenos. i. 12. opera pœnitentialia quæ ſufficiūt pro via. Primum eſt peccatorū cognitio. Secundum cordis cōtritio. Tertium emendandi propoſitum. Quartum malæ ſocietatis vitatio. Quintum oris cōfeſſio. Sextum corporis afflictio. Septimum humilis oratio. Octauum eleēmoſynarum largitio. Nonum debitorum reſtitutio. Decimum iniuriarum remiſſio. Vndecimum famę reparatio. Duodecimum euchariſtiæ cōmunio. Qui has pecunias habet in burſa conſcientiæ, tali dicit rex in porta ciuitatis, Euge ſerue bone & fidelis, intra in gaudium Domini tui. Mat. 25. Alius qui nō vult recipere pœnitentiam dicendo, ſicut Deus pepercit latroni ita mihi, quia & Deus miſericors eſt nunc ſicut tūc, &c. Hoc eſt dicere, nō curo de expenſis, & ego inueniam burſam, &c. ſ. miſericordiam Dei. Sed nō ſemper inuenit ita, cui dicit Chriſtus in porta ciuitatis, Seruum inutilem eiicite in tenebras exteriores, ibi erit fletus & ſtridor dentium. Mat. 25. Si dicitur religioſo inueni, quò itis? Reſpondet, ad Paradiſum, & quādo quæritur, portatis expenſas? ſtatim reſpōdet, quādo ero ſenex inueniam burſam plenam. Item de presbytero & laico. Faciamus ergo opera bona Chriſtiani, aliàs nō intrabimus. Mat. 7. Non omnis qui dicit mihi Domine Domine, intrabit in regnum cœlorum. Ergo dum tempus habemus operemur bonum. Galat. 6.

Feria I I I I.post ramos Palmarum. Sermo I I.

P*Ropter ſcelus populi mei percusſi eū*. Eſa. 53. In præſenti ſermone volo declarare aliquas vtilitatis paſſionis Chriſti, quia hoc requirit tempus & thema propoſitum. Pro huius verbi declaratione & materiæ prædicandæ introductione ſciendum ꝙ regula eſt generalis & certa & vera in ſancta Theologia, quod omnia mala pœnæ ſunt à Deo. Secus de malis culpæ quia Deus non poteſt peccare, ſed omnia mala pœnalia facit Deus, ſicut infirmitates, dolores, tribulationes, mortalitates, &c. Quidquid eſt ergo pęnę, eſt à Deo, & quidquid ibi eſt culpę, eſt à creatura. Et ratio quare mala pœnę ſunt à Deo ꝙ noſtra vtilitate ad ſanandum & curandum animas noſtras. Non credatis, nec intelligatis, quod Deus lætetur vel gaudeat de noſtris

malis

malis pęnalib⁹,ſicut nec medicus lętatur quãdo dat purgationẽ amaram,ſic nec Deus quãdo dat doloroſas pœnas, ſeu purgationes amaras infirmitatũ. Ideò oportet ſuſtinere patiẽter,quia ſic ſanãtur vulnera peccatorũ. Dic cõtra illos qui impatiẽter ſuſcipiunt mala pœnalia, ideò nõ curantur,ſed damnantur à Deo,propter eorũ impatientiã & murmur cõtra Deũ. De quo dicit Eſa.in perſona Dei,Ego Dominus, & nõ eſt alter formãs lucẽ,& creãs tenebras,faciẽs pacẽ & creãs malũ. Ego Dominus faciẽs omnia hæc. Eſa.45. Itẽ Amos.3. Si erit malũ in ciuitate quod Dominus nõ fecerit,interrogatiuè,q.d.nõ. Itẽ Eccle.6. Bona & mala vita & mors,paupertas & honeſtas à Deo ſunt. Ex iſta reſpõſione ſánctę perſonæ quæ habent aliquod malũ pœnę,cõfortando ſe totũ Deo attribuunt,vt patet Iob 1.qui poſtquam omnia bona ſua perdidit,cõſolando ſeipſum dixit,Dominus dedit,Dominus abſtulit,ſicut domino placuit ita factũ eſt. Cùm tamẽ dicit textus quod illa mala fecerunt ſatanas & inimici Iob,quod totũ attribuebat Deo, ſciẽs quod omnia mala ſunt à Deo,quia diabolus & inimici ſolũ erãt cauſæ inſtrumentales. Idẽ debetis vos facere in veſtris tribulationibus,cogitando quomodo ſunt à Deo iſtę tribulationes,peccata verò & defectus ſunt à nobis,ideò de illis debemus dolere & triſtari. Ad propoſitũ de paſsione Chriſti cõſideranda ſunt duo.ſ.culpa & pęna. Culpa fuit Iudæ proditoris,Iudęorum & Pilati,ſed pœna fuit à Deo pro medicina peccatorũ noſtrorum. Hoc dicit Deus pater in themate. Propter ſcelus populi mei.ſ.ſanãdum,percuſsi eum, patet thema. Et quomodo paſsio Chriſti quantũ ad pœnã fuit ordinata à Deo patre, inueni in ſacra ſcriptura, ꝙ paſsio Chriſti eſt optima medicina contra peccata, iuxta tres ſpecies medicinæ quas medici faciunt.ſ.

Medicina curatiua. *Medicina confortatiua.*

Medicina præſeruatiua. Et pro qualibet iſtarũ dicit the. Propter ſcelus populi. Quantũ ad primũ dico,ꝙ paſsio Chriſti fuit medicina curatiua peccatorũ noſtrorum, quia ſecundũ doctrinã Aug. nunquam ante paſsionẽ Chriſti, nec poſt,fuit aliquis curatus à peccatis, niſi ex paſsione Chriſti. Si dicatur & quomodo ante,quia nondum erat facta? Reſpõdeo ꝙ ſicut modò paſsio Chriſti ſanat à peccatis ex fide quã habemus de paſsione Chriſti facta,ſic antiquitus ſaluabantur à peccatis ex fide paſsionis Chriſti facienda. Quod notatur Mat. 21.vbi legitur ꝙ qui præibant.ſ.ante Chriſtũ,& qui ſequebãtur,omnes clamabãt,Oſanna filio Dauid. Qui pręibãt,vt Adam,Noẽ,Abraham,&c.& qui ſequebãtur vt nos omnes,habemus ſaluationẽ & ſanitatẽ à paſsione Chriſti. De hac nota figuram Num.21. De ſerpente æneo facto à Moyſe de mãdato Domini Dei pro medicina curatiua à morſibus. In quo patet ꝙ Iudæi ante paſsionẽ per mille &.500.annos iam adorabãt crucem. Quia à ſerpente qui tentauit Euã peccata in hunc mundum intrauerunt,Et morſus illorũ ſerpentũ in deſerto

figurabat morsus tentationũ dæmonũ. Ideò si aliquis sentit se morderi à serpente Leuiathã per superbiã, pompã, &c. si vult curari, respiciat Christũ oculis mentis humiliter in cruce pendentē. Isto modo curabitur à plaga superbiæ. iuxta illud Phil. 2. Hoc sentite in vobis quod & in Christo Iesu. s. fuit. Idē de serpente Mãmona per auaritiã, respice Christũ nudũ & pauperē in cruce pendentē. Ideò dicitur Micheæ. 1. Super hoc plangã & viulabo, vadã spoliatus & nudus. Super hoc facto. s. passionis Christi plangã. s. auaritiã meã, vlulabo. s. restituendo, & per cõsequens incedam spoliatus & nudus. Idē de morsu serpentis Asmodæi per luxuriam, respice Christũ cruentatũ in cruce pendentē. Esa. 1. A planta pedis vsque ad verticē nō est in eo sanitas. Et dices, Domine, nolo delectationes in corpore meo, quia vos Domine pro me tot dolores sustinuistis in corpore vestro. Idem de morsu serpentis Beëlphegor per gulã, respice Christũ in cruce pendentē quomodo fuit passus sitim, & qualiter fuit felle & acero potatus. Idē de morsu serpentis Baalberith per irã, respice Christũ in cruce pendentem quomodo orauit pro crucifixoribus, di. Pater, ignosce illis, quia nesciunt quid faciũt. Idē de serpente Astaroth per acidiã, aspice Christum in cruce quantã habuit diligentiã in oratione quam fecit, quia decē Psalm. dixit, vt dicit Hiero. s. 150. versus. Ergo inspice serpentem æneũ, id est, Christũ. Quoniã sicut serpēs æneus habebat formam serpentis, & nullũ habebat venenũ, sic Christus est homo verus, sed non habuit venenum peccati, quia venit in similitudine carnis, sed nō in carne peccati. Idē de peccato inuidię, respice Christũ in cruce pēdentem propter charitatē & amorē nostrũ. Ideò dicit ipse, Hoc est præceptum meũ, vt diligatis inuicē sicut dilexi vos. Ioan. 15. Ecce quomodo passio Christi est medicina curatiua peccatorũ nostrorũ. Auct. Ioã. 3. Sicut Moyses exaltauit serpentē in deserto, ita exaltari oportet filiũ hominis, vt omnis qui credit in ipsum nō pereat, sed habeat vitã æternam. Et 1. Pet. 3. Christus semel pro peccatis nostris. s. curandis, mortuus est. Ideò dicit Deus pater in thema, Propter scelus, &c. Dico secundò, quod passio Christi est medicina confortatiua. Quoniã sicut boni Medici dant medicinas ad confortandũ sanos, sic passio Christi non solũ est infirmis ex peccatis medicina curatiua, sed etiã sanis, id est iustis, bonis, & perfectis personis medicina cõfortatiua, vt sint fortes contra tentationes. De hac nota figurã Exod. 15. vbi legitur de aquis Marath, de quibus cùm non possent bibere filij Israël propter amaritudinē, Moyses orauit Dominum. Qui ostendit sibi lignum, dicēs quod ipsum mitteret in aquas. Quod cùm misisset in aquas, in dulcedinem versæ sunt. Dicit textus, quod figura fuit passionis Christi, quia aquæ Marath, id est, amaræ, sunt tribulationes mũdi huius, miseriæ, infirmitates, tentationes, &c. Lignum dulcorans istas aquas est lignum crucis, quod mittitur in aquas tribulationũ, per memoriam

passionis

passionis Christi cogitando tribulationes, dolores & miserias quas Christus sustinuit in sua passione. Isto modo sustinebitis dulciter amaritudines & tribulationes. Vnde dicit Greg. Si passionē Domini ad memoriā reuocemus, nihil est tam durū & amarū quod nō æquo animo toleremus. Ideò sicut passio Christi est medicina curatiua septem peccatorū mortaliū, ita est medicina cōfortatiua septē virtutū. Primò virtutis fidei, cogitādo quomodo in Christi passione Sol obscuratus fuit, & terra tremuit, & petræ scissæ sunt, qualiter creaturæ insensibiles testatæ sunt Christū esse verū Deum & hominē. Isto modo virtus fidei cōfortatur in corde. hoc modo confortatus fuit Centurio quando dixit, Verè hic homo filius Dei erat. Marc. 15. Secundò virtus spei isto modo. Si Christus tantum fecit, tanta passus fuit vt saluaret nos, ideò possum securè sperare, si volo facere pœnitentiā de peccatis quod remittet mihi peccata, & dabit mihi gratiam in præsenti, & gloriā in futuro. Rom. 8. Qui proprio filio suo nō pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illū. Quomodo nō etiā cum illo omnia nobis donauit? Sic cōfortatur virtus spei. Tertiò virtus charitatis cogitādo ꝙ Christus à nobis debet amari, qui tanta pro nobis voluit pati. Cogitate si aliquis vestrū esset incarceratus & ad mortem iam sententiatus, si per aliquē esset liberatus, quantū illū semper diligeret, quādiu viueret. Sic omnes nos eramus in carcere peccati detēti & ad mortē & furcā inferni sentētiati. Sed venit amicus noster Christus qui nos liberauit, quia ipse solus voluit suspēdi, ne aliquis sibi credens & obediēs suspēderetur in furca inferni. Ideò Ber. Super omnia reddit te mihi amabilē, ô Christe, calix passionis quem bibisti, opus nostrę redemptionis. Quartò cōfortantur quatuor virtutes cardinales. Primò prudentia, cogitādo quomodo Christus prudenter voluit redimere mundū, quia licèt essent alij modi infiniti ad redimendum, tamē voluit seruare modū prudentiæ, vt sicut totū malū generis humani venit à muliere virgine despōsata, per malū angelū informata, fructu vetito satiata, sic voluit Christus ꝙ totū bonū humani generis veniret à muliere virgine desponsata, ab angelo salutata & informata. Ideò cantat ecclesia, Hoc opus nostræ salutis ordo depoposcerat, multiformis proditoris ars vt artem falleret, &c. Et cōstruitur sic, Ordo nostræ salutis opus hoc depoposcerat, vt ars, id est, prudentia Christi, artem, id est, prudentiā diaboli multiformis proditoris falleret. Quintò cōfortatur iustitia. Arguūt Iudęi di. Si Christ⁹ erat Deus & homo, quid oportebit ipsum pati? quia benè fecisset remissionē generalē sicut faciunt quādoꝗ; domini. Respōdeo, Et nisi fuisset sua iustitia quæ est sua essentia quia in Deo virtutes nō sunt qualitates aduentitiæ sicut in nobis, sed virtutes in Deo sunt sua essentia, imò in redēptione generis humani voluit seruare modū, in quo apparet sua infinita misericordia, quia ipse q nō obligatur voluit portare onus, &

etiam

etiam sua infinita iustitia, quia ipsum pretium sufficiens, & superabundans ipse voluit soluere, quia voluit capi & ligari, vt sibi credētes & obedientes saluarētur, & sic de aliis. Quoniā iustus dominus & iustitias dilexit Christ⁹. Sextò cōfortatur virtus tēperantię, quādo exemplo passionis Christi homo se tēperat in prosperis, diuitiis, cibis, ornamentis, recipiēdo tantū necessitatē corporis, iuxta illud. 1. Pet. 2. Obsecro vos fratres, tanquā aduenas & peregrinos, abstinere vos à carnalibus desideriis, non dicit necessariis. Septimò conformatur virtus fortitudinis, cogitando quomodo Christus fortiter sustinuit clauos, & coronā, inclinādo se ad derisiones dicentiū, Alios saluos fecit, sed fuit fortis vsq; ad mortē, dādo nobis exemplū standi fortiter in bona vita vsq; ad mortem. Iuxta illud 1. Cor. 15. Obsecro vos fratres, stabiles estote, & immobiles. ecce quomodo passio Christi est medicina confortatiua. 1. Pet. 2. Peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignum, vt peccatis mortui iustitię viuamus. Ecce medicina curatiua, & etiā medicina cōfortatiua vti viuamus. Dico tertiò, ꝙ passio Christi est etiā medicina præseruatiua. Sicut boni Medici tempore pestilentiæ faciunt aliquam medicinā præseruatiuā infirmitatis. Ita fecit Christus de sua passione, quādo tot sunt infirmitates peccatorū tam ex tentationibus diaboli, & occasionibus mundi, quàm etiā ex inclinationibus carnis, quod oportet nos habere medicinā præseruatiuā, quæ est Christi passio. Nota ad hoc pulchrā figurā. Ioan. 1. Dic historiam de Propheta Iona nauigante, & de naui ex tempestate periclitante. Qui dixit nautis, Mittite me in mare, & cessabit mare à vobis. Scio enim quoniā propter me hæc tēpestas venit super vos. Tulerunt ergo Ionā, & miserunt in mare, & cessabat & stetit mare à feruore. Nota ibi historiā, quia figura fuit passionis Christi. Vnde genus humanum factū est ad instar nauis. In principio fuit strictū solū habens duos postes, id est, duas personas. s. Adam & Euā. Deinde creuit paulatim, & dilatatū fuit. Gal. 3. Venit plenitudo temporis. Sed iam modò in fine mundi stringitur ad instar puppis nauis. Ideò de natura humana dicitur, Facta est quasi nauis institoris. Prouer. vlt. Item, Hoc mare magnū, & spatiosum manibus, illic reptilia quorū nō est numerus. Animalia pusilla cum magnis, illic naues pertransibunt. Psal. 103. Mundus est mare magnū in quo sunt plures fortunæ & tempestates. Si ergo vultis præseruari à morte peccati mortalis, mittatur Ionas in mare. Ionas interpretatur columba, & significat Christum habētem simplicitatem columbinam. qui mittitur in mare amarum per memoriam suæ passionis, cogitando deuotè quomodo ad instar Ionæ in nocte passionis dixit, Quem quæritis? Si ergo me quæritis, quasi dicat mittite me in mare amarum. s. amarę passionis, & cessabit mare à vobis, id est abstinebitis à peccatis, cogitantes quomodo, & quanta passus sum ego. Isto modo homo refrænatur à peccatis, & præseruatus

tatur à morte culpæ, & gehennæ. Ecce quomodo passio Christi est medicina præseruatiua. ideo dicit Leo Papa, Agnosce, ô Christiane, dignitatem tuam, & diuinæ consors factæ naturæ, noli in veterem vilitatem degenere conuersatione redire. Memento quia pretium redemptionis tuæ sanguis Christi est, &c.

In cœna Domini. Sermo vnicus.

HOc facite in meã cõmemorationem. 1. Cor. 11. In hoc præsenti sermone cõcurrunt tres magnę solennitates. Prima est de cœna quã Christus voluit facere cum discipulis suis recipiẽs valete ab eis. Secunda est de ablutione pedũ Apostolorũ, quia Christus qui erat Dominus, & Rex & Magister voluit lauare pedes Apostolorũ humiliter, vt nobis daret exemplũ humilitatis. Illæ duæ solennitates tanguntur in Euangelio, de quibus fiet sermo post prandium. Tertia est de S. Sacramento altaris, de quo loquitur epistola hodierna. De quo licèt fiat sermo in die Corporis Christi, & de mirabilibus vtilitatibus sacramẽti, hodie tamen est propria materia de institutione huius sacramenti. s. quare, & quomodo hoc sacramentũ à Christo institutũ est, & ordinatũ. Sed primò salutetur virgo Maria. Hoc facite, &c. Ego quæsiui in sacra scriptura modũ, & rationem quare Christus verus Deus, & homo voluit instituere, & ordinare hoc sanctum sacramentum. Et inueni quinque rationes principales.

Prima propter ostensionem memorialem.
Secunda propter orationem perpetualem,
Tertia propter refectionem spiritualem,
Quarta propter curationem medicinalem,
Quinta propter promotionem cælestialem.

De prima loquitur Christus in themate presbyteris, & generaliter omnibus Christianis dicens: Hoc facite. s. sacrificium in meã cõmemorationem. s. celebrãdo, offerendo, sacrificando in meã cõmemorationem, nõ in pecuniæ acquisitionem, nec ad vanã gloriam, vel hypocrisis ostensionẽ. Et vos laici hoc facite. s. audiendo Missam, assistendo, cõtemplando, & cõmunicando in meã cõmemorationem. Prima ratio institutionis huius sacramenti est propter ostensionem memorialem. s. ad ostendendum quid sit adorandum ab homine. Hanc rationem possum fundare per regulã philosophiæ dicentẽ, Nihil est in intellectu quin prius fuerit in sensu, sicut potest exemplificari de ecclesia quæ habet quinq; ianuas, de qua est verũ dicere, ꝙ nullus est in ecclesia quin intret per aliquã harũ portarũ, & nihil est in intellectu quin intret per aliquod horũ. s. sensuum corporaliũ, vel secundũ proprietatẽ vel secundum diuersitatẽ rei, vel secundum conuenientiã vel differentiã rei, vel secundũ quãtitatẽ, vel qualitatẽ, vel secundũ actionem, vel passionẽ. Deus autẽ in sua essentia est substãtia imperceptibilis aliquo sensu corporali. quoniã non potest oculis corporalibus videri,

deri, nec auribus audiri, nec manibus tangi, &c. Propter hoc Deus à principio mundi vsq; modò semper voluit adorari sua aliqua forma, seu figura visibili. Certũ enim est quod Deus apparuit Adę, Abrahę, & aliis sanctis Patriarchis qui nõ viderũt Deũ in sua essentia, sed viderunt formã vel figurã quę nõ erat Deus. Et adorabãt nõ formã illã vel figurã, sed Deũ in illa forma vel figura. Et sic Deus per illã formã vel figurã intrabat in intellectum illius cui apparebat. Deinde venit tempus Prophetarum, inter quos Moyses fuit primus. Cui apparuit Dominus in forma ignis, quãdo custodiebat oues Ietro soceri sui. Et Moyses adorauit nõ ignẽ, nõ rubũ, sed Deũ in illa figura, per quã intrabat in intellectũ Moysi. Itẽ quãdo Deus Exod. 20. dedit legem in monte Synai, ibi Deus apparuit in forma ignis, & Moyses, & populus adorauit nõ ignẽ, sed Deum in illa forma in qua voluit adorari, ad ostendendũ suã actiuitatẽ in puniendo, vt ipsos terreret. ideò dicit Moyses populo, Nolite timere, vt enim probaret vos Deus, venit, & vt terror illius esset in vobis, & nõ peccaretis. Exod. 20. Deinde præcepit Moysi, vt faceret arcã, intus & extra deauratã de auro purissimo, & desuper erant duo Cherubin qui tenebant propitiatorium, id est, mensam auri, & intus in arca erant duæ tabulæ legis, virga Aaron, & amphora mãnæ, & totus populus Iudaicus adorabat, non lignum arcæ, nec aurum, sed Deũ, quoniã in illa forma seu figurã voluit adorari. Ratio est, sicut arca custodit illud quod cõtinetur in ea, ita Deus custodiebat, & conseruabat illum populum, quandiu sibi credidit, & obediuit. Et quando portabatur, populus adorabat, & modò Iudæi derident nos, quando adoramus Deum in hostia. Deinde tempore Regum, postquã Rex Salomon ex præcepto Dei ædificauit templũ, & arca fuit posita in templo in sancta sanctorum, nec poterat videri, Deus voluit adorari in alia forma. s. in figura nubis. 3. Reg. 8. Dominus dixit, vt habitaret in nube. Et Salomõ, & omnis populus adorabat nõ nubẽ, sed deũ in illa forma. Ratio, quare in forma nubis voluit adorari, tũc, quia sicut nubes refrigerat cõtra calorẽ Solis, sic tempore Salomonis Iudæi habebant magnũ refrigeriũ quietis & pacis cum omnibus inimicis. Deinde venit Deus, & recepit formã humanam in vtero virginali, & quandiu Christus vixit, adorabatur Deus in forma humana. Sed quãdo Christus volebat recedere ab isto mundo per mortẽ corporalẽ, postquam iam ordinauerat alia sacramenta, Christus ordinauit aliam formam, seu figuram sub qua Deus voluit adorari, nec ignis terribilis, nec arcæ, nec nubis, sed panis qui est melior prædictis figuris, & vitam dat: quoniã vita hominis conseruatur in pane principaliter, quia alii cibi sunt de benè esse. In quo ostenditur, quod Deus dat vitam gratiæ & gloriæ sibi credentibus, & obedientibus. Ecce ratio quare vult modò adorari sub tali forma vel figura, quia nos non adoramus panem nec illam albedinem quæ repræsentat

præsentat diuinam puritatem, nec rotunditatem quæ repræsentat diuinam æternitatem, quæ caret principio, & fine, sed Deum cōtentum ibidem. Auisentur sacerdotes ne hostia sit angularis vel maculata. Ecce quare dicit Christus, Hoc facite in meam cōmemorationem. s. passionis meæ. Oseæ. 14. Conuertentur sedentes in vmbra eius, viuēt tritico, & germinabunt quasi vinea, memoriale eius sicut vinum Libani. Effraim: quid mihi vltrà idola? vmbra Christi fuit lex Moysi. Item de nouo testamento auctori. Quia per incarnati verbi, &c. Secunda ratio institutionis huius sacramenti fuit oblatio perpetualis. Pro cuius declaratione sciendum quòd Deus à principio mundi voluit, vt omnes homines offerrent sacrificium. Ratio, quia ipse est principium quod dat omnia nobis, ideò vult, vt faciamus sibi aliquā oblationem, sed mutabat oblationes sicut etiā mutabat figuras seu formas adorationis. Cain enim obtulit de frugibus terræ. s. de peiori. Abel autem de gregibus. s. de meliori. Melchisedec autem corā Abraham obtulit Domino non grana, nec agnos, sed panem & vinum. Gen. 14. etiam infideles qui habitant in terra Chanaan, antequam filij Israël habitarent in ea, offerebant filios suos, & filias idolis. Dic modum quomodo calefaciebant idolū de ære, & cum magno tumultu filios traxerunt per ignē, & obtulerunt illi idolo, ne pater sentiret plorare filiū suū, &c. De quibus Dauid. Immolauerūt filios suos, & filias suas dęmoniis. Psal. 105. Sed malū fuit sacrificiū, & reprobatum, ideò præcepit Deus filiis Israël quod offerrent, nō filios nec filias, sed animalia, boues, oues, vitulos, agnos, turtures, &c. Et hoc durabat vsque ad Christum, qui debebat mutare sacrificiū, & dimissis omnibus aliis sacrificiis, & modis sacrificiorū. s. Cain, Abel, Aaron, &c. Elegit sacrificiū Melchisedec qui obtulit panem, & vinum, qui erat sacerdos Dei altissimi. Iuxta Prophetā, Iurauit Dominus, & nō pœnitebit eū, &c. Psal. 109. Nō dicit secundū ordinē Aarō qui obtulit animalia. Ecce hic oblatio perpetualis, & est tantæ virtutis quod in toto mūdo non remansit aliud sacrificium nisi istud, quia isto adueniente omnia alia sacrificia debebant cessare. Ideò modò nec Agareni, nec Iudæi, nec alij infideles habēt aliquod sacrificiū, quia tanta est excellentia huius sacrificij, quod Deus nō permittit quod fiat aliud sacrificium in mundo. Et est completa prophetia Malach. 1. Non est mihi voluntas in vobis, dicit Dominus exercituum, & munus non suscipiam de manu vestra. Ab ortu enim Solis vsque ad occasum, magnum est nomē in gentibus, & in omni loco sacrificatur, & offertur nomini meo oblatio munda. Et loquebatur sacerdotibus veteris legis. Hæc auctoritas deberet scribi literis aureis Nota in omni loco. Iudæi verò non audebant facere sacrificium nisi in Ierusalem sub pœna mortis. Et dicitur oblatio munda, secus de oblatione Iudæorum immūda. Sacerdotes enim Iudæorum carnifices, &cæt. sed oblatio Christianorum est munda.

Auisentur

Auisentur sacerdotes ꝙ mappa altaris,& corporalia sint mūda,& hostia sit munda,& vinū,calix,&c. In hoc sancto sacrificio Deus descendit quolibet die,& tamen nō recedit de cœlo,quemadmodū radij solares descendūt,& intrāt per omnes fenestras apertas, & tamē nō recedunt à Sole nec à cœlo. De hoc dicit Christus Apostolis,quādo debuit ascēdere in cœlū.Ecce ego vobiscū sum omnibus diebus vsq; ad cōsummationem sæculi. Mat.vlt. Gl.in sacrificio altaris. Hoc facite, &c. Tertia ratio institutionis huius fuit refectio spiritualis. Vnde certum sit vobis ꝙ nulla creatura viuēs nec corporalis nec spiritualis potest viuere, nec durare in esse sine cibo, quod de creaturis corporalibus patet ad oculū. De creaturis autem spiritualibus.s. Angelis patet, quia etiā indigent cibo nō corporali sed spirituali. Aucto. Dixit Raphaël Tobię,Cùm essem vobiscū,per voluntatē Dei erā. Videbar quidem vobiscū mādücare & bibere, sed ego cibo inuisibili,& potu qui ab hominib⁹ videri nō potest,vtor. Tob.12. Ideò Deus tanquā bonus paterfamiliàs prouidit de cibis corporalibus corporibus,quādo dixit Adę in Paradiso existēti,Ex omni ligno Paradisi comedetis,&c. Ecce primus cibus. Nō dedit licentiā comedēdi carnes & pisces,nec bibēdi vinū vsq; ad tempus Noë,& trāsiuerunt vltra.1500.annos. Si aliquis diceret,modicā cōfortationem dabāt fructus. Respōdeo,imò tūc maiorē cōfortationem dabāt fructus cū aqua, quā modò capones,gallinæ,& vinum. Vnde dicit Deus,Ecce dedi vobis omnem herbam afferentem semen super terrā,& vniuersa ligna quæ habent in semetipsis sementem generis sui,vt sint vobis in escam,& cunctis animantibus terræ. Genes.1. Deinde post diluuium tempore Noë, quando lauit demundum ab immundis mutauit escas, quoniam aqua diluuij ita destruxit terram,quod ex tunc fructus non fuerunt ita boni, nec tantæ virtutis sicut prius,ideò modò non est bonum solùm comedere fructus,& bibere aquam. Ideò post diluuium Deus dedit licentiā comedendi carnes,pisces,& bibendi vinum di. Cuncta animantia terrę,& volucres cœli, & pisces maris manui vestræ traditi sunt, & omne ꝙ mouetur,& viuit erit vobis in cibum. Gene.9. Deinde in deserto vbi filiis Israël defecit cibus prædictarum escarum. Deus prouidit eis de manna,quod quolibet die descendebat de mane ad instar grani coriandri,quod durauit quousque fuerunt in terra promissionis, ideò Dauid,Oculi omnium in te sperant Domine,& tu das escam,&c. Sed nondum prouiderat de cibo spirituali pro animabus quæ sunt spirituales,& anima est principalior pars hominis. Ideò Dauid plangendo dicebat,Esurientes, & sitientes, anima eorum in ipsis defecit. Sed venit Christus qui ordinauit escam , & cibum spiritualem pro animabus, scilicet, hoc sanctum sacrificium quod non solùm est pro oblatione,sed etiam in refectionem spiritualem, & in isto cibo animæ recreantur,& fortificantur in deuotione,& virtutibus. Nec credatis,

datis q iste cibus descendat in stomachum corporis ad recipiendum ibi degestionē, sed in stomacho animæ .s. memoria. De hoc cibo prophetauit Dauid di. Et pluit illis manna ad manducandum, & panem cœli dedit eis, Panem Angelorum manducauit homo, cibaria misit eis in abundantia, &c. Psal. 77. Primò loquitur de manna Iudæorum ibi, Pluit illis manna .s. de nubibus, & non de cœlo empyreo, sed de cœlo aëreo. Deinde dicit de isto sacramento, Panem cœli dedit eis, panem Angelorū manducauit homo, &c. Non loquitur de manna sicut dicunt Iudæi, quia Angeli nō comedunt de manna. No. cibaria, hoc nō potest intelligi de manna, quia nō erat nisi vnus cibus, sed de isto sacramento in quo est corpus Christi, anima, diuinitas, virtutes, & influentiæ omniū bonorū. ideò dicit cibaria, ideò cantat ecclesia, Panis angelicus fit panis hominū, dat panis cęlicus, figuris terminū. O res mirabilis, mãducat Dominū seruus pauper & humilis. Dic prastìcè quō Christus hodierna die in cœna accepit placentulam panis azymi, propter hoc nos cōsecramus in pane azymo. Et eleuatis oculis in cœlū benedixit, & dixit illa eadē verba quę nos dicimus in cōsecratione. Et dictis verbis nō remãsit ibi substãtia panis, quia cōuersa fuit in corpus Christi, & quia erat corpus in viuū, ideò erat ibi sanguis, & anima & diuinitas, sed Apostoli nō videbãt ibi corpus. Et cōmunicauit primò seipsum, sicut sacerdos primò se cōmunicat. deinde alios, nec frangēdo placentulã frangebatur corpus Christi, sicut modò frãgitur imago in fractione speculi. deinde cōmunicauit Apostolos di. Accipite & manducate, hoc est corpus meū. Domine, dixit Petrus, iste panis est corpus vestrū? Petre, dixit Christus, non est panis, sed est corpus meū. Ideò cōmunica. Dixit Petrus postquã cōmunicauit, O Domine, iste cibus me cōfortauit totū, & animã meã illuminauit. Tunc dixit Christus sibi, Ego do vobis potestatē idem faciendi. Communicauit enim Iudã, qui indeuotè, & malè paratus accepit & æqualiter peccauit malè cōmunicando, & Christū prodēdo. Si dicatur quare Christus cōmunicabat eū quē sciebat esse in peccato, & malè paratū? Respōdeo, quia nolebat ipsum publicare, quia peccatū suū erat occultū. Sic nec curatus debet negare cōmunicationē illi quē scit secretū peccatorē, si ponit se cū aliis ad cōmunicandū, quia diffamaret ipsum. Dic quō quilibet Christianus debet cōmunicare in Pascha, &c. Pueri 12. vel 14. annorū. ideò dicit Christus, Hic est panis qui de cœlo descēdit. Ioã 6. Nō de cœlo aëreo, sed empyreo. Dic quō tēpore Apostolorū Christiani cōmunicabant omni die. Erãt aūt perseuerãtes in cōmunicatione fractionis panis. Act. 2. Panis Glo. Eucharistię. Deinde fuit ordinatū cōmunicare in qualibet Dominica. Deinde in quatuor festiuitatibus præcipuis an. Postmodū fuit ordinatū q semel in anno .s. in Pascha quilibet cōmunicaret. Sed de bono cōsilio bonū est cōmunicare in quatuor festiuitatibus præcipuis. Ioan. 6. Amē, amen

dico vobis, nisi mãducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, nõ habebitis vitã in vobis. Quarta ratio institutionis sacramenti fuit propter curationem medicinalem. s. ad curandũ plagas nostras tã corporum q̃ animarũ. Vnde omnia mala, tribulationes & miseriç, & finaliter mors habuerũt ortũ & venerunt ex cibo, & comestione Adæ cõtra præcepta Dei. Ex illo cibo porta fuit aperta omnibus malis, quia aliàs gentes habitassent in Paradiso terrestri sine miseriis & pœnis quibuscunq;. Et postquã ibi vixissent iuxta diuinã ordinationẽ, Deus dixisset Michaëli, Descende in Paradisum terrestrẽ, & oẽs qui sunt ibi talis ętatis ascendãt huc, & sine dolore & morte illuc ascendissemus ad gloriã, sed ex peccato Adę, &c. Ideò dicit Grammaticus, Mala mali malo mala cõtulit omnia malo. Constructio, mala. i. maxilla, mali. s. Adę, malo. i. propter pomum, omnia mala cõtulit malo, supple mundo. Quia licèt Eua comedisset de illo cibo, si Adam nõ comedisset, nõ fuissemus obligati ad ista mala, nec fuissemus concepti in peccato originali, sed sola Eua fuisset punita. Videns Dominus Deus quod diabolus ita ordinauerat q̃ ex fructu veniret omne malum, ipse oppositũ ordinauit quod ex fructu. s. arboris Mariæ, cui dicimus, benedictus fructus ventris tui, veniret omne bonũ toti mũdo. Sicut diabolus arte sua tãtum sciuit facere, q̃ ex fructu oẽs gentes plagauit & vulnerauit, per oppositum ego faciã medicinã vniuersalem cõtra oẽs infirmitates tam corporũ q̃ animarũ. Ideò cantat ecclesia, Hoc opus nostræ salutis ordo depoposcerat, &c. Quæstio est hîc, quia multi infirmi & vulnerati in corpore cõmunicant, qui tamen nõ curantur in anima à peccatis, imò peccata augmentatur, quõ est ergo medicina curatiua? Respõdeo q̃ Medici dãtes aliquã medicinã infirmo, cõsiderant duo. s. dispositionem infirmi & vtilitatem eius. Primò cõsiderant dispositionẽ infirmi. Ideò anteq̃ dent purgationẽ fortem infirmo, mittent sibi syrupũ ad preparandum & disponendum. Item attendunt & cõsiderant vtilitatẽ finalem, quia licèt possent curare infirmum, tamen nolunt, quia esset occasio mortis, vt patet de quodam rege. Requiritur etiã in patiente dispositio & vtilitas finalis. Et si aliquid horum deficit, non est culpa medicinæ. Idem in proposito si aliquis indispositus & malè paratus recipit istam medicinã, seu purgationem, sine syrupo præuio disponente. quatuor cochlearia syrupi ad disponendum sunt cordis cõtritio, oris cõfessio, operis satisfactio, & corporis afflictio cum aqua calida lachrymarum, sic anima curatur à peccatis. Idem de corpore, quia Deus scit quod infirmitas corporis est proficua animę, quia ideò Deus dat infirmitatem corporis pro salute animæ, quia ergo sanitas & curatio illius esset nociua animę. ideò nõ dat sanitatem, quam aliàs daret infallibiliter si esset vtilis. Sine dubio ergo teneatis quod si homo sit benè dispositus & benè paratus, & recipit istam medicinam, tam corpus q̃ anima recipient sanitatem, ideò

dicit

dicit sacerdos, Hæc sacrosancta commixtio corporis & sanguinis domini nostri Iesu Christi fiat mihi & omnibus sumentibus salus mentis & corporis. Ecce ratio quomodo fuit institutũ pro medicina vniuersali. Aucto. Altissimus de terra creauit medicinam, & vir prudens non abhorrebit eam. Eccle. 38. No. creauit, videtur tamen quod ista auctoritas includit contradictionem, quoniam creare est de nihilo aliquid facere secundum Philosophum, sed quando de aliquo fit aliquid, illud nõ dicitur creare, sed facere. Cum ergo dicitur, Altissimus de terra creauit medicinam, non videtur creare, sed facere. Respondeo, quod in hoc sacramento non est propriè generatio, nec alteratio, nec transmutatio, quia in alteratione & trãsmutatione substãtiali subiectum manet idem, etiam de illo quod fit per generationem aliquid remanet, vt patet in cinere. Sed in creatione non est ita, quoniam in re nouiter creata non est aliquid quod prius fuerit, vt patet de anima à Deo nouiter creata. Ita in hoc sacramento intra illam albedinem est substantia, seu materia panis, & quando fit transsubstantiatio totum mutatur, quia nihil remanet de materia vel substantia panis. Ideò magis appropinquat creationi, propter hoc quia fit à sola potentia diuina. Ideò dicit, Altissimus de terra. i. de substantia terrena creauit medicinam, non dicit generauit, fecit, seu formauit, quia in istis semper remanet aliquid de termino à quo in terminũ ad quẽ, quòd non est in ista transsubstantiatione. Et vir prudens nõ abhorrebit eam, quia cõmuniter fastidiosi abhorrent medicinas. s. purgationes seu pilulas, quia nolunt ipsas recipere. Sed prudẽs Medicus cooperit medicinã cum melle, vel aliquo bono, ne videatur, nec sentiatur. Ita facit Christus optimus Medicus qui in hostia cooperit carnẽ suam, quæ non videtur, nec sentitur. Ideò dicit vir prudens, &c. Christus posset benè facere ꝙ videretur in hostia consecrata, sicut videtur imago in speculo. Sed talis hostia non debet sumi à sacerdote, vt dicunt Doct. quia abominabile esset comedere visibiliter carnes hominis, ideò Christus nõ videtur, imò stat coopertus sub illo velo albedinis, sicut rex infra cortinas, ideò dicit Esa. cui hoc sacramẽtum fuit reuelatum, Verè tu es Deus absconditus, Deus Israël saluator. Esa. 45. Quinta ratio institutionis fuit propter promotionẽ cœlestialẽ, vt. s. possimus ascendere in cœlũ, quoniã per naturã nullus potest ascẽdere in cœlũ, nisi Deus. Cœlũ cœli domino, terrã autẽ dedit filiis hominũ. No. cœlũ. i. gloria cœli, Domino supple cõpetit per naturam. Terram autẽ dedit filiis hominũ. Ideò si nos volumus ascendere in cœlũ, indigemus promotore & adiutore quo ascendamus, quia dicit Christus, Nemo ascendit in cœlum nisi qui descendit de cœlo, filius hominis qui est in cœlo. Ioannis 3. Hoc verbum nisi benè intelligatur, esset occasio desperationis. Nemo ascendit in cœlum, ergo nec innocentes, nec pœnitentes, nec Martyres, nec Confessores, &c. quia nullus

ipsorum descendit de cœlo. Sed intelligitur sic, Nemo ascendit in cœlum, supple virtute propria, sed benè ascendit homo in cœlum virtute corporis Christi in hoc sacramento cōtenti, sicut nebula, quæ iacet de mane super terram quæ de se non potest ascendere propter grauitatem quam habet, sed quādo venit Sol qui ipsam calefacit, tunc Sol facit ipsam ascendere sursum. Idem de nobis qui sumus terrestres & graues. Ideò virtute propria non possumus ascendere in cœlum, sed venit Sol iustitiæ qui est in hoc sacramento, cuius virtute possumus ascendere. Ideò dicitur viaticum. i. cibus viatorum. Dic miraculū Hugonis de sancto Victore, qui quando cōmunicauit dixit, Ascendat filius ad patrem, & spiritus ad Deum, qui dedit illum. Et expirauit, & anima cum Christo ascendit in cœlum. Hoc fuit figuratum in Propheta Elia dormiente. Ecce Angelus Domini tetigit eum, & dixit illi, Surge & comede, grandis enim tibi restat via. 3. Reg. 19. Sic quādiu homo est in peccato mortali, dormit sicut Propheta in deserto cum periculo leonum & luporum inferni. Et dicitur sibi ab Angelo. i. Sacerdote, Surge qui dormis, & exurge à mortuis, &c. comede. s. cōmunicando Et ambulauit in fortitudine cibi illius quadraginta diebus, & quadraginta noctibus vsque ad montem Dei. In sacra scriptura dies signat prosperitatem, & nox significat aduersitatem. Præcepta autem diuina sunt decem, quæ seruanda sunt quadrupliciter. s. corde cogitando, ore loquendo, opere faciendo, & perseuerāter implendo. Quaterdecies sunt quadraginta, & sic intrabimus in montem Dei, in regnum cœlorum. Amen.

In die Parasceues. Sermo vnicus.

Nos legem habemus, & secundū legem debet mori. Habetur verbum istud, Ioan. 19. & recitatum est in passione domini hodierna. Quotidie per totam septimanam fuit facta repręsentatio & memoria passionis Iesu Christi, sed multū diuersimodè nūc quàm aliis diebus. Repræsentabatur enim tunc vt res diu præterita. Et propterea dicentes Missam tunc dicebāt, In illo tempore, &c Sed hodie recitatur vt præsens & oculariter visa. Et ideò hodie non dicitur, In illo tempore, sed hodie dicitur, Egressus Iesus, in præsenti. Et est ratio differētiæ, quia res præsens plus mouet corda hominū quàm res præterita, & plus pungit nunc ictus muscę, quàm olim vulnus datum. Et idcircò vt sentiamus dulcedinem & compatiamur animis nostris morti Christi, ipsa nobis repræsentatur hodie vt de præsenti, & ita fit officiū & sermones sicut si nunc Christus videretur esse in cruce, vt sentiamus secundum quòd dicit Deus, Recordare paupertatis & transgresionis meæ absynthij & fellis. Thren. 3. No. paupertatis, quia nudus crucifixus fuit. Et respondet Propheta in persona populi Christiani, Memoria, memor ero, & tabescet in me anima mea. Ibidem. Memoria. s. præteritorum, memor ero, ac scilicet si esset de

præsenti,

præſenti, ergo ſicut dixi loquamur, vt ſi nunc videremus Ieſum Chriſtum crucifixum. Ita & de dolore virginis Mariæ. Sed ſcitis quòd perſonæ doloroſæ non fit ſalutatio, nec audet quis dicere verba gaudij perſonæ conſtitutæ in triſtitia. Ideò non ſalutabimus eam more cõſueto, quia creſcerent ſibi dolores, diceret, Quomodo dicitis, Aue, quia imò ſum plena omni mœrore & dolore, amaritudine & miſeria, &c. Si diceremus Dominus tecum, diceret, nec eſt Dominus mecum, quia abſtulerunt eum mihi & crucifixus eſt. Si diceremus benedicta, diceret, & quomodo dicitis mihi benedicta, quòd omnes me maledicunt, & ideò non ſalutabimus eam. Sed ne prædicemus ſine deuotione, reuertamur ad Deum pendentem in cruce crucifixum dicendo, Adoramus te Chriſte, & benedicimus tibi, quia per crucẽ tuã redemiſti mundum, &c. Nos legem habemus, &c. vt ſuprà. Pro aliquali verbi propoſiti declaratione & materiæ prædicandæ introductione, ſciendum eſt quod in ſacra Theologia eſt talis quæſtio, Vtrum aliquod aliud opus Chriſti ſufficiens eſſet ad redimendũ humanum genus præter eius mortem, & an eſſet de neceſsitate moriturus. Et iſta quæſtio deciditur per ſanctos Doctores theologiæ per duas concluſiones. Prima concluſio eſt, ſi loquamur ſecundum dignitatem ſuæ diuinæ perſonæ, & ſecundum ſanctitatem ſuæ diuinitatis & humanitatis, dicimus quod quodlibet opus & quodlibet tædium, etiam ſine morte ſufficiens erat ad redimendum genus humanum. Et ratio eſt, quia Ieſus Chriſtus inquantum Deus, habebat in operibus virtutem infinitam. Idem etiam propter ſanctitatem humanitatis, intantum quod vna oratio vel lachryma, vel gutta ſanguinis præter mortem, erat ſufficiens ad redimendum genus humanũ habendo reſpectũ ad prædicta. Et iſtã concluſionẽ intellexit Dauid, in Pſal. 138. qui incipit, Domine, probaſti me, &c. ibi cùm dicit, Confitebor tibi, quia terribiliter magnificatus es, mirabilia opera tua, & anima mea cognoſcet nimis. Loquebatur Dauid in ſpiritu prophetiæ Regi Meſsiæ. Et dicit terribiliter, & hoc propter infinitũ poſſe diuinitatis, & magnificatus propter humanitatẽ. Secunda cõcluſio eſt, quod ſi loquamur de Ieſu Chriſto ſecundũ ordinationẽ Dei inſertã in lege Moyſi & Prophetis, tunc erat neceſſe quod moreretur vt mors morte redimeretur, quia poſtquam homo traditus erat morti propter peccata hominis. ſ. Adæ. & poſtquã Chriſtus liberare volebat genus humanum, neceſſe erat vt moreretur. Vnde Chriſtus morte ſua à duplici morte nos liberauit, ſcilicet à morte animæ ſpirituali per baptiſmum & à morte corporis in fine mundi poſt reſurrectionem. Hoc reuelauit Deus Moyſi in lib. Num. 35. quando præcepit quod ſi homicida à caſu confugeret in ciuitatem refugij, quæ erat ſex, tres citra Iordanem, & tres vltra Iordanem, quod ibi expectaret quouſque moreretur ſummus Sacerdos, quo mortuo poterat redire liberè. In quo videtur quod dabatur

Prima cõcluſio maximè in hac materia adnotãda.

Secũda cõcluſio.

occasio desiderãdi mortẽ summi Pontificis. Dicit tamẽ textus, Manebitq; ibi donec sacerdos magn⁹ qui oleo sancto vnctus est moriatur. Nu.35. Sed quæritur quis est iste homicida, & quæ sunt istæ ciuitates refugij, & quis est iste summus sacerdos. Dicendũ quod homicida est quilibet peccator in veteri testamẽto. De quo Ezec.18. dicitur, Anima quæ peccauerit, ipsa morietur, & est peccator homicida à casu & non voluntarius, nec à proposito, quia ille qui facit superbiã vel alia peccata, nõ intẽdit occidere animã suã, quia nemo respiciẽs ad malũ operatur. Sed peccator habet complacentiã in peccato, vt puta superbia vel alio peccato, ex quo peccato sequitur occasionaliter mors animę. Iste peccator est homicida, quia principalẽ partẽ hominis interfecit. s. animã. Ergo non potest intrare ciuitatẽ Ierusalẽ illã. s. quæ sursum est mater nostra. i. cœlum, sed oportet ipsum confugere ad ciuitatem refugij. Quia omnes iuerunt post peractã pœnitentiã ad limbum, & in ciuitatẽ Ierusalem ire non poterãt, quantumcunq; iusti essent, donec summus sacerdos qui est Dominus noster Iesus Christus, moreretur. De quo Dauid dicit, Tu es sacerdos in æternũ secundũ ordinẽ Melchisedec. Quia cœlum clausum fuit, quia Gen.3. dicitur ꝙ post peccatum primi hominis collocauit Deus Cherubin, & flammeũ gladium atq; versatilẽ ad custodiendã viam ligni vitæ. Vnde S. Tho.3. pa. q. 49. ar.5. vbi hanc figurã prosequitur, dicit ad primũ ꝙ patres antiqui per bona opera meruerũt introitum regni cœlorum per fidẽ passionis Iesu Christi, secundum id Heb.11. Sancti per fidem vicerãt regna, operati sunt iustitiã, per quam etiã à peccato proprio purgabantur, quantũ pertinebat ad emendationẽ propriæ personæ. Non tamẽ alicuius fides vel iustitia sufficiebat ad remouendum impedimentum, quod erat per reatum totius humanę naturæ. Quod quidẽ remotum est per effusionẽ sanguinis domini nostri Iesu Christi. Ideò ante passionẽ Christi nullus intrare vel ingredi poterat regnum cœleste adipiscendo. s. beatitudinẽ æternã quæ consistit in plena Dei fruitione, quia Christus meruit nobis introitũ regni cœlorum. Hæc ille ibidẽ. Patet ergo, ꝙ absolutè nõ erat necessarium Christum mori, vt dicit prima cõclusio, quam etiã dat B. Tho. in 3 p. q. 45. ar.1. ponit, quia homines alio modo liberasset. Sed secundum suã pręordinationẽ quam per Prophetas expressit, & in lege antiqua per figuras præmõstrauerat, necesse erat Christum mori vt scripturæ implerentur. Et hoc est quod dicitur Luc.22. Filius hominis secundũ ꝙ diffinitum est, vadit. Et Luc. vlt. Hæc sunt verba quæ locutus sum ad vos cùm adhuc essem vobiscũ, quoniã necesse est impleri oĩa quę scripta sunt in lege Moysi & Prophetis & Psalmis de me. Et quoniã scriptum est, quoniã oportebat Christum pati & resurgere à mortuis. Hæc Tho. ibid. Et ergo thema istud proponitur nõ in persona Iudęorum mortẽ Christi procurantiũ iniustè, sed proponitur in persona oĩm Prophetarũ qui dicũt.

Ad malũ quidã, quatenꝰ malũ: quia malũ nõ est appetibile.

Vide quo distet peccatũ personæ, à peccato totiꝰ humani generis. Et quod pro illo aliquis potuerit ac poßit satisfacere, pro isto vero nulla pura creatura.

Nos legē habemus, quia in l. ge eorū scripta, serpēs ęneus & agnus paschalis figurę erāt mortis Christi, ergo vt scriptura impleatur, & regnum cœlorū aperiatur, Christus secundū illā legē debet mori. Patet ergo thē. Modò oportet declarare quō passio Christi fuit pro nostra redēptione & recōciliatione. Pro quo sciendum ꝙ sicut in pręuaricatione Adę fuerūt. 6. circunstātię seu cōditiones, sic in passione Christi fuerunt. 6. circunstātię, vel cōditiones correspondētes pręuaricationi.

Prima fuit refectio corporalis,
Secunda legatio personalis,
Tertia damnatio humanalis,
Quarta compaßio socialis,
Quinta defunctio temporalis,
Sexta sepelitio terrenalis.

Primum quod fuit in passione Christi fuit refectio corporalis, quia Christus ante suam passionem voluit cœnare cum Apostolis. Ratio, quoniā sicut præuaricatio Adæ incœpit à refectione, quando Adam comedit de fructu vetito, sic Christus ad ostendendum ꝙ venerat ad reformādum malum Adæ, voluit comedere cū Apostolis. Dic practicè quō Apostoli. s. Petrus & Ioānes, vt patet Luc. 22. dixerunt sibi, Rabbi, vbi vis paremus tibi comedere pascha? quia illo anno pascha Iudæorum fuit in die Veneris sancta, & in nocte de sero incipiebat solennitas, & comederunt agnum paschalem cum lactucis agrestibus. Ideò dixerūt sibi Rabbi, vbi vis paremus tibi comedere pascha. Qui respondit eis di. quod irent ad ciuitatem. s. Ierusalem, ad domum cuiusdam boni hominis discipuli sui secretè, & misit Petrum & Ioannem Luc. 22. Dic quomodo Petrus & Ioannes dixerunt domino domus, quod Magister eorū Christus mittebat ipsos ad eum. Et ille respōdit, O benedicti vos qui estis discipuli Saluatoris, & quid vultis? Qui dixerunt, Iam scitis quomodo Magister noster licèt sit Dominus omnium rerum, tamē vult esse pauper, & mittit nos vt in domo vestra faciat pascha, qui regratiatus fuit Deo de tanto honore quod Saluator vellet facere pascha in domo sua. Et ostēdit eis cœnaculum magnum quod parauerat pro se, di. ꝙ ipse volebat soluere omnia necessaria & parare, vt vos reuertamini ad eum, & auisetis eum ne veniat de die, quia Principes dederunt sententiam mortis cōtra eum, & volunt ipsum capere. Ideò Christus venit hora tarda & secretè intrauit ciuitatem. Cogitate quomodo ille bonus homo dominus domus orauit Christum in suo ingressu sibi regratiādo, quia placuit sibi venire ad domum suā, & volebat seruire Christo, & dare aquā ad manus, sed Christus noluit. Deinde Christus dedit benedictionē mēsæ, Oculi omniū in te, &c. Et posuit se ad mensam cū Apostolis. Dicunt aliqui. s. deuoti cōtemplatiui, quia Euāgelistę nō dicunt ꝙ ipsa Virgo fuerit in cœna, sed benè dicunt quod fuerit in passione, & quia virgo

Maria in die Paschæ fuit in Ierusalē & etiā in passione Christi, quia hoc dicūt Euāgelistæ. Ideò creditur verisimiliter q etiā voluit esse in cœna cum filio suo, qui recesserat cū Apostolis in ciuitatē Effrē iuxta desertū. Ideò Virgo cogitās q filius suus esset in festo Paschæ in Ierusalē sicut cōsueuerat, ideò nocte præterita cū gaudio venerat Ierusalem sperās audire sermonē filij sui in die Paschę, & statim iuit ad domū Mariæ Magdalenæ quęrēs quid erat de filio suo. Quæ dixit quō erat in domo cuiusdā ciuis cū discipulis suis. Dixit virgo Maria, Rogo quod vadamus ad eū. Magdalena autē quæ sciebat totū negotiū, volebat ipsam retinere vsq; in crastinū, sed Virgo omninò voluit ire, & Magdalena, Martha, Lazarus, &c. associauerūt ipsam vsq; ad dictā domū, & Magdalena pulsauit ad portā. Cogitate quō timere potuit ille ciuis ne essent Iudæi veniētes capere Christū, qui dixit Christo, quō mater sua volebat intrare, & placuit. Et ingressa Virgo dixit filio, O fili, multū desideraui videre vos. Et reprehendit Ioannē nepotem suū, q nō intimauit sibi noua de filio suo, qui excusauit se di. quō fuerunt in loco separato. Christus verò inuitauit matrē vt comederet sicut fecit. Sciens Christus q passio sua appropinquabat, in fine cœnæ dedit vale matri suæ ne esset præsens, sed ipsa volebat omninò remanere cū filio suo, sed Christus nō sustinuit. Tunc Virgo inuitauit ipsum cum Apostolis ad prandium in crastinū, quia ipsa faciebat magnū festum, quia Pascha, & quia tali die. s. Veneris ipsa conceperat eum. Christus autē sciens prandiū quod sibi parabatur, noluit dicere expresse matri ea quæ erant futura altera die, sed benignè respōdens dicit, Mater vos & ego comedemus cras simul in eadem mensa. s. passionis Christi, & de eisdē cibis. s. doloris. Sed ipsa mater non intelligens hoc, tota consolata & læta recessit. Cogitate quō Magdalena quę totū sciebat, dicebat, Domine, cras malū prandiū est pro nobis & vobis. Et si ab Euāgelistis nō dicūtur, quia tamē nō sunt cōtraria Euāgelio, & deuoti Doctores & sancti ista scribūt hoc modo facta, ideò piè credenda sunt, quia etiā verisimile est q ita res fuerint gestæ. Post recessum matris Christus fecit quatuor. Primò dixit Apostolis suam passionē, vt dicit Luc. dicēs, Desiderio desideraui hoc pascha manducare vobiscū antequā patiar. Dico enim vobis quod ex hoc nō mādu cabo illud, donec impleatur in regno Dei, Et accepto calice gratias egit & dixit, Accipite & diuidite inter vos. Dico enim vobis q non bibā de generatione vitis, donec regnū Dei veniat, Ecce manus tradentis me mecū est in mensa. Et filius quidē hominis secundū q diffinitū est vadit. Væ autē homini illi per quē tradetur. Luc. 22. Cogitate quō Apostoli audito tali verbo fuerunt tristes & desolati, & quilibet dixit, Sum ego? q. d. Citius me occiderē, quia minorē pœnā haberē. Christus autē noluit publicè reuelare peccatū Iudæ, quod erat occultū, sed secretè ipsum reuelauit Ioāni quærēti, Domine, quis est qui tra

det te? Dixit Iesus quod ille cui daret buccellam panis, &c.d. Filius quidẽ hominis vadit sicut scriptum est de illo. Dico etiã vobis plus, quod omnes vos scandalũ patiemini in me hac nocte. quia scriptum est.s. per Zachariam prophetã, Percutiã pastorẽ, & dispergentur oues gregis. Tunc Petrus ardẽtior aliis dixit, Et si oẽs scãdalizati fuerint in te, ego tamen nunquã scãdalizabor, credẽs dicere verũ, quia tunc habebat bonũ cor, sed ex fragilitate postea peccauit. Cui dixit Christus, Amen dico tibi, antequã gallus cãtet, ter me negabis. Tũc Christus dixit Petro cõsolando eum. Ego pro te rogaui Petre, vt nõ deficiat fides tua.s. finaliter. Tunc Petrus fuit cõsolatus. Secundò Christus surrexit de mẽsa, vt dicit Io. & præcinxit se, & posuit aquã calidã in peluim ad lauandũ pedes Apostolorum, & venit ad Petrũ primò. Domine dixit Petrus, tu lauas mihi pedes? Respondit Iesus & dixit, Quod ego facio tu nescis modò, scies autẽ posteà. Cui Petr⁹, Nõ lauabis mihi pedes in æternũ. Cui dixit Christus, Si nõ lauero te, non habebis partẽ mecũ. In quo ostendit quod lauare debemus immũditias affectionũ temporaliũ. Tunc dixit Petr⁹, Domine non tantũ pedes, sed & manus & caput. Ad quem Christus, qui lotus est.s. per baptismum, non indiget nisi vt pedes lauet.s. affectionum terrenarum, sed est mundus totus. & vos mundi estis, sed nõ omnes. Sciebat enim quisnam esset qui traderet eum. propterea dixit, nõ estis mundi omnes. & lauit pedes omnibus apostolis flentibus, etiam Iudæ à quo incœpit, vt dicunt aliqui, vt ipsum inclinaret ad pœnitentiam. Deinde dixit eis, Vos vocatis me magister & Domine, & bene dicitis, sum etenim. Exemplum enim dedi vobis.s. humilitatis, vt quẽadmodum ego feci vobis, ita & vos faciatis. Tertiò instituit hoc sacramentum altaris, volens dare finẽ sacrificio veteris legis, & instituere sacrificiũ nouæ legis, quia post lotionem pedũ adiit ad mensam & recepit placentulã panis azymi & cõsecrauit & communicauit primò seipsum, deinde apostolos, sicut facit sacerdos, quia primò communicat se, deinde alios, de hoc dicit textus Mat 26. Cœnantibus illis accepit Iesus panem, & gratias agẽs benedixit ac fregit, deditq; discipulis suis & ait, Accipite & comedite, hoc est corpus meum quod pro vobis tradetur, Cui dixit Petrus. Domine iste panis est corpus vestrum? Respondit Christus, Petre nihil est ibi de pane, imò est corpus meum, comede, qui postquã cõmunicauit dixit, O Domine totũ me confortauit, nunquam anima mea inuenit tantum saporem in aliquo cibo. Communicauit etiã omnes apostolos, etiã & Iudã, & tũc diabolus intrauit in eũ ad plenius possidendũ, quia qui indignè communicat, diabolũ recipiet, & dixit Iudę, quod facis fac citius. Et apostoli nõ intellexerũt, credẽtes q̃ de aliquo opere faciẽdo loqueretur sibi. Tunc Christus ordinauit apostolos, & fecit eos presbyteros di. Hoc quotiescunq; feceritis, in mei memoriã facietis. Similiter & calicem post-

quam cœnauit accipiens, gratias egit, & dedit illis di. Bibite ex hoc omnes hic est sanguis me⁹ noui testamẽti, qui pro vobis & pro multis effundetur. Quartò processit ad dandum apostolis aliquas bonas doctrinas, quod à Ioanne vocatur testamentum eius di. Modicum & iã nõ videbitis me, &c. ideo sustineatis pariter tribulationes & persecutiones, quia si me persecuti sunt, & vos persequentur, &c. ego mittã vobis spiritũ veritatis. Et facto sermone, orauit pro eis di. Ego pro his rogo, &c. Et Apostoli fiebãt semper. Ecce hic refectio corporalis pro nostra reformatione, sicut fuerat in præuaricatione. Et fuit completa prophetia Moysi de ista cœna di. Edent carnes nocte illa assas, &c. Exod. 12. Edent. s. Christus & Apostoli carnes, &c. Secũdò fuit in Christi passione ligatio personalis, quia fuit capt⁹ & ligat⁹ in persona in horto. Rõ, quia sicut in præuaricatione post resurrectionẽ Adã fuit ligatus per peccatũ in horto Paradisi terrestris, cũ ante fuisset liber in iustitia originali, ideo Christ⁹ ad ostendendũ ꝙ venit ad reformationẽ prẹuaricationis Adæ, voluit capi & ligari. Dic practicè quõ hymno dicto. i. per gratiarũ actiones. s. memoriã fecit mirabiliũ suorum, &c. Fecit etiã gratias domino dom⁹, quia Christ⁹ nõ est ingratus di. ꝙ perseueraret in bona vita, & ꝙ ipsum reciperet in domo gloriẹ suẹ, & egressus Iesus cũ discipulis suis trãs torrentẽ Cedron, sic dictũ ab arborib⁹ cedrinis. No. quõ vallis Iosaphat est inter montẽ Oliueti & Ierusalẽ. Et per mediũ vallis Iosaphat trãsit torrens Cedrõ, & introiuit in hortũ in quo multoties fuerat. Et luna erat plena iuxta legem. Exod. 12. quia semper erat Pascha in plenilunio. Dicit Marcus ꝙ tunc Christus cœpit pauere & tædere. Et hoc ad ostendẽdum suã verã humanitatem, quẹ naturaliter refugit mortem. Quod videntes apostoli dixerunt sibi, O Domine quid est hoc? Christ⁹ dixit, Tristis est anima mea vsq; ad mortẽ, & hoc propter fugam Apostolorũ, propter dolores matris & destructionẽ Iudæorũ, ꝓpter hoc dixit, Tristis est, &c. ideo remedium est orare. Ideo vigilate, & orate vt nõ intretis in tentationẽ, quia idẽ faciã. Et elõgauit se ab eis quantũ iact⁹ est lapidis, & orauit ter propter tria quẹ petebat. Pater oĩa possibilia sunt tibi, trãsfer calicẽ hũc à me. In hac oratione Christ⁹ ostẽdit se habere verã humanitatẽ quæ naturaliter refugit mortẽ, sed Christ⁹ prõptus erat ad mortem, dãdo nobis exemplũ, vt in tribulationib⁹ cõformemus nos diuinæ volũtati. Secũdò petiit suã resurrectionem di. Pater trãseat à me calix iste. i. passionis mensuratẹ à Deo patre, trãseat. i. solum duret per tres dies, & veniat resurrectio gloriosa. ideo dixit, Pater trãseat à me. Super hoc dicit Hilarius. Nõ petiit quod nõ veniat, sed quod trãseat ab ipso ad martyres, vt. s. fortitudo & patientia sui martyrij trãsiret ad martyres, & essent fortes & patiẽtes ad sustinendũ martyriũ propter eũ. Et ex hac oratione sancti martyres, Laurentius, Vincenti⁹, Catharina, Agnes, & alij fuerũt fortes ad sustinendũ martyrium

Cedrõ. nomẽ loci est, quod interpretatur denigratus, tristis, à verbo cadar, seu hiedir, obtenebratus, denigrauit.

tyriū patienter. & dicit Lu. ꝙ tunc fact⁹ est in agonia, nō sensualitatis cōtra rationē, quia talis agonia nunquā fuit in Christo, talis solū est id nobis. Sed agonia fuit sensualitatis cōtra obiectū. s. passionis, quia Christ⁹ vidit principaliter oēs dolores passionis suę quos sensualitas refugiebat. Ideo venę se strixerunt, & inde in sanguinem proruperūt ex memoria passionis. Tunc venit Angelus ad cōfortandum eū, nō quod ipse indigeret eo qui fortior est angelis, sed Angelus fecit obsequium suū quod debuit facere erga dominū suum, sicut facit sutifer cōfortans dominū suū multū forte præliū intrātem. Qui dixit Christo secundū mentem deuotorū sanctorū doctorū. Domine hæc passio nō est cōtra voluntatem vestrā, vosmetipse ordinastis cū patre & spiritu sancto pro saluatione credentiū, & obedientium. Ideo sancti patres lęti expectant vos in limbo: & ex ista passione magna gloria est vobis parata, quia propter ipsam eritis iudex vniuersalis supra omnes creaturas. Post recessum Angeli venit Christus ad discipulos, & inuenit eos dormientes prę tristitia, & dixit eis, Surgite eam⁹, spirit⁹ prōptus est, sed caro est infirma. Et venerunt Iudæi cū gladiis & fustibus, Tunc Petrus dixit Christo, Domine, si percutimus in gladio? Respōdit Christus ꝙ nō debemus nos defendere armis, sed patiētia. Tunc traditor Iudas q dederat eis signū osculi, ne caperēt loco Christi Iacobum similē Christo, dixit Christo, Aue Rabbi, & osculatus est eū, quia hæc erat consuetudo Christi osculari discipulos nouiter venientes. Christus verò auertit faciē suā & dixit Iudę, Iuda osculo filiū hominis tradis? q. d. miser cogita damnationem tibi hodie paratā, & venit obuiā Iudęis di. Quē quęritis? Respōderunt, Iesum Nazarenū. Qui volens ipsos humiliare dixit, Ego sum, ꝙ est propriū nomē Dei. Quo nomine audito oēs Iudæi ceciderunt in terrā. In quo Christus ostendit ꝙ nō potuissent ipsum capere nisi voluisset capi. Cogitate quō apostoli gaudebāt quādo Iudæi ceciderunt di. quod Christ⁹ nō caperetur. dicit Chry. Cōsidera Christiane, quāta virtus est in Christo iudicaturo, q tantā habuit iudicādus solo verbo virtutē. Ideo dicit, Nemo tollit animā meā à me. s. inuito. Io. 10. Et à Christo licentiati surrexerunt. Quib⁹ dixit Christus iterum. Quē quęritis? Respōderunt, Iesum Nazarenū. Dixit eis Iesus. Dixi vobis qa ego sum. Si ergo me quæritis, sinite hos abire. At illi manus iniecerunt in eū, & tenuerunt. Quib⁹ dixit Christus, tanquā ad latronē existis cū gladiis & fustib⁹ cōprehendere me, quotidie erā in tēplo docens, & nō me tenuistis. sed hæc est hora vestra & potestas tenebrarū. Tunc Petrus quasi desperatus volens mori pro Christo, euaginato gladio voluit occidere vnum de illis ministris, quia auertit caput & abscidit auriculā eius dextram. Cui dixit Christus, Mitte gladium in vaginā. Calicē quē dedit mihi pater, non vis vt bibum illum, quō ergo implebuntur scipturæ? Sed restituit sibi aurem. Tunc apostoli videntes Christum

captum

captum & ligatum fugerunt, timentes ne etiam caperētur. Cogitate quomodo dicebat quilibet ipsorum, O miser modo completū est scādalum quod dixerat, O miser sic dimitto magistrū meum, & sine ictu ipsum desero. O miser dixit Ioannes, quid dicā matri suę. Et rediit ad Christū. Vidēs Petrus quod Ioānes redibat, etiā rediit, & sequebatur à longè vt videret finē. Dicūt aliqui ꝙ quādo Christus captus intrauit per portā ciuitatis Ierusalē, imagines lapideæ imperatorū Romanorū quæ erāt ibi sculptæ, inclinauerūt se Christo. q.d. Domine homines rōnales vos ligauerunt, & nos insensibiles vos adoram⁹. Ecce hic ligatio personæ Christi. Et fuit completa prophetia. Thren. 4. in persona oīm prophetarū di. Spūs oris nostri Christus Dominus captus est in peccatis nostris. Cui diximᵘ, In vmbra tua viuemus in gētibus. Tertiò fuit in passione Christi damnatio humanalis, quia corā quatuor iudicibus Christ⁹ fuit condēnatus. s. corā Anna, Caipha, Herode, Pilato, Ratio, quoniā propter peccatū Adæ humanū gen⁹ fuit condēnatum ad corrūpendum sub quatuor elemētis, quia si Adā non peccasset, ignis nobis nō nocuisset, nec aēr malas impressiones dedisset, nec fecisset tempestates contra nos, nec aqua nos submersisset, nec terra nos læsisset operando vel ambulādo in ea. Imò Christus ad satisfaciendū pro nobis, vt post diem iudicij simus liberati ab his corruptionib⁹ elementorū, voluit cōdemnari corā quatuor iudicib⁹ prędictis. Dic practicè quō Christus captus & ligatus fuit ductus. Primò corā Anna pōtifice qui erat socer Caiphę, qui erat pōtifex anni illius qui erat maximus inimicus Christi. De quo gauisus fuit Ioānes qui erat sibi notus, quia portauerāt sibi encenia piscium, quia pater Ioannis sibi mittebat, quia tanquā malus iudex libēter recipiebat illa seruitia, ideo ancilla ostiaria permisit Ioānem intrare, qui fecit cū ea vt permitteret Petrum intrare. Cui dixit ancilla ostiaria. Nūquid tu ex discipulis es hominis istius? Qui negauit eum timore captionis, sed posuit se ad ignē cum aliis. Tūc Annas interrogauit Christū de duobus. s. de doctrina & discipulis di. Et nūquid sufficit doctrina Moysi, videtur, ꝙ tu sis sapiētior Deo, &c. & facis te capitaneū Gentiū, quare hoc? Christ⁹ respōdit ad primā quęstionem de doctrina di. Ego palā locut⁹ sum mundo, ego docui in synagoga, & in templo, quo oēs Iudæi cōuenerunt, & in occulto locut⁹ sum nihil, quid me interrogas? interroga eos qui me audierunt, qui locut⁹ sum ipsis. Etiā respōdisset ad secundā quæstionē, sed nō habuit locū, quia seruus pōtificis alapa ipsum percussit di. Sic respōdes pōtifici? Et prostrauit ipsum ad terrā. Qui dixit illi postquā surrexit, Si malè locut⁹ sum, testimonium perhibe de malo. Si autem bene, quid me cædis? q.d. Tu nescis quē cędis, sed scies in iudicio. Videns Petr⁹ ꝙ Christus sic percutiebatur, flebat. Cui dixerunt, Nūquid tu ex discipulis eius es? Qui negauit di. Non sum. Dixit vnus ex seruis pōtificis cognatus eius cui⁹ abscidit Petr⁹ auricu-

auriculã, Nõne ego te vidi in horto cũ illo? Tunc Petr⁹ nõ solũ negauit Christũ, sed etiã iurauit & anathematizauit dicens, ꝙ nõ nouisset eũ, O Petre vbi sunt verba tua promissa quæ dicebas? Ego tecũ paratus sum incarcerari, & in mortem ire Et si oportuerit me mori tecũ, nõ te negabo, &c. Si oẽs scãdalizati fuerint, ego nõ scãdalizabor O malè seruasti promissum. Et gallus cãtauit. Et cõuersus Christ⁹ respexit Petrum. q d. Petre tu me negasti. Tunc Petr⁹ egressus foras fleuit amarè. Dicit hic magister histo ꝙ Petr⁹ abscondit se in quoddã sepulchrum, & quãdocunq; gallus cãtabat Petr⁹ semper flebat. Imò portabat sudariũ. Cum tamen solo timore Christũ negaret, quid erit de te qui ipsum negas & renegas ex malitia? Tunc Annas viso ꝙ gall⁹ cãtauerat, cõsiderans, ꝙ erat alta nox, dedit sententiã vt Christ⁹ duceretur corã Caipha, sicut factũ fuit. Cogitate quõ Christ⁹ fuit ibi receptus, vbi erãt cõgregati inimici Christi di. Ribalde quoties cõfudisti nos in tuis sermonib⁹, & multi falsi testes surrexerũt cõtra eum. Cui dixit iudex, Audi quãta aduersum te dicunt testimonia. Iesus autem nihil respondebat. Rõ, quia in iudicio calumnioso melius est tacere, quã aliquid dicere. iudex iterum dixit. Cur nõ loqueris? Adiuro te, f. iuramẽto, vt dicas nobis si tu es Christ⁹. Tũc Christus ne videretur despicere nomen Dei, dixit, Tu dixisti, supple, verũ, quia ego sum fili⁹ Dei, & Mesias saluator mundi. Et amodò videbitis filiũ hominis sedentẽ à dextris virtutis Dei, & venientẽ in nubibus cœli. Dixerũt, tu ergo es filius Dei? Qui ait, vos dicitis quia ego sum. Quo audito Caiphas in signũ blasphimię scidit vestimẽta sua, di. Blasphemauit, audistis blasphemiã? quid vobis videtur? & cõdemnauerunt eũ esse reũ mortis. Tunc expuerũt in faciẽ eius, & dabãt sibi alapas, & sic tenuerunt ipsum per totã noctẽ. Et hodie mane hora prima duxerunt eũ ad Pilatũ, tradẽtes ipsum curiæ sæculari vt moreretur, accusantes eũ & dicẽtes, Hunc inuenimus subuertentẽ gentẽ nostrã, & prohibentem tributa dari Cæsari, & dicentẽ se Christũ regẽ esse. Lu. 23 Pilat⁹ interrogauit eum di. Tu es rex Iudæorũ? Christus respõdit, tu dicis, supple verum. Ait Pilat⁹ ad Principes sacerdotum & Scribas, Nihil inuenio causæ in homine hoc. At illi inualescebãt dicentes. Cõmouit populũ docens per vniuersam Iudæã, incipiẽs à Galilæa vsq; huc. Tunc Pilat⁹ interrogauit, an homo Galilæ⁹ esset, vt cognouit quod de Herodis potestate esset, remisit eum ad Herodẽ, qui & ipse Hierosolymis erat illis dieb⁹, qui diu desiderauerat Christũ videre, ꝓpter miracula, & gauisus est valdè. Non ex deuotione, sed sperabat ab eo aliquod signum videre vt à ioculatore. Et iuxta desideriũ suum fecit Christo multas quæstiones. Primò dixit sibi, Audiui ꝙ tu scis conuertere aquam in vinum, ideo facias corã me, & fecit portare magnũ vas aquæ, dicens conuertas, sed Christus sibi nihil dicebat, sed tanquã stultum ipsum despiciebat. Deinde Herodes dixit, Audiui quod

tu scis

tu icis multiplicare panes, facias corã me, &c. & nihil fecit. Itẽ audiui ꝙ ambulas super aquas, facias corã me, sed Christ⁹ nihil dixit sibi. Dixit Herodes ei. Nescis quia potestatẽ habeo liberãdi te? & Christ⁹ ei nihil respondit. Spreuit autem illũ Herodes cũ exercitu suo, & illusit indutũ veste alba, & remisit eũ ad Pilatũ. Et facti sunt amici Herodes & Pilatus ipsa die. nã anteà erãt inimici adinuicẽ. Pilatus autem cõuocatis principib⁹ sacerdotũ, & magistratib⁹, & plebe, dicit ad illos, Obtulistis mihi hominẽ hunc, quasi auertentem populũ, & ecce ego corã vobis interrogans nullã caussam inueni in isto ex his, in quibus eum accusatis, sed neq; Herodes, nã remisit illum ad nos, & ecce nihil dignũ morte actum est ei. Videns diabolus magnã Christi patientiã & sanctorum patrũ in limbo lætitiã, volens impedire passionẽ Christi, apparuit in somnis vxori Pilati adhuc in lecto dormiẽti, vt sic mediãte muliere nostrã impediret redemptionẽ, & minat⁹ est ei, nisi suaderet viro suo ꝙ nullo mõ occideret hominẽ illũ bonũ, & iustũ. tunc Pilatus tã amore mulieris q̃ etiã sui, quia sciebat ꝙ per inuidiã ipsum tradidissent, laborauit vt Christũ liberaret, salua tamẽ beneuolẽtia Iudęorũ. Vnde quadrupliciter voluit eũ liberare. Primò propter Christi innocentiã, quia ad partem secretè Christum examinauit, si prohibebat tributa dari Cæsari. Christ⁹ respõdit ꝙ nõ, imò dixerat, Reddite quæ sunt Cęsaris Cæsari. Item si erat rex Iudæorũ. Respõdit Christus, Regnum meũ nõ est de hoc mũdo, &c. imò Iudæi voluerunt me facere regẽ post cõuiuium qđ ego eis feci, sed ego fugi. Tunc dixit Pilat⁹ Iudęis, Ego nullã caussam mortis inuenio in homine isto. At illi clamauerunt di. Crucifige crucifige eũ. Secũdò Pilat⁹ voluit Christũ liberare per gratiã quã Iudęi habebat ex priuilegio Imperatoris, ꝙ in pascha possent liberare vnũ vinctum, quemcunq; petissent. Ratio quia tali die popul⁹ Israël erat liberat⁹ à captiuitate Ægypti, ideò in memoriã illius liberationis obtinuerunt illud priuilegium, imò Pilat⁹ tractabat de illo priuilegio, vt Christ⁹ liberaretur di. Est cõsuetudo vobis, vt vnũ vinctũ dimittã vobis in Pascha, vultis ergo dimittã vobis regẽ Iudęorũ? Clamauerunt rursum oẽs di. Nõ hunc sed Barrabã qui erat latro & homicida. Tertiò voluit Christum liberare ex cõpassione. Cogitauit Pilat⁹ ꝙ inuidia & malitia cordis vincitur ex miseria illius cõtra quẽ est inuidia. Ideò Pilat⁹ dixit Christo, Video totum populũ cõtra te motũ ex inuidia: ideo flagellabo te, vt sic transeat malitia ipsorũ ne moriaris. Respõdit Christ⁹, Facias quidquid volueris. Tũc Pilat⁹ apprehẽdit Iesum, & fecit ligari nudũ ad columnã, secundũ magistrũ in historia, adeò spissam ꝙ man⁹ manũ, ad spaciũ duarum palmarũ nõ tãgeret, sed corrigiis trahebatur, & ligabatur, & ita miserabiliter flagellabatur, ꝙ à planta pedis vsq; ad verticẽ, nihil manebat illæsum in suo benedicto corpore, nisi solum lingua, qua ꝓ peccatorib⁹ & latrone in cruce oraret, atq; testamentũ faceret. Et impleta

pleta fuit scriptura quã prædixerat.s. Fili⁹ hoĩs tradetur gentibus, & flagellabitur & cõspuetur. Milites autẽ q flagellabãt eũ secundũ aliquos erãt quatuor, quorũ primi duo secundũ Hier. in gl. virgas de spinis & veprib⁹ acutissimis habuerũt cõlectas, quib⁹ cutem aperuerũt. Illis verò fatigatis alij duo flagella habuerunt, in quorũ summitate erãt nodi aculeis acutissimis trãsfixi carnẽ sanctã scindentes. Alij aũt duo habuerũt catenas habẽtes vncos in summitatib⁹, & quasi carnẽ extraxerũt. Vnde Eusebius & Chry. super illo verbo, Disciplina pacis nostrę super eũ, dicũt ꝙ ista disciplina fuit triplex. s. dura, quia virgis & spinis, & durior, quia flagellis nodatis, durissima, quia catenis ferreis Christ⁹ fuit cæsus. vnde cũ secundũ medicos in humano corpore sint 276. ossa, ita Christus fuit flagellatus ꝙ quodlibet os recepit triplicẽ ictũ, vnũ de virgis, aliũ de flagellis, tertiũ de catenis. Solutus igitur Christus proprias vestes induere voluit, sed nõ fuit permissus. Nã milites suscipientes Iesum duxerũt eũ de columna è loco flagellationis, & introduxerunt in atriũ, & cõuocant totam cohortẽ. Et induerũt eũ veste purpurea antiqua & aspera in signum regiæ maiestatis. Nam purpura reges vtebantur, & plectẽtes coronã de spinis marinis, quę acutiores & lõgiores spinas habent ceteris spinis, capiti eius imposuerunt quæ eũ in capite in 72 locis crudeliter vulnerauit. Nã erat ad modum pilei, ita ꝙ vndiq; caput tegeret, & tangeret, ita ꝙ aculei ossa penetrarent. Isti iunci secundũ Isid. ab intra fuerunt cõcaui sugẽtes ad se sanguinem Christi. Arundinem verò dederunt in dextera eius quasi pro sceptro regali & illudebant ei & genu flexo cœperunt eũ salutare derisoriè dicentes, Aue rex Iudæorũ. q. d. regem te dixisti Iudæorũ. iã coronatus es, & expuẽtes in eũ dederũt ei alapas tanquã fatuo. Propter quod ecclesia ꝓ ipsis orando nõ flectit genua, sicut pro Paganis, & aliis. Et tunc exiuit iterũ Pilat⁹ foras & dixit, Vt cognoscatis quia nullam caussam inuenio in eo, adduco eũ foras. Exiuit ergo Iesus portãs spineam coronã & purpureũ vestimentũ. Et dixit eis Pilat⁹. Ecce hõ. q. d. hic est hõ qui se regẽ vestrũ dixit, vt asseritis. Sufficit ergo vobis pro illo verbo, quod abominabilis sit sibi illata contumelia, &c. Cũ ergo vidissent eũ põtifices & ministri clamabãt. Crucifige crucifige eũ. q. d. illa pœna nõ sufficit, sed petimus vt crucifigatur, & nõ petebant aliam mortem nisi crucifixionis. Quia nõ secundum Chry. crucifixio tanta erat cõfusio, vt nullus hominũ amplius de crucifixo memoraretur nisi in maledictione, &c. Et illud cõqueritur Dauid di. Sicut aqua effusus sum. Quia in omni liquore odor remanet in vase dempta aqua. Voluerũt enim nomen eius delere. vt dicit S. Tho. super dicto verbo, ergo petebant vt crucifigeretur. Dixit autem Pilatus. Accipite eum vos, & crucifigite, ego enim nõ inuenio caussam in eo. Respõderunt, Nos legem habemus. Leu. 24. & secundũ legem hanc debet mori, quia filiũ Dei se fecit. Cùm Pilatus audisset

hunc

flagella q̃d

Coronatum

iunci sug.

hunc sermonem magis timuit, nõ legẽ, quia Gentilis, sed ne fortẽ secundũ Hiero. verũ esset ꝙ originẽ diuinam haberet, & sic in eo crimẽ enorme commisisset. s. flagellando, & sic de aliis. Imo de hoc certius inquirere volens, ingressus iterũ in prætoriũ cũ Iesu, dixit ad Iesum, Vnde es tu? de diuina an humana generatione, &c. Iesus nõ respõdit propter difficultatem quæstionis, quia Pilatus nõ sufficiebat eã accipere. Dixit ad eum Pilat⁹, Mihi nõ loqueris? Nescis quia potestatem habeo crucifigere te, & dimittere te? Quibus verbis Pilat⁹ cõdemnauit seipsum. Respondit Iesus, Non haberes potestatem aduersum me vllã, nisi tibi datũ esset desuper, propterea qui tradidit me tibi, maius peccatum habet. Vbi dicit Aug. ꝙ qui peccat ex auaritia, plus peccat quã ille qui peccat ex timore humano. Exinde. i. ex hac caussa quærebat Pilatus dimittere Iesum, sicut asturus videns ꝙ eum notasset de peccato, si innocentẽ occideret quærebat ergo opportunitatẽ dimittendi eũ sicut antea fecerat. Iudæi ergo hoc cõsiderantes clamauerũt dicentes, Si hunc dimittis, nõ es amicus Cęsaris. Omnis qui se regem &c. Igitur cũ Pilatus audisset hos sermones, duxit foras Iesum in loco publico qui dicitur Lithostratos. Erat autẽ parasceue. i. prima dies solennis in qua præparabant cibos pro sabbato. In quo sabbato non licuit præparare cibum propter solennitatẽ, sed in præcedenti. s. sexta feria. ideo omnis sexta feria dicebatur parasceue, hora quasi sexta, quia die sexta homo factus est. Et dixit Pilatus, Ecce rex vester. Illi autem quasi phrenetici clamabãt, Tolle, tolle, crucifige eũ, &c. Dixit eis Pilatus, regem vestrum crucifigam. q. d. vtique ex hoc verecundia magna generabitur, quando audietur de vobis dici, quod regem vestrum crucifixistis. Responderunt Pontifices, Non habemus regem nisi Cæsarem. Tunc Pilatus considerans se incurrere indignationẽ populi, & Cæsaris, consensit petitioni eorum. Sedente illo igitur pro tribunali, misit ad eũ vxor eius di. Nihil tibi & iusto illi. Multa enim perpessa sum hac nocte propter hunc sanctum hominem & iustum. Tũc enim diabolus cognouit fructũ passionis Iesu Christi ex lętitia animarum in limbo existentium quæ ex plurimis prophetiis sperabant se redimi. Videns autem Pilatus quia nihil proficeret, sed magis tumultus fieret, accepta aqua lauit manus suas coram populo di. Innocens ego sum à sanguine iusti huius, vos videritis. Et respondit vniuersa turba, Sanguis eius super nos, & super filios nostros. O quàm horrendum testamentum fecit hic populus stultus. Manet enim hoc testamentum vsq; in hodiernũ diẽ. Nam in signum huius vindictæ quando masculi Iudæorũ de hoc genere qui sic clamabant nascuntur, habẽt manũ dexterã plenã sanguine capiti innixã. Quare Pilatus timore concussus dimisit eis Barrabam homicidam. Iesum verò flagellatũ tradidit voluntati eorum vt crucifigeretur contra legẽ iustitiæ. Et fuerunt hæc verba quib⁹ Pilatus Christũ sententiauit Iesum

sum seducentē populū blasphemātem Deū, dicentē se Christū regem esse Iudæorū, cruci affigendū condēno & adiudico. Et quia hodie est oblatus A & Ω, principiū & finis, ideo his dieb⁹ ecclesia omittit initia & fines horarū. Quarta fuit in passione Christi cōpassio socialis, quia nō solū Christus sustinuit passionē & dolores cordis, sed etiam virgo Maria mater sua, & multi alij. Ratio, quia ex peccato Adæ ipse nō solum sustinuit mala, sed etiā Eua. Data igitur sententia mortis postquā illuserūt ei. Dic cū practica exuerūt eū purpura, & induerunt eū vestimentis suis vt magis esset agnoscibilis, & ad mortē vadēs amplı⁹ subsannaretur. Et tūc proculdubio Christ⁹ habuit nouā & maximā passionē, quoniā illa purpura cōgelata fuit & fortiter cōpacta vulneribus ictuū flagellorum, quę absq; maximis dolorib⁹ euelli nō poterat. Et maximè quādo tunica illa spoliatus fuit renouata fuerūt oīa vulnera, & hæc durior pœna fuit q̄ flagellatio, vel etiam coronatio, quod imaginari potest. Cœpit enim nouus sanguis ebullire & totū corp⁹ rosceo cruore perfundi. Et imponentes sibi crucē duxerūt eū extra ciuitatē. Quia passio Christi gloriosa nō solū ad Iudęos, sed etiā ad oēs se extendebat. In huius signū extra ciuitatē pati voluit. O quāta bona Iesus semper benedict⁹ fecit huic ciuitati. Pro quib⁹ omnib⁹ crucē pro maiori ignominia posuerūt in humeris suis ad portādū. Bern. O inauditum spectaculū, nunquā auditū, visum aut factū, vt aliquis fur aut malefactor ad hoc compelleretur, vt suum propriū portaret patibulū, præter saluatorē: & impletū est illud Esa. 9. Factus est principat⁹ super humerū eius. Hoc præfiguratum fuit in Isaac qui cū iret vt immolaretur à patre, ligna in ꝓprio dorso portauit. Gē. 22. ibi enim habetur quod Dominus dixit Abrahæ, Abrahā Abrahā. Et ille respondit, Adsum. ait illi, Tolle filium tuū vnigenitū quē diligis Isaac, & vade in terrā visionis, atq; ibi offeres eū in holocaustū super vnū montiū quē mōstrauero tibi. Igitur Abrahā de nocte cōsurgens strauit asinū suū, ducēs secū duos iuuenes & Isaac filiū suum. Cumq; cōcidisset ligna in holocaustū, abiit ad locū quē præceperat ei Deus. Ista enim fuit figura passionis Christi, quia Abrahā significat patrē in diuinis, qui obtulit filiū suū vnigenitū in ara sanctæ crucis, in redemptionē pro omnib⁹ nobis miserrimis peccatorib⁹. Et sicut Isaac fili⁹ Abrahę in ꝓpriis humeris portauerat ligna holocausti obedienter ad volūtatem patris sui Abrahā, sic fili⁹ Dei saluator noster Iesus, patiēter sicut agnus innocēs portauit patibulū sanctæ crucis propriis humeris impositū. Et quia Iudęi ipsum alapis & verberib⁹ & illusionib⁹, necnō flagellationib⁹, coronationeq; tantū fatigauerunt, ideo crucē nō diu, nec remotè portare poterat, quia totaliter fuit exinanitus & exhaustus. Ideo dicitur sub cruce cecidisse. Nec mirū ex remissione sanguinis omniū venarū qui defluebat ex plagis flagellorū & spinarū & magnitudine crucis, quæ habebat in lōgitudine pedes. 15.

& in latitudine.10. Ideo exeuntes in eũ qui dicitur Caluariæ locus, & cũ ducerent eũ, & ita repentè procedere nõ posset, inuenerũt homi nem Cyrenæũ nomine Simonẽ venientem de villa, patrẽ Alexandri & Rufi, hũc cõprehenderunt & angariauerũt vt tolleret crucẽ eius, & imposuerunt illi crucem portare post Christũ, nõ ex misericordia moti, sed vt citius ad mortem peruenirent. Nec quis æstimare debet illud esse cõtra perfectionẽ Christi existentis verus Deus & verus ho mo. Tradiderat enim diuinitas Christi humanitatẽ ex toto infirmi: tatibus humanis ad patiendũ, nolens sibi in aliquo suffragari quo ad pœnæ alleuiationem, & ideo infirmitatis humanæ cõditio exposce bat, vt homo Christus sic tota nocte fatigatus & cruoris effusione de: bilitatus sub tanto põdere deficeret. Nec mirum cũ in minore labore alias fatigatus putà itineris sedebat pro refocillatione virium supra montẽ. Io.4. Hoc primò nunciatum fuit B. Mariæ virgini, quæ tunc fuit in domo Mariæ Magdalenæ, vt volũt potiores doctores, Chri: stum filiũ suum esse cõdemnatum ad mortem. Cũ quãto autẽ cordis dolore & animi perturbatione hunc nuntium receperit, perpendere potest quælibet fidelis mater. Nec tamen aliquid indecens suæ pudi- citiæ vel virginitati derogans cõmisit. Nec verũ est illud fabulosum quo virgini gloriosæ iniuriari impiè videtur, virginem cucurrisse ad similitudinem insanientis mulieris hincinde de domo ad domum, ad quas Christus ducebatur, ac in signum angustiarum suarum crines euulsisse, ac per rimas prospexisset, & manibus depressis & cõ: plosis lamẽtabiliter plãxisse. Et plura alia quæ omnia falsa & friuola sunt. Ratio, alias multæ mulieres perfectiores fuissent beata virgine f. sophia septẽ filiorũ mater, & quã plures aliæ mulię. Sed cũ tres sunt modi plãgendi. Quidã nimis dolorem exprimũt in opere exteriori, sicut Heli 1 Reg.4 qui audiens captã arcã Domini & duos filios mor tuos, cecidit retrorsum, & cõfractis ceruicib⁹ expirauit. Quidã nihil molestiũ patiũtur, tamẽ propter quandã honestatem dolorẽ simulãt bestiali quodã clamore, vt iuuenculę de morte virorũ deformiũ & ve tulorũ. Sed vterq; se frustrà affligit. Primis absq; inordinato motu, benè ab omnibus sibi crederetur. Secundis quãtò magis insanierint, tantò minor fides adhibetur. Idcirco tertiũ modũ valde humanũ mater virgo adinuenit, quæ cũ amarã dolorem in corde gustauerit, nihil tamen fœdũ aut indecens gessit nequaquã obliuiscens fidei ca: tholicę & virginalis pudicitię. Fides enim quã habuit, in ea sola per manſit de resurrectione filij sui, dolorem incõparabilem sic tempera uit, ne indisciplinatũ quid cõmitteret. Et Orige. in quodam sermone de passione dicit, Omnis beatæ virginis dolor in Christi passione cõceptus, sic intra suę animę claustra detinebatur, vt nec nimiæ impa tientię aut inordinationis signo exterius se ꝑderet: nisi inquantũ la- crymarũ effluxio oculi materni impetuosam anxietatem indicabãt. Vnde

Vnde maximam cōpassionem cū Christo habuit. Hunc exitū, & hāc processionem lamentabilem Bern describit dicēs. Cum loquit Christus sic duceretur, factus est cōcursus populorū post ipsum, sicut quando fures & malitiosi ducuntur ad mortem. Alij ibant ridentes, alij illudentes, alij lutum super benedictum caput eius proijcientes, & in faciem. Si ante se respexit, vidit lutum super se proijcientes. Si suprà, vidit patibulum humero suo impositum eum valdè opprimens. Si retrò, vidit matrem cum multa turba populi, & mulierum quæ sequebantur, & plāgabant atq; lamentabantur eum ex maxima cōpassione. Conuersus autem ad illas Iesus dixit, Filię Ierusalem nolite flere super me. Tum propter spōtaneam moriendi voluntatem, tum propter diuinā ordinationem, quæ me ordinauit mori, tum propter mortis meę vtilitatem, quia moriendo volo mortem destruere. Caussam tamen passionis iubet deflere. s. peccata præterita & futura, quæ Christum pati ordine iustitiæ fecerunt, super quibus doloribus affici ad salutem necessarium est. hæc Bern. Sed super vosipsas flete, & super filios vestros, quia veniēt dies quibus dicent, Beatæ steriles, & ventres qui nō genuerunt & vbera quæ nō lactauerunt. Tunc dicent montibus. Cadite super nos, & collibus operite nos. Et loquebatur de obsidione Romanorū per Titum, & Vespasian. Principes Ierusalem post ascensionem Domini anno. 42. funditus destruentium, quādo tanta fuit strages facta, vt occisorum sanguis, quasi riuulus de omnibus partibus ciuitatis flueret. Et capta fuit ciuitas in die pasche, & omnes potiores Iudæi occisi Et. 30. venditi sunt vno denario. Et capta ciuitate vndecies cētena milla fame, & gladio perierunt, & octuaginta milia venditi, & dispersi sunt. Et fuit verificata illa maledictio quando dixerunt Pilato. Sanguis eius super nos & super filios nostros, & illam plagam fleuit Christus in die Palmarum, & tātā fames tempore obsidionis erat, vt matres filios suos comederēt, vt dicit Iosephus qui pro tunc præsens erat, licèt fuerit latitans in scissuris petrarum quousquè persecutio ista cessaret. Item Christus loquebatur de iudicio finali, quando præ timore dicent montibus, Cadite super nos, & collibus cooperite nos. Nā subdit caussam. Quia si in viridi ligno hoc faciunt, id est, in me. Dicitur autem Christus viride lignum, quia viridis in radice diuinitatis, in cortice humanitatis, in ramis virtutum, in folijs sermonum, in fructu bonorum operum. In arido, id est, peccatore qui caret humore gratiæ, fructu iustitiæ, vigoreq; constantiæ, quid fiet, id est, quanta putatis pœna digni sunt? Patet ergo compassio matris, & mulierum ex dictis. Quintò fuit in passione Christi defunctio temporalis, quia voluit mori in cruce. Licèt aliæ passiones Christi fuissent sufficientes ad redimendum genus humanum, tamen adhuc voluit mori. Ratio, quoniam ex peccato Adæ non solum habemus tribulationes, dolores, & passiones, sed etiā mortem.

Gen.2. Quacunque die comederitis, morte morieris. Et ille mod⁹ est cõuenientior. Vnde Docto. sancti. & præcipuè S. Tho.3.par.q.46.ar.2 dicit quod erat bene alius mod⁹ redẽptionis Deo possibilis, absolutè loquẽdo, quia dicitur Lu.1. Nõ erit impossibile apud Deũ omne verbum. & Esa.59.di. Ecce nõ est abbreuiata manus Domini, vt saluare nequeat. Et ideo multi alij modi erãt Deo possibiles. Vnde vt di. ibidẽ. ad.3. argu. Si Deus hominẽ absque omni satisfactione à peccato liberasset, contra iustitiã nõ fecisset: quia culpa in eum commissa fuit, & sic misericorditer egisset. Sed tamen nõ erat modus cõuenientior, vt di. Tho. eadẽ par. eadẽ. q ar.3. quia di. Aug. in 13. de trini. Sanãdæ nostræ miseriæ cõuenientior modus non fuit quàm per passionẽ Christi. vnde absolutè nõ fuit necessariũ: vt Christ⁹ moreretur, sed ex necessitate finis, vt di. ibidẽ art.1. eadẽ. q. Et hoc potest dupliciter intelligi. Primò quidẽ ex parte nostra, qui per eius passionẽ liberati sumus, secundum illud Ioã.3. Oportet exaltari filiũ hominis, vt oĩs qui credit in ipsum nõ pereat, sed habeat Vitã æternã. Secũdò, ex parte ipsius Christi qui per humilitatẽ passionis meruit gloriã exaltationis, & per hoc patet quod di. Lu. vlt. Oportuit pati Christũ, & sic intrare in gloriã suã Vnde ad hoc quod homo per passionẽ Christi est liberat⁹, multa concurrũt ad salutẽ hoĩs pertinẽtia propter liberationẽ à peccato Primò enim per hoc cognoscit homo quãtum Deus eũ diligat, & prouocatur ad Deũ diligendũ, in quo salutis humanę perfectio cõsistit. Vnde Apost. di. Ro.5. Commẽdat Deus charitatẽ suã in nobis, quoniã cùm adhuc peccatores essemus, Christus pro nobis mortu⁹, &c. Secũdò quia per hoc dedit nobis exẽplum obedientiæ, humilitatis, constãtiæ, iustitiæ & ceterarũ virtutũ in passione Christi ostensarũ, quę sunt necessariæ ad humanã salutẽ. Vnde di.1. Pet.2. Christus passus est pro nobis, vobis relinquẽs exemplũ, vt sequamini vestigia eius. Tertiò, quia Christus per passiomẽ suã non solùm hominẽ à peccato liberauit; sed etiã gratiã iustificãtẽ, & gloriã beatitudinis ei promeruit. Heb.10 Habemus fiduciã in introitu sanctorũ. s fideliũ in sanguine Christi. Quartò, quia per hoc est homini indita maior necessitas se immunẽ à peccato conseruãdi quãdo se sanguine Christi redẽptum cogitat à peccato, secundum illud.1. Cor.6. Empti estis precio magno, glorificate, & portate Deum in corpore vestro. Quintò, quia hoc ad maiorem dignitatem hominis cessit, vt sicut homo victus, & deceptus fuit à diabolo, ita etiã homo esset qui diabolũ vinceret, & sicut homo mortem meruit, ita homo moriendo mortẽ superaret, vt di.1. Cor.15. Deo gratias qui dedit nobis victoriã per Iesum Christum. Et ideo conueniẽtius fuit quod per mortẽ Christi liberaremur quã per solã Dei voluntatem. Hæc S. Tho. ar.3. q. prędictæ. Dic practicè quomodo duxerunt Christum cum cruce quã portabat in collo. Ducebantur autem alij duo nequã cum illo vt interficerentur ad mõtem Caluariæ. Et dum

Nõ fuit impossibile Deo aliter gen⁹ humanũ redimere, tametsi iste fuerit cõuenientior modus.

furi

fuerunt ibi dixerunt sibi, Expoliate, & ita fecit. Et milites acceperunt vestimenta eius, & fecerunt.4. partes, vnicuiq; militi partẽ & tunicã. Erat autem tunica inconsutilis desuper contexta per totum. Et dixerunt ad inuicẽ. Non scindamus eã sed sortiamur de illa cuius sit. Vt scriptura impleretur di. Partiti sunt vestimẽta mea sibi, & in vestem meã miserunt sortẽ. Et crucifixerunt eũ, & cũ eo alios duos. Cogitate quãdo virgo sentiebat ictus clauorum quãdo crucifigebatur, quomodo percutiebat cor eius. Et eleuato crucifixo gentes se elongauerunt. Tunc virgo cum Ioãne: & Magdalena venit ad pedẽ crucis, & guttę sanguinis filij cadebant super caput virginis. Cogitate dolorẽ Christi, & compassionẽ matris. Tunc Christus orauit pro crucifixoribus di. Pater ignosce illis: quia nesciunt quid faciunt. Virgo Maria audito filio eleuauit oculos, & vidit filium totum sanguinolentum à capite vsque ad pedes. Videns latro qui pendebat in cruce à dextris, ꝙ Christus orauit pro crucifixoribus, & cõsiderans Christi patientiã, habuit fidẽ de Christo, & contritionem de peccatis in corde, & dixit cum lachrymis Christo, Domine memẽto mei dum veneris in regnũ tuum, q d. Non dico ꝙ modò parcas mihi, quia non sum dignus, sed postquã in purgatorio fuero, tunc memẽto mei. Cui respondit Christus, Amen dico tibi, hodie mecũ eris in paradiso. Quæstio quare de duobus latronibus cum Christo crucifixis, vnus fuit conuersus, & non alius? Rationẽ quidã assignãt de vmbra brachij quæ ipsum tetigit, & conuertit. Aucto. per locum à minori de vmbra Petri quę sanabat infirmos, vt patet Act.5. Nõ mirũ ergo si vmbra Christi saluauit animã latronis. Videns virgo quod filius locutus est latroni, dixit, O fili latroni loquimini, & mihi quæ morior hic vobiscũ nihil dicitis? Tunc Christus volens cõsolari matrẽ capite signãdo Ioãnem dixit, Mulier, ecce filius tuus. Et Ioãni: Ecce mater tua honora eã, & seruias sibi, vt matri Respõdere potuisset virgo, O fili, & qualis consolatio, quale cãbium est istud, dare filium Creatoris pro filio piscatoris, filiũ Dei pro filio Zebedæi. O fili mi, modò cõpleta est prophetia Simeonis dicentis, Et tuã ipsius animã pertransibit gladius. Tunc Christus cœpit dicere Eli Eli. i. Deus Deus meus respice in me, quare me dereliquisti, &c vt me dimittunt amici, Apostoli, & discipuli. Et si quæsiuisset aliquis in eo. O Domine vbi sunt cæci quos illuminasti? vbi infirmi quos curasti? vbi dęmoniaci, vbi leprosi quos mũdasti? vbi mortui quos resuscitasti? vbi Apostoli quos honorasti? Respondisset, Omnes dereliquerunt me. Et completa omni re fuit hora nona, & clamauit dicens: Sitio. Respondit virgo, O fili, non habeo nisi aquam lacrymarum. Tunc quidam cum spõgia in arundine posita dabat sibi acetum mixtum cum felle. Et cùm gustasset dixit, Consummatum est. s. opus, & mysteriũ humanę redemptionis. Respondit virgo, O fili, cõpleti sunt dolores mei. Tunc Christus voce magna clamauit. Pater,

in manus tuas cōmendo spiritū meū. Et inclinato capite, quasi vale diceret matri, sic emisit spiritum. Mirum fuit ꝙ tunc virgo Maria nō cecidit mortua, sed statim secutæ sunt cōsolationes, & remedia cōfortatiua quia tenebræ factæ sunt super vniuersam terrā, qa sol dimisit vestes suas albas claritatis suæ & indutꝰ fuit de nigro, & terra mota est, & petræ scissæ sunt, & multa corpora sanctorū qui dormierant, surrexerunt. Item Centurio fuit cōuersus dicens, Verè filius Dei erat iste. Et populus percutiebat pectus suū dicēs, O miseri, quid fecimus. Hi fructus passionis quos virgo videbat cōsolabantur eā. Ecce hic defunctio temporalis, quia voluit mori vt liberaret nos de morte æterna, & daret nobis vitā gloriosam, iuxta prophetiam Esa. 53. Tradidit in mortē animā suā, & cū sceleratis reputatus est, & ipse peccata multorū tulit. Sextò fuit in passione Christi sepelitio terrenalis. Ratio, quoniam ex peccato Adæ humanū genus nō solùm fuit condemnatum ad mortem, sed etiam ad sepulturam, & resolutionem, & corruptionem. Gen. 3. Puluis es, & in puluerem reuerteris. Ideo Christus voluit sepeliri sed non corrumpi: iuxta illud Dauid. Non dabis sanctum tuum videre corruptionem. Iudæi autem quoniam parasceue erat, vt non remanerent in cruce corpora Sabbato, quia tunc festum erat, pro vt habebāt præceptum Dei. Leu. 23. Ne igitur eorum festum inhonoraretur, in cuius vespere eiusdem diei incipiebant solennitatem. Erat enim magnus dies ille sabbati, rogauerunt Pilatum, vt frāgerentur eorum crura, & hoc vt citius morerentur, &c. Quoniam solennitas ista azimorum tota erat gaudiosa, quia per hos septem dies viri & mulieres ducebant coreas per circuitum Ierusalem in cantico Moysi. s. Cantemus Domino gloriose, &c. In memoria quod eo tempore eos liberauit de seruitute Ægyptiorum, & Pharaonis, exercitu eius in mari rubro submerso. Igitur ne tanta solennitas ex aspectu cadauerum fœdaretur, quoniam prope ciuitatem erant, petierunt ea deponi. Venerunt autem milites, & primi quidem fregerunt crura, & alterius qui crucifixus erat cum eo. Ad Iesum autem cùm venissent, vt viderunt eum iam mortuum, non fregerunt eius crura, sed vnus militum. &c. qui secundum Isidor. dictus erat Longinus. Hic secundum magistrum histo. videre non poterat an mortuus esset Iesus, quia caligatos habuit oculos, & accepit lanceam suam, & infixit eam in corde Christi, & cōtinuò exiuit sanguis & aqua miraculose, & per hastam decurrens peruenit ad manus militis, & ex contactu visum recepit, qui conuersus ad fidem. 28. annis monasticam vitam duxit. Et post hęc crescente Christianorum persecutione, factus episcopus glorioso martyrio coronatus est. & sic cœlum ascendit. Hoc miles iste simplici intentione, & ex compassione fecit vt citius moreretur, & ideo Deus eum interius, & exterius cùm erat cæcus, illuminauit. Hoc vulnus secundum Alexā. de Hales, non fuit Christo infixum in ea parte in qua pingi

pingi solet perossa. s. pectoralia, sed fuit inferius inter mollitiē carneā & inter ossa pectoralia, & fœmoralia, & sic sursum ascēdit ad cor. Ratio, quia Christus in alto pépendit, & miles stans in terra, &c. Propterea si circa pectoralia infixisset lanceā, fuissent fracta ossa propter magnitudinē lanceæ quæ ostenditur. Sed secundum Io. qui vidit & testimoniū perhibuit, & verum est testimonium eius, Facta sunt hęc, vt scriptura impleretur, Os nō cōminueris ex eo. Exod. 12. Et iterū alia scriptura dicit, Videbunt in quē transfixerunt. Quare verò sic depingitur? dicendum ꝙ pictura est laicorum scriptura, Ideò vt expressius laicis patet ꝙ lancea cor Christi penetrauerit, in signum ꝙ ex corde dimissa est nobis culpa per suam mortē. Hæc duo miracula post mortem contigerunt. s. sanguinis emanatio, & cæci militis illuminatio. Sanguis enim in homine mortuo coagulatur sed non in Christo, vt ostenderet se habere potestatem esse in corpore sine anima. Item tres opiniones erant de anima, quod. s. esset in sanguine, in cerebro, & in corde. Primi ea occasione moti fuerunt, quia cùm sanguis è corpore effunditur animam euolare asseruerunt, sed secundi ideo, quia animam maiorem vim in cerebro suarum potentiarum ostendere viderunt. Alij verò, quia viderunt cor hominis primum viuens, & vltimū moriens. Et sic in his tribus locis effectualiter quæsierunt, licèt Christus hoc vulnus nō sensit, quia iam erat mortuus. Hęc enim omnia facta sunt hora nona. Ideo Ecclesia pro gratiarum actione cantat nonas. Post hæc cùm iā sero factum esset, id est, hora vespertina, ecce vir nobilis nomine Ioseph ab Arimathia ciuitate Iudęę, qui erat Decurio & diues, vir bonus, & iustus, eò quòd esset discipulus Domini, occultus autem propter metum Iudæorum. Hic non consenserat consilio, & actibus eorum, quia & ipse expectabat regnum Dei. Hic audacter introiuit, & accessit ad Pilatum, & petiit corpus Iesu, vt tolleret. Hæc omnia ponūt euangelistæ ad exprimendum bonitatem, & reuerentiam istius Ioseph. Cælitus enim prouisum est vt esset diues, vt haberet quod in sepulturam Domini expenderet Nobilis Decurio. i. super decem milites, vt ad Præsidem accedere posset. Iustus, & bonus, vt Christi corpus accipere mereretur. Discipulus non vnus ex duodecim, sed quia in primitiua Ecclesia omnes credentes dicebātur discipuli. Audacter, quia Iudæos non timuit. Et ipsi eum hoc facere non caussa discipulatus, sed pietatis putabant. Petiit corpus Iesu, quia licitum non erat sepelire corpora damnatorum sine licentia Pręsidis Pilatus autem mirabatur si iam obiisset. Sed illa admiratio secundum Ioā. Processit ex leuitate, & cordis vanitate. Nemo miretur cum Pilato quod Iesus subitò mortuus fuit, adhuc viuentibus latronibus, quia multa crudelia per totam noctem & diem pertulit, quādo latrones in quiete fuerunt Et accersito, id est, vocato Centurione, interrogauit eū si iam mortuus esset & cùm cognouisset à Centurione, do-

Nauli corpus Iesu Ioseph. Venit ergo, & tulit corp⁹ Iesu. Venit autem & Nicodemus qui venit ad Iesum nocte primũ, ferens mixturã myrrhæ, & aloes, quasi libras centum. Acceperunt ergo corpus Iesu, & ligauerunt in linteis mundis cum aromatibus, & inuoluerunt illud in sindone mũda quã mercatus est, sicut mos est Iudæis sepelire. Istud vnguentum amaritudine sua coercet vermes à cadauerũ corrosione, & corruptione & putredine Ex quo patet secundum Chry. quod isti nõ habuerunt adhuc de Christo plenã & perfectã fidẽ, nõ intelligentes illud Psal. Non dabis sanctũ tuum videre corruptionem. Vnde si corp⁹ Christi iacuisset in sepulchro vsq; ad diẽ nouissimũ, nõ fuisset incineratũ, nec putrefactũ, quia erat balsamatũ diuinitate. Hæc depositio secundum Bedã, & Origenem facta est præsente matre Maria, quæ corpus filij sui depositũ suis brachiis, vt piè creditur, dulcissimis amplexata fuit, & sacra vulnera cũ inexplicabili plãctu materno affectu deosculabatur. Iesus autem ad cõsolationem matris ita glorificatus est, quod nulla plaga vel liuor in suo corpore apparuit, præter quinq; vulnera manuũ ac pedũ, atq; lateris quæ reseruauit nõ ex impotentia sanãdi, sed vt ostenderet apostolis, & maximè Thomæ, Iudęis, & malis Christianis in iudicio extremo ad interpellãdum in cõspectu patris Ad lætificandũ beatos ex intuitu suæ redẽptionis. Nõ enim dedecorãt corpus glorificatũ illæ cicatrices, quia clarius radiãt quàm Sol in firmamento cęli. Et quia corpus linteis inuolutum fuit, ideo in ecclesia mos inoleuit, vt in altari nõ sericis aut auro textis, sed in sindone munda consecretur. Item licèt hęc aromatizatio Christi fuit facta in honorẽ, & reuerẽtiã, & à deuotis, & eum diligẽtibus, tamen factũ in se valdè miserabile erat, quia. s tantæ nobilitatis Dominus tractabatur tanquã cadauer, licèt Christus propter diuinum suppositũ cadauer nõ fuit, & corona gloriæ sic iacuit prostrata. In signũ hui⁹ pro gratiarũ actione statuit ecclesia dicere vesperas Erat autem in loco vbi crucifix⁹ erat Iesus, hortus, & in horto monumẽtum nouũ in quo nondũ quisquã positus fuerat, & excisum in petra. Istud monumentum erat Ioseph. In horto Dominus fuit captus, in horto nunc sepelitur, ad innuendũ quod per virtutem suæ passionis liberamur à peccato, quod Adã cõmiserat in horto delitiarũ. Secũdum diuinã dispensationẽ in nouo monumento in quo nondũ quisquã positus fuerat ponitur, ne sua resurrectio alteri qui ibi prius posit⁹ fuisset ascriberetur. Sicut enim in virginis vtero nemo ante illum, aut post illũ conceptus est, ita secundum Aug. nemo antè vel pòst ibi sepultus est, &c. Ergo propter Parasceuẽ Iudæorũ, quia iuxta erat monumentum, posuerunt Iesum Christum. Nam feria sexta declinabat ad occasum, & sabbatum incipiebat, eò ꝙ secundũ Hier. Iudæi incipiunt computare dies crastinos à sero præcedenti. Vnde quia tardè erat, non poterant remotius sepelire corpus, timentes præteritum

sabba-

sabbatum. Non quidem despectè sed sicut mos erat honorabiliũ corpora Iudęorũ sepelire, quia iuxta prophetiã Esa. 11. Et erit sepulchrum eius gloriosum. Vnde S. Tho. 3 par. q. 2. art. 1. Conueniens fuit Christum sepeliri. Primò ad probandum veritatem mortis. Non enim aliquis in sepulchro ponitur nisi iam de veritate mortis constet. Igitur Pilatus antequam concederet Christum sepeliri, diligenti inquisitione cognouit eum iam mortuum esse, vt patet Mar. 15. Secundò, quia datur spes resurgendi his qui in sepulchro sunt per ipsum, eò quod de sepulchro ipse resurrexit, secundũ illud Ioan. 5. Omnes qui in monumentis sunt audient vocem eius, & qui audierint, viuent. Tertiò ad exemplum eorũ qui per mortem Christi spiritualiter moriuntur peccatis. s. qui absconduntur à conturbatione hominũ. Vnde dicitur ad Col. 3. Mortui estis, & vita vestra abscondita est cum Christo in Deo. Vnde & baptizati qui per mortẽ Christi moriuntur peccatis, quasi cõsepeliuntur Christo per immersionem, secundum illud Rom. 6. Consepulti sumus cum Christo per baptismũ in mortẽ. hæc Tho Et Ioseph aduoluit lapidẽ magnũ ad ostiũ monumẽti, & abiit. Subsecutæ sunt mulieres, quæ cum ipso venerant de Galilæa, videntes monumentum, & aspicientes quemadmodum, & vbi positũ erat corpus Iesu, sedentes cõtra sepulchrum. Inter quas Maria Magdalena & altera Maria affectu diligenter attendebant qualiter transacto sabbato vnguento præparato reuerenter intrare possent, ad perungendum iterato corpus Iesu Ex quo manifestè patet quod in fide dubitabant, quia ipsum resurrecturum nõ crediderunt. Ideò beata virgo Maria in qua vera & certa fides fuit, ad vngẽdum cum ipsis non venit, propter quod dies sabbati per anni circulũ ad sui reuerentiam ab Ecclesia specialiter veneratur. Altera autẽ die quę est post Parasceuen, cõuenerunt Principes Sacerdotum & Pharisæi ad Pilatum di. Domine, recordati sumus. Et notabile est quod Iudæi Pilatum dominum suum agnoscentes, vt in seruitutem alienigenarum redacti, etiam adulando vt faciliùs impetrarent, dixerunt, Domine. seductor ille dixit, Mirum quod eorũ inuidia adhuc nõ cessauit. Seductorem tamen, secundum Hiero. rectò eum nomine vocabant, sed non talem qualem intendebant. Est enim seductio mala à virtute in errorem. Hanc Christo imponebant, sed falsè mentiebantur. Alia à falsitate in veritatem, à vitiis in virtutes, sic Christus seductor erat fidelium. Post tres dies resurgam. Iube ergo custodiri sepulchrum vsq; in diem tertium, ne fortè veniant discipuli eius & furentur eum, & dicant plebi, surrexit à mortuis. & erit nouissimus error peior priore. Ait illis Pilatus. Habetis custodiam, ite, custodite sicut scitis. Illi autem abeuntes munierunt sepulchrum, signantes lapidem cum custodibus, quia non sufficiebat illis custodia militum gentilium, sed etiam cum hoc signauerunt lapidem qui erat in ostio monumẽti cum sigillis suis &

auiiis In huius ſepulturę memoriam,eccleſia ſtatuit completorium. Cùm verò Chriſtus animam in cruce tradidit patri, mox venit ad infernum,id eſt,ad limbũ patrum ad eorũ cõſolationem,& dæmonum confuſionem. Et tertia die reſurrexit de ſepulchro,& ideo Iudæi militibus ſummam pecuniæ dederunt, vt dicerent ipſum furatum per diſcipulos. Sed cùm accepiſſent pecuniam,quod factum fuerat dixerunt. Milites enim tacere non poterant. Nam fatebantur ſe vidiſſe choros Angelorum,& à Iudęis accepiſſe pecuniã. Vincentius in ſpeculo narrat quod Ioſeph ab Arimathia eadem veſpera qua ſepeliuit Dominũ,Iudęi eũ incarcerauerunt,ſed Dominus liberauit eum. Ex his dictis patet cauſa,modus,ordo,& tota ſeries dominicę paſsionis, ſecundum intentionẽ Euangeliſtarũ,ſecundum ordinẽ & ſecundum literam quam ex toto inferui, ac ſecũdum ſeriem veri geſti deſcripſi. Concedat nobis Ieſus vt per lamenta ſuæ paſsionis perueniamus ad gloriam & gaudium beatæ reſurrectionis. Amen.

Sabbato ſancto Paſchæ. Sermo vnicus.

V*Ita veſtra abſcondita eſt cum Chriſto in Deo. Cùm autem Chriſtus apparuerit vita veſtra,tunc & vos appar. &c.* Ad Col 3.& in epiſtola hodierna. Heri ſermonis finis fuit ſepultura corporis Chriſti, ſed de anima quò iuit, vel quid fecit, nihil fuit dictum. Ideò modò volo prædicare de iſta materia. Sed primò ſalutetur virgo Maria, &c. Quia iam poſſumus ſibi dare gaudium & lætitiam.quia de propinquo inſtat reſurrectio glorioſa filij ſui,ideò poſſumus ipſam ſalutare humiliter & deuotè,dicentes ſibi, Aue Ma.&c. Vita veſtra,&c. Pro huius verbi declaratione,& materiæ prædicandæ introductione ſciendum eſt, quòd doctrina ſacra eſt generalis & certa fidei Chriſtianæ quod poſt mortem corporalem Chriſti, anima eius deſcendit in infernũ, & eſt articulus fidei dicentis,Mortuus & ſepultus quantum ad corpus,deſcendit ad inferos quãtum ad animam,licèt potuiſſet ſtatim aſcendere in cœlum ſi voluiſſet,tamen noluit.imò voluit tantum humiliari,quia voluit deſcendere principaliter ad cõfortandum S. Patres ad ipſos liberandum. Sicut Rex habita victoria campali vult intrare perſonaliter ciuitatem,ita Chriſtus. Et quandiu corpus eius fuit in ſepulchro, tandiu fuit anima eius in limbo, & craſtina die anima Chriſti ſimul cum ſanctis patribus exiuit de limbo,& aſſumpto corpore glorioſo reſurrexit.Iſta eſt doctrina vera fidei Chriſtianæ,cõfirmata auctoritate Chriſti dicẽtis, Sicut fuit Ionas in ventre ceti tribus diebus & tribus noctibus, ſic erit filius hominis in corde terrę tribus diebus & tribus noctibus. Mar.12. Dic breuiter hiſtoriã Ionæ Prophetæ,vt habetur Ionæ 1.&.2. Et quomodo fuit figura paſsionis Chriſti. Nauis in qua Chriſtus nauigauit,eſt nãtura humana. Ratio,quia ad inſtar nauis facta.ſ. anguſta in principio,lata in medio,&c.ſcilicet tempore Chriſti.Galat.4. At vbi

venit plenitudo temporis, mitit Deus filium suum. Nunc autē restrin gitur ad instar puppis. Malus huius nauis in medio positus fuit crux Christi. Velū caro Christi. Facta est quasi nauis institoris, &c. Prou. vlt. Hæc nauis iactabatur magnis fluctibus & periculis submergendi in inferno, nec erat aliud remediū euadendi nisi quod Ionas. 1. Christus iactaretur in mare. s. in amaritudinē passionis & mortis. Et cetus, id est, infernus aperuit os suū, & recepit ipsum, & tenuit eum tribus diebus & tribus noctibus, sed crastina die euomuit eum, & licèt corpus Christi & anima in illa die fuerint diuisa & separata, tamē diuinitas nunq̄ fuit separata, nec diuisa, nec à corpore, nec anima, sed tota fuit cum corpore in sepulchro, & tota cum anima in limbo, vt dicit S. Thomas. 3. part quæst 50. artic. 2. & 3. Si dicatur quomodo fuit hoc possibile? Dabo de hoc vobis duas similitudines ad oculos ad cōfortandum vestros intellectus. Primò de pomo ex vna parte albo, & ex alia parte rubeo, quod si gladio diuidatur in duas partes, odor ipsius remanet cum qualibet parte diuisa. Idem de humanitate Christi. Cogitate quòd humanitas Christi sit vt pomum, cuius pars alba sit anima Christi purissima sine omni defectu, pars rubea, eius caro ex passione sanguinolēta: De quo Salomō Can. 5. in persona virginis Mariæ dicentis, Dilectus meus candidus & rubicundus. Diuinitas æterna erat vnita corpori & animæ Christi ante passionem & mortem, sicut odor est coniunctus pomo & vnitus. Sed humanitas Christi gladio mortis fuit diuisa & separata in duas partes principales, tamen odor, id est, diuinitas æterna semper remansit cum vtraque parte inseparabiliter. Secunda similitudo pulchrior & clarior de pecia crystalli ad radium Solis quæ tota repletur lumine & claritate Solis. Quare si diuiditur in duas partes, tota claritas Solis remanet cum qualibet parte diuisa. Item de humilitate Christi puriori crystallo, lumine & claritate diuinitatis illuminata, qua in morte diuisa diuinitas tota remansit inseparabiliter cum qualibet parte diuisa abscondita, scilicet, cum corpore in sepulchro, & cum anima in limbo siue in inferno, Auctoritas, Splendor eius vt luxerit, cornua in manibus eius. Ibi abscōdita est fortitudo eius, ante faciem eius ibit mors. Abacuc tertio capite, in qua ponuntur tria tempora Christi, scilicet, tempus suæ prædicationis, ibi, Splendor eius vt lux erit. Secundò ponitur tempus suæ amaræ passionis, ibi, Cornua in manibus eius, scilicet, clauorum in manibus. Et tempus mortis, ibi, Ibi abscondita est fortitudo eius, id est, diuinitas, quæ abscondita fuit cum corpore in sepulchro, & cum anima in limbo. Nota ante faciem eius ibit mors. Ante passionem Christi mors ipsum sequebatur ex persecutione Iudæorum, non quod mors haberet aliquod ius in Christum, & insecuta est Christum quousq; ipsum cœpit. Sed post resurrectionē mors ipsum præcedit. Ideò dicit ante faciem eius ibit

mors.

mors. De hac absconsione dicit etiã Isa. Verè tu es Deus absconditus, Deus Israël saluator. Isa 45. De hac abscõsione dicit the. Vita vestra, i. diuinitas abscõdita est cum Christo. Nota pro prosecutione sermonis, quod licet diuinitas æterna, tunc fuisset abscondita illis qui fuerant in hoc mundo, tamen tunc fuit ostensa & manifestata illis de inferno, non quod omnes de inferno viderent eam, sed omnes qui fuerunt in inferno cognouerunt Christum esse verum Deum, & verum hominem. Et diuinitas fuit eis ostensa, & manifestata quadrupliciter, secundum quod quatuor sunt loca in inferno.

Primus locus inferior est carcer damnatorum,
Secundus est limbus puerorum,
Tertius est limbus purgandorum,
Quartus est sinus Patrum sanctorum.

In quolibet istorum quatuor fuit manifestata diuinitas Christi aliquo modo, quia ad omnes descendit, vt dicit articulus fidei, mortuus & sepultus descendit ad inferos. Nota pluraliter inferos. Sed non viderunt diuinitatem nisi solùm illi qui fuerunt in sinu patrum sanctorum, licèt ad omnes descenderit. Imò Apost. Eph. 4. descendit primum i. primitus antequã resurgeret ad inferiores partes terræ. Imò bonũ est scire quid ibi fecit. Primus ergo locus inferni & inferior est carcer damnatorum, plenus igni inextinguibili, qui virtute diuina cruciat dæmones & amnimas damnatas. Ad istum locum descendit anima Christi, & ibi manifestauit diuinitatem suam per rigorosam increpationẽ, non secundũ essentiã sed secundũ effectũ, vt di. B. Tho. 3. par. q 55 ar. 2. Duplici autẽ ratione anima Christi descẽdit ad istos. Prima ad ligandum Luciferum, qui à principio mundi vsq; ad illud tempus captiuauit animas in aliquo prædictorũ quatuor locorum. Sed heri dum Christus esset in cruce, cum passione tam dolorosa, derelictus ab Apostolis, discipulis & amicis, Lucifer qui primò dubitauerat, an esset filius Dei, dicens intra se, quantumcunq; iste sit sanctus Propheta, tamen ego ducã ipsum mecũ ad infernũ, etiã venit ad Christum, & posuit se in brachio crucis expectans animã Christi. De hoc figura quam Beda exponit ad istud propositũ. Et etiã tangitur in gl. Dicatur breuiter historia de filio Tobiæ eunte cum Raphaël, qui voluit lauare pedes in flumine, & ecce piscis immanis. i. maximus exiuit ad deuorandum eum. Ipse autem apprehendit brachium eius, & ducit eum in siccum, &c. Tob. 6. Exponit Beda, q; fluuius ille subitus & impetuosus figurabat mortẽ Christi impetuosam & subitã, quia sine processu iuris. Christus autẽ voluit lauare pedes suos, qui sumus nos, qui tangimus terram, & nos maculamus peccatis Sed ecce piscis immanis s. Lucifer vel Satanas venit, & posuit se in brachio, &c. ad deuorãdum Christum & nõ videbatur ab aliquo nisi à Christo, qui dixit, O traditor, in mala hora huc venisti, Sed in separatione animæ

Christi

Christi à corpore, Lucifer cognouit quòd erat Deus, & voluit fugere, sed non potuit, quia Christus ipsum cœpit, qui cùm vellet Christum capere, captus fuit à Christo vt piscis à Tobia. Quod diabolus venit ad Christum. Aucto. Venit enim Princeps mundi huius. s. Lucifer qui tyrannicè dominabatur in mundo, & in me nō habet quidquam. Ioan. 14. Et ꝙ à Christo fuit captus, auctori. Nunc iudicium est mundi, nunc Princeps huius mūdi eiicietur foras. Ioan. 12. Imò Christus ipsum cœpit & ligauit in carcere damnatorum, vsque ad tempus Antichristi, tunc soluetur ad tempus. Et sic Christus ostendit se esse Dominū inferni, cuius portas æreas & vectes ferreos confregit & ligauit insatiabilem homicidam. Secunda ratio propter quam anima Christi descēdit ad istos, fuit per rigorosam increpationē, postquam ligauit sibi Luciferum, increpauit & reprehendit damnatos. De hoc videtur loqui Petrus in sua epistola dicens, Christus semel pro peccatis nostris mortuus est. Et sequitur, In quo. s. tempore mortis, & his qui in carcere conclusi erant spiritu veniens prædicauit. 1. Pet. 3. Dicit B. Tho. in 3 par. theolog. q. 52 ar. 2. ad. 3. ꝙ ista prædicatio non fuit instructiua, sed increpatiua, quia di Damasce. in 3. lib. ꝙ sicut his qui in terra sunt euangelizauit, ita & his qui in inferno, non quidem vt incredulos ad fidem cōuerteret, sed vt eorum infidelitatem cōfutaret. Quia & ipsa prædicatio nihil aliud intelligi potest, quàm manifestatio diuinitatis quæ manifestata est infernalibus, & in descēsu Christi ad inferos. Hæc Tho. ibidē. Dic practicè quomodo dicebat malis Imperatoribus, Regibus, & dominis damnatis ex eorum mala vita & tyrannico regimine, vt Nemroth, qui fuit primus qui voluit habere dominium & Alexandro, & aliis malè strubis i. maledictis. Si dominio vestro postquā vobis dedi fuissetis benè vsi, modò fuissetis salui. Item increpauit magnos Philosophos, Platonem, Aristot. & alios de quibus di expresse Hiero. ꝙ sunt damnati dicit Christus, O stulti, ostendebatis, & legebatis & disputabatis de vno primo principio & primo motore, & prima caussa in scholis vestris, & in templo adorabatis idola, habebatis magnā scientiā & malā conscientiā. Item increpauit superbos di. O miseri si fuissetis humiles, modò habuissetis gloriam. Item auaros, &c. sacerdotes, Prophetas falsos, simoniacos. Item luxuriosos di. O qui vixistis sicut porci, ideò modò non habetis delectationes gloriæ, &c. Item gulosos, iracundos, inuidos, vt Cain. Item blasphemos dicens latroni damnato, O miser, nunquid tu hodie me blasphemasti in cruce? Item redarguit Iudam dicens, O proditor, ecce quid vendidisti pro tam modico pretio. Cogitate quot fletus, clamores, vlulatus illorum damnatorū desperatorum de saluatione. Ecce quomodo Christus manifestauit ibi suam diuinitatem, ipsos rigorose redarguendo. Secundus locus dicitur locus paruulorum, vt dicimus vnus portus vbi sunt omnes pueri, qui decesserunt

cum ſolo peccato originali, quod peccatum originale non eſt ab ipſis factum, ſed receptum, ſicut de imagine cadente in lutum, &c. Ideò illud peccatum non dicitur actuale, ſed originale, quia in generatione corporali recipitur illa macula. Et ideò quia non eſt peccatum actuale, non habent ibi pœnam ſenſitiuam, ſed dicuntur habere ignem, eò quòd nunquã videbunt faciem Dei. Et ira Dei, in qua nati ſunt, videtur eſſe ignis. Iuxta illud Deut. 32. Ignis ſuccenſus eſt in furore meo, & ardebit vſque ad inferni nouiſsima, &c. Dicit Scriptura ſancta, quia dormiunt non corporaliter, ſed ſicut ille qui dormit non ſentit pœnã, ſic nec illi pueri ſentiunt pœnam. imò dicit Iob in perſona damnati, Quare non in vulua mortuus ſum? Egreſſus ex vtero non ſtatim perij? Quare exceptus genibus, cur lactatus vberibus? nunc dormiens ſilerem, & ſomno meo requieſcerem. Iob. 3. Dicit beatus Tho. 2. ſen diſt. 34. ar. 1. & vide ibidem benè doctorem, quod quando vident gloriã beatorũ, quod nõ dolent nec triſtantur, quia ſciunt quod non pertinet ad eos, ſicut tu non doles quia nõ habes regnum quod non pertinet ad te, ſed de illo doleret filius regis ad quem pertinet regnum, nec quando vides aquilã volantem doles, quia non habes alas, ſic nec illi pueri triſtantur. Ad iſtos deſcendit anima Chriſti per glorioſam conſolationem. Dic practicè quomodo anima Chriſti fuit in porta limbi, & illi pueri ſtatim cognouerunt Chriſtum ſaluatorem eſſe, videntes animam eius, & ipſum adorauerunt, dicentes, Gloria tibi Domine, qui mortuus es pro homine, &c. Quibus dixit ipſe, Quomodo eſt vobis? Reſponderunt, Domine, benè eſt nobis. Habemus magnam ſcientiã naturalem, & multas gratias & virtutes, licèt non haberent gratiam gratum facientem, diſputamus ad inuicem, & diligimus nos mutuò. Dixit Chriſtus, Ideò regratiamini Deo, qui vos liberauit de illo igne inferni, oſtendens eis locum damnatorum, & laudate Dominum, & quieſcatis in pace. Tertius locus dicitur locus purgandorum. Pro quo ſciendum, quod aliqui moriuntur abſq; peccato originali, ideò non vadunt cum illis pueris deſcendentibus ſine ſacramento baptiſmi ad inferni limbum, & abſq; peccato mortali, ideò nõ vadunt cum dammnatis. Sed quia de peccatis quæ fecerunt poſtquam fuerunt mundati ab originali peccato, non fecerunt condignam pœnitentiam iuxta qualitatem & quantitatem peccatorum, tales ex quo habuerunt contritionem non vadunt cum damnatis, ſed in alio mundo diuina miſericordia ordinauit vnum locum qui dicitur Purgatorium. vbi animæ purgantur, vbi eſt ignis, ſed non ſunt ibi dæmones, quia nullus ibi intrat quin ſit in gratia Dei. Et ille ignis Purgatorij durabit vſque ad diem iudicij, qui virtute diuina cruciat animas, quod non poſſet iſte ignis noſter, imò ſi vna anima eſſet in fumo calcis, ille ignis ſibi non noceret. Sed poſt diem iudicij ignis Purgatorij extinguetur. Si dicatur, & ſi ſit aliquis

aliquis qui in die iudicij non compleuerit pœnitentiam suam, nec sit purgatus quid fiet de illo? Responsio, quod Deus augmentabit illi pœnam intensiuè, &c. De isto loco dicit Scriptura sancta, In igne probatur aurum, & argentum: homines verò receptabiles in camino humiliationis. Ecclesiastici secundo. Ad istos Christus descendit, & visitauit per copiosam liberationem. Quæstionem faciunt Doctores, & Beatus Thomas in 3. par. quæst. 52. artic. 8. Vtrum Christus liberauit omnes animas quæ erant tunc in Purgatorio? Ad quæstionem illam oportet respondere per distinctionem, secundum quod de ista materia possumus loqui dupliciter, vel per rigorem iustitiæ, vel per dulcedinem misericordiæ. Si loquamur primo modo, non liberauit nisi illos solum qui compleuerunt tempus pœnitentiæ, & istam viam sequitur Beatus Thomas in tertia parte. Si autem loquamur de dulcedine misericordiæ, possumus dicere, quod omnes liberauit. Et ad hoc dabo vobis duas similitudines. Prima de Rege nouiter coronato intrãte ciuitatem, qui liberat omnes captos, nisi sint capti pro interesse partis. Sic Rex gloriæ Christus nouiter coronatus corona spinarum, intrans Purgatorium. Ad quem clamabant omnes animę in Purgatorio, Domine, liberate nos, & Christus interrogauit, licèt iam sciret, quanto tempore hîc fuissent. Respondebant, Domine, fuimus hîc iam per mensem, per annum, &c. Ideò piè creditur, quod Christus liberauit omnes. Auctoritas Isaiæ recitantis verbum Dei patris ad filium dicentis, Dedi te in fœdus, id est, pacem populi, vt suscitares terram, & posſideres hæreditates dissipatas, vt diceres his qui vincti sunt, exite, & his qui in tenebris sunt, reuelamini. Isaiæ quadragesimonono. Vbi ponuntur quatuor clausulæ, quarum duæ sunt de vita Christi, aliæ de eius morte. Prima ibi, Dedi te in fœdus populi vt suscitares, qui scilicet dormiebant in peccatis, quos Christus suscitauit prædicando. Secunda ibi, vt posſideres hæreditates dissipatas, scilicet animas rationales quæ sunt hæreditates Dei, dissipatas per peccatum. Tertia ibi, vt diceres his qui vincti sunt, exite. Non ibi loquitur de illis qui sunt in inferno damnatorum, quia nullus inde exiit, sed de illis de Purgatorio. Quarta ibi, his qui in tenebris sunt & reuelamini. Secunda similitudo est de Papa nouiter creato, qui tunc concedit largas indulgentias & gratias quàmplurimas. Quantò magis Papa Iesus qui est Dominus gratiarum & indulgentiarum, quia Papa eius vicarius non est Dominus Ecclesiæ, sed dispensator & procurator. Cùm ergo Papa sit tam liberalis, quantò magis Christus qui est Dominus. Auctori. Isaiæ 61. Spiritus Domini super me, eò quòd vnxerit me, ad annuntiandum mansuetis misit me, vt mederer cõtritis corde, & prædicarem captiuis indulgentiã, & clausis apertionem. No Spiritus Domini, scilicet sanctus, super me loquitur Christus inquantũ homo, quia

inquan.

aliquando Deus Spiritussanctus nō est super eum, sed æqualis, & vnus Deus. Ad annuntiandū mansuetis misit me s. in hoc mundo ad prędicandum, & post mortē dicit, vt prędicarem captiuis indulgentiā. Dic quomodo ante Christi passionē, postquā animæ compleuerāt suum purgatorium, exibant inde, & ibant ad locum sanctorum Patrum, qui dicitur sinus Abrahæ. Auctori Luc. 16 Factum est vt moreretur mendicus, & portaretur ab Angelis in sinum Abrahæ, quia in illum ibant condignè pœnitentes, sed modò ascendunt in cœlum, & etiam postquā exeunt de Purgatorio. Dic quomodo tempus à Deo taxatū ad standum in Purgatorio, potest redimi suffragiis viuorū. Ideò hæres complere tenetur testamenta & executiones vltimarū voluntatū defunctorū, aliàs dicit Christus Luc. 18. Deus faciet vindictā electorum suorum clamantium ad se die ac nocte. Quartus locus dicitur sinus Abrahæ in hoc stabant animæ sanctorū Patrum, quæ ibi fuerunt à principio mundi vsq; ad resurrectionem Christi. Primus qui vnquā eò intrauit, fuit Abel, & quādo Christus surrexit, omnes exiuerunt inde cum Christo. Ibi nullam habebant pœnam, sed non habebant gloriā. In istam domum intrauit anima Christi. Dicit Aug. quod sicut anima Christi intrauit per istā domum, omnes illi sancti Patres viderunt diuinitatem Christi, & habuerunt gloriam & Paradisum. De quo dixerat Christus latroni, Hodie mecum eris in Paradiso. Dicit Aug. quod omnes aliæ animæ sanctorum Patrum adorauerunt Christum di. Aduenisti Redemptor aduenisti, quem quotidie expectabamus, modò est completum gaudium nostrum. Christus autem salutauit eos di. Pax vobis, Adam cum omnibus filiis & filiabus adorauerunt humiliter Christum cum omnibus Patriarchis. Deinde Moyses cum Prophetis, Deinde Aaron cum omnibus Sacerdotibus, Dauid cum omnibus Regibus. Ioannes Baptista cum omnibus Innocētibus. Deinde Eua cum omnibus sanctis mulieribus. Et Christus sterit cum ipsis vsque ad resurrectionem. Auctori. Mat. 13. Sicut fuit Ionas in ventre ceti tribus diebus, & tribus noctibus, sic erit filius hominis in corde terræ tribus diebus, & tribus noctibus, &c. Item auctoritas Sapientis in persona Christi: Penetrabo inferiores partes terræ, & inspiciam omnes dormientes, & illuminabo omnes sperantes in Domino Eccle. 24. Nota inspiciā omnes dormientes, id est, omnes mortuos & illuminabo omnes sperantes in Domino. supple lumine gloriæ diuinæ. Restat nunc cras resurrectio Domini nostri Iesu Christi. Ad quam nos perducat, &c.

Diuini verbi præconis & prædicatoris, sacræque Theologiæ professoris eximii sancti Vincentii confessoris diuini ordinis Prædicatorum, sermones fœcundissimi temporis hyemalis finiuntur.


calibrite
colorchecker CLASSIC
mm